u) Ut *de cælo, de Diis, de homine* &c. vocabula ſine ordine literarum ponuntur Latina cum Græca expoſitione. Diverſæ ab his vetuſtiſſimæ gloſſæ MStæ quæ ſeparatis capitibus de ſupellectile, de penu, de veſte & argento tractant, laudatæ à Salmaſio ad Jus Atticum p. 458. x) Abbatiæ.

Digitized by Google

ca fuerit. Huic ſubnectuntur Exercitationes aliqvot Grammaticales, y) hisqve Sententiæ z) Hadriani Imp. qvas ex Codice Doſithei Grammatices Sangallenſi, in qvo eas legerat Jacobus Cujacius, a) auctiores & notis illuſtratas rurſum publicavit Melior Hamenvelto Goldaſtus anno MDCI. & haud ita pridem V. C. Nicolaus Catharinus. b) Qvæ qvidem Sententiæ non aliæ ſunt, qvam *Hadriani Imp. Interrogationes*, c) qvarum meminit Alcuinus epiſt. CII. Incertum vero an is Doſitheus fuerit, ad qvem epiſtolam XXXIII. ſcripſit Julianus Imp. Priori iſti Gloſſario ſubjiciuntur bina alia Vocabulorum utriusqve linguæ Excerpta ex veteribus membranis, de qvibus ut & de cæteris præfatur idem H. Stephanus.

Anno MDC. ſimili qvo H. Stephanus ordine Gloſſaria eadem rurſum typis mandavit ſupra laudatus Bonaventura Vulcanius, qvibus appendicis vice addidit *Iſidori Gloſſas Latinas*, d) *veteres Grammaticos Latinos & Græcos*, e) *qui de Proprietate & differentiis vocabulorum utriusque Linguæ ſcripſerunt:* atqve in iis Συλλογὴν, ſeu *Collectionem vocum Græcarum*,

H 2 in

y) Colloquia duo Græcolatina familiaria, quibus verbum verbo redditur. His alia quinque ſubjunguntur in Johannis Verwey nova methodo docendi Græca, Gaudæ 1702. 8. pag. 331. ſqq.

z) His à Stephano præmittuntur *Niciarii* & *Carſilidis* reſponſa ad varias interrogationes: nec non reſponſa quædam ſapientum, & παραγγέλματα ſive præcepta columnæ Delphicæ olim inſcripta. Reſponſa illa etiam cum altercatione Hadriani & Epicteti edidit, eique Pippini & Alcuini diſputationem addidit Henr. Lindebrogius Hamburg. 1615. 12. Francof. 1628. 8. Eadem Epicteti Enchiridio ſubjecit Abraham Berkelius Amſt. 1670. 8. Delphis 1683. 8.

a) L. 21. Obſ. c. 5.

b) Noviſſime eadem Hadriani ac Doſithei Græce & Latine cum Goldaſti notis recuſa ſunt nitide in Nobiliſſimi Viri Antonii Schultingii Jurisprudentia veteri ante Juſtinianea. Lugd. Bat. 1717. 4. p. 815. ſqq. De illo Doſitheo, ad quem ut opinor Libanii exſtant Epiſtolæ, & de Goldaſti editione dixi Volum. VII. p. 59.

c) Intelliguntur potius Hadriani altercatio cum Epicteto, de qua paullo ante dixi.

d) Iſidori gloſſario Vulcanius ſubjungit *Vocabula rariora collecta è gloſſis veteribus*, nec non *gloſſas è gloſſario Arabico latino veteri MS.*

e) Latini quidem ſunt, excerpta è *Cornelio Frontone*, *Nonio Marcello*, *Agratio*, & ex Terentii interpretibus *Ælio Donato*, *Arruntio Celſo* aliisque: nec non ex *Soſipatri Chariſii* Grammaticæ inſtitutionibus, *Q. Aſconio Padiano* in Ciceron. *Martio Servio* in Virgil. *Sexto Pompejo Feſto* de verbis veteribus. *Varrone* de lingua Lat. *Q. Terentio Scauro* de orthographia & *Agellio*. His ſubjicitur vocum aliquot apud Terentium explicatio è veteribus membranis. Græci ſunt 1) *Ammonius* de ſimilibus & differentibus vocabulis, de qvo dixi Volum. IV. p. 173. ſeq. 2) *Anonymi* collectio vocum quæ pro

*in quibus diverſus accentus ſignificationem immutat*, *& Onomaſticon vetus Latino-Græcum*, f) *olim quidem Argentorati an.* 1536. *editum*, *& Calepino præfixum*: qvibus omnibus adjecit ille Notas & Caſtigariones, tum in Gloſſaria, tum in cætera qvibus editionem ſuam adornavit. Qva in re id præſtitit qvod pollicitus fuerat H. Stephanus, qvi Emendationum ſuarum, qvarum jam magnam partem affectam & paratam habuiſſe ſe teſtatur, ſpem lectoribas injecerat, maxime in vocabulis Græcis, qvæ ut mendoſa, vel ſaltem qvæ mendi ſuſpecta viſa erant, absqve accentu ediderat. Verum ut ſæpe contingit viros doctos nonnullas aggredi ſolere literarias lucubrationes, qvibus ultimam manum apponere mors vetat, ea Stephani lucubratio cum ipſo auctore interiit: qvod qvidem damnum reſarcire conatus eſt Vulcanius. Sed & id ſe pariter aggreſſum profitetur alicubi Caſaubonus, g) qvi cum accepiſſet Gloſſarii editionem parari à Vulcanio, ab incepto deſtitit. *Hactenus Cangius.*

Deniqve *Carolus Labbeus* JCtus Pariſienſis freqventibus Joſephi Scaligeri & Iſaaci Caſauboni litteris excitatus, ad meliorem ſtudioſorum uſum gloſſarium duplex longe accuratius pleniusqve ita adornavit, ut Latino Græcum ex Græco-Latino, vicisſimqve Græco-Latinum ex Latino Græco, & urrumqve ex Onomaſtrico Græco-Latinò cæterisqve ab H. Stephano & Vulcanio publicatis ſuppleret & accuratiori litterarum ordine digereret, hac indicationis, unde ſingula repetita fuerint, ſervata ratione, ut voces qvæ in Latino-Græco gloſſario, ex Latino Græco, ac viciſſim qvæ in Græco-Latino ex Græco Latino Henrici Stephani deſumtæ ſunt, nullo charactere deſignentur: contra vero qvæ in Latino Græco ex Græco Latino exſcripta ſunt, denotentur littera C. qva Cyrilli nomine inſcriptum gloſſarium innuitur: viciſſim qvæ in Græco Latino ex Latino Græco, littera P. qva Philoxeni nomen datur intelligi, licet Philoxenum illius eſſe gloſſarii auctorem neutiqvam

pro diverſa ſignificatione accentum diverſum accipiunt, Cyrillo tributa ab aliis, ab aliis Philopono ut dixi Volum. IX. pag. 365. VII. p. 36. 3) *Anonymi* vocabula de re militari, τάξις παλαιὰ καὶ ὀνομασίαι τῶν ἀρχόντων, qualia Suidæ ſolent ſubjici una cum brevi *Urbicii* apoſpasmatio, Ὀρβικίου περὶ τῶν περὶ τὸ ϛράτευμα ταξεων. Illas ὀνομασίας auctiores Græce ex Codice Seguieriano dedit & Latinam verſionem adjunxit eruditiſſ. Montfauconus p. 505. ſeq. Bibl. Coislinianæ.

f) Hoc onomaſticon prioribus illis gloſſariis præſtantia ſelectiſſimorum vocabulorum nihilo inferius Vulcanius appellat, ſola uſus Argentoratenſi editione, itaque & vocabula à literis X & Z incipientia omiſit, quia typographus Argentoratenſis illa ex Codice MS. repræſentare neglexerat ideo quod mere Græca eſſent.

g) Epiſtola LV. ad Frid. Lindebrogium.

tiqvam conſtat. Qvæ porro in utroqve gloſſario deſcribuntur ex excerptis, littera E. qvæ ex Onomaſtico, littera O. qvæ deniqve ex laudata ſylloge, littera S. denotentur. Hoc gloſſarium utrumqve ita digeſtum manuqve ſua nitide deſcriptum Labbeus moriens legavit V. C. Ægidio Menagio, à qvo acceptum deinde Cangius edidit Pariſiis ex officina Ludovici Billaine 1679. fol. Cangium enim, qvi nomen ſuum non adſcripſit, auctorem præfationis eſſe, qvæ typographi nomine gloſſariis Labbeanis præfigitur, teſtatur Menagius in Anti Bailleto cap. 106. Tom. 2. pag. 18. Itaqve & ab Cangio ſuſpicor collectas eſſe caſtigationes & emendationes in utrumqve gloſſarium, qvæ è virorum doctorum ſcriptis & collatione MSS. Regii ac Sangermanenſis, nec non exemplo gloſſariorum H. Stephani qvod manu magni Cujavii notatum ſervatur in Bibl. Colbertina. Ad calcem voluminis recuſæ exſtant veteres gloſſæ verborum Juris qvæ paſſim in Baſilicis reperiuntur, qvas ex variis MSS. Codicibus Bibl. Regiæ erutas digeſtasqve & notis illuſtratas Carolus Labbeus ediderat Pariſ. 1606. 8. Sed de his aliisqve gloſſariis Juridicis & Nomicis, qvemadmodum de Medicis qvoqve dicere me memini lib. IV. cap. 36. Igitur nihil addo in præſenti qvam excerpta ex gloſſario ejusmodi inedito Juridico Bibl. Seguierianæ ſive Coislinianæ exhiberi à Clariſſ. Montfaucono in Catalogo MSS. Græcorum illius Bibl. p. 488-490. Δικῶν ὀνόματα κατὰ ἀλφάβητον.

Gloſſarium aliud breve Græcum antea ineditum ex MSto Codice primus in lucem protulit & loca ejus qvædam caſtigavit *Janus Rutgerſius* libro VI. variarum Lect. cap. 5. pag. 552-560. Lugd. Bat. 1618. 4. Sed qvod tunc fugiebat vinum eruditiſſimum, id pulchre nuper obſervavit V. C. *Fridericus Strunzius*, Poëſeos in Academia Wittebergenſi Profeſſor, qvi hoc gloſſarium ſeparatim cum notis ſuis recudi fecit Witebergæ 1719. 8. Ex hac editione enim apparet illud totum olim ab Grammatico, qvi id adornavit, deſtinatum fuiſſe vocibus in *Oppiani* Halievticis interpretandis.

Præter gloſſarium Græcum ineditum ſupra pag. 52. memoratum, qvod Cyrilli Archiepiſcopi inſcribitur, habeo etiam in membrana ſcriptum ante qvadringentos annos aliud gloſſarium vetus non contemnendum, ſimiliter ineditum, ſed parum emendate ſcriptum & mutilum ab initio, itaqve incerti auctoris, à priore tamen diverſum qvod utrumqve olim fuit D. Abrahami Hinckelmanni τȢ μακαρίτȢ, utrumqve

conferri operæ pretium eſſet cum Heſychio, atq; hunc ex illis qvæ memoravi emendari ac ſuppleri, vel potius unum aliqvod plenius ex editis & ineditis, docti alicujus viri ſtudio in ſtudiorum uſus concinnari. Huic meo ſub extremum ſubjicitur 1) Λεξικὸν τοῦ ἁγίου Διονυσίου. *In Dionyſium*, qvem *Areopagitam* vocant, qvale in editione Græca Dionyſii Juntina A. 1516. 8. exſtat, & ex qvo onomaſticon Dionyſianum * Balthaſaris Corderii licebit locupletare, pleraqve enim qvæ ille præteriit in hoc annotata video. 2) λέξεις τῆς ὀκτατεύχου, *in Octateuchum*, qvod in lexici Biblici ſpecimen infra integrum cum lectore communicabo. 3) λέξεις τοῦ τετραβασιλείου, *in quatuor libros Regum.* 4) λέξεις τοῦ Ἰώβ *in librum Jobi.* 5) λέξεις τῶν παροιμιῶν *in Proverbiorum librum.* 6) λέξεις τῆς πανάρετου *in Siracidem* 7) λέξεις τῶν προφητῶν, *in Prophetas.* 8) λέξεις Ἰεζεκιήλ, *in Ezechielem.* 9) λέξεις ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις. *in IV. Evangelia.* 10) λέξεις τῶν πράξεων, *in Acta Apoſtolorum* una cum vocibus ex *S. Pauli Epiſtolis.* 11) breve lexicon vocum ob diverſum accentum vel diverſam unius literulæ ſcriptionem diverſa ſignificantium. 12) λέξεις τῶν ρν΄ ψαλμῶν *in CL. Pſalmos.* 13) λέξεις τῶν ᾠδῶν *in Cantica S. Scripturæ.* 14) ῥητορικαὶ λέξεις. *Voces Rhetoricæ.*

## ΛΕΞΙΚΟ͂Ν ΤΗ͂Σ ὈΚΤΑΤΕΎΧΟΥ.

Ἀνεζωπύρησεν, ἀνεκτήσατο τὴν ψυχὴν καὶ ἀνενεώσατο.
ἀστεῖον, καλὸν, ἐπιχαρῆ, κεχαριτωμένον.
ἀναφορεῖς, οἱ ἀνέχοντες, οἱ ἀναβαστάζοντες.
ἀγκύλας, ὀγκίους εἰς οὓς ἐμβάλλονται οἱ κρίκοι.
ἀγκωνίσκους, ἀντιβάσεις, ἢ σκεύη τιμωρητικά.
ἀσπιδίσκους, σκυτάρια.
ἀναξυρίδες, βρακία ἢ βαρβαρικὰ ἐνδήματα.
ἄτρυγον, καθαρόν.
ἀφέρεμα, ἀνάθημα ἢ ξένιον.
ἀναζυγαῖς, ἀναλύσεσιν, ἐπαναστροφαῖς.
ἀναθέματι ἀναθεματιεῖς, ἀφανισμῷ ἀφανιεῖς τὰ σκῦλα.
ἀποκνιεῖ, ἀποσπᾷ, ἀφελεῖ τοὺς πέλας.
ἀναπεποιημένα, ἀναφυρθέντα.
ἀπαρτίαν, τέλος, ἀπαρτισμόν.
ἀπένειμεν, ἀπεκλήρωσεν, διένειμεν.
ἀμαυρά, σκοτεινή.

ἀμ-

* Tom. 2. Opp. Dionyſii Areopag. p. 505-530. Antwerp. 1634. fol.

Digitized by Google

ἀμφιβάλλω, διστάζω, ἀπιστῶ.
ἄποιον, ἄνοστον, ἀνήδονον.
ἀλείψουσιν, χρίσουσιν.
ἀλιάετος, ὄρνεον ὃ παρ' ὑδάτων τρέχει.
ἀγχιστεύων, ὁ συνεγγὺς τοῦ γένους.
Βολίδες, ἀκόντια ἢ λογχάρια.
βαρκηνείμ, (Judic. VIII. 7. 16.) ἄκανθες σκόλοψιν.
Γερουσίαν, τὸν ἀθροισμὸν τῶν γερόντων.
γειορας, φύλακας ἢ παροίκους.
γραμματεισαγωγοὺς, ἐκβιβαστὰς, παιδευτάς.
γαμβρὸς, ὁ πενθερός.
Δείλης, περὶ τὴν δύσιν τοῦ ἡλίου.
δέῤῥεις, δέρματα ἢ κιλίκια τρίχινα.
διάφορον, ἀνομοιογενές.
διεσκευασμένοι, ἔνοπλοι, ξιφήρεις.
δρακὸς, τῆς παλάμης τῆς χειρὸς τοῦ χωροῦντος.
Εκτομίαν, ἐκτετμημένον.
ἐγγαστρίμυθος, τῇ γαστρὶ μαντευόμενος.
εὖρος, πλάτος.
ἐπιτεύξεται, ἐπιτυγχάνει.
ἐμπέπαιχα, ἐνέπαιξα, ἐχλεύασα.
ἐποίουν ἐλολίμ, ἐποίουν χωλούς.
ἐγκρὶς, γλύκασμα ἐξ ἐλαίου.
ἐξηρτισμένοι, ἀποκρεμάμενοι.
ἑρικτὸν, κοπανιστόν.
ἐντοδήμας, * μαμιλάρια ψαλίδια.
ἐνηρκταίη, ἐνήρξατο ἡ πληγή.
ἐστοιβασμένη, συγκειμένη σύνθεσις.
εἰς συνοχὰς, εἰς συνθλιμμόν.
ἐβρωτίων, σκωληκόβρωτος, σεσηπώς.
ἐν φυτῷ σαβὲκ, ἐν φυτῷ δυνατῷ.
ἐρυθροδανώμενον, πεφοινιγμένον, πυῤῥόν.
ἐκλιμίαν, ἀχορτασίαν.
ἐπωμὶς, ἱερατικὸν περιβόλαιον.
ἡ δεδήλωσις. λίθος ἣν ἀδάμας ἐπάνω κείμενος, ὃς ἐναλλάττων τὴν
χροὰν

* Leg. ἐντομίδας ex Levit. 19. 28.

χροὰν αὐτοῦ, διὰ κυρίου ἐδήλου τῷ λαῷ ἐσόμενά ἵνα. μέλας μὲν ὁρώμενος θάνατον, ἐρυθρὸς δὲ σφαγὰς, λευκὸς δὲ διαλλαγὴν ἐδήλου τοῦ θεοῦ.

Ζωγρήσασθαι, ζῶντας συλλαβέσθαι.

Ηυτομόλησαν, προσέδραμον τοῖς πολεμίοις.

Θήκην, γλωσσόκομον.

θίβη, πλέγμα βίβλινον ἐμφερὲς κοιτίδι τὸ μέγεθος.

θλαδίαν, τεθλασμένον.

Ἱστίαι, ἐσχάραι.

ἶβιν, ὄρνεον.

Κατάσκοποι, οἱ ἐπιδόλως κατασκοπεύοντες.

κανοῦν, κανίσκον ἢ δισκάριν.

Κόνδυ, ποτήριον βασιλικόν.

κατακαρπώσεις, ὁλοκαρπώσεις.

κλυδωνιζόμενος, στοχαζόμενος τὸ ἀποβησόμενον.

κνήφη, τῇ ἐλεφαντιάσει.

καταχώραν, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόπου.

καθέζεσθαι, καταθάψασθαι ἢ κρατήσασθαι.

καθῆκεν, ἀφῆκεν, κατήγαγεν.

κλίματα, ἢ οἴκου ἢ τόπου.

κυλὸς, ἐν ᾧ ὁ λύχνος ἐμβάλλεται.

κρατῆρες, σίκλοι ἢ σκύφοι.

κάλοι, σχοινία.

κυάθους, ἀντλητήρια, σκυφάκια.

κοσύμβους, κροσσωτὰ ἱμάτια.

κορυβάντιον, περίθεμα κεφαλῆς.

κίδαρις, εἶδος καμελαυχίου ἱερέως.

κέρκος, οὐρά.

καταπέτασμα, κατακάλυμμα.

κατόχιμοι, κατεχόμενοι ὑπὸ πνευμάτων.

κρηπῖδα βαθμίδα ἢ βάσιν ἢ ὄχθη.

κρεάγρας, σουβλία.

κατερυγότας, διαῤῥερυγμένους.

καδηδύην, περιβόλαιον βαρβαρικόν.

κεφαλὰς ἐρέων, τὰς κορυφάς.

κρίνα, ἄνθη εὐωδιάζοντα κρίνοις ὅμοια.

κλυδωνιζόμενος, σημειοσκοπούμενος ἢ ἐπερωτῶν μάγων.

Λαμ-

Λαμπήνας, ἅρματα ἢ ἁμάξας.
λύτρα, τὰ ὑπὲρ αἰχμαλώτων χρήματα.
λόγον κρίσεως, λόγον ἀκριβῆ.
λινοκαλάμη, ξυλοκαλάμη.
Μαγόμενον, γεγοητευμένον.
μεθία, μεταχείρησις.
μηνίσκȣς, μανιάκια.
μυχῷ, ἐνδοτέρῳ οἴκῳ.
μώλωψ, ὁ ἐκπληγεὶς αἱματώδης τόπος.
μίτρα, ἀνάδημα ἢ ζώνη.
μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι τὴν οἰκίαν, μετὰ τὸ χρισθῆναι.
Νεῶσθαι, θεραπεύεσθαι.
νεκυμάντεις, οἱ τȣ̀ς νεκρȣ̀ς ἐπαίροντες.
Οὐκ ἐπανατρυγήσεις, οὐ ῥαγολογήσεις.
ὁλοκαυτόματα, ἐπὶ τȣ̃ θυσιαστηρίȣ καιόμενα.
οἰωνιζόμενος, ὁ διὰ τῶν ὀρνέων μαντευόμενος.
ὀλύραι, οἱ τῶν ζεῶν κόκκοι.
ὁμοίωμα, μορφή.
οὐ κατοχεύσεις, * τὸ μὴ μιγῆναι ἵππον θηλυκόν.
Ποιότης, νόσος, ἡδονή.
πάρες, ἄφες.
παρωσάμενος, ἀφιὼν ἢ ἀναχωρῶν.
ποδήρη, τὸ μέχρι ποδῶν ἐρχόμενον.
πυγμή, γρόνθος.
περισκέλη, φημινάλια.
περιούσιον, ἐξαίρετον.
περιστήθιον, ἔνδυμα τȣ̃ ἱερέος ἐπὶ τȣ̃ στήθȣς.
πεπεμμένον, ζυμωθῆσαι.
προσαγιόχασι, προσήγαγον.
πτερύγια, φάρσια τῶν ἱματίων.
περιστέλλομαι, ὑποχωρῶ.
πτίλοις, πτεροῖς.
παίοντι, τύπτοντι, κρȣ́οντι.
προνομὴν, αἰχμαλωσίαν.
περικαθαίρων, ἀναλύων τὴν γοητείαν.
παράπληκτος, ἐξεστηκώς.

I πίστα,

* Levit. XIX. 19.

πέσσει, πέττει, ἀρτοποιεῖ ὀπτᾷ.
πεντεσίκλοι, ὀβολοὶ * εἴκοσι.
πελεκάνος, ὄρνεον δενδροκολάπτου.
πτίλοις, πτεροῖς.
πρόσεχε, ἀσφαλίζου.
πλείστας νόσους, ἐπιμόνους.
Ῥώννυσιν, ὑγείαν παρέχει.
Σιτοδείας, λιμοῦ στενοχωρίας.
σπειρῶν, τὸ ἐξυτόνως σπειρόμενον.
συμβιβῶ, σοφιστῶ, νοῆσαι ποιῶ.
σπένδοντος, τοῦ εὐνούχου, ποτήρια ἐν οἷς ἔσπενδον.
σφαιρωτῆρες, σφαίραις ὅμοιαι.
σκνίφες, ζῶα μικρὰ ὑπὸ τοὺς κώνωπας.
συμβιβάσω, νοῆσαι ποιῶ.
σκῦλα, λάφυρα, γύμνωσις ἐν πολέμῳ.
σαῦς, ζύμη.
συμπεποπρημένους, ** συῤῥαφέντας περόνῃ.
σφηκίας, σφηκῶν κατοικήσεις.
σάπφειρος, λίθος τίμιος.
συνοχὰς, εἰς συγκλεισμὸν, εἰς τὸ συνέχεσθαι.
σκῶλον, ἄκανθι ἐμπαγέν.
σατῖν, τόπος οὕτως καλούμενος.
σφακελίζοντες, ὑποτρέμοντες.
σιρομάστης, ἐγκυνόλογχον.
σταθμῶν, παραστάδων θυρῶν.
σίκλος, ὀβολοὶ τέσσαρες.
σφαιρωτῆρος, ἱμαντος τοῦ ὑποδήματος.
Τὸ θέριστρον, τὸ πολύτιμον ἱμάτιον.
τῷ περάτῃ, πέραν τοῦ ποταμοῦ ἤκουσε.
τριστάτας, τοὺς παρὰ χεῖρα τοῦ βασιλέως δεξιτερὰν τρίτης μοίρας ἄρχοντας.
τηλαύγημα, ἀρχὴ λέπρας.
τὸ ὁλμὸν τῆς σιαγόνος, τὸ κοῖλον τῆς σιαγόνος.
τετρωμένους, νενικημένους.
τερατοσκόπος, συμβόλοις προσέχων.

τί

* Obolum ponit pro drachma, ut infra in σίκλος.

** Hesych. συμπεπερονημένους.

Digitized by Google

τί τεύξεται; τί γίνεται.
τρυφερὸς, τρυφητὴς, σπατάλας.
Ὑποτρέμοντες, ὑποπίπτοντες.
ὑπέρογκον, μέγα, ὑψηλόν.
Φλιαὶ, τὰ ὑπέρθυρα.
Φέρνη, προὶξ ἢ δωρεά.
Φυρᾶν, ζυμᾶν.
Φορολόγητοι, λειτουργοὶ, ὑποτελεῖς.
Φλογὸς καρδίας.
Φαγέδαινα, νόσος ἐστὶν λαιμαργικὴ ἢ λοιμική.
Χρυσῆ γλῶσσα, νοεῖται τὸ ἄκρον τῆς ζιβύνης.
χίμαιραν, περσυνὴν αἶγα.
χῶμα, ὕψωμα γῆς, ἢ βουνὸς ἢ τάφος.
χίδρα, κοψώσιτον λέγει.
χαράδριος, εἶδος ὀρνέου.
χωρίον, τὸ χωροῦν τὰς αἶγας.
Ὤμην, ἐνόμιζον.
ὤπται, ἐθεάθη.

## ΛΕ'ΞΕΙΣ ΤΟΥ ΤΕΤΡΑΒΑΣΙΛΕ'ΙΟΥ.

Ἄμαφε * βαθμῶν.
καὶ ἐξέτασεν ** αὐτοὺς εἰς τὰς ναῦς, εἰς τὰς ἕδρας.
Ἐδαψιλεύσατο δι' ὑμᾶς, φροντίζει περὶ ὑμῶν.
Εἰς μεσάφ, † εἰς τὴν ὑπόστασιν.
Τρυπαλίδας †† τοῦ γάλακτος, τυρόν.
ῥανδοῦ μανδύα, θώρακος, ἢ βαρβαρικοῦ περιβολαίου.
Τοῦ γιδώρ, τοῦ συστήματος.
παρὰ τῶν ἐργαβυάρ, παρὰ τῶν λίθων.
Εἰς τὰ ἀμτρινγόμ, εἰς τὰς πελιάδα.
μετάμμελέλημαι, ἐδοκίμασα μεταστῆσαι τὸν Σαούλ.

Βασιλειῶν β'.

Ἀραφώθ, παλάθας.
σκυτάλιν, βακτηρίαν.



* ἀμαφὶ 1.Sam.V.4. ** ἐξέζεσεν αὐτοῖς 1.Sam.V.6.

† Μεσσάβ 1.Sam.XIV.1. †† τρυφαλίδας 1.Sam.XVII.18. Scaliger in Scaligeranis p.98. τροφαλίδας, παρὰ τὸ τρέφεσθαι.

Digitized by Google

σαφὼθ βοῶν, γαλαβοῶν.
κορύμην, περιζώνην.

Βασιλειῶν γ'.

ὡς ἀντίον ὑφαινόντων, κανόνιον τὸ μέσον τοῦ ἱστοῦ.
συνεχόμενος νεσδαί, συνεχόμενος πυρετῷ.
ἐνλαμπίνη, ἅμαξα καρούχα.
εἰς τὸν ἐθέντα, εἰς τὸ ἄροτρον, εἰς τὴν ὦλακα.
τὰ θηρία τῶν ἀλλοφύλων, τὰ τάγματα.
τὸν βάτραχον αὐτῶν φησὶν ὁ Ησαΐας, τουτέστι τὸν θεὸν αὐτῶν Ἐλάμ.
προπυλήν, προδόμην.
δαβίρ, χρηματιστήριον.
θάλασσα χαλκῆ ἦν, ὁ νιπτὴρ εἰς ὃν ἔνιπτον τὰς χεῖρας οἱ ἱερεῖς ἰσέντες (εἰσιόντες.)
Ἐκοιλοστάθμησεν, ἐσανίδωσεν κεκοιλωμέναις ὑπὸ τεχνιτῶν σανίσιν κρυπταῖς θυρίδας καὶ τοὺς σταθμοὺς τῶν εἰσόδων ἢ τούτων παραστάτας, τουτέστιν τοξίς.
ὑποκάτω ῥαμέν, ὑποκάτω δρκευτοῦ.
σκορπίοι ἤτοι σκορπίδια, ταῦτα εἴδη εἰσὶν ὅπλων πολεμικῶν.
ἐν σοχώθ, ἐν συγκλεισμοῖς.
ἀφεῖλε τὸν τελάμωνα, σὺν τῇ σποδῷ τὸν τελάμωνα.

Βασιλειῶν δ'.

μοαβιννοχιμ * ἦν τρέφων βοσκήματα.
χιτίην, στολάς.
τολύπη, βοτάνη δηλητήριος.
χώμασιν, τοὺς ἱερεῖς τῶν ματαίων.
ἰαμείν, ἄγκιστρα, κρεάγρας.
παλάθας, χίδρα.
παλάθας μακαβὰ, ἢ τὸ χάλκεον στρῶμα.
Τοῖς ἐν τῷ μιθαάλ, τῆς ἐπιστολῆς μη.
ἐπάταξαν αὐτὸν εἰς λύτρωμα, εἰς ἀφεδρῶνα.
ἰεζέρ, ἅγιον.
σύνδεσμος, ἄνταρσις, ἐπιβουλή.
τῶν σαδηρώθ, τῶν διατάξεων ἢ περιβολῶν.
τὸ βεδέχ, τὸ δέον.
δῆλοι ηβαν. οἱ δῆλοι ἐκεῖνοι.

δῆλοι

* (Βασιλεὺς) Μωὰβ ἦν νωκήδ. 4. Reg. 3. 4. adde Amos 1.

Digitized by Google

δῆλοι ηβωνεον, ἐμάντευον.
γράμματα τοῦ παρ' Ἑβραίοις ἀλφαβήτου ἐκ χαλκοῦ ἐκτυπωμένα ἑκάστου στοιχείου πλείονα ὑπάρχοντα. ὅταν οὖν ἐβούλοντο οἱ Ἰουδαῖοι ἐπερωτῆσαι τῷ Κυρίῳ, ἐν τῷ ἐφοὺδ κείμενα ἡπλωμένα καὶ ἀνορθοῦντο εὐθὺς τὰ στοιχεῖα ἐκεῖνα μόνα τὰ ἐπιτρέποντα τὸ προκείμενον πρᾶγμα γενέσθαι ἢ μὴ γενέσθαι. οἷον, ἐὰν ναὶ ἔλεγεν ὁ Κύριος, τὸ νὺ, ἄλφα, ἰῶτα ἀνορθοῦντο μόνα, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀποκρίσεων τοῦ Κυρίου, τῶν διὰ τῶν δήλων γνομένων νοητέον, ἤγουν διὰ δεήσεων. ὅτε ἱερεὺς καὶ ὁ λαὸς τὰς διὰ τῶν δήλων ἀποκρίσεις γεγενῆσθαι αἰτοῦντο παρὰ Κυρίου, καὶ τηνικαῦτα ἐγένετο αὐτοῖς καθὼς προγέγραπται. εἰ δὲ ἦν ὀργισμένος αὐτοῖς ὁ θεὸς, οὐδὲν αὐτοῖς διὰ τῶν δήλων ἀπεκρίνετο.

Παρὰ μασώβ, παρὰ τὸ θυσιαστήριον.
τοὺς θελητὰς, τοὺς ἐγγαστριμύθους.
λόγον μονόζωνον, ἐνεδρεύοντα λῃστήν.
ἐν οἴκῳ ἀφουσώφ, ἐν οἴκῳ ἐγκεκλεισμένος.
ἐν σαλάς, ἐνχαλκά.
τοῦ νεχωθά, τῶν ἀρωμάτων.
ἐν σαλενωτῇ, ἐν τῇ φάραγγι.
τοὺς χωμαρὶμ, τοὺς καθεστῶτας.
μαζουρώθ, ἀστὴρ οὕτω καλούμενος.
τῶν καδεσίμ, τῶν τελετῶν.
εἰς γαβήν, εἰς γεωργούς.
Τοῦ νοσοσάτ, τοῦ διαφθείροντος.
μεχωνώθ, βάσις.
τὸ χωθάρ, τὸ ἀκροκίονον, τὸ ἐπίθεμα.
ἐπὶ τὸ σανβαχά, κατὰ τὸ δίκτυον.
ποῦ ὁ θεὸς Ἡλιοῦ ἀπφώ, ποῦ ὁ Θεὸς καὶ νῦν.
ἐφούδ, ἑλληνικὴν διπλοΐδα.

## X. *De Lexico Varini Phavorini.*

VARINUS a) PHAVORINUS Camers, Joannis Laſcaris & Angeli



a) Quæ de Varino referam, magnam partem debeo eruditiſſimis auctoribus Diarii Veneti (Giornale de' letterati d' Italia) Tom. XIX. p 90. ſeq. Ipſe ſe vocat Βαρῖνον, Aldus *Guarinum*, Ariſtobulus in Epigrammate quod Theſauro & Cornu copiæ A. 1496. excuſo præmittitur, Γωάρινον. Vide Mich. Mattaire annales typograph. pag. 146.

Angeli Politiani b) diſcipulus, Monachus Ord. S. Benedicti ex Congregatione Silveſtrinorum, & præceptor Joannis de Medicis (qvi poſtea fuit Papa Leo X.) hinc Bibliothecæ c) Mediceæ A. 1512. Florentiæ præfectus, & ab A. 1514. Epiſcopus Nucerinus d) interfuit Concilio Lateranenſi A. 1516. atqve diem obiit A. 1537. Hic Romæ A. 1523. in fol. apud Zachariam Calliergum Cretenſem excudi curavit Lexicon Græcum uberrimum in qvo Græcæ voces non latinis ſed græcis vocibus facilioribus explicantur, qvod inſcripſit Julio de Medices tunc Cardinali, e) qvi poſtea inter Pontifices fuit Clemens VII. Totam Græciam in hunc librum Varinus conjicere voluiſſe videtur: nam qvicqvid in Svida, Etymologo, Phrynicho, Heſychio, Harpocratione & aliis Lexicis, qvicqvid in Euſtathio & ſcholiaſtis veteribus ad voca-

Ac verum nomen fuit Guarinus: ipſe tamen Varinus dici maluit, ut à Guarino ſcilicet illo Veronenſi (qui tamen Volaterrano etiam lib. 21. anthropol. *Varinus*) tanto facilius internoſceretur. *Phavorinum* ſe dixit à patria, Camerino Umbriæ vicina. *per eſſere originario dal caſtello della Pieve* Favera *vicino di Camerino, citta ducale è nobiliſſima del Umbria, preſe da eſſo il cognome di Favorino.* Lil. iſtoria di Camerino parte 2. pag. 277.

b) In elogio funebri (apud Ughellum) dicitur *τῦ Λασκάρεως γραμματικευσάμενος.* A. Politiano autem hoc teſtimonium tulit in Epiſtola ad Macarium Mucium Camertem (lib. 7. Epiſt. p. 198.) *Varinus, civis tuus, ad ſummum linguæ utriusque faſtigium pleno gradu contendit, ſic ut inter doctos jam* (circa A. 1490.) *conſpicuus digito monſtretur.* Idem in Epiſtola ad Varinum ipſum, theſauro præmiſſa: *nam cum te ſemper habuerim quaſi eximium inter diſcipulos utriusque linguæ, meaque tibi in literis etiam arcana retexerim, quod tu homo gratiſſimus libenter & profiteris & prædicas* &c.

c) Petrus Alcyonius lib. 2. de exilio p. 179. *Conſulam Varinum Camertem, qui Bibliothecæ noſtræ præeſt, hominem literatiſſimum & humaniſſimum, aut Scipionem Carteromachum, familiarem etiam noſtrum.*

d) Ferd. Ughelli Italia ſacra Tom. 1. pag. 1126 ſeq & Lud. Jacobillus in Chronologia Epiſcoporum Nucerinorum p. 111. Nuceriam intellige non illam regni Neapolitani ſed alteram ditionis Pontificiæ in Umbria.

e) In dedicatione Varinus ſe jam per triginta annos domus Mediceæ alumnum fuiſſe non diffitetur. *εἰ ὖν ἐγὼ τριάκοντα ἤδη ἔτη τῶν Μεδίκων τρόφιμος γεγονὼς, καὶ τοσῦτον ὑπ᾽ αὐτῶν εὐεργετηθεὶς τῶν καλῶντε κἀγαθῶν ὧν τυγχάνω ἔχων.* Subjungitque juveneſe Petro de Medices ipſius fratrueli Cornu Copiæ dicaſſe, *ὥσπερ καὶ ἔτι νέοι ὄντες τὸ τῆς ἀμαλθίας κέρας Πέτρῳ τῷ μακαρίῳ σὺ ἀδελφῷ* (Geſnerus male interpretatur fratrem; vide Diarium Venetum T. XIX. p. 117.) *ἀνατιθὲν ἐξεπονήσαμεν.* De illo opere Varini rarius obvio, quod ex Græcis digeſtum Grammaticis primo prodiit Venetiis apud Aldum A. 1496. fol. & minori typorum charactere recuſum eſt A. 1504. fol. atque inſcribitur *theſaurus, cornu copia & horti Adonidis*, dixi Volum. VII pag. 13. ſeq.

Digitized by Google

vocabulorum explicationem continetur, id fere omne in Lexicon ſuum tranſtulit. Sæpe etiam leguntur emendatius in Varino, qvam in ipſis unde ea hauſit auctoribus, qvanqvam aliqvando nonnulla lacinioſe, f) ſæpe depravata qvoqve transſcripſit. Iniqvius enim eſt judicium Mauſſaci, g) qvi qvos offenderit in Svida, Heſychio & aliis lexicis errores, hos omnes retinuiſſe, ſimulqve in unum coëgiſſe Varinum arguit, ita ut nullum alium uſum & levamen lexicon illud vaſtum ſtudioſis adoleſcentibus præſtare poſſit, præter novas qvasdam vocabulorum explicationes, qvas è lexicis qvæ nondum ſunt luce donata, h) ſervantur in bibliothecis, retuliſſe illum veriſimile eſt. Grammaticæ qvoq; vicem Lexicon illud præſtare poteſt, ut præteream tot fabulas, hiſtorias, proverbia & res varias ſcitu dignas paſſim traditas & explicatas. Non contemnendum auctorem appellat Guilelmus Canterus lib. 2. novar. lectionum capite 9. & haud invenuſtis epigrammatis lucubrationem ejus commendarunt Joannes Laſcaris, Scipio Carteromachus, Angelus Politianus & *Joachimus Camerarius* i) ut omittam laudes in eundem congeſtas tum à Voſſio, Borrichio, Morhofio k) aliisq;, tum ab eodem Camerario in præfat. ad ſecundam Lexici Varini editionem Baſil. apud Robertum Winter (χειμερινὸν) 1538. fol. qvæ licet minoribus expreſſa typis

f) Vide Pauli Leopardi emendationes lib. IX. cap. 16. Tomo III. Lampadis artium Gruterianæ.

g) Mauſſacus diſſ. Harpocrationi adjecta pag. 396. edit. Lugd. Bat. 1683. 4.

h) Joſephus Scaliger monet vix quicqvam in Varini lexico contineri quod non in aliis editis contineatur, licet colligendi ea laborem, quem in ſe ſuſcepit, fatetur utiliſſimum eſſe. Ita enim ille Epiſt. 235. pag 503. cum de Photii Lexico adhuc inedito dixiſſet: *Extat hodie magno cum fructu legentium ſimilis labor Varini Favorini, qui æqualis fuit ſeculi Politiani. Et quanquam apud ſtudioſos magna in gratia eſt, nihil tamen habet quod non hodie in aliis reperiatur.*

i) Laſcaris, Carteromachi & Camerarii epigrammata operi Varini præmittuntur. Politiani vero tetraſtichon qvo Varinum Italiam matrem effœtam atq; extorrem Græciam ſuſtinere atque alere velut ἀντιπελαργοῦντα affirmat, adſcribam ex ejus poëmatis Græcis Tom. 3. Opp. edit. Lugd. 1537. 8.

Ἑλλάδι τοῖς ἰδίοις πεπλανημένη ἐν λαβυρίνθοις
Οὐ μίτον ἀλλὰ βίβλον πρόθετο δαιδάλεον
Οὐχ ἕλλην, Ἰταλὸς δὲ Βαρῖνος, κοῦτιγε θᾶσαν
Εἴγε νέοι τὴν γραῖαν ἀντιπελαργέομεν.

k) Voſſ. de philologia cap. V. §. 17. Olaus Borrichius de Lexicis Lat. & Gr. ad calcem analectorum de lingua Lat. p. 50. Morhof. lib. IV. polyhiſt. c. 8. p. 94. Diarium Venetum Tom. XIX. p. 123. ſeq.

Digitized by Google

typis, tamen & emendata eſt, & duos uberrimos indices Græcos adjunctos habet, tum vocum extra ordinem alphabeti poſitarum, tum proverbiorum, auctore *Hieronymo Gunzio* Bibratenſi, qvem virum ſibi amiciſſimum & utraqve lingva doctiſſimum Geſnerus l) appellat. Editio Pariſienſis apud Morellum, Simlero m) memorata nulla eſt, uti nec Hanovienſis A. 1521. fol. qvam videas referri in catalogo Bibl Nobiliſſimi D. Adami Chriſtophori Jacobi. Sed harum vice merito celebrare juvat novam Venetam, Græcis maxime hoc flagitantibus n) qvoniam priores duæ rariſſimæ erant in Italia & vix XXV. vel XXX. ſcutatis venales, non ita pridem curatam A. 1712. fol. o) ab Antonio Bartoli typographo Veneto, caſtigatamqve diligenter & excuſam typis nitidis & majoribus: columnis per tria σελίδια diſtinctis, atqve vocibus ſingulis qvæ explicantur novum verſum incipientibus. Multæ etiam voces prioribus editionib⁹ adjunctæ qvæ aſteriſco addito ſemper diſtingvuntur, etiam indices ex Baſileenſi editione repetiti, atqve opus inſcriptum Joanni Conſtantino Baſarambæ, Woevvodæ Brancovano, cujus effigies etiam præmittitur, principi Walachiæ, qvi genere materno Cantacuzenos attingit. Codex MStus Lexici Varini, qvi fuit apud M. Henricum Sigismundum Schillingium, Diaconum Droſenfeldenſem, memoratur à Joh. Faſoldo in præfat. ad Orationem Scipionis Carteromachi de laudibus litterarum Græcarum, ipſius cura recuſam Baruthi 1690. 4. Præter lexicon hoc, & *Cornu Copiæ* de qvo dixi Volum. VII. pag. 13. ſeq. extant etiam *Apophthegmata* p) ex variis auctoribus per *Joh. Stobæum* collecta, Varino Favorino interprete, ad Leonem X. Romæ 1577. 4. 1519. 8. & Cracov. 1529. 8. qvam poſtremam editionem hoc epigrammate commendavit Wenceslaus Sobeslavienſis:

*Lector*

l) Geſnerus Bibl. p. 328. b.

m) Simlerus Bibl. p. 675. *Phavorini Camertis lexicon Græcum cum indice paraſtichadum locupletiſſimo excuſum eſt Pariſiis in officina Morellii, in fol.* Catalogus Bibl. Jacobææ editus Lipſiæ 1693. 8. inter libros Philoſophicos in fol. parte 2. p 41. num. 234. *Varini Phavorini Camertis Lexicon Græcum ſine verſione. Hanov.* 1521.

n) Diarium Venetum Tom. XIX. pag. 127. *Le due prime edizioni di Varino erano divenute ſi rare, e di prezzo ſi enorme che a gran pena per venticinque e anche trenta ducati Veneziani potevano appreſſo i librai ritrovarſi. I Greci, maſſimamente di Levante, appreſſo i quali queſto leſſico è in credito e in uſo piu di qualunque altro, ne hanno ſollicitato i Bartoli &c.*

o) De hac videſis Acta Erud. 1713. pag. 241. Neuen Bücher ſaal. XXV. pag. 1. Diarium Venetum Tom. XIX. p. 127. ſeq.

p) Idem Diarium Venetum p. 110. ſeq.

*Lector candide, ſi cupis repente*
*Divina quaſi virgula vocatus*
*Moralem ſophiam tibi parare,*
*Hoc parvi moneo legas libelli,*
*E græco tibi quod bonus Varinus*
*Traduxit lepide ſimul Latine.*

## *Lexica Græcolatina Recentiorum.*

X. Inter Lexica Græcolatina recentiorum ſcriptorum, ratione temporis qvo in lucem edita eſt illius lucubratio, familiam ducit *Joannes Craſtonus* Placentinus, Carmelitanus, cujus Vocabuliſta Græco-Latinus primum prodiit Regii Lepidi A. 1497. 8. qvæ editio in Leidenſi Bibl. publica aſſervatur: Deinde edidit Bonus Accurſius Piſanus, dicavitqve Joanni Franciſco Turriano, ducali qvæſtori, impreſſum in ædibus Dionyſii Bertochi Bononienſis ſubterraneis, Mutinæ 1499. fol. ut didici ex V.C. Michaëlis Maittaire Annalibus typographicis T. 1. p. 363. Habeo & ipſe Lexicon ejusmodi Græcolatinum perantiqvum, editum in fol. ſed in qvo titulus deeſt, neqve extrema pagina 455. locum aut tempus denotat, qvod incipit: ἀαγὴς, έος, *intangibilis*, ἄαπτος *intangibilis, vel cui nocere quis nequeat* &c. H. Stephanus in Epiſtola de typographiæ ſuæ ſtatu, A. 1569. 8. edita, & Almeloveenii libro de vita Stephanorum adjuncta, *iis*, inqvit, *quæ circumferuntur Lexicis Græco-Latinis primam impoſuit manum monachus quidam frater* Johannes Craſtonus, *Placentinus Carmelitanus, ſed cum is jejunis expoſitionibus (in quibus vernaculo etiam ſermone interdum, id eſt Italico utitur,) contentus fuiſſet, perfunctorie item conſtructiones verborum indicaſſet, nullos auctorum locos proferens ex quibus illæ pariter & ſignificationes cognoſci poſſent, multi poſtea certatim multa hinc inde ſine ullo delectu atque judicio excerpta inſeruerunt; donec tandem indoctis typographis de augenda lexicorum mole inter ſe certantibus, & præmia iis qui id præſtarent proponentibus, quæ jejuna, &, ſi ita loqui licet, macilenta antea erant expoſitiones, adeo pingues & craſſa reddita ſunt, ut in illis paſſim nihil aliud quam bœoticam ſuem agnoſcamus.* Eodem loco varias ejus modi βαρβαρολεξικοσυγγραπτάδων hallucinationes atqve errores H. Stephanus perſtringit.

Lexicon Græcolatinum excuſum ab Aldo Venetiis: hinc Ferrariæ A. 1510. & Pariſ. Hieron. Alexandro curante A. 1512. auctumqve à *Jo. Maria Tricaëlio*, Æqvinate, in qvo multa falſa, notante Geſnero. Deinde Lugduni cum auctario & à *Valentino Curione* Hagenoio, Baſileæ apud Cratandrum 1519. fol.

K *Nic.*

*Nic Beraldi* Dictionarium Græcolatinum Pariſ. 1521. fol.

Dictionarium idem addita interpretatione Latina, tribus vocum millibus auctius additis variis Grammaticorum Græcorum apoſpasmatiis, & de vocibus Atticis Tho. Magiſtro, Phrynicho & Emanuale Moſchopulo. Venet. 1524. fol. apud Franciſcum Aſulanum.

*Jacobi Ceratini* Dictionarius Græcus Baſil. 1524. fol. cum præfat. Eraſmi, qvi Ceratino auctor fuit ut hunc laborem in ſe ſuſciperet, & ipſe nonnulla adjecit. Inter eos qvi Græca auxere Lexica, profitetur & MAINO non parum deberi, ac male precatur invidæ febri qvæ ſtudioſis eam utilitatem reddiderit maligniorem. Vide Eraſmi Epiſtolas lib. XXVIII. 21. ubi ait Ceratinum exactam utriusqve lingvæ peritiam cum incredibili modeſtia copulaſſe. *Hujus*, inqvit, *acceſſionem cum conferrem cum aliorum auctariis quæ in proxima Gurmuntii editione fuerant addita (nam hanc Ceratinus noſter non viderat) miro modo vix ullam vocem ab hoc annotatam comperi quam illi priores occupaſſent. Pauperis eſt numerare pecus, ſed pauperius eſt numerare dictiones. Satis multas adjecit Ceratinus, ſed ingentem fateberis theſaurum, ſi expendas, quod acceſſit, potius, quam numeres.*

Magis etiam illo lexicographorum vulgo ſe exemit *GUILELMUS BUDÆUS*, renaſcentis literaturæ alter qvaſi Camillus, qvo elogio eum mactat Adr. Junius lib. 2. cap. 6. Adverſariorum. Hujus *Commentarii Græcæ linguæ* præmiſſa Græca ad Regem Galliæ Franciſcum præfatione Pariſiis primum 1529. & Colon. ac Baſileæ 1530. fol. editi, & deinde tertia parte auctiores Pariſ. 1548. apud Rob. Stephanum fol. typis luculentis recuſi ſunt & Baſil. 1556. fol. qvartum Operum Budæi Volumen implent. In his auctor nullo neqve alphabeti neqve alio ordine obſervato, innumerarum vocum phraſiumqve, illarum præcipue qvæ ad res civiles ac forenſes pertinent, prout ſub acumen ſtyli ſcribenti venerunt, proprias & varias ſignificationes ex probatis auctoribus, Oratoribus maxime & hiſtoricis eruit, atqve Latine ex veterum Romanorum uſu expoſuit, ut nihil illis elegantius, nihil doctius cogitari poſſit. Ac dicitur liber ille Salmaſio veram ad eruditionem viam primum aperuiſſe, ut non vane auguratus ſit jam olim Eraſmus in Epiſtolis, obſervationes Budæi, utriusqve linguæ ſtudioſis plurimum utilitatis eſſe allaturas. Nam & ad latinam eloqventiam apprime facere, veriſſime monuerunt Franciſcus Vavaſſor de ludica dictione p. 321. & Rich. Simon Bibl. ſelectæ Gallice editæ Tom. 1. p. 354. De iisdem commentariis Angelus Caninius in Helleniſmo: *Iſtius Orationis formas, & breviter quicquid ad græcanicas*

*nicas phraſes attinet, doctiſſime perſecutus eſt* Budæus *in ſuis commentariis, quos nuper & emendate & eleganter magno ſtudiorum bono excudit Badius. Eum librum comparare ſibi debet, quisquis ſerio græcari volet.* Edmundus Richerius in obſtetrice animorum pag. 230. *Quia magni illius Budæi mens & inſtitutum in ſuis commentariis fuit Græca Latinis conferre & connectere, certumque eſt quicquid unquam elegantiæ aut venuſtatis in utraque lingua extitit, id totum libris illis contineri, qui huic ſtudio egregiam navare operam cupiunt, excellens illud & cæleſte monimentum Budæi cogitate notare debent: cujus auxilio omnia linguæ principis arcana facile perveſtigabunt.* Buchananus:

*Gallia quod Græca eſt, quod Græcia barbara non eſt,*
*Utraque Budæo debet utrumque ſuo.*

Omitto elogia certatim in eum congeſta à Lud. Vive ad lib. 2. Auguſtini de Civitate DEI cap. 17. & de tradendis diſciplinis pag. 306. Scaligero in Scaligeranis, Barthio XXI. 3. Adverſar. Morhofio lib. IV. polyhiſt. cap. 8. §. 3. Vitam Budæi * ſcripſit Ludovicus Regius, qvæ cum lucubrationum ejus elencho legitur apud Bateſium & Leickerum: ** Regio addenda qvæ habet Joh. Launojus parte 2. Gymnaſii Navarrei pag. 875. ſeq. qvi tamen fallitur cum pag. 882. notat Budæum obiiſſe A. 1573. Calend. Septembr. nam anno 1540. Cal. Sept. extinctus eſt, ætatis 73. Budæum in plerisqve libenter ſeqvuntur Lexicorum Græcorum poſt eum vulgatorum auctores, etiam Henricus Stephanus, qvi in paucis qvibusdam locis ab ejus ſententia diſcedit, qvorum rationem uberiorem reddere voluit in ſuo qvem promiſit theſauri Græcæ linguæ Corollario, & in editione nova Commentariorum Budæi. *Cogito enim,* inqvit in præfat. ad theſaurum Græcæ Linguæ pag. 12. *de libri illius editione, quæ habeat cùm alia, quibus multo quam antea utilior reddatur, tum vero meas in quosdam locos annotationes.* Sed nec Corollarium illud, nec editio Commentariorum Budæanorum à Stephano notis illuſtrata lucem vidit.



* Adire etiam licebit de Budæo elogia Jovii p. 179. & Sammarthani p. 3. Nicolai Reusneri icones pag. 95. Bullartii Academiam ſcientiar. Tom. 2. pag. 166. Claudii Sinceri vitas JCtorum III. pag. 103. Alphonſi Clarmundi vitas editas Germanice Tom. 1. p. 25. Bælii Lexicon, Hendreichii pandectas Brandenburg. Bailletum T. 3. judicior. editorum Gallice pag. 157. ſeq. Bonifacii Hiſtoriam ludicram XV. 3. &c.

** Frid. Jac. Leickherus in Vitis decem JCtorum editis Lipſiæ 1686. 8. pag. 28. Guil. Bateſius in vitis ſelectorum aliquot virorum excuſis Lond. 1681. & 1704. 4. p. 215.

Dictionarium trilingue, in qvo Latinis vocabulis in ordinem alphabeticum digeſtis reſpondent Græca & Hebraica, Hebraicis adjecta ſunt magiſtralia (Rabbinica) & Chaldaica, opere & labore *Sebaſtiani Münſteri* congeſtum. Baſil. 1530. 1543. 1562. fol. Latina & Græca eadem fere in Tricaëlii Lexico.

*Ambroſii Calepini* Latino dictionario vocabula Græca anonymus qvidam adjecit. Id ſæpius ſubjectum prælo etiam cum aliarum linguarum acceſſione, ut in editione Baſil. 1605. lexicon undecim linguarum.

Lexicon Græcolatinum auctorum inſigniter à præclaro viro *Petro Gyllio.* Baſil. 1532. fol. & deinde ſæpius cum aliorum auctariis recuſum, ut infra commemorabitur.

*Primum circa A.C. 1537.* (inqvit *Conradus Gesnerus* in epiſtola Ao. 1562. ſcripta de libris à ſe editis) *Lexicon Græcolatinum* (Baſil. 1537. fol.) *quod jam ante à diverſis & innominatis neſcio quibus ſatis miſere conſarcinatum erat, ex* Phavorini Camertis *Lexico Græco ita auxi, ut nihil in illo extaret quod non ut ſingulari fide ac diligentia, ita labore maximo adjicerem: ſed typographus me inſcio, & præter omnem exſpectationem meam, exiguam duntaxat acceſſionis meæ partem adjecit, reſervans ſibi forte auctarium ad ſequentes etiam editiones. Eodem paullo poſt defuncto, meum exemplar recuperare non potui. Ab eo etiam tempore in gratiam* Henrici Petri, *Baſileenſis typographi, ter aut quater ex diverſis lectionibus meis, idem volumen inſigni acceſſione auxi, A. 1545. ita ut ſemper nominarem authores à quibus ſingula excepiſſem, ut & authoritas major eſſet, & orthographia minus corrumperetur: quod ſi alii etiam multi Lexicorum corruptores potius quam auctores obſervaſſent, non usque adeo aliquot millibus locorum corrupta hæc volumina hactenus in publicum prodiiſſent, non ſolum typographicis erratis paſſim innumeris abſurdiſſime referta, propter imperitiam illorum qui ad præla corrigunt: ſed ipſorum etiam auctorum, quorum plurimos idcirco ſua nomina profiteri puduit. Ultima quidem editio à me locupletata Baſileæ nuper prodiit ex officina* Hieronymi Curionis *A. 1560. Septembri, in folio, chartis trecentis octoginta quatuor. - - - In Lexicon Græcolatinum A. 1544. Baſileæ excuſum in 4 de utilitate ac dignitate linguæ Græcæ præfatus ſum.*

*Petri Daſypodii* Helvetii, qvo præceptore uſum ſe Tiguri, narrat Gesnerus, Lexicon Græcolatinum Argentorat. 1539. 4.

Lexicon Antvverpiæ editum anno eodem 1539. 4.

Lexicon Græcolatinum Baſileæ 1539. 4. apud Jo. Walderum cum præfat. Simonis Grynæi, qvi illud his verbis laudat ſane magnificis: *Lexi-*

Digitized by Google

*Lexicon igitur, adoleſcens, hoc Græcum ad ſummum, quantum maxime fieri poteſt, perductum habes, Copioſius & vocibus pluribus refertum nullum extat, comparatu facilius nullum, ad uſum accommodatum meliusque nullum* &c.

*Jo.Charadami* lexicopator etymon Græcolat. Pariſ. 1543. fol.

*Nicolai Gerbelii*, Lexicon Græcolatinum A. 1546. MS. vidiſſe ſe Argentorati teſtatur Geſnerus in Pandectis p. 37. b.

LexiconGræcum locupletatum ab *Hadriano Junio* A. 1548. inſcriptumq; Eduardo Angliæ Regi fidei defenſori & ſupremo Anglicanæ Eccleſiæ à Chriſto capiti, qvem titulũ Indici librorum prohibitorum inſertum qveritur Junius, ut videre licet in ejus Epiſtolis p. 124. p. 469. ſeq. & 508. De Lexico iſto iterum pag. 70. 223. & 180. ubi ſex millibus vocum atqve eo amplius auctum à ſe teſtatur. Ab hoc opere diverſus eſt ejusdem Junii nomenclator, parvæ molis liber ſed præclarus & utilis, de qvo infra.

Lexicon Græcolat. editum Lugd. 1550. fol. apud Frellonium. Et aliud eodem anno Baſileæ, locupletatum à *Jo. Hartungo*, poſt *Arlenium*, aliosqve.

*JOACHIMI CAMERARII.* Commentarii inſignes utriusq; linguæ ſimiliter ut Budæi opus nullum alphabeti ordinem obſervant, in qvibus diligens præcipue exqviſitio nominum qvibus partes corporis humani appellari ſolent, additis & functionum nomenclaturis, & aliis huc accedentibus. Baſil. 1551. fol.

*Jacobi Tuſani* Lexicon. Pariſ. 1552. fol. ingenti vocum acceſſione locupletatum.

Ex Budæi commentariis maximam partem decerptum Lexicon Græcolatinum *Caroli Stephani*, qvi Roberti frater, Henrici patruus fuit, editum Pariſ. A. 1554. fol. cum additionibus MSS. Hœſchelii obvium Romæ in Bibl. Barberina.

Inter melioris notæ Lexicographos merito ſuo refertur ROBERTUS CONSTANTINUS, Medicus Cadomenſis cujus Dictionarium Linguæ Græcæ, Cadomenſi Civitati & Jacobo Dalechampio, viro docto & præ cæteris amico ab auctore dicatum lucem vidit Genevæ apud Jo. Criſpinum A. 1562. fol. 2. Volum. atq; deinde cum additionibus *Franciſci Porti* aliorumqve recuſum eſt ibid. A. 1592. fol. ne dicam de Lexico Græco Latino *Jo. Criſpini*, collecto ex eodem Rob. Conſtantino & A. 1566. 4. edito, qvod manu Iſaaci Voſſii paſſim auctum, notatumqve exſtat in Bibl. publica Leidenſi. Non ut in theſauro H. Stephani ſub radicibus vocabula, ſed ſuo ſingula ordine per litterarum ſeriem digeſta in Conſtan-



Digitized by Google

ſtantini Lexico leguntur. Verum auctor in præfatione promittit *artificioſam tabulam*, in qva linguæ Græcæ origines, annominationes &, conjugata, primitiva & derivativa ſimul collocantur, ſervato tantum alphabetico ordine in primitivis. Hinc majore judicio collectum Conſtantini Lexicon qvam Stephani theſaurum exiſtimabat Jo. Henricus Bœclerus in Bibliographia curioſa, qvæ ſine nomine auctoris vulgata primum, deinde Bœclero vindicata & ſub Bibliographiæ Criticæ titulo, cum Jo. Gottlieb Krauſii V. C. animadverſionibus Lipſ. 1715. 8. prodiit pag. 19. Certe anteqvam Stephani opus videret lucem, omnium qvorumcunqve commentarios, qvi unqvam in Græca lingua erant editi à Conſtantino ſuperari, affirmavit Mich. Neander pag. 457. erotem. Hebr. Sed præterea etiam edere voluit Conſtantinus *de accentuum Græcorum ratione* plenam brevemqve commentationem. *Elegantias linguæ Græcæ* ejusqve cum Latina comparationem. *Compendioſam methodum ſtudii linguæ Græcæ* & de ejusdem auctorum lectione tractationem. Deniqve *theſaurum rerum & verborum linguæ Græcæ* per locos communes, in qvo duo indices vice duplicis dictionarii, Græci & Latini, & tertius rerum, qvæ in locis communibus tractantur ſylvam materiamqve contineret. Licet vero integris corporis & mentis ſenſibus memoriaqve valida uſus ad extremam usqve ſenectutem, & A. 1605. demum anno ætatis centeſimo tertio Conſtantinus diem * obiit, 6. Cal. Jan. promiſſa tamen illa non implevit, neqve in lucem protulit qvod memoratur à Simlero dictionarium ex Homero cæterisqve poëtis Græcis collectum ſimile dictionario Nizolii in Ciceronem. Nihilominus theſauri ſpem qvod fecerat, invidiam incurrit non levem. Conſtantinum enim perſtringere videtur H. Stephanus, nimis acerbus ſæpe eorum qvi idem cum ipſo ſtadium decurrere auſi ſunt cenſor & Ariſtarchus, in præf. ad theſaurum ſuum pag. 17. his verbis: *Præſtiti denique, lector, in hoc opere, vel potius præſtare conatus ſum, quæ ipſum theſauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certe titulum mihi præripere jam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiiſſent: Sed illi* θησαυροῦ *eorum appellationi merito aliquis ex proverbio depromtum vocabulum* ἄνθρακες *adſcripſiſſet. Foris enim & titulo theſaurus erat; intus autem nihil aliud quam vulgaris conſarcinatio, quæ antea lexici Græcolatini recogniti nomine appellabatur, novis aliquot ſuturis aucta: aut (ſi mavis) quadam interpolationum acceſſio, ut vel ex ipſa collatione perſpici poteſt, adeo ut perinde eſſet ac ſi perſonatus Irus Cræ-* *ſum*

* Vide Teiſſierii elogia Thuanea Tom. IV. p. 506. Bailletum, jugemens Tom. 3. p. 137. Colomeſii Galliam Oriental. p. 103.

*ſum ſe mentiri ſub ejus perſona vellet.* Contemnit etiam Conſtantinum ejusqve laborem indignis modis Joſephus Scaliger in Scaligeranis pag. 101. & in Epiſtolis pag. 104. 107. qvod ex ſingulari ac privato in eundem odio profectum monet eruditiſſ. Huetius in Originibus Cadomenſibus Gallice editis cap. 24. cum patri Julio Cæſari Scaligero chariſſimus Conſtantinus fuiſſet, & per aliqvod tempus communibus ab eo ædibus exceptus, tanti etiam ob eruditionem & fidem atqve integritatem æſtimatus, ut ante obitum ſuum illi potisſimum lucubrationum ſuarum ineditarum in lucem proferendarum curam voluerit committere. Conradus etiam Geſnerus in Epiſtola de libris à ſe editis p. 21. *Hoc anno*, inqvit, *quo hæc ſcribo*, 1562. *Genevæ prodiiſſe audio longe copioſiſſimum & emendatiſſimum Græcæ linguæ theſaurum à Rob. Conſtantino, incomparabilis doctrinæ viro, ex Jo. Criſpini officina.* Hujus Conſtantini habemus minime contemnendum etiam Latinæ Linguæ ſupplementum, ſive lexicon vocum rariorum in poſtrema tunc Calepini editione prætcritorum, excuſum Genevæ apud Euſtathium Vignon 1573. 4. qvod manu Emerici Bigotii paſſim notatum fuit in Bibl. præclara Bultelliana: nec non nomenclatorem ſcriptorum qvorum libri exſtant vel MSti vel impreſſi in Bibliothecis Galliæ & Angliæ, indicemqve Bibliothecæ Geſneri. Pariſ. 1555. apud Wechelum, 8. Notas in Celſum Lugd. 1566. 8. & Amſt. 1687. 12. 1713. 8. In Dioscoridem Lugd. 1558. 8. Argentorat. 1565. 4. Et in Theophraſti hiſtoriam plantarum cum Jul. Cæſ. Scaligeri ad eandem commentariis Lugd. 1584. 8. & Amſt. 1644. fol. Ineditas ejus in Plinii Hiſt. nat. animadverſiones in Bibl. Lamoniana aſſervari teſtatus eſt Bailletus ejus præfectus: & neſcio ubi vel edita reperiantur vel MSta deliteſcant qvæ inter Conſtantini ſcripta typis excuſa memorantur ab Antonio Teiſſierio Tom. 4 elog. Thuanor. p. 508. Aphoriſmi Hippocratis verſibus redditi Græcis & Latinis: Juliani Imperatoris Miſopogon & Epiſtolæ in Linguam Latinam converſæ, nec non de Antiqvitatibus Græcorum & Latinorum libri tres.

## *De HENRICI STEPHANI Theſauro Græcæ Linguæ.*

Stephaneæ ſtirpi id fuiſſe proprium videtur, ut in communes ſtudioſorum uſus conſtrueret theſauros, a) Ciceronianum Carolus, Lati-

a) Theodorus Janſonius ab Almeloveen de vitis Stephanorum Amſt. 1683. 8. pag. 72. Mich. Maittaire in Stephanorum hiſtoria Lond. 1709. 4. p. 352.

Latinum Robertus, Græcum Henricus: licet Græci etiam magna pars Roberto ejusqve ſtudiis debetur, ita enim de illo jam A. 1557. in præfatione ad Lexicon Græcolatinum Ciceronianum filius ipſe Henricus Stephanus teſtatur ſe propemodum vereri, ut Alexander olim patris Philippi victoriis materiam triumphorum ſibi eripi dolebat, ne ſic patris ſui in litteras meritis induſtriæ ſuæ laudem intercipi contingeret. *Et conatus quidem ejus fortaſſe nihilo meis majores: ſed ut viribus ita etiam effectu longe profecto ſum inferior. Ecce enim ille ſibi non lexicon Græcolatinum neſcio quod, ex ineptiſſimarum adnotationum quadam velut colluvie conflatum, tanquam veſtimentum aliquod ex vilibus ſcrutis conſarcinatum, ſed ingentem & immenſum linguæ Græcæ theſaurum, jam a multis annis, ſumtibus prope infinitis, ex præſtantiſſimis linguæ auctoribus ſibi congerit atque coacervat. Qui certe illo Latinæ linguæ theſauro (quem etiam ipſe cumulaverat) tanto erit opulentior, tantoque pretioſior, quanto majores ſunt illius quam hujus, ut omnes fatentur, divitiæ.* Poſt Robertum A. 1559. defunctum, de excudendo theſauro jam A. 1561. cogitavit filius, nam die 13. Julii illius Anni datum eſt privilegium Caroli IX. Galliarum Regis, cui A. 1570. 15. Febr. aliud Maximiliani II. Imp. acceſſit. Non prius autem Theſaurus Græcæ lingvæ ab Henrico Stephano in lucem datus eſt qvam A. 1572. fol. qvatuor Voluminibus, dicatusqve Maximiliano II. Imp. Carolo IX. Galliæ Regi, Eliſabethæ Reginæ Angliæ atqve Electoribus Imperii Friderico Palatino, Auguſto Saxoniæ & Joanni Georgio Brandenburgico, nec non Academiis Viennenſi, Pragenſi, Pariſienſi, Oxonienſi, Cantabrigienſi, Heidelbergenſi, Lipſienſi, Witebergenſi & Francofurtenſi ad Viadrum. Opus incomparabile, amplas Græciæ opes totis caniſtris, admetiens ſtudioſis, & qvod immenſo labore ſtetit autori, adjuto licet parentis induſtria * & Friderici Sylburgii b) ac fortaſſe aliorum, c) unde omnes Græcarum literarum ſtudioſos beneficio ſibi obſtrinxit tanto majore, qvod ab illo usqve tempore qvi uberiores & accuratiores panderet Græcæ linguæ commentarios, per annos centum & qvin-

* *Paterno auſpicio atque ductu.* H. Stephanus præf. ad Adagia Eraſmi A. 1558. Adde ejus Epiſt de typographiæ ſuæ ſtatu, apud Almeloveen. p. 177.

b) Frid. Sylburgius 1596. 16. Febr. Heidelbergæ peſtilentia interemtus eſt teſte Abrahamo Sculteto in nenarratio de vita ſua p. 34. ubi addit H. Stephanum in adornando theſauro multum ab eo adjutum. At Stephano facit injuriam Melch. Adami in Sylburgii vita pag. 193. edit. in fol. quando ſcribit potiſſimam theſauri partem, ejus labore conſtare: unde reprehenditur à Bailleto Tom. 3. Judiciorum de ſcriptoribus p. 136.

c) Scaligerana p. 145. *H. Stephanus non ſolus fecit theſaurum. Pluſieurs y ont mis la main.*

qvinqvaginta repertus eſt nemo. In titulo ipſo profitetur auctor præter alia plurima qvæ primus præſtitit, paternæ in theſauro Latino diligentiæ æmulus, vocabula in certas claſſes diſtribuiſſe, multiplici derivatorum ſerie ad primigenia tanqvam ad radices unde pullulant revocata.

*Nunc alii intrepide veſtigia noſtra ſequantur,*
*Me duce plana via eſt qua ſalebroſa fuit.*

Qvanqvam vero ingens laudeqve ſua dignus, nec inutilis labor etiam eſt ille qvo vocabula Græca ad radices ſuas primus revocavit, tamen ad qvotidianum uſum ſtudioſorum atqve evolventium compendium neutiqvam oportunus ſed moleſtiſſimus eſt, adeoqve aliis ſervari commentariis, & lexicon identidem conſulturos morari non debebat. Moratur autem incredibiliter non tirones modo ſed etiam eos qvi progreſſus non contemnendos in Græcis litteris fecerunt: qvam multis enim in vocabulis non ſatis conſtat etiam doctiſſimis de origine? deinde compoſitorum omnium, cum duæ ad minimum radices eſſe debeant, incertum manet ſub utra inveſtigandum ſit, etiamſi conſtat de radice utraqve. Ac niſi verborum indice, qvi in qvarto tomo exſtat, ſtudium inqvirendi qvodammodo Stephanus levaſſet, multi haud dubie illud conſulere plane deſperarent, qvia non poſſent id facere ſine nimis magno eoq; ſæpius faciendo qvotidie temporis diſpendio. At ſic qvoqve duplici tamen labore opus, indicem enim primum, deinde in alio volumine locum ipſum evolvere eſt neceſſe. Et qvanqvam non crediderim hanc eſſe cauſam d) ut hodie vix unus Græce doctus reperiatur pro qvinqvagenis peritis Græcarum litterarum qvales fuere bene multi renaſcentibus litteris, anteqvam Stephani theſaurus & Scapula in hominum manibus verſarentur: nihilominus puto eſſe veriſſimum,

L mum,

d) Moyſes du Soul in Epiſtola inſerta Novellis literariis Amſtelodami A. 1720. 8. editis Gallice Tom. XI. pag. 133. *la pratique de mettre les mots non dans leur ordre alphabetique, mais ſous leur racines, qui a eu lieu depuis que, pour le malheur des lettres, les Etiennes s'aviſerent de ranger tous les derivez & les compoſez ſous leur racine, a été une des principales cauſes de la decadence de Grec. Car qui eſt-ce qui pourroit ſupporter le degout que cauſe cette methode? - - auſſi voyons nous ce qui en eſt arrivé. Je poſe en fait, qu'au renouvellement des lettres en Europe, il y avoit plus de cinquante perſonnes pour une aujourd'hui qui ſavoient le Grec. Pourquoi cela? Eſt ce que le bon ſens & la nouvelle Philoſophie ont fait découvrir à notre ſiecle, que les ecrits des Grecs, ſont ou ridicules, ou faux, ou un vain jargon comme les ſubtilitez de l'Ecole, que ceux qui ne ſavent pas les choſes, confondent aſſez ſouvent avec la Philoſophie des Anciens. Point du tout* &c.

Digitized by Google

mum, in lexico hanc eſſe virtutem maximam, ut qvi illo utitur, ſine difficultate ac temporis jactura, qvæ inqvirit, invenire qveat, itaqve longe præferendam methodum aliorum qvi non ſub radicibus ſed ſuo qvæqve loco per alphabeti ordinem vocabula ſingula exhibent exponuntqve.

Non Pariſiis, ut perſuaſum multis, ſed Genevæ excuſum eſſe theſaurum, ( neuter enim locus in fronte operis notatur ) merito ob rationes qvas ſuggerit hiſtoria typographei Stephaniani, ſtatuit eruditus amicus & collega meus conjunctiſſimus, Mich. Reichey in chreſtomathia Græca ſive conſilio de recte inſtituendo Græcæ linguæ ſtudio, cujus ſectione VIII. de theſauro hoc diſſerit accuratiſſime. Idem non ſine cauſa negat duas illius exſtare editiones, licet recentiſſimus ac diligentiſſimus hiſtoriæ Stephanorum ſcriptor Michael Maittaire p. 355. poſteriorem etiam theſauri editionem prodiiſſe tam certum eſſe affirmat, qvam qvo anno prodierit, fatetur incertum eſſe. Sed poſt vulgatum A. 1579. compendium à *Jo. Scapula*, qvo maximam ſibi factam injuriam, & opportunam diſtractionem operis ſui tanto ſumtu ſuo & labore perfecti impediri haud immerito dolebat, novum frontiſpicium theſauro ſuo præfixit Stephanus, & in illo Scapulam pungit his verbis:

*Quidam ἐπιτέμνων me capulotenus abdidit enſem,*
*Æger eram à ſcapulis, ſanus at huc redeo.*

In averſa tituli hujus novi facie, ſive opiſtographo etiam comparet Epiſtola, qva non modo graviter conqveritur de injuria ab epitomatore ſibi illata, ſed etiam contendit plura eaqve magni momenti prætermiſſa à Scapula, qvæ poni lectorum intererat, in aliis etiam invertiſſe eum ac pervertiſſe dicta, dum mentem atqve artificium auctoris non aſſeqvitur. Eandem qverelam ſuam repetit Stephanus in palæſtra de Lipſii Latinitate A. 1591. 8. edita p. 51. ſeq. ubi etiam novo illo qvod dixi frontiſpicio ornatum theſaurum, ipſe poſteriorem operis ſui editionem pag. 54. appellat, atqve in Scapulam ſtringit hoſce jambos, qvos ſplendida bilis ipſi dictaverat:

*Opus redegit qui illud in compendium,*
*Impendium in eo temporis quam maximum*
*Feciſſe dicit: vellet id penſare nos*
*Sua crumena maximo compendio.*

*Lecto-*

Digitized by Google

*Lectorum at ille maximo diſpendio*
*Contraxit opus id, impoſuit & omnibus.*
*Poena irrogetur huic ut nongravis tamen,*
*Tantum eſſe dignum dixerim ſuſpendio.*

Sed operæ pretium eſt audire etiam Scapulam, ita cauſam ſuam agentem, & qvantum Stephano debeat vel non debeat profitentem in præfat. ad Lectorem: *In hoc opere abſolvendo cum plurimum operis contriviſſem, - - - incidi forte in theſaurum ab Henrico Stephano conſtructum, cujus ſola inſcriptione lecta, exiſtimavi me actum egiſſe. Verum cum theſaurum illum penitius introſpectum, præter alia multa à meo conſilio diſcrepantia, diverſo etiam ab eo quem ſecutus fueram ordine ſcriptum fuiſſe re ipſa cognoviſſem, idque amicorum oculis ſubjeciſſem, eorum judicio fretus multisque rationibus adductus hæc tandem in lucem prodire permiſi. At vero ne theſauri illius Herculeo ſane labore compoſiti, auctorem bene de literis meritum debita laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar, quid illi acceptum feram, fateri non gravabor. Cum enim in eo theſauro tanquam in penu locupletiſſimo dictionum vim & proprietatem melius exprimi, ſignificationes diſtinctius collocari, pluribus aptioribusque exemplis confirmari, diverſas conſtructiones diligentius obſervari, denique quæ tum veteres tum recentiores lexicographi, ſcholiaſtæ, Grammatici & alii in Græca lingua cognitione excellentes viri ad hoc argumentum pertinentia ſcripſerunt, plenius contineri & accuratius quam in ſuperioribus lexicis collecta exhiberi comperiſſem, ea inde potiſſimum depromta meo inſtituto accommodavi, conſultis iis quoque auctoribus ex quibus illa in theſaurum fuerunt relata. Pauciſſima ex pluribus exempla ſelegi, loquendi formulas non niſi magis neceſſarias expoſui, ne liber in nimiam molem excreſcens lectori tædium afferret, emtoremve pretii magnitudine deterreret. Si autem in eo theſauro multa vocabula adjecta ſunt quæ in aliis lexicis deſiderantur, ita etiam non pauca teſtimonio munita huc acceſſiſſe, ſi quis collationem inſtituat, ſæpius deprehendet, atque adeo quamplurima adjici poſſe non eſt diſſimulandum.* In hoc omnes eruditi conſentiunt, nec Scapulam fraudandum laude induſtriæ, licet iniqvum præ ſtudio, & de Domino qvondam ſuo ac præceptore * meritum haud bene: H. Stephani vero dolendam vicem, cui pro tantis laboribus ſuis & impenſis, qvibus omnes litteris operantes ſibi maxime obligavit, hoc gratiarum loco repenſum eſt, ut redacto ad inopiam identidem qverendum fuerit à theſauro ſe eſſe pauperem redditum. Θησαυρὸς ἄριστος πᾶσιν ὢν ἑτέροις, ἐστὶ κάκιστος ἐμοί.



* Almeloveen, pag. 74. de vitis Stephanor. & Mich. Maittaire p. 358.

*At theſaurus me hic ex divite reddit egenum,*
*Et facit ut juvenem ruga ſenilis aret.*

Qvanqvam etiam in celebrando& extollendo opere utiliſſimo haud minor eſt eruditorum conſenſus, qvod horreum ac promtuarium totius Græciæ vocat Morhofius, Mericus Caſaubonus * viri ſummi inæſtimabilem theſaurum, atqve alibi, librum incomparabilem & vere theſaurum: tamen jamdiu ſimili deſiderii & votorum conſenſione exoptant omnes, ut poſt tam diutinum & longius ſæculo ſpatium exoriatur tandem aliqvis Stephano ſimilis, ſed faventiore utens fortuna, qvi adjutus ab aliis ** ſuppleat, atqve ex ſcriptoribus vel poſt Stephanum demum protractis in lucem, vel ab eo non ſatis diligenter excuſſis, latifundia Græca amplius oculis omnium pandat, facilioreqve & obvio utentibus ordine exponat. Vir doctiſſimus Olaus Borrichius in diſſertatione de lexicis pag. 50. *Nemo merito ſuo laudatior Henrico Stephano, cujus Græca lingua theſaurus pene inſtar omnium eſt, ſolidus, cultus, locuples, in quo niſi tria deſiderarentur, (primo, quod exſtent non pauca in iis qui omnium manibus verſantur auctoribus hic omiſſa: ſecundo, quod multa id temporis Græcorum monumenta hodie in publico notiſſima nondum evulgata eſſent: tertio, quod voces plurimæ plures admittunt ſignificationes, quam quæ in illo theſauro ſignatæ ſint) jam perveniſſet ille lexicographorum Græcorum labor ad usque ſuos umbilicos.* Fuit cum plenius lexicon Græcum exſpectare juberemur à viris in Græcorum ſcriptorum lectione ſubactiſſimis *Rich. Bentleio*, Britanno, *Laur. Normanno* Sveco, & *Ludolpho Kuſtero*, Germano: qvorum hunc, fatum prænaturum intercepit, & alios qvoqve ipſius conatus laudatiſſimos, editionem Heſychii, & theſauri latini recogniti evertit. Normannum ſimiliter mors acerba eripuit ſacris, & humantioribus litteris. Bentleium, adhuc, & diu precor ſuperſtitem animus ad alia amœniora & ſplendidiora revocavit. *Pauli Cornettæ* Clerici Regularis Lexicon Græcum, ex ſacris & externis ſcriptoribus in qvinqve magna digeſtum volumina editioniqve paratum, laudat & Romæ in Bibliotheca patrum S. Mariæ Magdalenæ MStum ſervari teſtatur Proſper Mandoſius in Bibl. Romana pag. 150. De aliis, qvi idem ſaxum voluerunt, juvat, ne actum agam, appo-

* Pag. 42. ad Marcum Antonin. & in diſſ. de nupera Homeri editione.

** Recto & æquiſſimo judicio Mich. Maittaire in Stephanorum hiſtoria p. 388. *Tantum abeſt ut ob aliquot voces in H. Stephani theſauro deſideratas eum negligentiæ inſimulem, ut ejus potius induſtriam ſuſpiciam quod plures non deſiderantur. In quam immanem molem excreſceret, quam inexhauſtos labores, quot Herculeo huic operi invigilantes viros, quot annos ſibi depoſceret theſaurus qui univerſa Græcorum omnium Auctorum vocabula variasque ipſorum ſignificationes complecteretur.*

Digitized by Google

apponere notata à Clariſſimo Collega meo Michale Richey in laudata Chreſtomathia Græca: *Non dicam de exemplo theſauri Stephani quod poſſidere mihi contigit, cui ſua manu paſſim quædam addidit* Eraſmus Schmidius. Joh. Conradum Dietericum, *Profeſſorem Gieſſenſem auctarium quoddam ad idem opus ſub manu habuiſſe, in quo errores ejus ſe detecturum ſit pollicitus, ſed eum viveret non inveniſſe typographum, & poſt mortem ejus omnem illum laborem in irritum cecidiſſe refert Morhoſius (aut qui Morhoſium ſupplevit Joh. Frickius) lib. IV. Polyhiſt. cap.8. §. 6. Imo diſcerptum plane deinceps auctarium illud fuiſſe intelligo ex fragmento ejus quod in manibus nonneminis eſſe ſignificatur* in Neuen Bücher-Saal *Tom. 1. p. 963. Rem eandem à Morhoſio traditam confirmat doctiſſimus Dieterici in Profeſſione Græcarum literarum ſucceſſor* Jo. Henr. Maius *fil. qui etiam in obſervationibus ſuis ſacris lib. IV. pag. 161. ſeq. voces CCLX à ſola præpoſitione σὺν incipientes, aut ſine auctoritate adductas, aut plane à Stephano omiſſas recenſuit. Sic plurimas alias eidem vel intactas vel autoritate nulla ab eo confirmatas in uno Epicteto & Simplicio obſervaſſe jampridem virum in hac palæſtra verſatiſſimum* Simonem Ertmannum *ſcribit Borrichius in appendice ad Analecta Lat. linguæ pag. 51: qui & ipſe ibi quid in Stephano deſideret exponit, & complures nominat ſcriptores Græcos ex quibus ille vel parum vel nihil in ſuum theſaurum adſciverit. Ex ſolo Luciano vocabula CXLV. quorum haud facile ullum apud Stephanum offenderis, notavit* Joh. Jenſius, *& ſua ſerie exhibuit in lectionibus Lucianeis lib. III. cap. 1. pag. 309. ſeq. Nec pridem ex ſolo Xenophonte Vir Cl.* Joannes Grammius *Profeſſor Hafnienſis ſpecimen dedit ſupplementi Lexicorum Græcorum ad calcem ſuæ hiſtoriæ Deorum ex Xenophonte, ſive prodromi Antiquitatum Xenophontearum, quæ diſſertatio eſt Hafniæ edita 1716. 4. ubi lexicon illud à p. 111. porrigitur ad p. 159 continetq; voces quæ in præſtantiſſimis, ſtudioſorum Græcorum Græcæ linguæ manibus quæ teruntur lexicis Græcolatinis (proinde & in theſauro Stephani) vel prorſus non habentur, vel nullo Auctoris claſſici teſtimonio confirmantur: fore etiam ut idem vir doctiſſimus ſimiles ex aliis quoque ſcriptoribus obſervationes aliquando adjiciat, ſpem eſſe dicit Severinus Lintrupius in præfat. ad Chriſtiani Falſteri ſupplementum Linguæ Latinæ pag. )( )(.* Tan. Fabrum *jam olim quatuor millia vocum Græcarum lexicis prætermiſſarum collegiſſe teſtatur filia ejus Anna Daceria in notis ad Anacreontem.* * *Nec dubito quin maximus etiam ad rem lexicam apparatus in promtu fuerit* Jo. Caſpari Svicero, *qui Lexicon Græcum majus meditatus eſt, quod immenſo fere labore collectum & in duos in folio tomos diſtributum omnes voces Græcas exhibiturum erat, ipſo promit-*



* Locus eſt ad Odam LVIII: pag. 204. *Le mot ἀναςαλύζω, dont Anacreon ſe ſert en cet endroit, ne ſe trouve point ailleurs, & on le chercheroit inutilement dans les dictionnaires, auſſi bien que beaucup d'autres que mon pere avoit autrefois ramaſſez, juſques au nombre de plus de quatre mille.*

Digitized by Google

*tente in præfat. ad theſaurum Eccleſiaſticum. Michaël etiam Maittaire aliquando dicentem audivit Busbejum* * *doctorem quondam ſuum in ſchola Weſtmonaſterienſi Græce peritiſſimum, ſibi* virum qvendam doctum *oſtendiſſe bina volumina vocum, quæ in H. Stephani theſauro non reperiuntur, ut refert in hiſtoria Stephanorum pag.* 388. De ſcriptis utilibus variis Grammaticis, qvæ in appendice theſauri ſui Stephanus exhibet, dicere me memini Volum. VII. p. 35. ſeq. Tomo autem primo præmittuntur de laudibus Græcarum litterarum orationes binæ, una *Scipionis Carteromachi*, ** Piſtorienſis, Danieli Reinerio, Patricio Veneto inſcripta, & altera *M. Antonii Antimachi*, habita in Gymnaſio Ferrarienſi: his ſubjunguntur excerpta ampla ex oratione tertia qvam in commendationem Græcarum litterarum vulgavit *Conradus Heresbachius.* Eadem cum prioribus duabus orationibus Jacobus Lectius præmiſit corpori Poëtarum Græcorum, edito Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ A. 1606. fol.

## ALIA LEXICA GRÆCOLAT.

Lexicon Græcolatinum Petri *Gyllii*, cum variis acceſſionibus aliorum, & novis à *Joanne Hartungo* additis recuſum eſt Baſil. 1577. fol. ex officina Henrico Petrina; ſed optima & locupletiſſima exſtat editio Anni 1584. fol. in qva datur frui junctim exhibitis obſervatis *Petri Gyllii*, *Guil. Budæi*, *Jacobi Tuſani*, *Conr. Gesneri*, *Hadr. Junii*, *Rob. Conſtantini*, *Jo. Hartungi*, *Marci Hopperi*, *Guil. Xylandri*, editorumqve *Jac. Cellarii* & *Nicolai Hönigeri.*

*Joannis Scapulæ* Lexicon ex Henrici Stephani theſauro, qvicqvid diſſimulet, excerptum, & laudabili induſtria in φιλεκλήνων uſus digeſtum atqve exornatum locupletatumqve, prima vice lucem vidit Baſileæ A. 1579. † fol. 1594. & Genev. 1598. & cum Hypotypoſi dialectorum *Jacobi Zwingeri* Baſil. 1605. & cum Latino *Laurentii Martii* Palatini indice 1627. & Lond. 1637. addito inſuper *Jo. Harmari* lexico Etymologico

* Hic eſt Busbejus, à quo uſum lexici Scapulæ alumnis Weſtmonaſterienſibus interdictum narrat idem Maittaire pag. 352.

** De Carteromacho, ſive Forteguerra, diſcipulo Politiani, viro doctiſſimo qui A. 1513. diem obiit, conſulendum Diarium Venetum (Giornale de' letterati d' Italia) T. XX. pag. 278. ſeq. Oratio hæc ejus poſt editionem primam Venetam ap. Aldum 1504. 4. ſæpius lucem vidit, ut Baſil. 1517. 4. Rom. 1543. 4. & Baruthi Joh. Faſoldo curante 1690. 4. Antimachi Oratio cum ejus verſione librorum Gemiſti Plethonis de geſtis Græcorum, aliorumque apoſpaſmatiorum Dionyſii Halic. Demetrii Phalerei & Polyæni prodierat Baſil. 1540. 4.

† Falluntur qui A. 1570. aſſignant, ut auctor clariſſimus hiſtoriæ Stephanorum pag. 359. & Bibl. Fabriciana Helmſt. Tom. 3. pag. 250.

Digitized by Google

logico, & deniqve accuratiſſimo ſtudio Lugd. Bat. & Amſt. 1652. fol. apud Elzevirios & Hackium, curantibus *Cornelio Schrevelio* & *Lamberto Barlæo*, qvi Joannis etiam Meurſii gloſſarium græcobarbarum abbreviatum, præter varia opuſcula Grammatica in theſauro H.Stephano obvia adjecerunt. Hæc editio recuſa Baſileæ 1665. fol. Exſtat etiam epitoma Scapulæ edita A.1598.4. Ex laudato Collega meo Michaele Richey comperi duo exempla Scapulæ, qvibus egregia plurima ex lectione Græcorum ſcriptorum adnotaverat Balthaſar Stolbergius ὁ μακαρίτης, eſſe in manibus Rev. Theod. Daſſovii, Antiſtitis Rendsburgenſis. Inter alia in illis annotationibus Stolbergianis videre licet voces phraſesqve ſcriptorum ſacrorum novi fœderis, teſtimoniis auctorum Græcorum comprobatas. Sic in Bibl. Barberina aſſervantur lexica Tuſani A.1552. fol. & Rob. Conſtantini A. 1562. fol. manu Hœſchelii paſſim aucta & emendata.

Dictionarium qvadruplex, Anglicum, Latinum, Græcum & Gallicum. Lond. 1580. fol.

*Eduardi Grant*, qvi Criſpini Lexicon qvater vel qvinqvies mille vocibus auxit, lexicon Græcolatinum Lond. 1581. 4.

Lexicon trilingue. Argentorat. 1611. fol.

Dictionarium tetraglotton, Latinum Græcum Gallicum & Belgicum. Franek. 1612. 8.

Morelli theſaurus linguæ Latinæ, Græcæ & Gallicæ, ex emendatione Auberti. Lugd. 1612. 4.

*Henrici Decimatoris* theſaurus linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Gallicæ, Italicæ & Germanicæ. Lipſ. 1613. fol.

## LEXICA MINORA.

*Hadr. Junii* nomenclator, rerum nomina propriis vocabulis expreſſa variis linguis explicans, Antvverpiæ A. 1567. 8. editus & 1576. 1583. deinde recuſus: Edmundo Richerio judice nec laudari ſatis nec digne æſtimari poteſt, cum loco breviſſimi optimiqve commentarii in omnes antiqvos auctores eſſe poſſit, c. 6. obſtetricis animor. p. 227.

Balthaſaris Garthii Lexicon Græcolatinum Francof. 1602. 8. & deinde ſæpius. Garthius olim bilinguis jam trilinguis, hoc eſt Lexicon Latino Germanico Græcum, curis ſecundis Georgii Matthiæ Kœnigii, cum præfat. B. Jo. Mich. Dilherri. Norimberg. 1679. 8.

*Eilhardi Lubini* clavis Græcæ linguæ, ſive compendioſum lexicon latino Græcum & Græcolatinum, una cum ſylloge ſenten-

tia-

tiarum * qvibus Vocabula linguæ primitiva continentur, Roſtoch. 1605. 1609. Lubec. 1612. 1620. Lipſ. 1633. & ex Danielis ac Philippi Parei recenſione Francof. 1643. 1662. 8. Lugd. Bat. 1644. 12. Amſt. 1647. 1651. 1664. 12. & cum interpretatione Germanica. Norimb. 1718. 8.

*Antonii Laubegois* Græcæ linguæ breviarium Græcolat. Duaci 1626. 8.

*Jo. Amos Comenii* Janua linguarum, Græcis additis à *Theodoro Simonio* Holſato Amſt. 1642. 12. & ex *Steph. Curcellæi* recognitione Amſt. 1649. 8.

*Cornelii Schrevelii* Lexicon manuale Græcolatinum Analyticum & Latino GræcumLugd. Bat. 1657. 8. & ex qvinta editione inBelgio curata, Amſt. 1682. etiam emendatius prodiit curaB. Doctoris mei Jo. Godofredi Herrichen, Lipſiæ 1684. 8. Dresd. 1707. 8. & ex recenſione Henr. Ludolphi Holtzkampii Amſt. 1709. 8. Auctum Græcolatinum per Joſephum Hill, & Latino Græcum à Joh. Hutchinſono Lond. 1663. 8.

*Guilelmi Robertſoni* theſaurus linguæ Græcæ à Joſepho Hill auctus ad voces circiter 24000 Lond. 1676. 4. non immerito laudatur à Colomeſio p. 79. Bibl ſelectæ, eſt enim lexicon omnium in eo genere locupletiſſimum & emendate excuſum.

*M. Gottlob Frid. Peckii* liber memorialis Græcæ linguæ ad modum ſimilis Latini Cellariani, voces primitivas & ſub illis derivatas & compoſitas naturali ordine exhibens, cum præf. Clariſſ. M. Jo. Davidis Schreberi.* Dresd. 1709. 8.

*Joannis Caſparis Suiceri* Lexicon Græcolatinum, Tiguri 1683. 4. qvi majus etiam aliud, duobus Voluminibus in fol. adornaſſe ſe teſtatur in præfat. ad Theſaurum Eccleſiaſticum, qvod lucem haud vidit.

*Lexicon Græcolatino Germanicum* Francofurti 1698. 8. Zunneri ſumptibus curatum, bonæ notæ.

Lexica Latino Græca Jo. Gerlaci Willhelmi, Johannis Lindneri &c.

V. C. *Benjamini Hederichii* ** lexicon manuale Græcum, cujus nuper ſpes facta eſt, omnibus ſui generis lexicis, qvæ exſtant, longe locupletius promittitur in tres partes videlicet hermeneuticam, analyticam atqve ſyntheticam diviſum, forma octava majore.

*Jo. Chriſtianum* qvoqve *Hertzogium*, præclaris lucubrationibus notum & Græcæ linguæ haud mediocriter peritum Lexico Græco digerendo

* Hæ ſententiæ ſolent etiam Schrevelii lexico ſubjici. Similiter radices linguæ Græcæ verſibus Gallicis complexus eſt *Claudius Lancelotus*, Monachus Benedictinus.

** Gelehrte Zeitungen A. 1719. pag. 100.

rendo operam ſuam addixiſſe,libenter intellexi exGottliebStollii introductione in hiſtoriam eruditionis, edita A.1718.8. Germanice p.128.

Inſigne etiam ſpecimen lexici novi Græco Gallici noviſſime lucem vidit in Gallia, *Projet d' un dictionaire Grec*. Vide Mem. de Trevoux, Juin 1718. pag.1118. Journal desSavans 1718. Decembr. p.671. Hic guſtus facile ſalivam movebitGrææ lingvæ ſtudioſis,ut totum opus propediem abſolutum videre deſiderent, qvod dictionariis hactenus editis locupletius futurum eſt & accuratius. Ut tamen pluribus inſerviat, ex Græcogallico oportebit adornari Græcolatinum, vel Gallorum exemplo ab aliis etiam nationibus Græco-Germanicum, Græco-Anglicum &c.

*Theodori*, Polycarpi F. Dictionarium Græcolatino Ruſſicum prodiit Moſcuæ 1704. 4. Vide Acta Erud. T.4. ſupplem. p.500.

## *Lexica ſpecialia & indices Græcarum Vocum in ſcriptores quosdam ſingulos Græcos.*

IN POETAS qvidem:

In *Homerum* Wolffgangi Seberi indicem, Lexicon analyticum Lud. Culonii, clavem Ant. Roberti & G. Perkinſi, Jac.Sorgeri phraſeologiam Homericam & epitheta ex Iliade per Nic.Pruſtum collecta, jam memoravi lib.2. c.3. §.29. ſeq. qvibus addere licet indicem locupletiſſimum Græcum qvem Euſtathii ad Homerum commentariis ſubjunxit in Romana editione Matthæus Debares ſive Devarius: alium Baſileenſis ἐκδόσεως curator. Indicem item de qvo Scaliger in Scaligeranis p. 145. ubi de H. Stephano: *l' indice des mots d' Homere eſt bon.* Indicem item Aſcanii Perſii,Romæ editum: Indicesqve Græcos in volumine utroqve editionis præclaræ Homeri Barneſianæ ſubjunctos. Jeremiæ Hœlzlini indicem in Iliad. lib.I. V. & IX. editos à Theod. Schrevelio Lugd. Bat. 1642. 8. Homeri epitheta à Jacobo Revio collecta habuit MSta V. C. Jacobus Perizonius, legavitqve ea Bibl. Leidenſi. Indicis omnium vocum Homericarum Seberiano etiam digeſtioris & elaboratioris neſcio qvo autore, ſpecimen Gieſſa ante aliqvot annos ad me miſit vir doctiſſimus Jo.Henricus Majus, filius.

In *Heſiodum*,Georgii Paſoris in collegio Heſiodeo Amſt.1632.8. atqve ex patris ſchedis per filiumMatthiamPaſorem index auctior in editionibus Heſiodi Schrevelianis Amſt.1650. 1657. 8.Lipſ. 1684.1713 & Amſtelodamenſi Joannis Clerici 1701. 8. Præclarus etiam index Græcus in Heſiodum ejusq; ſcholiaſtas exſtat in editionePlantiniana 1603.4.



Digitized by Google

qvem auctor ejus Daniel Heinſius pro gloſſario & vocabulario Heſiodico eximio lectoribus ſuis commendare non dubitat.

In *Theognidem* Index Wolfgangi Seberi. Lipſ. 1603. 1620. 8. & index atqve analyſis omnium vocabulorum in editione Francofurtenſi A. 1709. 8. qvam notis etiam & commentario inſtruxit Henricus Gottlob Juſt, Profeſſor Academiæ Erfurtenſis.

In *Phocylidem* & *Pythagoræ aurea carmina* indicem omnium vocabulorum dedit idem Wolfgangus Seberus * Lipſ. 1604. 8. In *Phocylidem, aurea carmina* & *Naumachii* ſententias, indicem & analyſin Grammaticam M. Adam Erdmannus Mirus, Gymnaſii Zittavienſis Conrector inſigniter promeritus. Budiſſæ, 1715. 8.

*Pindarum* & Lyricos Æmilii Porti Lexicon Pindaricum Hanov. 1606. 8. & index locupletiſſimus omnium fere vocum phraſiumqve qvi exſtat in editione Pindari Oxonienſi 1697. fol. Nam Eraſmi Schmidii πινδαροταμεῖον ſive Concordantias Pindaricas, qvarum ſpecimen dedit in prolegomenis ad illum Poëtam, deſideramus.

In *Æſchylum* index Græcus vocum in ſcholiis explicatarum ſubjungitur in editione Stanleiana, Lond. 1663. fol.

In *Ariſtophanem* πίναξ ἁπάντων τῶν ἀξιολόγων ἀφθονώτατος occurrit in editione Græca Baſileenſi Frobeniana 1547. fol. repetitus etiam in Græcolatina Genev. 1607. fol. Sed longe pleniorem indicem vocum Ariſtophanis, accuratioremqve debemus viro erditiſſimo Ludolpho Kuſtero, in editione Comici qvam adornavit præſtantiſſima Amſt. 1710. fol.

In *Menandri* & *Philemonis* fragmenta index Græcus à V. C. Jöanne Clerico adjectus, cui plura etiam inſerta ex inedito Photii Lexico Amſt. 1709. 8.

In *Callimachum* Index Græcus vocabulorum omnium exſtat ad calcem editionis Pariſienſis A. 1674. 4. qvam dedit Anna Tan. Fabri filia. Cumqve ab eo tempore fragmenta plura acceſſerint in editione Callimachi Græviana Ultrajecti 1697. 8. etiam index Græcarum vocum in illa occurrit locupletior.

In *Lycophronem* index vocabulorum omnium auctore D. Richardo Wright, Londinenſi, exhibetur in editione utraqve Potteriana Oxon. 1697. 1702. fol. In

* Hic Seberus indices ejusmodi etiam in alios poëtas Græcos Apollonium, Euripidem, Sophoclem, Theocritum &c. affectos habuit. Vide ejus Epiſtolam ad Jungermannum, poſt Hottomannianas p. 471, & de aliis pii hujus & diligentis viri ſcriptis Clariſſ. Godfridi Ludovici hiſtoriam Rectorum ſchol. p. 130. ſqq.

Digitized by Google

In *Theocritum*, *Moſchum*, *Bionem*, & *Simmiam*, dictionarium Doricum Æmilii Porti, Francof. 1603. 8.

In *Dionyſii* periegeſin dolendum eſt Balthaſaris Scheidii indicem fato viri præclariſſimi interceptum eſſe, cujus ſpem ille fecit præfat. ad indicem in Herodianum.

In *Oppiani* Halievtica gloſſarium de qvo ſupra p. 61.

In *Muſæi* carmen de amoribus Herus & Leandri, index omnium verborum ſubjicitur editioni qvam cum variorum notis adornavit Daniel Pareus. Francof. 1627. 4. Novam editionem cum novo indice Græco expectamus à V. C. Jo. Henrico Kromayero.

In *Nonni* metaphraſin Evangelii Johannei, index Græcus Frid. Sylburgii, in editione Commeliniana 1596. 8. recuſa Lipſ. 1618. 1629. 8.

## *IN SCRIPTORES PROSARIOS.*

In *Herodotum* lexicon Jonicum Æmilii Porti, Francof. 1603. 8. gloſſarium breve, λέξεων ἰάδων συλλογή, & Joach. Camerarii atqve H. Stephani recenſio & interpretatio vocum Herodoti, qvæ extant in editionibus hujus ſcriptoris melioribus Stephaniana, Jungermanniana, Galeana & Gronoviana. Breve aliud lexicon Anonymi τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, qvod ex Codice Goldaſti occurrit in editione Gronov. pag 748. Mauſſacus exiſtimavit eſſe excerptum ex Apollonii γλώσσαις Ἡροδότου qvas ex magno etymologico nominavi ſupra pag. 27. Idem illud H. Stephanus pridem A. 1564. 8. ediderat ad calcem ſui Erotiani p. 105. In Herodoto Tho. Galei habes etiam indicem dictionum Herodoti Jonicarum Græcolatinum concinnatum à Nathano Nicols: Et editionem Jac. Gronovii claudit index vocum Græcarum de qvibus in notis diſſerit.

In *Hippocratem* Erotiani & Galeni ſæpius edita, aliorumqve deperdita gloſſaria memoravi lib. 4. cap. 36. §. 4. ſeq. ubi etiam dictum de Anutii Foëſii lexico Hippocrateo elaboratiſſimo Francof. 1588. Genev. 1662. fol. & de Joh. Conradi Dieterici iatreo Hippocratico ſive lexico in Hippocratis Aphoriſmos, Gieſſæ 1656. Ulm. 1661. 4. nunc tantum addo in ephemeridibus literariis Pariſienſibus A. 1715. menſe Julio pag. 113. ſeq. propediem edendum promitti Doucqverii Medici Cadomenſis Lexicon medicum univerſale etymologicum & philologicum,



Digitized by Google

cum, in qvo undecies mille vocabula rarioris uſus ab auctoribus Græcis Latinis & Gallicis adhibita illuſtrantur.

In *Thucydidem* index Græcus verborum phraſiumqve ſubjungitur in editione Wecheliana 1594. fol. alius in Thucydide optimi Viri & non ſine magno dolore meo litteris nuper erepti Jo. Hudſoni, Oxon. 1696. fol.

In *Xenophontem*, Æmilii Porti index Græcarum vocum phraſiumqve & H. Stephani vocabula Xenophonti peculiaria vel cum Herodoto ac Thucydide communia, exſtant in editionibus Xenophontis Sylburgiana Francof. 1594. fol. & Pariſ. 1625. fol. Joannis Grammii V. C. ſpecimen ſupplementi Lexicorum ex Xenophonte, ad calcem hiſtoriæ Deorum ſive prodromi antiqvitatum Xenophontearum. Havniæ 1716. 4.

In *Iſocratem* Hieron. Wolfii index in editione Baſil. 1549. fol. Michaël Neander in phraſeologia Iſocratis, Baſil. 1558. 8. H. Stephani diatriba de vocabulis nonnullis & loqvendi generibus ab Harpocratione & Svida apud Iſocratem obſervatis, in editione Iſocratis A. 1593. fol. & ad calcem Harpocrationis illuſtrati à Jac. Gronovio Lugd. Bat. 1696. 4. Non repetenda hoc loco qvæ de Harpocratione & aliis in Rhetoras Lexicis dixi lib. 4. cap. 36. §. XI. ſeq.

In *Platonem* plura veterum Lexica deperdita memoravi lib. 4. cap. 36. §. 10. & de Timæi Lexico edito partem, partem adhuc inedito dixi Volum. IX. p. 418. Non contemnendus etiam index vocum ſubjicitur editionibus Platonis Græcis Baſileenſibus 1534. & 1556. fol.

In *Æſchinis* tres dialogos index Græcus verborum & phraſium locuples ſubjunctus editioni præclaræ Græcolatinæ Petri Horrei, Leovardiæ 1718. 8.

In *Ariſtotelem* indices Græci optimi ſubjuncti in editione Philoſophi operum accuratiſſima Græca Wecheliana A. 1587. 4. qvam Friderico Sylburgio debemus. Idem vir egregius magno ſtudioſorum hujus linguæ fructu ſimilibus inſtruxit indicibus alios etiam qvos vulgavit ſcriptores ut *Dionyſium* * Halicarnaſſeum, Romanæ Hiſtoriæ ſcriptores Græcos minores, nec non *Pauſaniam*, *Etymologicon magnum*, *Juſtinum Mar.*

* Indices Græcos in Dionyſium Halic. & Clementem Alex. habes etiam in editionibus Oxonienſibus utriusque ſcriptoris quorum illam Jo. Hudſono, A. 1704. hanc Jo. Pottero Oxonienſi Epiſcop debemus A. 1715. fol. Indicem in Pauſaniam etiam in editione Lipſienſi A. 1696. fol. in Juſtinum Martyrem, inedit. Pariſ. 1615. 1636. fol. Witeb. 1686. fol.

Digitized by Google

*Martyrem & Clementem* Alex. *Theodoreti* libros de curatione Græcar. affect. Lexicon autem vocum Ariſtotelicarum ad Philoſophiam pertinentium Petro Petito auctore, qvod brevi proditurum ſcribebat Menagius ad Laërtii Platonem pag. 160. b. lucem non vidit. Pridem qvoqve intercidit Clitarchi liber de interpretatione vocabulorum Ariſtotelis qvem laudat Euſtratius in IV. Nicomacheorum. Sed extat D. Martini Fogelii τῦ μακαρίτυ lexicon inſigne vocabulorum, homonymorum præcipue, apud Ariſtotelem, editum Hamb. 1689. 4.

In *Theophraſti* Characteres Ethicos, Index præclarus analyticus Petri Hedelini, curante viro egregio, Erico Benzelio, Upſaliæ 1708. 8.

In *Plutarchi* librum de puerorum inſtitutione index analyticus & lexicon Olai Heſychii. Lipſ. 1705. 8.

In *Julii Pollucis* Onomaſticon index Wolfgangi Seberi, in edit. Francof. 1608. 4. & longe plenior accuratiorqve Stephani Bergleri in editione Pollucis optima Wetſteniana Amſt. 1706. fol.

*Arriani* hiſtoriam de expeditione Alexandri & de rebus Indicis vidi illuſtratam eruditis notis & uberrimo indice Vocum phraſiumqve Græcarum atqve ad editionem paratam à Rev. viro Georgio Raphelio, Paſtore Eccleſiæ Luneburgenſis, cujus obſervationes inſignes ad Novum Teſt. è Xenophonte, Polybio & Arriano digeſtas habemus.

In *Æliani* Varias Hiſtorias Lexicon concinnavit Jo. Scheferus Argentorat. 1647. 1662. 8. deinde auxit & emendavit in ſua editione Joachimus Kuhnius, Argentorat. 1688. 8. & novo accuratoqve ſtudio Jacobus Perizonius. Lugd. Bat. 1701. 8.

In *Herodiani* Hiſtoriam Lexicon ſive index Græcus analyticus locupletiſſimus Balthaſaris Scheidii, ad calcem editionis Bœclerianæ Argentorat. 1662. 1672. & 1694. 8.

In *Sextum Empiricum* index Græcus ſubjunctus editioni à me curatæ Lipſ. 1718. fol. auctorem habet juvenem egregium Nicolaum Fedderſen, Flensburgenſem.

Ex *Luciano* indicem vocum qvæ in Henr. Stephani theſauro omiſſæ ſunt conſignavit Joannes Jenſius vir doctiſſ. libro tertio lectionum Lucianearum cap. 1. pag. 309-316. Hag. 1699. 8.

*Man. Moſchopuli* in Philoſtrati imagines lexicon MS. ſupra pag. 52.



Digitized by Google

In Catalogo Bibl. inſtructiſſimæ Bultellianæ pag. 343. memorantur Lexica qvædam Græca edita, ad qvorum margines Emericus Bigotius manu ſua notaverat voces uſurpatas à *Porphyrio, Jamblicho, Polyæno, Dione* Chryſoſtomo & *Ariſtæneto :* nec non à Patribus Græcis *Juſtino*, *Origene*, *Athanaſio*, *Gregorio Naz. Cyrillo Alex. Theodoreto, Nilo.*

Bene Mich. Maittaire vir egregius in Hiſtoria Stephanorum pag. 389. *Mihi rudi quidem ſed litterarum amantiſſimo, veniam dent eruditi, ſi cupiam ut ne quis auctorem veterem editurus ſe opere propoſito defunctum putet, modo ipſum nitido charactere, charta magnifica, notis luculentis ornatum excudi curaverit, niſi non inſulſum indicem, ſed lexicon ipſi auctori peculiare accommodet.*

Non omittendum etiam hoc loco H. Stephani Græcolatinum *Lexicon Ciceronianum*, editum Pariſ. 1557. 4. in qvo Græcorum ſcriptorum loca à Cicerone allegata cum Tullii verſione exhibentur, Græcisqve illorum vocibus ordine alphabeti deſcriptis, interpretatio Ciceronis, laudatiſſimo inſtituto adjungitur.

Ad ea deniqve qvæ de lexicis Græcis *Biblicis* in ſacros atqve Eccleſiaſticos ſcriptores tum univerſe tum ſingillatim in *Dionyſium* Areopag. *Joannem Chryſoſt.* & *Andream* Cretenſem adornatis dixi ſupra pag. 62. & lib. IV. cap. 35. & 36. (& de *Concordantiis*, qvas appellant, Græcis in LXX. interpretes & in Novum Teſt. ibid. pag. 553. & Volum. IX. pag. 621.) hoc loco adjungere juvat, præterita tunc mihi: Jo. Erneſti Grabii gloſſarium Græcolatinum in *Irenæum*, in edit. Oxon. 1702. fol. repetitum etiam auctius in Maſſuetiana Pariſ. 1710. fol.

Lexicon Græcum Biblicum, curante *Chriſtophoro Plantino* editum cum inſtitutionibus linguæ Græcæ, atqve epitome theſauri linguæ Hebraicæ Santis Pagnini in tomo VII. Operis polyglotti Antvverp. 1572. fol.

IN LXX. INTERPRETES & *libros Veteris Teſt. Apocryphos* Lexicon ſuccinctum Græcolatinum *Zachariæ Roſenbachii*, Med. D. & ſacrarum linguarum in ſchola illuſtri Herbonenſi Profeſſoris, qvod exſtat in ejus Methodo omniſcientiæ Chriſti, Herborn. 1634. 8. qvo ſub titulo habes ſimul vocabula Græca Novi Teſt. ſecundum claſſes rerum digeſta, & elenchum græcolatinum dictionum qvæ in Vet. & Novo Teſt. pariter occurrunt, nec non indicem græcarum vocum qvæ in Novo Teſt. tantum reperiuntur, & ſpecimen omniſcientiæ gentilis, hoc eſt plerasqve latinas & græcas dictiones primitivas, ſimiliter per claſſes rerum diſpoſitas. *Chri-*

*Chriſtiani Schotani* lexicon Helleniſticum ſeu Alexandrinum, Franeqveræ in 12. vulgatum exhibet G. Paſoris clavem Novi Teſt. auctam vocibus in verſione Græca LXX. Interpretum occurrentibus. Diligentiore ſtudio etiam, celeberrimo Montfaucono præeunte, voces LXX. Interpretum, cæterorumqve Aqvilæ, Symmachi &c. adjunctæ lexico Paſoris in Nov. Teſt. cura præſtantiſſimi Viri, *Chriſtiani Schœtgenii*, Lipſ. 1717. 8.

*Mich. Crellii* ſyllabum Græco biblicum, ſive vocabularium omnia nomina & verba qvæ in Vet. Teſt. verſione LXXvirali habentur, per claſſes declinationum & conjugatiorum recenſens, ordine alphabetico ante terminationes obſervato & adjecto catalogo vocum Novi Teſt. *τῶν ἅπαξ λεγομένων*. Altenburg. 1646. 12.

Præclarum inprimis eſt lexicon duplex, reliqviis Hexaplorum Origenis ſubjunctum, qvas incredibili ſtudio poſt Flaminium Nobilium & Joannem Druſium ex editis atqve ineditis monumentis non ita pridem congeſſit vir ſupra laudes *Bernardus de Montfaucon* Pariſ. 1713. fol. 2. Vol. Prius lexicon Hebraico Græcum eſt, alterum Græco Hebraicum: in utroqve vocabula non modo apud LXX. Interpretes, ſed etiam in Aqvilæ, Symmachi, Theodotionis & cæterorum Interpretum fragmentis obvia exhibentur cum Latina interpretatione, & Hebraicis qvibus reſpondent adjunguntur.

Lexicon in LXX. Interpretes à D. *Hugone Brughtono* ſtudioſe compoſitum, & adhuc ineditum Thomas Hayne in præf. ad diſſ. de linguis (in Tho. Crenii Analectis pag. 15. ſeq.) teſtatur ſe Collegii Sionenſis Bibliothecæ Oxon. dono dediſſe.

IN NOVUM TESTAMENTUM, nota omnibus

*Georgii Paſoris* Profeſſoris Franeqverani clavis, manuale, ſyllabus omnium Novi Teſt. dictionum Lugd. Bat. 1628. 12. Amſt. 1632. 12. &c.

Ejusdem Lexicon Græcolatinum, cum etymis nominum propriorum & peregrinorum. Herborn. 1622. 1626. 1632. Franeck. 1632. Numburg. 1637. 8.

A *ψευδερμηνείαις* Calvinianis repurgatum à Jo. Philippo Oheimio. Lipſ. 1658. 8.

Illuſtratum variis obſervationibus Philologicis & verborum è LXX. interpretibus apparatu auctum à V. C. Chriſtiano Schœtgenio. Lipſ. 1717. forma majore octava.

Voſſii

Voſſii Bergenſis in Norvvegia Superintendentis notæ ad Paſoris lexicon memorantur in Epiſtola Jo. Iſaaci Pontani, ſcripta A. 1632. & in Antonii Matthæi ſylloge Epiſtolarum cum A. Alciati Epiſt. contra vitam monaſticam edita Lugd. Bat. 1708. 8.

*Lud. Lucii* dictionarium Græcolatinum in Novum Teſt. editum Baſil. 1640. 8.

*Andreæ Pauli*, Wismarienſis θεμαθορολογία, diſtincte exhibens atqve Grammatica ἀκρίβεια declarans radices omnes & derivata atqve compoſita vocabula in Novo Teſt. occurrentia, qvæ per diverſas terminationes diſpoſuit & analogiæ atqve ſignificationis veluti claſſibus diſtinxit. Lubec. 1653. 12.

*Jo. Dawſon* in N. T. Cantabrig. 1706. 8.

*Joh. Conradi Dieterici* Prof. Gieſſenſis Antiqvitates poſtumæ Novi Teſt. etiam hic memorandæ, qvoniam & ipſæ digeſtæ ſunt ordine alphabetico vocum Græcarum, atqve Lexicon inſigne Philologico Theologicum in novi Fœderis libros præſtant. Francof. 1680. fol. Hic vir doctus etiam paravit in uſum Græcæ linguæ ſtudioſorum *radicale* nominum, verborum & particularum, nec non *inventarium harmonicum* voces phraſesqve Græcas cum Latina & aliis linguis conferens, & *rationale vocum* ſive etymologicum. Vide ejus ſpecillum chreſtomathiæ Græcæ editum Marpurgi A. 1649. 4. pag. 37. 59. 60.

Similiter pars poſterior Criticæ ſacræ *Eduardi Leigh*, Angli, obſervationes philologicas in omnes Græcas voces Novi Teſt. ordine alphabeti collocatas exhibet, Amſt. 1679. 1688. 1696. fol. & *Martini Caſp. Wolfsburgi* Obſervationes ſacræ in Novum Teſt. excuſæ Lipſ. 1714. 4. de qvibus Ephemerides eruditorum Pariſ. 1719. menſe Septemb. pag. 308. De *Joh. Caſp. Suiceri* theſauro, in qvo itidem voces etiam Novi Teſt. pleræqve eruditè illuſtrantur, jam dixi lib. 4. c. 36. p. 570.

*Jo. Druſii* ad voces Hebraicas Novi fœderis commentarius, Lexici in morem concinnatus prodiit Franeqv. 1616. 4.

*Martini Petri Cheitomæi* Lexicon vocum Græcobarbararum N. T. qvæ Orienti originem debent Amſt. 1649. 12. Præter Druſium & Cheitomæum de vocabulis Hebraicis Novi Teſt. conſulendi Angelus Caninius, Otto Gvaltperius, Petrus Poſſinus & D. Auguſtus Pfeiferus noſter ὁ μακαρίτης.

*Joannis Knollii*, Conrectoris Scholæ Rigenſis Vocabularium Biblicum Novi Teſtamenti perqvam utili inſtituto ita elaboratum,

tum, ut vocabula ſingula ordine librorum, capitum & verſuum diſtincte tironibus exponat. Sæpius prodiit, ut Rudolſtadii 1700. 8. & noviſſime Lipſiæ 1717. 8.

*Joachimi Langii*, Græci Novi Teſtamenti clavis grammatica, Halæ Sax. 1710. 8.

## XIII. *Scriptores recentes qui Synonyma Græca, Epitheta, & Phraſes collegerunt, nec non tradiderunt de Græcis particulis, orthographia, proſodia, ſymphonia cum aliis linguis* &c.

1. *SYNONYMA*, collegit *Martinus Rulandus*, Auguſtæ Vindel. 1567. 1576. 8. in qvibus cum non immerito plura deſideraſſet H. Stephanus præf. libri de inſtituendis Græcæ linguæ ſtudiis, emendavit illa & locupletavit inſigniter *David Hæſchelius* ibid. 1585. 1590. 8. & Genev. 1612. 1618. 1646. 8.

Paſſim etiam Synonyma notata ſunt in lexico Latino Græco *Ludovici Lucii* Profeſſoris Baſileenſis, vulgato Baſil. 1638. 8. nec non in *Jo. Bentzii* theſauro, de qvo infra, qvemadmodum inter veteres ſcriptores ſynonyma non indiligente ſtudio olim annotavit *Julius Pollux* in ſuo Onomaſtico.

2. *EPITHETORUM* Græcorum farraginem locupletiſſimam, adſcriptis poëtarum veterum qvi illa uſurparunt locis debemus nobili viro Jo. Hartungi diſcipulo *Conrado Dinnero* * Acroniano, in Friburgenſi primum Academia Græcæ Linguæ Profeſſori ac deinde Conſiliario Wirceburgico, qvi illam primum excudi fecit 1589. 8. recuſam deinde typis Wechelianis Hanov. 1605. 8. addita Eraſmi Sidelmanni epitome de Poëſi ſeu proſodia Græorum: deinde minus luculenter repetierunt Genevenſes A. 1614. 8. & 1634. 8. ſed ita ut Græcis epithetis latinam verſionem adjungerent. Collecta etiam à *Mich. Neandro* epitheta exſtant in *Joh. Vollandi* libro primo de re poëtica Græcorum, alia in theſauro Græcæ poëſeos *Nic. Cauſſini* S. I. Epitheta Homerica ex Iliade collegit *Nic. Pruſius*, Lugd. 1594. 12. ut inedita à *Jacobo Revio* collecta omittam, qvæ in Bibl. Leidenſi aſſervantur.

N 3. *PHRA-*

* Vide Henningi Witte memorias JCtorum ſæculi XVII. pag. 149. Hujus Conradi filius Andreas Dinnerus, JCtus Altdorfinus, de quo Claudius Sincerus in vitis JCtorum Tom. 2. pag. 147.

3. *PHRASES* elegantiores ex Homero *Jac. Sorgerus* in Homero emecleato Francof. 1625. 8. ex Poetis Græcis collegit & ſub titulis digeſſit *Daniel Pareus* in mellificio Attico, ** Francof. 1627. 4. nec non *Nic. Cauſſinus* Tricaſſinus S.I. in theſauro Græcæ poëſeos. Mogunt. 1614. 8. & *Joh. Vollandus* in libris qvatuor de re poëtica Græcorum, qvos Mich. Neandri præceptoris ſui auſpiciis congeſſit ediditqve Lipſ. 1579. 8. & 1592. 1613. 8. Λεξίδιον Græcum poëticum qvòd in ſpecillo chreſtomathiæ Græcæ promiſit *Joh. Conradus Dietericus*, non vidit lucem qvod ſciam.

Ex ſcriptoribus optimis proſariis *Martinus Rulandus* Friſingenſis, de emendata linguæ Græcæ ſtructura libro ſecundo. Argentorat. 1559. 8.

Ex Iſocrate *Mich. Neander* Baſil. 1558. 1572. 1588. 8.

*Jacobus Billius* Prunæus, qvem *benemerentiſſimum linguæ Græcæ* laudat ex merito Nic. Comnenus pag. 260. prænot. myſtagog. edidit Locutionum Græcarum in Communes locos per Alphabeti ordinem digeſtarum volumen Duaci 1578. 1599. 12. Lugd. 1588. 8. recuſum Pariſ. 1603. 8. Genev. 1594. 1603. 12. & 1614. 12.

*Jo. Bentzius* Bruxellenſis in theſauro elocutionis Oratoriæ ſive pure loqvendi & ſcribendi, ex Jo. Sturmii conſilio ſecundum naturæ rerum ordinem digeſto in locos LXXVI. qvo neminem veneres Græcæ Linguæ diligentius majoreqve cum judicio congeſſiſſe idqve opus omnibus in Græca eloqventia collectaneis præferendum, judicat D. Morhofius † ὁ μακαρίτης. Prodiit Baſil. 1581. fol. & Argentorat. 1594. fol.

*Franciſci Vigeri* de præcipuis Græcæ linguæ idiotiſmis. Pariſ. 1627. 12.

*Joannes Poſſelius* in Calligraphia Oratoria linguæ Græcæ poſt priores editiones Francof. 1585. 1590. 1594. †† ab auctore recognita & amplius tertia parte aucta Hanoviæ 1605. 8. ſubjuncto indice non Latino tantum ſed Græco qvoqve qvi in Billio deſideratur. Recuſus eſt liber Lugd. 1607. Genev. 1613. 1624. 8. & addita plerisqve vocabulis Gallica interpretatione 1636. 8. apud Jacobum Stoer.

4. DE

** Vide Voëtii Bibl. Theolog. p. 374. & Bibl. Fabricianam (Rev. D. Jo. Fabricii Theologi Helmſt.) Tom. 3. pag. 500.

† Lib 3. polyhiſt. cap. 2. pag. 611. & lib. 4. cap. 8. p. 99. ſeq.

†† Privilegium Cæſareum datum jam eſt A. 1582.

Digitized by Google

4. *DE PARTICULIS* Græcæ Linguæ erudite commentatus eſt *Matthæus Debares* ſive *Devarius*,idem cujus indice locuplete in Euſtathium Homeri interpretem ornata eſt editio Euſtathii Romana. Librum de particulis poſt auctoris fata in lucem dedit & Alex. Farneſio dicavit propinqvus illius Petrus Devarius Rom. 1588. 4. Poſtea iterum prælo ſubiit Londini 1657. 12. & clariſſimo Eſchenbachio curante Altdorfii 1700. 8. Excuſus & eodem anno Trajecti ad Rhen. (qvædam exemplo Amſtelodamum præferunt) in 12.

*Leonicenum* de particulis Græcis, non vidi.

5. *Jo. TORTELLII* Aretini cui libros ſex linguæ Latinæ elegantiarum Valla inſcripſit, liber *de orthographia* ſive dictionibus Græcis, qvas Latini uſurpant, tum propriis tum aliis. Venet. 1471. fol. Tarviſii 1477. fol. Vicentiæ 1479. fol. Venet. 1495. fol. Ab initio operis & alia qvædam enumerantur, & ſeorſim dictiones compoſitæ Græcæ Latinis viſitatæ. Hoc opus intelligit Hieron. Magius lib. 2. Miſc. 14. qvando Tortellii Lexicon commemorat, atqve eum adverſus acerbiorem Galeoti Martii * Narnienſis cenſuram tuetur. Confer de hoc Tortellio Trithemium cap. 751. de Script. Eccleſ. Jovii elogia, Voſſium de hiſtoricis latinis lib. 3. pag. 579. & Diarium Venetum (Giornale de' letterati d'Italia) Tom. XI. p. 305. ſeqq.

6. Ad *PROSODIAM* & qvantitates vocum Græcarum pernoſcendas faciunt *Abdias Prætorius* in libris IV. de poëſi Græcorum Baſil. 1561. 8. *Petrus Calemannus* qvi pædagogii Stetinenſis Conrector fuit, in opere proſodico Græco, Francof. 1611. 8. 1651. 8. *Nic Cauſſinus* in poſteriore parte theſauri Græcæ poëſeos. Mogunt. 1614. 8. *Philippus Labbe*, S. I. in elencho ſive theſauro proſodico Græcolatino, Pariſ. 1654. 8. & in Græca proſodia fuſe & compendio tradita, cum dialectis poëticis, ibid. 1663. 8. Deniqve *Georgius Matthias Kœnigius* Profeſſor Altdorfinus in tirocinio poëtico græco, in qvo epitheta, nomina, verba & adverbia ſecundum diverſam qvantitatem ordine litterarum digeſta exhibentur. Norimberg. 1673. 8.

7. De Symphonia & affinitate linguæ Græcæ cum aliis linguis, ſpeciatim *Germanica*, dicere nonnulla me memini lib. IV. cap. 34. §. 20. ubi etiam de Germanicæ cum *Perſica* convenientia, qvibus addere licebit Mich. Neandri Chronicon pag. 138. ſeq. Georgium Hickeſium in diſſ. Epiſtolari (theſauro ſeptentrionali inſerta) pag. 158. Matthæi Hilleri

 ſyn-

* Lib. de doctrina promiſcum cap. 28.

ſyntagmata hermenevtica p. 129. ſeq. & clariſſimum amicm noſtrum Jo. Henricum van Seelen pag. 119. ſeq. in notis ad Guil. Burtoni λείψανα veteris linguæ Perſicæ qvæ poſt edit. Londinenſ. 1657. recudi curavit Lubecæ hoc ipſo anno 1620. 8. una cum Boxhornii ad Blancardum Epiſtola de Perſicis Curtio memoratis vocabulis. Salmaſius qvidem à Scythica veteri tanqvam dialectos derivat Perſicam & Teutiſcam, & ab hac Græcam putat profluxiſſe pag. 66. libri de Helleniſtica. Etiam in moribus & vitæ ratione inter Perſas Germanosqve multa conſpirare obſervavit Matthias Beneggerus qvæſt. 129. in Tacitum, & exſtat Mich. Picarti Oratio qva Germanos Perſarum eſſe fratres contendit. Sigismundi Gelenii lexicon ſymphonicum, qvo vocabula linguæ Græcæ, Latinæ, Germanicæ atqve Illyricæ ſive Slavonicæ inter ſe conferuntur exſtat editum Baſil. 1537. 4. & Georgii Crucigeri a) harmonia linguarum qvatuor cardinalium, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ & Germanicæ. Francof. 1616. fol. Georgii Chriſtophori Peiskeri JCti indices Græcæ ac Germanicæ linguarum analogiæ Lipſ. 1685. 12. b) in qvibus etiam Lexicon Græco Germanico analogicum promiſit, cujus nec dum qvod ſciam editi vices interim præſtabit eruditi viri Georgii Henrici Urſini c) Onomaſticon Germanico Græcum, vulgatum Ratisbonæ 1690. 4. accuratius & plenius in hoc argumento verſatus eſt poſt Wolfg. Lazium libro de gentium migrationibus pag. 25-36. Mich. Neandrum in deſcriptione Orbis terrarum parte I. pag. 279. ſeq. Matthiam Berneggerum qv. XI. in Taciti Germaniam & Matthiam Brændelium in anomaliæ ſuæ, qvam μισελλήνων vocat, præfatione, & Joſephum Mariam Bellinum in Epiſtola ad Ottonem Menckenium τὸν μακαρίτην. d) Jam pridem ante hos etiam Jo. Camerarius de Dalburg, Wormatienſis Epiſcopus aliqvot millia dictionum Græcarum collegerat in Græca & Germanica lingua idem ſignificantium, ut præter Aventinum teſtatur Jo. Trithemius, ſed illius lucubratio lucem non adſpexit. Cum vero *Latinam* Lingvam Græcæ origenes debere in confeſſo ſit, huc etiam faciunt Jo. Lud. Praſchii e) diſſertationes duæ de origine Germanica Latinæ Linguæ, editæ Ratisponæ 1686. & 1689. 4. M. Zuerii Boxhornii diſſ. de

a) Vide Rev. Fabricii, Helmſtadienſis Theologi Bibliothecam Volum. III. p. 284.

b) Acta Eruditor. A. 1686. p. 418.

c) Acta Erud. A. 1690. p. 468.

d) Id. A. 1686. p. 325. & A. 1690, p. 464.

e) Id. A. 1686. pag. 419. 420.

de Græca, Romana, Germanica linguis earumqve ſymphonia, ſubjungitur Grammaticæ ejus brevi latinæ in uſum Chriſtinæ Sveciæ Reginæ editæ Lugd. Bat. 1650. 12. Joachimi Perionii libri IV. de linguæ *Gallicæ* origine & cum Græca cognatione, Pariſ. 1554. 8. De Græcæ linguæ *cum Sueogothica* affinitate Jo. Peringskiold in notis ad vitam Theodorici Regis pag. 356. ſqq. *Cum Belgica* præter Jo. Goropium Becanum Abraam Vander Mylen in Syntagmate de lingua Belgica, Lugd. Bat. 1612. 4. Exſtat etiam Chriſt. Nirmutani dictionarium linguæ *Latinæ* harmonicum cum Græca, *Gallica* & *Italica*, Francof. 1625. 8. Druides in Gallia litteris Græcis uſos olim teſtatus eſt Cæſar, qvod præter rem ſollicitatum à Franciſco Hotomanno, aſſeruit Conr. Sam. Schurtzfleiſchius in diſſ. de Druidibus. In ſermone *Cambrico* etiamnum veſtigia Græci ſermonis obſervari notavit Petrus Daniel, notis ad Qverolum qvi fertur ſub Plauti nomine. Stephanus Skinnerus in etymologico linguæ *Anglicanæ*, voces Anglicas ex linguis hiſce repetit duodecim: Angloſaxonica ſeu Anglica priſca, Runica Gothica Cimbrica ſeu Danica antiqva, Franco Theotiſca ſeu Teutonica vetere, Danica recentiore, Belgica, Teutonica recentiore, Cambro Britannica, Franco Gallica, Italica, Hiſpanica, Latina & Græca. Lond. 1671. fol. Vocum *Vandalicarum* cum Græcis conſpirantium catalogum dat Wolfg. Lazius libro laudato pag. 748. ſeq. Non omittendum etiam ſchediaſma eruditum Eraſmi, Pauli F. Vindingii de linguæ Græcæ & *Ægyptiacæ* affinitate, vulgatum Hafniæ 1660. 4. in qvo Ægyptiacæ linguæ veteris λείψανα ex priſcis collegit ſcriptoribus, & confutat Athanaſium Kircherum, qvi Græcam linguam ex Ægyptiaca profluxiſſe ſibi perſuadebat cap. V. prodromi Copti. Non minus fallitur Jo. Petrus Ericus, qvi in renato è myſterio principio Philologico, Patav. 1686. 8. f) & in ἀνθρωπογλωττογονίᾳ Venet. 1694. 4. omnes in univerſum linguas ex una Græca repetit.

## XIV. *De Græcobarbaris & mediæ ac recentis Græciæ Lexicis.*

Lapſis Græcorum rebus, etiam illorum lingua à veteri uſu ac puritate adeo mirum in modum ac prorſus defecit, uti nterjecto tempore & oblivioni tradiderit infinita, & viciſſim aliena ac barbara qvam plurima adſciverit, aliam prorſus formam aliumqve colorem induerit, nec magis Græcorum veterum aliqvis, vel illorum ſcriptorum lectio-



f) Acta Erud. A. 1686. p. 317.

lectione tritus intelligat loqventes hodie vulgari lingua Græcorum, qvam Latinus Italum vel Gallum, * Belgam Germanus: itaqve ad ſcriptores mediæ & infimæ Græcitatis cum fructu legendos omnino opus fuit aliis etiam lexicis & gloſſariis, uti aliis etiam Grammaticis libellis a) neqve hoc in genere deſiderariâ ſe qvicqvam paſſa eſt eruditorum induſtria, ſed laudabili ſtudio certatim in eo deſudavit. Huc enim faciunt:

*Stephani à Sabio* (in Cangii præfat. ad Gloſſar. latin. pag. III. & apud Morhofium IV. polyhiſt. c. 8. §. 11. male excuſum *à Solio*) Corona pretioſa Venet. 1527. εἰσαγωγὴ νέα ἐπιγραφομένη στέφανος χρήσιμος, ἤγουν στέφανος τίμιος, ὥστε μαθεῖν ἀναγινώσκειν, γράφειν, νοεῖν καὶ λαλεῖν τὴν ἰδιωτικὴν καὶ ἀττικὴν γλῶσσαν τῶν Γραικῶν, ἔτι δὲ καὶ τὴν γραμματικὴν καὶ τὴν ἰδιωτικὴν γλῶσσαν τῶν Λατίνων. Utcunqve voces exhibet expreſſas lingua Græca vulgari pariter & antiqva, Latina & Italica. Non multum tribuit huic libro Henricus Stephanus dialogo de parum fidis Græcæ linguæ magiſtris pag. 134. ſeq. Recenſuit deinde ediditqve *Petrus Burana*, Venet. 1546.

Gloſſæ græcobarbaræ MSS. qvæ à Meurſio, Rigaltio, Cangio allegantur.

*Geraſimi Vlachii* theſaurus freqventer laudatus à Svicero, ut in ἔργα, ἔρχα, ῥώμη &c.

*Jo. Meurſii* gloſſarium Græcobarbarum, in qvo vocabula 3600. exponuntur, (ut ipſe notavit in Athenis Batavis) Lugd. Bat. 1594. 4. & 1800. vocibus auctuum ibid. 1614. 4. Epitome ejus ſubjuncta Lexico Scapulæ in editionibus Elzeviriana Ao. 1652. & Baſileenſi 1665. fol. Meurſii gloſſarium Græcum dimidia parte locupletatum edere voluit *Marcus Antonius Petilius*, teſte Allatio pag. 186. apum urbanarum: ſed ejus inſtitutum qvemadmodum qvoqve gloſſarii Latini Meurſiani editionem fatum intercepit.

*Hiero-*

* Syllabum verborum Gallicorum in recentiore ſermone Græco obſervatorum à ſe exhibet Sam. Bochartus in judicio de Antonii Goſſelini veterum Gallorum hiſtoria T. 1. Opp. p. 1281.

a) De Grammaticis linguæ Græcæ vulgaris dixi Volum. VII. pag. 75. quibus adde editam noviſſime Grammaticam à Thoma Pariſino, Monacho Capucino, Gallice, Italice & Latine, Pariſ. 1709. 8. Acta Erud. 1711. pag. 348.

Digitized by Google

*Hieronymi Germani* b) S. I. Vocabularium Italicum & Græcum vulgare. Rom. 1635. 8.

*Simonis Portii* dictionarium Latinum Græcobarbarum & Literale, qvo dictionibus Latinis Græcobarbaræ & Græcoliterales, hoc eſt veteris Græciæ & Græcobarbaris iterum Latinæ & probatæGrææ conferuntur. Opus ſuſceptum juſſu Cardinalis Richelii, editumqve Pariſ. 1635. fol.

125. Κεφάλαιον Ἰωσήπου ἕτερον. Γυνή τις τοῦ λιμοῦ διὰ τῶν σπλάγχνων καὶ μυελῶν παρεισδύνοντος ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρει, καὶ τὸ τέκνον, ἦν δὲ αὐτῷ ὑπομάσθιος παῖς, ἁρπασαμένη εἶπε. βρέφος ἄθλιον, ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ ςάσει τίνι σε τηρῶ; γένου μοι τροφὴ καὶ τῷ βίῳ μῦθος &c.

126. πόσαι ἑορταὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἄγονται.

127. ποίας νηςείας Ἰουδαῖοι νηςεύουσι.

128. τίνα ἐςὶν ἃ μὴ χρὴ ζητεῖν ὅλως καὶ ἀκατάληπτα.

129. Ὅσα δι' ἐνυπνίων τισὶν ἐμπεφάνιςαι.

130. Τὴν τῶν βασιλειῶν βίβλον *** τίς κατέγραψε.

131. τίνα

* Hoc caput habes Græce & Latine apud Lambecium III. p. 33. & in Godfr. Olearii τοῦ μακαρίτου Obſervatt. in Matthæum p. 73. & in Codice meo pſeudepigrapho Vet. Teſt. pag. 912.

** Hoc caput Græce & Latine dedit laudatus Olearius p. 77.

*** Hoc caput vulgavi in Codice pſeudepigrapho Vet. Teſt. pag. 902. ſeq.

Digitized by Google

131. Τίνα παραβολικῶς καὶ αἰνιγματωδῶς ἐν ταῖς γραφαῖς εἴρηται.

131. Qvænam in ſacris litteris dicta ſint per parabolas & ænigmata.

132. τίνες εἰσὶν αἱ ὑπὸ τοῦ Κυρίου παραβολαὶ ῥηθεῖσαι.

132. Qvas parabolas Dominus protulerit.

133. τίνων τῶν ἔξωθεν μαρτυριῶν ὁ Ἀπόστολος Παῦλος μνήμην ποιεῖται.

133. Qvibus de teſtimoniis externorum ſcriptorum mentionem faciat Apoſtolus Paulus.

134. πόσοι Ἰάκωβοι ἐν τοῖς Ἀποστόλοις γεγόνασι.

134. Qvot Jacobi inter Apoſtolos extiterint.

135. Πόσοι Ἰωάννοι εἰς τὸ κήρυγμα γεγόνασι καὶ πόσοι Ζαχαρίαι.

135. Qvot Joannes in præconio fuerint & qvot Zachariæ.

136. Ἱππολύτου Θηβαίου * ἐκ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος.

136. Hippolyti Thebani, ex Chronico ejus ſyntagmate.

137. τίνες εἰσὶν οἱ ἀπὸ τῶν μαθητῶν τῶν ὁ γνώριμοι.

137. Qvinam fuerint LXX. diſcipuli.

138. πόσοι καὶ οἱ δι' Ἑλλήνων διωγμοὶ γεγονότες καὶ διὰ τίνων.

138. Qvot per Ethnicos perſecutiones & à qvibus illatæ fuerint.

139. πόσαι αἱρέσεις † κατὰ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἐπανέστησαν.

139. Qvot hæreſes adverſus Eccleſiaſticam fidem inſurrexerint.

140. πόσαι αἱρέσεις παρὰ Ἰουδαίοις γεγόνασι.

140. Qvot hæreſes extiterint apud Judæos.

141. τίνες αἱρέσεις παρὰ Σαμαρείταις γεγόνασι.

141. Qvot hæreſes apud Samaritanos.

142. τίνες αἱρέσεις παρ' Ἕλλησι γεγόνασιν.

142. Qvot apud Græcos.

143. Ὅσαι εἰσὶν μαντεῖαι παρ' Ἕλλησιν.

143. Qvot genera divinationum apud Ethnicos ſint.

144. Διὰ τί οἱ Ἰουδαῖοι τὴν δευτέραν τῶν σαββάτων καὶ τὴν πέμπτην νηστεύουσιν.

144. Qvare Judæi ſecundam ſabbatorum & qvintam jejunent.

145. Διὰ τί οἱ χριστιανοὶ τὴν τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύουσι.

145. Qvare Chriſtiani jejunent qvartam, & paraſceven ſive ſextam.

146. Qvæ

* Hoc caput integrum exſtat inter ea quæ ex Hippolyti Chronico cum Gretſeri verſione edidit Caniſius Tom. 3. Lect. Antiqv.

† Caput 139. 140. 141. & 142. habes ſupra Volum. VII p. 476 478.

| | |
|---|---|
| 146. Qvæ & qvot gentes ex Abrahamo exſtiterint. | 146. Τίνα ἔθνη καὶ πόσα ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ συνέστη. |
| 147. Qvæ ſint illa qvæ vaticinatus eſt Apoſtolus Paulus. | 147. Τίνα ἐστὶν ἃ προεφήτευσεν ὁ Ἀπόστολος Παῦλος. |
| 148. Qvæ Joannes Evangeliſta. | 148. Τίνα ἐστὶν ἃ προεφήτευσεν Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστής. |
| 149. Qvot anni ſint à condito mundo ad adventum usqve CHriſti. | 149. πόσοι χρόνοι εἰσὶν ἀπὸ γενέσεως κόσμου ἕως οὗ παραγέγονεν ὁ χριστός. †† |
| 150. Qvot & qvalibus nominibus CHriſtum cum inter homines appariturus eſſet, appellatum iri prædictum ſit in ſacris litteris. | 150. Πόσοις καὶ ποίοις ὀνόμασι προηγορεύετο διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν ὁ Κύριος ἐν ἀνθρώποις ἐμφανισόμενος κληθήσεσθαι. |
| 151. Decem apparitiones Domini, qvibus reſuſcitatus ex mortuis vivum ſe ſuis demonſtravit. | 151. Αἱ δέκα ἐπιφάνειαι τοῦ Κυρίου τοῖς ἰδίοις γενόμεναι μετὰ τὸ ἐκ νεκρῶν αὐτὸν ἐγερθῆναι. |
| 152. Qvoties poſt reverſionem in cœlos Dominus ſuis diſcipulis apparuerit. | 152. ποσάκις μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐπάνοδον ὁ Κύριος τοῖς ἰδίοις ὤφθη μαθηταῖς. |
| 153. Qvalia idolea coluerit populus, Deo relicto. | 153. ποῖα εἰδωλεῖα ἐσεβάσθη ὁ λαὸς τὸν Θεὸν καταλείψας. |
| 154. Qvinam conſtantiſſimis uſi ſint amicitiis. | 154. τίνες βεβαιοτάταις φιλίαις ἐχρήσαντο. |
| 155. Qvis in beſtiam transmigraverit. | 155. τίς μετέβαλεν εἰς θηρίον τὴν ψυχήν. |
| 156. Qvinam ex malis facti ſint probi. | 156. τίνες ἐκ φαύλων ἀγαθοὶ γεγόνασι. |
| 157. Qvis poſt Moyſen fuerit longævus. | 157. τίς μακρόβιος μετὰ Μωϋσέα ἐγένετο. |
| 158. Qvinam manibus ſuis leones interemerint. | 158. τίνες λέοντας χερσὶν ἀνεῖλον. |
| 159. Qvi interemti ſint à leonibus. | 159. τίνες ὑπὸ λεόντων ἀνῃρέθησαν. |
| 160. Qvinam interemti ſint ſuper ſacrorum ſpoliatione. | 160. τίνες ἐπὶ ἱεροσυλίαις ἀνῃρέθησαν. |

161. τί-

†† Hoc caput exhibet atque illuſtrat Caveus in Hiſtoria literaria ſcriptor. Ecclat.

Digitized by Google

161. Τίνες εἰς λάκκȣς εἰς τὸ ἀναιρεθῆναι ἐβλήθησαν.

161. Qvinam in foveas, ut occiderentur, conjecti ſint.

162. Τίνες δίκας ἔδοσαν πλημμελήσαντες.

162. Qvi delictorum ſuorum pœnas dederint.

163. Τίνες πλημμελήσαντες ἐλέȣς τετυχήκασι.

163. Qvi poſt delicta admiſſa miſericordiam ſint conſecuti.

164. Τίνες εἰσὶν οἱ κατορθȣ̃ν τι δόξαντες, καὶ ἐπὶ τȣ́τῳ διαμαρτόντες.

164. Qvi recte feciſſe cum viderentur, eo ipſo deliqverint.

165. Τίνα ἐςὶν καὶ πόσα τὰ τοῖς ἱεροῖς τόποις ὕςερον ἐπανιςάμενα καὶ θεήλατον ὑπομείναντα τὴν τιμωρίαν.

165. Qvænam & qvantæ ſint calamitates qvæ ſacris locis deinceps acciderunt, & divinitus illatam pœnam pertulere.

166. Αἱ δυνάμεις τῶν λίθων τῶν ἐν τῇ τȣ̃ Ἀρχιερέως ζώνῃ ἐντιθεμένων.

166. Virtutes gemmarum, Pontificis Zonæ impoſitarum.

Τέρμα πτυκτίδων ἐνταῦθα Ἰωσήπȣ.
Τὰς ὑποθέσεις τῶν πέντε βίβλων ἔχων,

*Hic ſcriptionis eſt Joſephi terminus.*
*Habens librorum quinque complexum brevem,*

Πέρας δέδωκα τῷ τελευταίῳ ςίχῳ
Τῷ συντελεςῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις
Τῷ συμπέρασμα δόντι μοι λόγȣς γράφειν.
Εἰς αἶνον εὐχάριςον αὐτȣ̃ τȣ̃ Λόγȣ.

*Jam verſui addidi ultimo coronidem,*
*Grates DEo, qui cuncta perficit bona,*
*Pertexere hæcce verba qui dedit mihi,*
*Laudes ut offeramus VERBO & gratias.*

II. ANDREAS, natus Damaſci, a) aliqvamdiu anteqvam CPolin adſciſceretur, Hieroſolymis monachi b) vitam vixit, unde *Hieroſolymitanus* c) in qvibusdam Codicibus dicitur, ſed à Marco Hoppero d) Surio,



a) Synaxarium Triodio adjunctum & magno Canoni p. 285. edit. Combefiſianæ, atque ex eodem Triodio Græcorum Aub. Miræus auctario de Script. Eccleſ. cap. CLXXXII.

b) Combefiſius notis ad Andream Cretenſem p. 339. & in Bibl. Concionatoria Tom. 1.

c) Τȣ̃ μακαρίȣ Ἀνδρέȣ τȣ̃ Ἱεροσολυμίτȣ, Ἀρχιεπισκόπȣ Κρήτης. Etiam in Catenis & alibi, ὁ Ἱεροσολύμων, Andreas hic innuitur. Vide Combefiſii notas ad Manuelis Calecæ de eſſentia & operatione Tom. 2. auctarii noviſſimi pag. 131. ubi apud Calecam p. 26. pro κατὰ τὸν θεῖον Ἀναςάσιον Ἱεροσολύμων legit Ἀνδρέαν Ἱεροσολύμων. In magno Canone p. 301. ποίημα τȣ̃ ἁγίȣ πατρὸς Κυρίȣ Κρήτης, τȣ̃ Ἱεροσολυμίτȣ.

d) Marcus Hopperus in editione Homiliæ Andreæ in B. Mariæ ſalutationem. Surius ad 15. Auguſt. Laur. Cumdius Tom. IV. homiliar. Patrum p. 631.

rio, Laur. Cumdio & Sixto Senenſi e) perperam venditatur pro Epiſcopo Hieroſolymitano. Utrum Sophronio Patriarchæ Hieroſol. A.C.639. defuncto fuerit σύγχρονος, qvod in Synaxario traditur, viderint alii: f) certe à Theodoro * Patriarcha Hieroſol. ad ſextam Synodum A.680. celebratam CPolin ſubſidio adverſus Monotheletas miſſum eſſe, Græci ipſi in Synaxario affirmant, conſtitutumqve in illa urbe Diaconum & Orphanotrophum, g) ubi deſcribenda Acta Synodi illius adverſus hæreticos iſtos habitæ cum ipſo comunicavit Agatho Archidiaconus & Chartophylax, cui pro hoc beneficio gratias agit in *Jambis* qvos Græce & Latine exhibet Franciſcus Combefiſius Auctarii novi tomo 2. in Hiſtoria Monotheletarum p. 235-240. Ab eo tempore Archi Epiſcopum *Cretenſem* factum ex multis teſtimoniis conſtat. Non æqve eſt exploratum, qvod à Caſimiro Oudino h) adjungitur, ad cathedram Cæſareæ Cappadociæ tandem translatum fuiſſe, vitamqve produxiſſe ad A.724. 14. Junii. Græcorum qvidem menologia i) memoriam hujus Andreæ 4. Julii celebrant: Andream vero Cæſarienſem ab hoc Cretenſi communis eruditorum ſententia diſtinguit.

## Alii qvidam Andreæ.

Andreas *Apoſtolus*, de cujus vitæ ſcriptoribus & Actis ejus nomini ſuppoſitis dixi in Codice Apocrypho Novi Teſtamenti. Eqvidem Andreas Sauſſæus in opere δωδεκαβίβλῳ de gloria S. Andreæ, edito Pariſ. 1656. fol. non pauca parum certæ fidei adtexuit. Sed idem de aliis etiam Andreis celebribus adeundus: mihi tamen hoc loco animus eos tantum notare Andreas, ipſi ferme omiſſos, qvorum men-

e) Sixtus Senenſis in Bibl. Sancta lib.IV. p.243.

f) Affirmatur in ſynaxario p. 286. negat Papebrochius in Actis Sanctor. Tom.1. April. pag.69.

* In actis Synodi ſextæ Tom.3. edit. Harduin. pag.1441. hic Theodorus tantum dicitur ὁσιώτατος πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων. T.6. edit. Labbei p.1057. *Hieroſolymorum vicarius.*

g) Cave hiſt. litterar. ad A.635. A Poſſevino, Caniſio & aliis male refertur ad A 550. Apud Ellieſium du Pin autem T.VI. Bibl. Eccleſ. p.99. videtur eſſe error typographi, ubi traditur Andream veniſſe Hieroſolymas A.730. Legendum enim 630. vel 650. quia ſubjungitur deinde, eum adfuiſſe Concilio ſexto (A.680.)

h) Oudinus ſupplemento de Scriptoribus Eccleſ. p.150.

i) Menologium in Typico S. Sabæ &c.

mentio non aliena à Græcæ hujus Bibliothecæ inſtituto. Complures enim Epiſcopos in Conciliorum Actis memoratos & martyres, & Latinis ſcriptis celebres de induſtria prætereo.

Andreas Epiſcopus *Cæſarienſis* in Cappadocia, de cujus *Commentario Græco in Apocalypſin* dixi Volum. VII. p. 791. Ætas ejus incerta eſt, licet à Caveo refertur ad A.C. 500. qvi etiam notat ex ejus libro ſecundo *Therapevticæ ſpiritalis* ἐκ τῆς θεραπευτικῆς δευτέρας βίβλου fragmentum exſtare in Eclogis aſceticis Johannis Patriarchæ Antiocheni, qvæ MSS. ſervantur in Bibl. Cæſarea.

Andreas *Caryſtius*, Medicus de cujus ſcriptis infra libro VI.

Andreas *Coloſſenſis* Epiſcopus qvi Synodo Florentinæ A.1438. interfuit, ſcripſitqve Latinum dialogum ad cives Methonenſes *contra Marci Epheſii Epiſtolam* ritus Latinorum perſtringentem. Virum ſummum, Græcarumqve litterarum peritiſſimum vocat Petrus Pithœus de proceſſione Spiritus S. p. 33.

Andreas *Corinthius* Plutarcho lib. de Muſica memoratus.

Andreas *Eudæmon Johannes*, ex Palæologorum familia, Cydonius Cretenſis, Societati Jeſu nomen dedit & Collegio Græcorum Romæ præpoſitus fuit ab Urbano VIII. defunctus A. 1625. Præter ſcripta ejus qvæ in Bibl. Jeſuitica memorantur, video à Nic. Comneno p. 243. prænot. myſtagogicar. laudari ejus refutationem catecheſeos Græcæ Zach. Gergani : & pag. 249. librum de moribus Græcorum, qvi eſt contra Calvinum primus.

Andreas *Hieroſolymitanus* idem cum Cretenſi Archi Epiſcopo, de qvo ſupra.

Andres *Mechanicus*. Vitruv. IX. 9.

Andreas *Medicus*. Supra in Caryſtio. Alius Comes archiatrorum cujus mentio apud Aëtium II. 2. 90.

Andreas *Panhyperſebaſtus* cujus *verſus Græcos in imaginem B. Virginis Deiparæ* memorat Lambecius VI. pag. 155.

Andreæ *Panormitani* Σικελικῶν liber XXXIII. Athenæo laudatus XIV. pag. 634. Dipnoſophiſt.

Andreas *Paphlago* Epiſcopus, *in Canticum Canticorum* citatur à Nic. Comneno in prænotionibus Myſtagogicis p. 236.

Andreas *Pericopus*, JCtus Græcus cujus *Synopſin juris* allegat idem Comnenus pag. 182.



Digitized by Google

Andreas *Presbyter*, cujus Catena Patrum Græcorum in Proverbia & Eſaiam MS. in Bibl. Cæſarea & Collegii novi Oxon. Vide ſupra Volum. VII. p. 759.

Andreas *Rhodius* citatur ab Allatio contra Creyghtonum p. 222. 224. Interfuit Concilio Ferrarienſi A. 1438.

Andrea *Samoſatenſis* Epiſcopus, cujus *Epiſtolas* qvasdam habemus ex Latina veteri verſione in collectione Epiſtolarum Epheſinarum à Chriſtiano Lupo edita: ſex ad Alexandrum * Hierapolitanum, unam ad Theodoretum, †. & unam †† ad Oeconomos Alexandri. Idem ſcripſit *contra Cyrilli Alex. anathematiſmos*, Orientalium Epiſcoporum nomine, cui Cyrillus in Apologetico T. VII. p. 157. ſeqq. reſpondit. Cyrillo etiam injuriam ab illo fieri diſputat Anaſtaſius Sinaita in hodego p. 342. ſeq. ubi prolixam ejus ῥῆσιν adducit. Ad hunc Andream plures exſtant Theodoreti Epiſtolæ.

## Andreæ Cretenſis Scripta edita.

Inprimis recenſere juvat ea, qvæ junctim cum SS. Amphilochii & Methodii lucubrationibus Græce & Latine, notis etiam ad calcem voluminis ſubjunctis & Onomaſtico peculiarium Andreæ vocum, vulgavit *Franciſcus Combefiſius* Pariſ. 1644. fol. Sunt autem hæc:

1. Ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *In B. Mariæ natalem.* Incipit: ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν. pag. 1. è MS. Regis Galliæ n. 275. Emendatiorem deinde hanc homiliam dedit Combefiſius ex Codice Mazariniano in Auctario novo Bibl. Patrum Tom. 1. p. 1289. Pariſ. 1648. fol.

2. Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *In Annunciationem.* Incipit: Ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρά. pag. 11. Sæpius prodierat Græce & Latine cum alia verſione *Marci Hopperi*, ut in Micropresbytico Baſil. 1550. fol. & in Orthodoxographis utriusqve editionis 1555. & 1569. &c. nec non in tomo ſecundo auctarii Bibl. Patrum Ducæcani Pariſ. 1624. & in Bibl. Patrum Pariſ. 1644. Tomo XI. Ne dicam de editionibus Latinis in Bibl. Patrum Pariſ. & Colon.

3. Εἰς τὴν περιτομὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον. *In Circumciſionem CHRISTI, & S. Baſilium.* Incipit; πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν

* In collectione Lupi Epiſt. 43. 59. 90. 98. 101. 103.
† Epiſt. 62. †† Epiſt. 105.

ἡμῶν Θεαδελφικῶς. p.28. pag. 28. Ex MSS. duobus, Regio alteroqve vetuſto membranaceo codice.

4. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τῦ Κυρίυ ἡμῶν Χριςῦ. *In Domini noſtri Transfigurationem.* Incipit: ὅσοι τῇ κενώσει τῦ Λόγυ pag. 38.

5. Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. *In Lazarum quatriduanum.* Incipit: Λάζαρος τὸν παρόντα συγκεκρότηκε σύλλογον. pag. 56.

6. Εἰς τὰ βάια. *In ramos palmarum.* Incipit: χθὲς ἡμᾶς μετὰ τῦ Δεσπότυ Λάζαρος. pag. 75. Hujus ſermonis in Triodio mentio. In hac oratione ad Pſeudevangelium Jacobi auctor alludit p. 77. C.

7. 8. Λόγος Σχεδιασθεὶς εἰς τὴν παγκόσμιον ὕψωσιν τῦ τιμίυ καὶ ζωοποιῦ ςαυρῦ. *In exaltationem S. Crucis.* Oratio prior. Incipit: ςαυρῦ πανήγυριν ἄγομεν. pag. 96. Oratio poſterior, incipit: κινήσωμεν, ἀγαπητοὶ, σήμερον ὡς κινύραν τὰ χείλη. pag. 108. Utramqve hanc Orationem dedit Combefiſius cum recognita paucis in locis verſione *Jacobi Gretſeri* S. I. qvi eas Græce & Latine vulgaverat Tomo II. de Cruce p. 94. & 108. Ingolſtad. 1600. 4. Opus Gretſeri deinde recuſum Ingolſtad. 1616. fol. Hæ duæ orationes (ſive potius una in duas male diſtincta. Vide Lambecium VIII. p. 288.) etiam ex Gretſeri verſione plus ſimplici vice recuſæ ſunt Latine in Bibliothecis Patrum, Pariſ. & Colon.

9. Εἰς τὴν Κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκυ. *In dormitionem B. Mariæ*, Homilia prima. Incipit: ὅσοι τὸ σεπτὸν τῦτο τῆς Θεοτόκυ. p. 115. Hæc ſecunda eſt in Codice MS. Cæſareo, de qvo Lambecius VIII. p. 130. & in ſacro itinere Cellenſi p. 152.

10. Secunda, incipit: μυςήριον ἡ παρῦσα πανήγυρις. pag. 131. Ex duobus Regiis Codd. (Antea tantummodo legebatur Latine apud Surium 15. Auguſti & Laur. Cumdium Tom. 4. Bibl. homiliarum Patrum p. 631.) Hæc prima eſt in Codice Cæſareo.

11. Tertia, incipit: καλεῖ πάλιν ἡμᾶς τὸ συνεχές. pag. 143 Hæc qvoqve ſed Latine tantum apud Surium loco citato & Cumdium p. 633. Andreæ Cretenſis de dormitione B. Virginis ex verſione Ambroſii Camaldulenſis lucem viderat Venet. 1530 8.

12. Εἰς τὸν ἅγιον καὶ μακάριον καὶ πανεύφημον τῦ Χριςῦ Ἀπόςολον Τίτον. *In S. Apoſtolum Titum.* Incipit: Ἀποςολικῶν ἐγκωμίων ἐφάπτεσθαι. pag. 155.

13. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Γεώργιον. *In S. Martyrem magnum Georgium.* Incipit: ἀεὶ μὲν λαμπρὰ καὶ πανεύφημα. pag. 175.

Q 3 Legi-

Digitized by Google

Legitur etiam in Actis ſanctorum Tom. 3. Aprilis pag. XX. è MS' Vaticano. Sed extrema pars hujus homiliæ, tantum Latine exſtat apud Lipomanuum & Surium 23. April. *In plerisque*, inqvit, Combefiſius p.358. Regio Codice uſus, *corrigimus Lipomanni interpretem, ſeu potius novam verſionem adornamus, ut eſt ille revera minus accuratus* &c.

14. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν Νικόλαον, τὸν τῆς ἐν Λυκίᾳ Μύρης. *In S. Nicolaum, Myrenſem in Lycia Epiſcopum.* Incipit: ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ καὶ πιστὲ θεράπων p.188.

15. 16. 17. Εἰς τὸν μακάριον Πατάπιον καὶ μερικὴ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ διήγησις. *In B. Patapium*, cujus memoriam recolunt Græci VIII. Decembr. Incipit: ὡς λαμπρὰν καὶ πνευματικὴν ὁρῶ τὴν πανήγυριν. pag.196. Ejusqve miraculorum particularis narratio. Incipit: τὴν τῶν ἐγκωμίων τοῦδε τοῦ πατρὸς ἀποδώσαντες εὐφημίαν pag.206. Aliud Encomium ejusdem Patapii, ἀπὸ φωνῆς Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, incipit: πάντα πιστεύειν ἄξιον τὰ ὄντως θεῖα. pag. 216.

18. Λόγος εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ εἰς τοὺς κοιμηθέντας. *In vitam humanam & defunctos.* Incipit: οὐδὲν ὡς ἀληθῶς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει τὸ στάσιμον. pag.229. Hanc homiliam primus Græce vulgaverat *Jo. Meurſius* in Variis Divinis, Lugd. Batav. 1619. 4. Legunt Græci Sabbato τῆς ἀπόκρεω, qvod Qvinqvageſimam proxime antecedit.

19. Canones ſive hymni ſacri, triodia ac troparia Andreæ Cretenſis ex variis Græcorum libris Eccleſiaſticis eruta.

IX. Dec. *Canon in conceptionem ſanctæ ac Dei aviæ* (θεοπρομήτορος) *Annæ* pag. 252.

VIII. Sept. *In Natale ſanctiſſimæ Deiparæ* p.258.

*Magnus* * *Canon.* 250. tropariis conſtans qvi feria qvinta qvintæ jejuniorum hebdomalæ à pœnitentibus recitatur, pag.265. Inſerto canone in Mariam Ægyptiacam, cujus ἀκροστιχὶς hæc eſt: σὺ ὦ ὁσία Μαρία βοήθει, idqve diſertis verbis notavit Combefiſius p. 268. licet in Actis Sanctorum Tom. 1. April. pag. 70. à Papebrochio notatur veluti qvi hoc neglexiſſet. Obſervabis autem ab aliis Græcis junioribus poſt Andreæ ætatem paſſim eſſe addita qvibus Andreæ ipſius auxilium atqve interceſſio precibus expetitur. Ut pag. 268.

ἱκεσίαις

* Confer Acta Sanctor. T. 1. April. pag. 69. 70. Cangium in gloſſario græco p. 583.

ἱκεσίαις σου ἡμᾶς, Ἀνδρέα, ῥῦσαι παθῶν ἀτίμων, καὶ τῆς βασιλείας νῦν Χριστοῦ κοινωνοὺς τοὺς πίστει καὶ πόθῳ ἀνυμνοῦντάς σε, κλεινὲ, ἀνάδειξον δεόμεθα pag. 272. Ἀνδρέου ταῖς λιταῖς, Σῶτερ, ἐλέησον ἡμᾶς. pag. 275. Ταῖς σαῖς λιταῖς δώρησαι κἀμοὶ τὴν λύσιν τῶν ὀφλημάτων, ὦ Ἀνδρέα Κρήτης πρόεδρε, μετανοίας σὺ μυσταγωγὸς γὰρ ἄριστος. & p. 280. Ἀνδρέα πατρῶν κλέος, εὐχαῖς σου μὴ ἐπιλάθῃ καθικετεύων παρεστὼς Τριάδα τὴν ὑπέρθεον, ὅπως λυτρωθῶμεν τῆς κολάσεως οἱ πόθῳ προστάτην σε θεῖον, πάμμακαρ, ἐπικαλοῦντες. Τὸ Κρήτης ἐγκαλλώπισμα pag. 282. ὡς ποιμένων ἄριστος Ἀνδρέα σοφὲ, πρόκριτον ὄντα ϲε, πόθῳ δέομαι πολλῷ καὶ φόβῳ, ϲαῖς πρεσβείαις τῆς ϲωτηρίας τυχεῖν καὶ ζωῆς αἰωνίου. pag. 284. Τῆς Κρήτης ϲε ποιμένα καὶ πρόεδρον καὶ οἰκουμένης πρεσβευτὴν ἐγνωκὼς προστρέχω, Ἀνδρέα, καὶ βοῶ ϲοι. ἐξέλου, πάτερ, βυθοῦ τῆς ἁμαρτίας. & p. 292. Τῆς πίστεως ἐν τῇ πέτρᾳ ταῖς πρεσβείαις ϲου στήριξον, πάτερ, φόβῳ με τῷ ἐν θεῷ τειχίζων καὶ μετάνοιαν, Ἀνδρέα, παράσχου μοι, δυϲωπῶ ϲε, καὶ ῥῦϲαί με παγίδος ἐχθρῶν, τῶν ἐκζητούντων με. pag. 296. ὡς παῤῥηϲίαν ἔχων πρὸς Κύριον, Ἀνδρέα Κρήτης ϲεπτὸν κλέος, δυϲωπῶ, πρέσβευε τοῦ δεσμοῦ με τῆς ἀνομίας λύϲιν νῦν εὑρεῖν εὐχαῖς ϲου, ὡς τῆς μετανοίας διδάϲκαλος, ἐϲίων δόξα. Novam editionem hujus Canonis magni debemus Chevillierio, Bibliothecario Sorbonico, Pariſ. 1699. 12.

*Canon in Lazarum*, ad veſperas Paraſceves, ante Ramos palmarum pag. 301.

*Triodium in Dominica in Ramis palmarum* pag. 311.

*Magna ſecunda feria* pag. 315. *tertia* p. 318. *quarta* pag. 322.

*In diem feſtum mediæ Pentecoſtes* pag. 326.

*Idiomela in CHriſti Nativitatem* p. 334. *in occurſum Domini* ibid. *In exaltationem S. Crucis* XIV. Sept. pag. 335. *In Natalem Johannis præcurſoris.* ibid. Sticharium idiomelon *in Apoſtolos Petrum & Paulum* p. 336. *In S. Ignatium* 20. Dec.

Hæ omnes hactenus enumeratæ Andreæ homiliæ una cum hymnis Latine recuſæ ſunt ex Combefiſii verſione in tomo decimo Bibliothecæ Patrum edit Lugd. A. 1677. Pleraqve etiam meliora edidit ipſe Combefiſius partim interpretationis ſuæ recenſione, partim collatione MSS. exemplarium, in Bibliotheca Concionatoria qvam Pariſiis 1662. fol. octo voluminibus Latine vulgavit.

Qvæ

Digitized by Google

Qvæ præterea lucem viderunt Andreæ lucubrationes, hæ ſunt:

20. *Ἐις τὴν ἁγίαν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, Sermo in Nativitatem B. Mariæ.* Incipit: *Ἐι μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ.* Hic ſub *Germani* Patriarchæ CPolitani nomine Græce & Latine exſtat cum *Andrea Schotti* S. I. verſione in Auctario Bibl. Patrum Ducæano, Pariſ. 1624. fol. Tom. 2. p. 450. & in Bibl. Patrum Pariſ. Morelliana A 1644. Tomo XII. Eundem Allatius pag. 312. de Georgiis tribuit *Georgio Nicomedienſi.* Et Codex Regis Galliæ MS. num. 275. refert ad *Joannem Damaſcenum.* His omnibus ſententiis præfert *Combefiſius* teſtimonium Codicis Mazariniani, a qvo Andreæ Cretenſi vindicatur, itaqve ſub hujus nomine cum nova verſione ſua edidit p. 130. auctarii novi Bibl. Patrum Pariſ. 1648. fol. Andreæ etiam tribuitur in Codicibus Cæſareis de qvibus Lambecius IV. pag. 88. VIII. 379. 380. & in Codice Bibl. Coisliniana p. 388.

21. *Ἐις ἀποτομὴν Ἰωάννου τοῦ προδρόμου. In Joannis Præcurſoris decollationem.* Incipit: *πηδᾷ καὶ γῆρας ὡς τὰ πολλά.* Ediderat Latine Lipomannus interprete minus accurato, itaqve Combefiſius cum nova verſione ſua Græce & Latine in lucem extulit in eodem auctario novo Tom. 1. pag. 1327. Hunc qvemadmodum & alia Andreæ hujus pleraqve, MStum ſervat etiam Bibl. Cæſarea, vide Lambecium VIII. p. 530.

22. *Idiomelon in Annunciationem B. Mariæ.* In eodem auctario novo T. 1. pag. 1363.

23. *Carmen* Jambicum *Euchariſticum* CXXVIII. verſuum ad Agathonem Archidiaconum & Chartophylacem Eccleſiaſticum CPol. pro communicatis ad deſcribendum Actis ſextæ ſynodi, editum Græce & Lat. à *Combefiſio* in auctarii novi Bibl. Patrum Tomo 2. ſive Hiſtoria Monotheletarum Pariſ. 1648. fol. p. 235-240. Idem Carmen etiam in tomis Conciliorum editionis Labbeanæ extare ſcribit Oudinus pag. 191. de Script. Eccleſ. Sed illud in Tomo VI. Labbei ubi Acta ſextæ Synodi habentur, perinde ut in tertio edit. Harduinianæ tomo incaſſum qvæſivi. De Codice MSto Cæſareo, in qvo hi jambi continentur, vide ſis Lambecium VIII. pag. 500.

24. *Computus* ſive *μέθοδος πῶς δεῖ εὑρεῖν τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου, φιλοπονηθεῖσα ἀκριβῶς χάριν τῶν φιλομαθῶν. Methodus inveſtigandi Cycli Solaris* (& Lunaris, nec non Paſchatis) in ſtudioſorum gratiam accu-

accurate elaborata. Græce & Lat. edita à *Dionyſio Petavio* ex apographo Andreæ Schotti, qvi ex Codice Bibl. Vaticanæ deſcripſerat. Uranologium Petavii, * in qvo plura Græca ſcripta Aſtronomica veterum exſtant, lucem vidit Pariſ. 1630. fol. & Antvverpiæ (ſive Amſtelodami potius) 1703. fol. in qva poſteriore editione computus Andreæ Cretenſis paginam 211. & 212. implet.

25. In Catena Græca Patrum ad Lucam, qvam Niceta collectore MStam evolvit in Codice Mazariniano Combefiſius, præclara nonnulla referuntur ſub nomine τȣ̃ Ἱεροσολυμίτȣ, qvæ ad Andream noſtrum referre non dubitat, & earum pleraqve Latine dedit in Bibl. Concionatoria.

*Ubique* Andreas plane floridus ſcriptor *magna loquitur*, k) *ac ſi quis adverterit, Dionyſianis, Methodianis, Gregorianis, Amphilochianis, aliorumque veterum infercita, qua verbis qua ſententiis: excepta Scriptura, quam totus, vere Chriſtianus Orator, ſpirat. Nihil rhetoricis* l) *floſculis ſuavique compoſitione delicatius, nihil ſenſis plenius, nihil Theologia ſolidius, nihil myſtico volatu ſublimius.*

Cum vero inter hymnorum auctores, qvibus Eccleſia Græca utitur, jam à longo tempore illuſtre inprimis Andreæ hujus nomen exiſtat, cujus καλλιέπειαν laudat Theophanes Cerameus pag. 207. placet hoc loco indicem Melodorum paulo pleniorem ſubjungere, qvàm olim dedi ad calcem Allatii de libris Eccleſiaſticis Græcorum, atqve publico ſimul nomine rogare Rev. Urbanum Gotfridum Siberum, Eccleſiaſtem & Profeſſorem Lipſienſem eruditiſſimum, ut Hiſtoriam Melodorum Eccleſiæ Græcæ, eorumqve Theologiæ poëticæ, qvam è Menæis libriſqve Græcorum liturgicis ſe expoſiturum recepit in ſchediaſmate edito Lipſiæ 1714. 4. diutius nobis ne invideat.



* Alia ſcripta in Uranologio Petavii obvia recenſui lib. 3. cap. 5. p. 69. ſeq.

k) Combefiſ. notis ad Andream p. 340.

l) Idem in præf. & Ellies du Pin T. 6. p. 100. *Les ſermons de cét Auteur ne ſont pas ſi fort à mepriſer que la plûpart de ceux des nouveaux Grecs: ils ſont pleins d'eſprit, de doctrine & de morale, & ne manquent pas d'eloquence & de nobleſſe. Son diſcours eſt plein de mots compoſez & hardis, ſes narrations ſont libres, ſes reflexions juſtes, ſes eloges éclatans, ſes figures naturelles, & ſes inſtructions ſolides.*

Digitized by Google

# MELODI GRÆCORUM,

## *De quibus Liber Allatii pag. 77. & 81. commentarii de libris Eccleſ. Græcor. & in diatriba de Georgiis pag. 318. promiſſus, cum autore intercidit.*

*ALexius* Metropolita Nicænus, auctor Canonis in S. Demetrium Martyrem. Lambec. V. p. 283.

*Amphilochius.*

*Anaſtaſius.*

*Anatolius* Patriarcha CPol. circa A. C. 450. cujus nonnulla leguntur in Octoecho.

*Anatolius* Monachus Studita.

*Andreas Monachus*, Cretenſis, circa A. C. 690. auctor magni Canonis ſive ἁγιοπολιτικȣ̃ ϛιχηρȣ̃, de qvo ſupra.

*Andreas Pyrrhus.*

ANGELI δοξολογοῦντες.

*Angelus Matthæus* Canone in S. Paraſceven laudatur ab Allatio pag. 194. contra Hottinger.

*Anthimus* Patriarcha CPol. circa A. 535. Anthimus tropariorum poëta memoratur Theodoro Lectori lib. 1. p. 554. adde Tillemont T. 16. p. 72.

*Antonius* Patarenſis, fortiſſimus Catholicæ fidei Athleta in ecthesi canonum ſive odarum Eccleſiæ, citatur à Nic. Comneno p. 142. prænot. Myſtagog.

*Apollinaris* hæreticus.

*Arius* hæreticus.

*Arſenius* Monachus.

*Athanaſius Alex.*

*Athanaſius* in monte Atho, cujus canones in SS. Martyres Theodoros & in S. Joannicium memorat Allatius de Synodo Phot. p. 543.

*Athanaſii* τοῦ Κατζύκη in Jo. Damaſcenum. Cangius in μεγαλυνάρια.

*Athenogenes* Martyr, de cujus hymno dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 195. ſeq.

*Auxentius.*

*Babylas* Monachus.

*Bardeſanes* Syrus.

*Bartholomæi* Melodi Canon in Theodorum Martyrem laudatur ab Allatio pag. 543. de Synodo Phot.

*Baſilius* Monachus.

*Baſilius Pegarieta.*

*Beryllus.*

*Bryſo.*

*Byzas* ſive *Byzantius*, Monachus.

*Caſſia* ſive *Caſſiana* ſive *Icaſia*, virgo, in confiniis octavi & noni ſæculi clara. Vide Allatium de libris Eccleſ. Græcor. p. 74. ſeq. & Nic. Rayæi S. I. diſſ. præliminarem ad Acta Sanctor. Tomo 2. Junii p. XXI.

CHRISTUS cum diſcipulis ſuis ὑμνήσας.

*Chriſtophorus Gangrenſis.*

*Chriſtophorus* Proto a ſecretis.

*Clemens* Alex. de cujus hymno dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 104.

Alius Clemens ποιητὴς τῶν κανόνων de qvo Papebrochius Tom. 3. April. 30. p. 787. Clemens Studita.

*Conſtantinus* Porphyrogenneta Leonis Imp. filius, cujus exapoſtilaria leguntur in Octoecho.

*Cosmas* de qvo Menologia 14. Nov. Monachus & Jo. Damaſceni præceptor Majumenſis Epiſcopus Melodus celeberrimus ſub μελῳδοῦ nomine laudatus Cedreno p. 456. de qvo Allatius lib. laudati pag. 73. 74. & de Georgiis p. 418. 419. 420. Combefiſius ad Vitam S. Theodori Grapti. Cangius in τετραῴδιον. Ex vita Coſmæ Melodi qvædam profert Allatius p. 740. de purgatorio. Coſmam Hieroſolymitanum vocat Svidas in Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός ex Johanne Hieroſol. qvem vide in vita Damaſceni c. 10. ſeq. & 34. Ejus expoſitio Hymnorum Eccleſ. MS. Bibl. Coisliniana p. 274. Ejus hymni XIII. Latine T. XII. Bibl. PP. Lugd. p. 737. ſqq.

*Cumulas.*

*Cyprianus* Monachus.

*Cyrillus* Alexandrinus.

DAVID Rex ac Propheta, divinorum Pſalmorum auctor & modulator ſuaviſſimus. Μελῳδὸς nomine & ipſe venit Chryſoſtomo & Annæ Comnenæ: aliis ψαλμῳδὸς ut Antiocho homilia 2. De Pſalmis Davidis in Eccleſia decantari ſolitis vide Rev. Jo. Guil. Janum p. 48. ad ſermonem Euſebii Alex. editum Witebergæ hoc A. 1720. 4.

*Demetrius.*

*Dorotheus* Monachus.

*Emmanuel Charitopulus* in ecthesi tropariorum ad tropariaSimeonis Thavmaſtoritæ. Nic. Comnenus p. 397. Myſtagog. prænot.

*Emmanuel* Palæolaurita.

*Emmanuel Palæologus.*

*Emmanuel Phile*, de qvo Volum. VII. p. 695. ſeq.

*Emmanuel* Peloponneſius Rhetor, cujus diſſ. de Cantico in B. Virginem qvod incipit θεαρχίῳ νεύματι, memoratur Lambecio V. p. 294.

*Ephram Syrus.*

*Ephram* Cariæ, Monachus, a Mylaſſæ in Caria Epiſcopo hujus nominis diverſus. vide Nic. Rayæi diſſ. præliminarem ad Acta Stor. Junii Tom. 2. p. LXVIII.

*Euphrates.*

*Euſtathius* Theſſalonicenſis ſcripſit expoſitionem hymnorum Joannis Damaſceni. Commentarios in jambica carmina de Pentecoſte laudat Allatius p. 319. ſeq. de Georgiis & p. 613. de conſenſu.

*Euthymius* Monachus.

*Gabriel* cujus canonem in S. Nicolaum laudat Allatius p. 179. contra Hottingerum.

*Georgius* ſive *Gregorius* Metropolita Corinthi qvi ſcripſit expoſitionem Canonum & Tropariorum Allat. p. 73. 280. de libris Eccleſ. & de Georgiis p. 417. 418. 419. Lambec. lib. V. p. 278.

*Georgius* Nicomedienſis, de qvo Allatius de Georg. p. 313. ejus idiomela Tom. 1. Auctar. novi Combefiſ. pag. 1135. 1222. & Latine T. XII. Bibl. Patrum Lugd. p. 711. 722.

*Georgius Pamphilus.*

*Georgius Rammata*, de qvo Allatius p. 339. de Georgiis. Hujus troparia in S. Nicolaum laudat idem p. 178. contra Hottingerum.

Georgius Scylitza de qvo Allatius pag. 338. de Georgiis.

*Georgius* Siculus, de qvo Allatius p. 337. ſeq. ejusdem libri.

*Germanus* Patriarca CPol. hic primus eſt inter Melodos qvorum dimidiatæ icones exſtant in fronte Triodii excuſi Venet. 1601. Conſpiciuntur autem ibi ſub CHRISTI imagine οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ἐνθέων ὕμνων, hoc ordine: 1. Germanus Patriarcha CPol. ſub Leone Armeno Sec. IX. ejectus, de qvo Acta Sanctor. 12. Maji. 2. Sophronius Patriarcha Hieroſol. de qvo XI. Mart. 3. Philotheus Patriarcha CPol. ab A. 1362. ad 1375. 4. Andreas Cretenſis (de qvo ſupra) Archi Epiſcopus. 5. Joannes Euchaitorum Metropolita. 6. Ge-

Digitized by Google

6. Georgius Nicomediæ Archi Epiſcopus. 7. Methodius. 8. Cyprianus. 9. Anatolius Epiſcopus. 10. Leo Deſpotes ſive Imp. 11. Leo Magiſter. 12. Baſilius Pigeriotes ſive Pegoriotes. 13. Juſtinus. 14. Sergius. Seqvuntur Monachi: 15. Jo. Damaſcenus. 16. Coſmas (poſtea Majumæ Epiſcopus:) 17. Joſephus Hymnographus. 18. Theophanes cognomine Graptus. 19. Byzas, ſive Byzantius. 20. Stephanus Hagiopolites. 21. Georgius Siceliotes. 22. Simeon. 23. Philotheus. 24. Arſenius. 25. Babylas. 26. Ephraim Cariæ. 27. Andreas Pyrrhus ſeu Rufus. 28. Theodorus Studites. 29. Caſſiá virgo. Confer Papebrochium Tom. 3. April. p. 787. 788. Rayæum pag. XXI. diſſ. præliminar. ad Tom. 2. Junii.

*Hagiopolita.* Infra in Sergius & Stephanus. Allat. de Georgiis p. 318.

*Hierax.*

*Hierotheus* Dionyſio Areopag. ut ajunt σύγχρονος. Nic. Commen. p. 331. prænot. myſtagog.

*Hierotheus* Monachus.

*Hippolytus.*

*Icaſia* tetraodium magni Sabbati. Scriptores poſt Theophanem p. 514. confer G. Codini Origines CPol. n. 128. Anonymum Bandurianum ſect. 148. Bandurium p. 716. ſupra in Caſſia.

*S. Ignatio* Antiocheno Epiſcopo ac Martyri antiphonariorum in Eccleſia uſum in acceptis qvidam referunt, ut dixi lib. V. p 41.

*Ignatium* Hymnodum Canone in S. Joannem Climacum laudat Allatius de Synodo Phot. p. 437. & contra Hotting. p. 195.

*Joannes Chryſoſtomus* Archi Epiſcopus.

*Joannes* Cucuzeles. Vide Lambecium lib. V. p. 273.

*Joannes Arcla Damaſcenus* μελῳδὸς cognominatus teſte Cedreno pag. 456. de eo dixi Volum. VIII. p. 772. ſeq.

*Joannes Geometra*, de qvo T. VII. p. 715. ſeq.

*Joannes Graſſus*, Nectarii Abbatis Caſulenſis diſcipulus.

*Joannes* cognomenta *Mauropus*, Monachus primum deinde ArchiEpiſcopus & Metropolita Euchaitorum, clarus ſub Imp. Conſtantino Monomacho circa A.C. 1050. Vide Lambecium lib. V. p. 29. ſeq. Ejus carmina Jambica in principalium feſtorum Hiſtorias vulgata per M. Buſtum, Etonæ 1610. 4. De illo dictum Volum. VII. p 718. ſeq.

*Joannes Stavracius.*

*Joannes Theſſalonicenſis.*

*Joannes Zonaras*, Monachus qvi illuſtravit etiam Canones ſive Cantica Joannis Damaſceni. Vide Lambecium III. p. 39. Exſtat etiam in Codice Barocc. 129. Ejus Canon in Deiparam à Cotelerio editus Græce & Lat. III. p. 465.

*Jobius*.

*Joſephus* ſeu *Joſaphatus Cucuzeles*, Allatius de libris Eccleſ. Græc. p. 99. ſeq.

*Joſephus* κανόνων ποιητής. Codin. n. 104. Origg. CPol. ex Studio Monaſterio, Theſſalonicenſis ArchiEpiſc. ſingulari feſtivitate à Græcis 15. Julii honoratus. Allat. p. 947. de purgator.

Joſephus Studita, Siculus patria, qvi ſenio confectus A. C. 883. obiit. De eo Joannes Diaconus & Rhetor magnæ Eccleſiæ in vita Joſephi Hymnographi allegatur ab Allatio p. 735. de purgatorio. *Joannes Diaconus* CPol. cognomine Eugenius in illius Vita, Acta Sanctor. 3. April. & T. 2. Junii p. 788. Ab hoc diſtingui video *Joſephum Melodum* auctorem novæ Octoechi ſive Paracletices. Vide Allat. de libris Eccleſ. Græc. p. 283. Ejus triodia à die Paſchatis ad Pentecoſtem MSS. in Bibl. Barberina. Allatius p. 78. Canones XLVIII. Lambec. lib. V. pag. 274. Hippolytus Marraccius Lucenſis Rom. 1662. 8. edidit Joſephi Hymnographi Mariale, latine cum notis.

Joſephum Hymnographum recolunt Græci 4. April.

*Joſephus Diaconus*.

De Iſidoro Patriarcha CPolitano Niceph. Gregoras Tom. 2. p. 521.

*Iſidori* Canon in S. Demetrium laudatur ab Allatio pag. 543. de Synodo Photiana.

Theophanes pag. 183. παρέδωκεν Ἰουστινιανὸς τὸ ψάλλεσθαι ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τό. Ὁ μονογενὴς ὑιὸς καὶ λόγος Θεοῦ. ἐποίησε δὲ καὶ τὸ ὡρολόγιον τοῦ μιλίου.

*Juſtinianus Imp.* Nic. Alemannus ad Hiſt. arcanam Procopii p. 88. *De Muſica Juſtiniani peritia Theophanes profert Græcum troparium i. e. hymnum quem de CHRISTI divinitate & œconomia ad Eccleſiaſticos modulos concinnavit, hodieque Græci canunt inter Miſſarum ſolennia.* Confer Goari notas poſteriores ad paginam Cedreni 371.

*Juſtinus Decadio*, idem qvi Græcam præfationem præmiſit Pſalterio Græco Aldino antiqviſſimæ edit. in 4.

*S. Juſtini* Martyris ψάλτης Euſebio IV. 18. Hiſt. memoratus pridem intercidit.

*Lazari*

*Lazari Lemnii*, S. Niconis diſcipuli, expoſitio hymnorum citatur à Nic. Comneno p. 142. prænot. Myſtagog.

*Leo* Sapiens Imperator, cujus τροπάρια ἑωθινὰ undecim leguntur in Octoecho. Odarium catanycticum memorat Lambecius V. pag. 295.

*Leo Magiſter.*
*Leo Peganius.* } ἐν τοῖς περὶ τροπαρίων citantur à Georgio Coreſſio ad Synopſin Nili in Canonem 2. Nicæn. Nicolaus Comnenus pag 400. prænot. Myſtagog.

*Marcus Eugenius* Paraphraſin hymnorum Joannis Damaſceni concinnavit. laudatur ab Allatio p. 280. de libris Eccleſ. & de Georgiis p 419.

*Marcus* Monachus Eccleſiæ CPol. Oeconomus & inde Epiſcopus Hidruntinus, Leonis Imp. Philoſophi ætate clarus Allat. p. 72. 73. 74. Videndum idemne Hieromonachus Marcus qvi ſcripſit de dubiis typicis. Lambec. V. p. 285.

Marcus Monachus qvi Coſmæ tetraodium magni Sabbati ſupplevit. Zonaras Tom. 2. p. 178. continuator Theophanis p. 225. in Leone Philoſ. p. 464. & 557.

*Marci* Archi Ep. Epheſini qvi concilio Ferrarienſi A. C. 1438. interfuit, Cantica duo in S. Trinitatem & Canones octo in B. Virginem memorat Lambecius V. p. 284. Ejus expoſitio ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας edita ad calcem operum Simeonis Theſſalonicenſis, A. 1683. Jaſſii in Moldavia.

*Martha.*

*Matthaus Caryophyllus.*

*Mauritius Imp.*

*Maurolco.*

*Mauropus*, ſupra *Joannes Mauropus.*

*Mennas Calliceladus.*

*Methodius* Patriarcha CPol.

*Metrophanes* Epiſcopus Smyrnæus. Allat. p. 67. de libris Eccleſ.

*Metrophanes Nauplius*, cujus Canon in novum Aſcetam Geraſimum laudatur ab Allatio p. 772. de purgatorio.

*Michaël Pſellus*, Michaëlis Ducæ Imp. præceptor circa A. C. 1050. clarus de qvo abunde Allatius libro de Pſellis.

*Michaël Phile* de qvo dixi Volum. VII. p. 695. ſeq.

*Michaël Syncellus.*

*Nectarius* Abbas Caſularum. Allat. p. 181. contra Hottinger.

Nepos

Digitized by Google

*Nepos*, cujus Pſalmos laudat apud Euſebium Dionyſius Alex. VII. 24.

*Nicephorus Calliſtus Xanthopulus*, de qvo dixi Volum. VI. p. 130. ſeq. Hujus Catalogum brevem Hymnographorum, qvem verſibus jambicis concinnavit, apponam:

> Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων.
> Ἡ λύρα τῦ πνεύματος ΚΟΣΜΑ͂Σ ὁ ξένος.
> Ὀρφεὺς νεαρὸς ἡ ΔΑΜΑΣΚόθεν χάρις,
> Καὶ ΘΕΌΔΩΡΟΣ, ἸΩΣΗ͂Φ οἱ Στϐδῖται,
> Ὄργανα τὰ κράτιςα τῆς μυςουργίας,
> ξενή τε σειρὴν ἸΩΣῊΦ ὑμνογράφος.
> Μέλος παναρμόνιον ΑΝΔΡΈΑΣ ἐκ Κρήτης.
> Καὶ ΘΕΟΦΆΝΗΣ ἡ μελιχρὰ κινύρα
> ΓΕΩ͂ΡΓΙΟΣ, ΛΈΩΝ τε, ΜΑΡΚΩΝ, (leg. Μάρκος)
> ΚΑΣΙ΄Α. leg. Ικασία.

*Nicephorus* Patriarcha CPol.

*Nicetas* Monachus & presbyter Monaſterii Stethati in librum hymnorum Simeonis MS. in Bibl. Bodlejana Cod. V. Barocc.

*Niceta* Metropolitæ Theſſalonic. Echi & Canones id. Cod. LXVIII. CLVII.

*Nicetas* Heraclas ſive Heracleota.

*Nicetas Stecharius.* (an *Stethatus* ſive Pectoratus cujus Canonem in S. Nicolaum laudat Allatius p. 208. in Hottinger.)

*Nicolaus Malaxus* Nauplii Archipresbyter, qvi pentecoſtario non pauca addidit. Vide Allatium de libris Eccleſ. p. 229.

*Nicolaus* Athenarum Metropolita qvem laudat Allatius de purgatorio pag. 89. 212. 262.

*Nicolaus Callicles.*

*Nicolaus Patriarcha.*

*Nilus Doxopatrius.*

*Nilus* Roſſanenſis circa A.C. 980. vide Allatium de Nilis p. 37. ſeq.

*Nilus Xanthopulus*, poſtremis imperii Græcorum temporibus clarus, de qvo idem Allatius de Nilis diatriba pag. 59.

*Pamphilus.*

*Paulus Ammonius.*

*Philip-*

*Philippus* cujus canonem in S. Joſaphatum laudat Allatius p. 180. contra Hottingerum.

*Philotheus* Patriarcha CPol. plurimorum Canticorum auctor, ſæculo XIV. clarus, de qvo infra, ſuo loco.

*Photius* Monachus in explicatione tropariorum S. Stephani Sabaitæ citatur à Nic. Comneno p. 397. prænot. Myſtagog.

*Photius* Patriarcha CPol.

ejus ϛιχηρὸν in Methodium CPol. ex Octoëcho Tom. 2. Act. Sanctor. Junii p. 969. F.

*Plato* Melodus.

*Procopius* Chartophylax in eclogis hymnorum & ſcriptorum Samonæ Gazienſis. Nic. Comnenus l. c. p. 397.

*Pyrrhus*, ſupra *Andreas Pyrrhus*.

*Romanus* Diaconus Emeſenus, circa A. C. 500. clarus, qvam plurimorum contaciorum ſive parvorum hymnorum auctor celeberrimus. Joannis Canonem in Romanum Melodum laudat Allatius p. 543. de Synodo Phôt.

*Sergius* Hagiopolita.

*Simeon* Theſſalonicenſis Archiepiſc. ᾠδαῖς ἱεραῖς τὺς τῶν ἁγίων χορὺς καὶ ὄικοθεν καταϛέψας. Allat. p. 186. de Simeonibus.

*Simeon* Logotheta.

*Simeon* Xylocercinus.

*Simeon* Monachus. Stylita.

*Sophronius* Patriarcha Hieroſol. cujus troparia in vigilia Natalis CHRISTI & Horologium magnæ Paraſceves memorat Lambecius lib. V. pag. 270.

*Stephanus* Hagiopolita, Monachus.

*Stephanus* Sabaita.

*Syneſius* Senior.

*Syneſius* junior.

*Theoctiſtus*, Lambec. VIII. p. 99. ubi Cantica ſacra MSS. menſis Aprilis refert.

*Theodoritus*. Vide Lambecium lib. V. p. 268.

*Theodorus* Cœtonita cujus Canonem in Johannem Euchaitorum Epiſcopum laudat Allatius contra Hottinger. p. 180.

*Theodorus Ducas Laſcaris*. Vide Cangium in παρακλητικὴ & Raynaudum Tom. 7. p. 368. In paracletico pag. 181. deſcribitur κανὼν παρα-

 κλητι-

κλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ποίημα τοῦ βασιλέως κυροῦ Θεοδώρου Δουκᾶ τοῦ Λασκάρεως.

Cyrus *Theodorus Prodromus* ὁ τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτος σαφηνιστής Nicephoro Blemmidæ λόγῳ 1. de proceſſ. Spiritus S. laudatus. Ejus ἐξήγησις in Canones Coſmæ ac Joannis Damaſceni MS. in Bibl. Vaticana & Cæſarea Lambec. lib.V. p.276. 277. Allegatur ab Allatio p.74. MS. in Bibl Bodlejana. Tom. 1. Catalog. MSS. p.101. n. 1996. & p.12. n.110.

*Theodorus Santabarenus.*

*Theodorus* Studita, cujus nonnulla leguntur in Octoëcho. Κανόνων ποιητής. Codin. n. 104. Origg. CPol. Theodori Monachi Canonem Catanycticum ad CHRISTUM ſervatorem memorat Lambecius lib.V. pag. 268. Canon novem odis conſtans in erectionem imaginum apud Baron ad A.842. eſt junioris Theodori, qvi poſt Naucratium Studio præfuit, ut notavit Combefiſius.

*Theodoſia* cujus Canon in S. Joannicium laudatur ab Allatio p.217. contra Hottingerum.

*Theodoſius* Lascaris, ſupra Theodorus.

*Theodoſius Syceota.*

*Theoſterictus.*

*Theodoſius* Syracuſanus Sec. VIII. Epiſcopus, qvi troparia compoſuit qvæ canuntur in Vigiliis jejuniorum. Act. Sanctor. Junii Tom. 2. pag 788.

*Theolopetus* Philadelphiæ Metropolita, cujus elogium ſcripſit Nicephorus Chumnus. Hymnum habet Horologium Græcor. vide & Bibl. Patrum T.22. edit. Lugd. p.764.

*Theophanes* Graptus, Confeſſor, Theodori Grapti frater. Vide Baron. ad A. C. 842. n. 28. & Martyrolog. 11. Octobr. & 27. Dec. Allatium p.707. ſqq. contra Creyghtonum. Ejus Canonem paracleticum ad B. Deiparam Virginem memorat Lambecius lib V. p.268. Μελῳδὸν cognomine Theodori Grapti fratrem laudat Cedrenus pag. 456. Poëtam vocat Svidas in ἀφουσία.

*Theophilus* Imperator. Vide Credeni locum apud Allatium p.66. ſeq. de libr. Eccleſ. Continuator Theophanis p.66. ſeq. & Zonaras Tom. 2. p.147. edit. Pariſ. ἐφιλοτιμεῖτο δὲ καὶ μελῳδεῖν. λέγονται μὲν οὖν καὶ ἕτερα εἶναι ἐκείνου ἀνδρὸς ποιήματα, πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν τῆς Βαϊοφόρου ἑορτὴν ᾀδόμενον τὸ στιχηρόν. τὸ ἐξέλθετε ἔθνη ἐξέλθετε καὶ λαοί. Con-

*Thomæ* Monachi Canonem catanycticum memorat Lambecius V. p. 285.
*Timocles* Eutychianus, tropariorum Poëta, memoratus Theodoro Lectori lib. 1. pag. 554. & Cedreno pag. 349. Vide Tillemont. Tom. 16, pag. 72.
*Triphyllius*.
*Valentinus* hæreticus.
Muſicos Contopetricum, Domeſticum, Panaretum & Moſchianum qui cantionibus & hymnis Græcis notas Muſicas appoſuere, laudat Allatius de Georgiis p. 414.

# Index homiliarum Andreæ Cretenſis XXI. editarum & ineditarum XIX.

*Majores numeri editas (de quibus ſupra:) minores ineditarum in MSto ordinem denotant.*

Ἀεὶ μὲν λαμπρά in S. Georgium. XIII.
Ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ in S. Nicolaum. XIV.
ἀποστολικῶν ἐγκωμίων in Apoſtolum Titum. XII.
Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν in S. Mariæ natalem. I.
Ἔθος ἐστὶ τοῖς τῶν στρατευμάτων καθηγεμόσιν. de prædictione paſſionis Dominicæ, MS. 12.
εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ in Nativitatem Mariæ. XX.
εἰ οἱ ἀγλαόφωτοι τοῦ αἰσθητοῦ. in Mariæ præſentationem in templo MS. 8.
ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρά. in Mariæ annunciationem. II.
Ἡ διὰ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου ὕλη. in publicanum & Phariſæum, MS. 1. Hanc infra Græce & Latine integram exhibeo.
Θάλαττα ὄντως τρικυμιῶν. in Paralyticum. MS. 9.
Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς τήμερον συνήγαγεν. in Joannem Evangeliſtam MS. 14.
Καλεῖ πάλιν ἡμᾶς. in Mariæ dormitionem, tertia. XI.
κινήσωμεν ἀγαπητοί. in Crucis exaltationem, ſecunda. VIII.
κλίμαξ ἡ ψυχή in præſentationem Mariæ trimulæ in templo. MS. 6.
κρίσις ἡμῶν τῇ προθέσει τήμερον προσβάλλει. in Dominicam τῆς ἀποκρέω ſive carnisprivii, MS. 3.

Λάζαρος τὸν παρόντα συνεκρότησε. in Lazarum qvatriduanum. V.
λαμπρὸν ἔαρ ἡμῖν προτείνεται. in Mariam templo redditam MS. ſ.
Μυςήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις. in Mariæ dormitionem ſecunda. X.
Ναὸς ὄντως τῆς Τριάδος ἡ δυὰς τήμερον. in SS. anargyros (Coſmam & Damianum.) MS. 16.
νηςείας ἡμῖν ἡ πρόθεσις in Dominicam τῆς τυροφάγου (Qvinqvageſ.) qva caſeo & ovis comedendis finis imponitur. MS. 4.
Ὄντως ἀρχιτέκτων τῶν δεινῶν ἁπάντων. de Lunatico. MS. 11.
ὄντως ἔργον ὑπάρχει Θεοῦ τὸ ἔλεος. in Dominicam de filio prodigo. MS. 2. multa communia cum homilia Chryſoſtomi ριβ pag. 720. Gr. edit. Savil. Tom. V.
ὄντως εὐφημία θεολογίας καὶ οἰκονομίας. in Lucam Evangeliſtam. MS. 15.
ὄντως ςενὴ ἐςὶ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός. in Crucem à Chriſtiano in ſe ſuſcipiendam. MS. 10.
ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ λόγου. in Transfigurationem CHriſti. IV.
ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο in Mariæ dormitionem prima. VII.
οὐδὲν ὡς ἀληθῶς. de vita humana & defunctis. XVIII.
Πάντα πιςεύειν ἄξιον. in S. Patapium. XVII.
πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν. in Circumciſionem & S. Baſilium. III.
πηδᾷ καὶ γηρας ὡς τὰ πολλά. in Præcurſoris Decollationem. XXI.
Σήμερον τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ εἰς τὸ ἱερὸν εἰσέρχεται. in Mariæ ingreſſum in templum. MS. 17.
ςαυροῦ πανήγυριν ἄγομεν. in Crucis exaltationem prima. VI.
Τὴν σύλληψιν σήμερον in Conceptionem S. Annæ.
Τὴν τῶν ἐγκωμίων. in S. Patapium. XVI.
τράπεζα βασιλικὴ in Conceptionem S. Mariæ. MS. 7.
Χθὲς ἡμᾶς μετὰ τοῦ δεσπότου. in ramos palmarum. VI.
Χορευέτω πᾶσα κτήσις in Mariæ nativitatem MS. 18.
Χριςοῦ τόκος ἀποτέλεσμα. in Chriſti nativitatem in tempore MS. 19.
Ὡς λαμπρὰν καὶ πνευματικὴν in S. Patapium. XV.
ὥσπερ οἱ τῆς τῶν ἀγώνων ἥττας. in Joannem Theologum. MS. 13.

Ex undeviginti hiſce ineditis Andreæ homiliis, qvas ex MSto Codice Bodlejano deſcripſit & mecum pro ſua in me benevolentia communicavit amicus noſter eruditione & ingenio præſtans *Jo. Chriſtianus Wolfius*, placet primam ſpeciminis cauſa cum Lectore hoc loco communicare adjuncta mea verſione: Cæteras vero ſervare alii tempori & alii occaſioni, qva vel à me vel ab laudato Wolfio ipſo, qvod opto, in lucem, qva non ſunt indignæ, proferantur. Τοῦ

Digitized by Google

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Κρήτης λόγοι παραινετικοὶ, καὶ πρῶτον περὶ τῆς ὑποθέσεως τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου.

*Sancti Patris noſtri* ANDREÆ CRETENSIS *ſermones adhortatorii, & primum eo de argumento quod ad publicanum & Phariſæum pertinet.*

1. Ἡ διὰ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου ὕλη οἷόν τι προγύμνασμα καὶ προοδοποίησις πρόκειται τοῖς βουλομένοις ἔχεσθαι τῆς ἱερᾶς ταπεινότητος τῆς πασῶν τῶν ἀρετῶν λαμβανομένης, ἀις ἡ κτίσις τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ὄντως ἐνίδρυται, καὶ τῆς θεομισοῦς ἀλαζονείας ἀπέχεσθαι τῆς πασῶν τῶν φιλοχρίστων ἀρετῶν παρατρεπούσης τὸν ἄνθρωπον. τίς οὖν οὐ ζηλώσει τὸν τελώνην, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν μεταμέλειαν, καὶ τοῦ Φαρισαίου οὐκ ἀποσείσεται τὸν ὄγκον; εἴπερ ἡ μὲν ταπείνωσις συνάπτεται τῷ Χριστῷ, ἡ δὲ ἀλαζονεία τῷ πεφρονηματισμένῳ καὶ πλήρει ὄγκου δαίμονι.

1. Materia de publicano ac Phariſæo tanqvam præexercitamentum qvoddam ac præparatio exſtat propoſita iis, qvi ſacram humilitatem colere cupiunt, omnes in ſe complectentem virtutes, qvibus poſſeſſio regni Cœlorum ſane firmatur: ſuperbiam vero fugere, qvæ & inviſa DEO eſt, & ab omnibus virtutibus Chriſtianis hominem avertit. Ecqvis igitur non libenter imitetur publicanum, ejusqve converſionem ac pœnitentiam: Phariſæi contra faſtum exhorreat, cum humilitas nos conſociet CHRISTO, ſuperbia autem Dæmoni tumenti atqve pleno inſolentiæ conjungat.

2. Ἡ ἀλαζονεία τὸν πρῶτον τῶν ἀγγέλων ᾧ κλῆσις καὶ ἑωσφόρος ἦν, πάντως διάβολον καθιστᾷ. αὕτη τὸν γενάρχην Ἀδὰμ τοῦ παραδείσου ἐξωθεῖται. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων καὶ ὕψωσεν ταπεινοὺς, κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, καὶ ταπεινοῖς δίδωσι χάριν. αὕτη κατατίθεται τὸν Φαραώ. εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ οὐκ ἔστι θεός. αὕτη τὸν Ναβουχοδονόσορ καταβάλλεται, κυρίῳ γὰρ θεῷ σοῦ προσκυ-

2. Superbia omnino eſt qvæ ex principe angelorum, cui Lucifero nomen, a) effecit Diabolum. Hæc Adamum generis noſtri auctorem expulit Paradiſo. *Depoſuit* b) *potentes de thronis & exaltavit humiles: Dominus reſiſtit ſuperbis,* c) *& humilibus dat gratiam.* Hæc evertit Pharaonem, qvi ſtultus ajebat in corde ſuo, d) non eſt DEus. Hæc Nabuchodonoſorem dejecit. *Dominum enim DEum tuum adorabis, illi-*

S 3 *que*

a) Eſ. XIV. 12. b) Luc. I. 52. c) Jac. IV. 6 & 1. Petr. V. 5.
d) Pſal. XIV. 1.

*que ſoli ſervies*, e) *nec ullum ei effinges ſimile.* f) Qvanqvam Nabuchodonoſoris morbus ſolvebatur, g) ſuperbo autem malum ſuum in affectionem manentem ac conſtantem degenerat. Sane enim febris ardens, arrogantia eſt, qva ſenſus laborantis miſere afficiuntur: graviſſimus furor hominem ad prolapſionem incitans, hydrops vento & aqvis plena.

νήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ οὐ ποιήσεις οὐδὲν ὁμοίωμα. εἰ καὶ τῷ μὲν ἡ νόσος λύεται, τῷ δὲ ἕξις γίγνεται τὸ πάθος. ὄντως πυρετός ἐστιν ἡ ὑπερηφανία ἡ ὑποπίπτουσα τῇ αἰσθήσει τοῦ πυρέττοντος, φρενῖτις δεινὴ εἰς πτῶσιν τὸν ἄνθρωπον παροξύνουσα. ὕδρωψ ἔμπλεος ἀέρος καὶ ὕδατος.

3. *Quis* h) *aſcendet in montem Domini? innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam.* Hujuſcemodi fuit vanitas ac ferocia Tyri, qvæ humorem gratiæ à ſe alienaverat, i) terra humore deſtituta. Ut enim ex ratione & experientia vobis eſt cognitum, ſuperbus non indigere ſe putat perficiente DEI gratia, atqve ideo exſuccus & aridus vitali calore eſt, vivo qve humore deſtituitur. In hac vacua arbore nidum componit corvus nocturnus diabolus,

3. Τίς γὰρ ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος κυρίου, ἀθῷος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. τοιαύτη ἦν ἡ τοῦ Τύρου ματαιότης καὶ ἀγερωχία ἡ τὴν ἰκμάδα ἀποβαλλομένη τῆς χάριτος, γῆ ἄνικμος. ἴστε γὰρ δήπου τοῦτο καὶ λόγῳ καὶ πείρᾳ, ὁ ἀλαζὼν οὐ δεῖται τῆς τελειωτικῆς τοῦ θεοῦ χάριτος. καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶν ἄνικμος καὶ ξηρὸς, λείπεται τοῦ ζωτικοῦ θερμοῦ καὶ τῆς ζώσης ὑγρότητος. ἐν τούτῳ κενῷ ὄντι δένδρῳ τὴν καλιὰν ἐργάζεται ὁ νυκτικόραξ διάβολος.

4. Humilitas vero, ut breviter dicam altrix eſt virtutum, pietatis in qvâ Chriſtiana pulchritudo conſiſtit, ſumma, initium, finisqve: paſſionum extinctio, ſubverſio peccati & humidi radicalis in fide conſervatio. Humilitas junctum ſibi habet timorem Numinis, qvo

4. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ταπείνωσις τροφὸς ὑπάρχει τῶν ἀρετῶν, τοῦ χριστιανοῦ κάλλους εὐσεβείας κεφάλαιον καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος, τῶν παθῶν νέκρωσις, τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσις, συντήρησις τῆς ὑγρότητος ἐν τῇ ῥίζῃ τῆς πίστεως. ἡ ταπεινότης σύνεστι τῷ φόβῳ τοῦ θεοῦ τῷ

e) Matth. IV. 10. f) Deut. IV. 16. g) Dan. IV. 31. h) Pſ. XXIV. 3.
i) Ezech. 28.

Digitized by Google

τῷ ἐλαύνοντι τὴν ἀνομίαν, ὡς ἔφη καὶ ὁ Ιερεμίας καὶ ὁ Σολομῶν. ὄντως γὰρ ἀρχὴ σοφίας Φόβος Κυρίου. τούτοις συνᾴδει καὶ ὁ μακάριος Παῦλος. Αὕτη τὸν τηλώνην κήρυκα ποιεῖται τοῦ Πνεύματος, ἡ δὲ ἀλαζονεία τὸν Φαρισαῖον κενὸν ἐργάζεται τύμπανον μάτην ἀλαλάζον. ὄντως ῥοιὰ Σοδόμων ἐστὶν ὁ ὑποκριτής. πέπων τὰ μὲν ἔξωθεν ὡραῖος, τὰ δὲ ἔνδοθεν σαπρός τε καὶ ἄχαρις.

5. Ἀνέβη εἰς τὸ ἱερὸν ὁ τελώνης καὶ ἀνέβη καὶ σωμαλικῶς καὶ ψυχικῶς. ἀνέβη εἰς τὸ ἱερὸν ὁ Φαρισαῖος σωματικῶς καὶ οὐ ψυχικῶς. ὁ μὲν γὰρ ἀνέβη τῇ ψυχῇ καταβαίνων διὰ τῆς ταπεινότητος, ὁ δὲ κατέβη τῇ ψυχῇ ἀναβαίνων διὰ τῆς ὑπερηφανείας. ὁ μὲν ἀνέβη ταῖς κατὰ τὸν Δαβὶδ ἀναβάσεσι. Ἐπιβὰς τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης εἰς τὸν παράδεισον, ὁ δὲ κατέβη καταβαίνων εἰς τὸν ἑωσφόρον τὸν ἀρχηγὸν τῆς ὑπερηφανείας. ὁ μὲν ἀνέβη διὰ τῆς ἀναβάσεως καὶ ἐπιδόσεως εἰς τὰς ἀρετάς. ὁ δὲ κατέβη ἀπὸ τῶν ἀρετῶν, καὶ προσεπέλασεν ταῖς κακίαις.

6 Πολλοὶ εἰσέρχονται τῷ ἱερῷ, ἀλλ' ὀλίγοι μετέχουσι τοῦ ἱεροῦ, οὐ γάρ εἰσι ἄξιοι τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. ὁ γὰρ ὑπερήφανος οὐ μένει ἐν τῇ ἀγάπῃ, ὁ δὲ μὴ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ οὐ μένει κατὰ τὸν Ιωάννην. ὁ δὲ μένων

peccatum procul pellitur, ut à Jeremia k) ac Salomone l) edocemur: qvoniam vere *initium Sapientiæ eſt timor Domini:* hisqve concinit beatus Paulus. m) Hæc publicanum præconem ſancti Spiritus conſtituit, at ſuperbia Phariſæum facit tympanum inani reſonans ſtrepitu. Sane ſodomiticum pomum refert hypocrita, nam extrinſecus pulchri fructus ſpeciem habet, at intus putridus ac deteſtabilis eſt.

5. Aſcendit in templum publicanus corpore pariter & animo. Aſcendit in templum Phariſæus corpore, animo minime. Ille enim aſcendit, dum per humilitatem deſcenderet: hic deſcendit, per ſuperbiam aſcendendo. Ille aſcendit gradibus Davidicis, ingreſſus viam qvæ ad paradiſum tendit: at hic deſcendit aſcendens ad Luciferum Ducem ac Principem ſuperbiæ. Ille aſcendit per aſcenſionem ac profectum in virtutibus: hic à virtutibus deſcenſione facta propior vitiis acceſſit.

6. Multi templum ſanctum ingrediuntur, ſed pauci de ſancto participant, utpote domo divina exiſtentes indigni. Superbus enim in charitate non manet: Qvi vero non manet in charitate, nec in DEo manet,

k) Jerem. XXXII, 40, 40.

l) Proverb. I, 7.

m) 2. Cor. VII, 1.

manet, ut docet Johannes. n) Qvi vero manet in charitate, manet in DEo, & in ipſo manet DEUS, & DEi ipſe templum eſt, ut Paulus ait. o) Illi proprie ædem ſacram & templum DEI ingrediuntur, in qvibus DEus privatim operatur. Solos autem infantes & parvulos illuminat, ut à Muſurgeta ſive modulatore Davide p) docemur. Ubi enim humilitas ibi etiam ſapientia eſt, teſte Salomone: q) ſapientia fidei, & ſapientia qvæ in actione verſatur.

ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ἔστιν ναὸς θεοῦ κατὰ τὸν παῦλον. ἐκεῖνοι κυρίως εἰσέρχονται τῷ ἱερῷ καὶ τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ, οἷς ἰδικῶς ἐνεργεῖ ὁ θεός. Φωτίζει δὴ μόνους τοὺς νηπίους καὶ μικροὺς ὁ θεὸς κατὰ τὸν μουσουργέτην Δαβίδ. ὅπου γὰρ ταπείνωσις, ἐκεῖ καὶ σοφία κατὰ τὸν Σολομῶντα· σοφία πίστεως καὶ σοφία πράξεως.

6. Hac ſapientia deſtituebatur Phariſæus, unde tanqvam hypocrita pro ſolis externis rebus gratias DEo agit, pro internis autem ingratum ſe Numini exhibet, neq; enim ſervat præceptum illud: *amabis proximum tuum veluti teipſum.* r) Bene qvidem dictum ab eo erat: *Gratias ago Tibi.* Siqvidem non ſibi ipſi virtutem tribuebat Phariſæus, qva ſententia fuit Nabuchodonoſor s) & Semeias t) & Petrus, u) & in qvam arrogantiam inciderant Lucifer & Adamus: nihilominus gloriabatur ſe habere qvod non habebat, atqve ſi vel maxime habuiſſet, per ſuperbiam amiſerat. Nam & qvi habet, debet fateri ſe non habere, & dicere, *ſervus inutilis ſum,* x) nam *in conſpectu tuo non juſtificabitur vivens quisquam.* y)

6. Ταύτης τῆς σοφίας ἐλείπετο ὁ Φαρισαῖος, ὅθεν καὶ ὑποκριτὴς ὢν εὐχαριστεῖ κατὰ μόνα τὰ ἔξωθεν τῷ θεῷ, κατὰ δὲ τὰ ἔνδοθεν ἀχάριστος γίγνεται τῷ θεῷ. οὐ γὰρ τηρεῖ τὴν ἐντολὴν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. ἦν ἀγαθὸν τὸ ῥῆμα, εὐχαριστῶ σοι, ἐπειδὴ οὐκ ἑαυτῷ ἀπεδίδου τὴν ἀρετὴν ὁ Φαρισαῖος, ὡς ἐνόμιζεν ὁ Ναβουχοδονόσορ καὶ ὁ Σεμείας καὶ ὁ Πέτρος. ἥτινι ὑπερηφανεία καὶ ὁ ἑωσφόρος, καὶ ὁ Ἀδὰμ περιέπεσον, ὅμως ηὔχετο ὃ οὐκ εἶχεν ἔχειν, καὶ εἰ γὰρ εἶχε, διὰ τῆς ὑπερηφανείας ἀπώλεσεν. ὀφείλει γὰρ καὶ ὁ ἔχων ὁμολογεῖν μὴ ἔχειν, καὶ λέγειν ὅτι ἀχρεῖος δοῦλος εἰμί, ἐπεὶ οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

Ἀπο-

n) 1. Joh. IV. 16. o) 1. Cor. III. 16. p) Pſal. XIX. 2. CXIX. 129.
q) Proverb. XI. 2. r) Levit. XIX. 18. s) Daniel. IV. 1.
t) Jerem. XXIX. 25. u) Matth. XXVI. 33. x) Luc. XVII. 10.
y) Pſal. CXLIII.

7. Ἀποβάλλεται ὄντως τὴν ἀγάπην ὁ μὴ ταπεινούμενος, καταφρονεῖ δὲ ὁ μὴ ἀγαπῶν. ὄντως ἀρχὴ παντὸς εἴδους ἁμαρτίας ἡ ὑπερηφάνεια. ταύτῃ ἕπεται φθόνος, τῷ φθόνῳ φόνος, δι᾽ ἣν ἐν ἐχθροῦ μοίρᾳ ὁρᾷ τὸν πατέρα ὁ Ἀβεσαλὼμ καὶ κτείνειν προάγεται. ὄντως ὁ κρύφιος κακὸς τοῦ φανεροῦ ἐστι χείρων, καὶ τοῦ διαβόλου οὐκ ἀπέοικε δι᾽ ὄφεως τὸν πρωτόπλαστον φαινακίσαντος. διὰ τοῦτο ὁ φανερὸς φαῦλος δικαιοῦται, καὶ ὁ ἀφανὴς καταδικάζεται. τῷ μὲν γὰρ μόνη φαυλότης, τῷ δὲ καὶ ψεῦδος καὶ διαπάτη παρέπεται. καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἄκρας ἀληθείας ἀποδιώκεται. διὰ γὰρ τῆς ἀγάπης καὶ ὁ ἐκλεκτὸς προορίζεται, κατά τε τὸν Πέτρον ἐπιστολῇ δευτέρᾳ, καὶ τὸν Παῦλον πρώτῳ πρὸς Ἐφεσίους καὶ τρίτῳ πρὸς Κολοσσαεῖς, τὸ δὲ ἔχθος ἀποδοκιμάζει.

7. Abjicit ſane à ſe charitatem, qviſqvis humilis non eſt, & non amans contemnit. Certe omnis generis peccatorum principium eſt ſuperbia, ex qva ſeqvitur invidia, ex invidia cædes. Per ſuperbiam Abeſalom patrem ut hoſtem aſpicit z) & conatur interficere. Clam malus profecto aperte malo pejor eſt, nec abſimilis diabolo, à qvo per ſerpentem protoplaſtus fuit deluſus: propterea & palam malus, juſtificatur, & clam malus qvi erat, condemnatur: in illo enim ſola vitioſitas, in hoc præterea etiam mendacium dolusqve hærebat, atqve ideo à ſumma Veritate expellitur: per charitatem qvippe & electus præfinitur, ut docent Petrus poſteriore Epiſtola, a) & Paulus primo capite ad Epheſios b) & tertio ad Coloſſenſes: c) odium vero & inimicitias charitas abolet.

8. Ἔγνω ὁ τελώνης τὴν ἰδίαν ἁμαρτίαν, καὶ δεδικαίωται, τῆς ἁμαρτίας πόῤῥωθεν γενόμενος. ὅθεν καὶ ζῇ κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ, ἥτις ζωὴ καὶ τῷ Δαβὶδ παρηκολούθησεν, ὡς ἐμαρτύρει ὁ Ναθάν. οὐκ ἔγνω τὴν ἰδίαν ἁμαρτίαν ὁ Φαρισαῖος, καὶ τῆς ζωῆς πόῤῥωθεν γίγνεται.

8. Agnovit publicanus proprium peccatum, & juſtificatus proculqve à peccato remotus fuit. Hinc etiam vivit, profitente Ezechiele, d) cujuſcemodi vita etiam Davidem ſeqvebatur, ut Nathan illi teſtificatus eſt. e) At non agnoſcit proprium Phariſæus peccatum, & à vita longe remotus manet.

9 Καὶ σκόπει καλῶς δεύτερον τὴν εὐαγγελικὴν ῥῆσιν. Ἄνθρωποι

9. Probe jam iterum Evangelii verba conſidera. *Homines duo*

T *aſcen-*

z) 2.Sam.XV. ſeq. a) 2.Petr.I. 7. ſeq. b) Epheſ.I. 5. 6.

c) Coloſſ.II. 2. d) Ezech. XVIII. 22. e) 2.Sam.XII. 13.

Digitized by Google

*aſcenderunt in templum oratum, unus Phariſæus, & alter publicanus.* In exemplum & figuram hominum ſeipſos juſtificantium & peccantes contemnentium. Poſuit Dominus Phariſæum velut ſpecimen ſuperborum, publicanum vero poſuit tanqvam exemplum hominum peccatorum & cum contrito corde precationes & confeſſiones facientium, ut omnes edoceret ſuperbiam à ſe haberi odio, humilitatem vero amari.

δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς Φαρισαῖος, ϗ ὁ ἕτερος τελώνης. εἰς παράδειγμα ϗ τύπον τῶν ἀνθρώπων τῶν δικαιούντων ἑαυτοὺς, ἐξουθενούντων δὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας. ἔθηκεν τὸν Φαρισαῖον Κύριος εἰς δεῖγμα τῶν ὑπερηφάνων, τὸν δὲ τελώνην ἔθηκεν εἰς παράδειγμα τῶν ἁμαρτανόντων ἀνθρώπων ϗ μετὰ συντετριμμένης καρδίας τὰς προσευχὰς ϗ ἐξομολογήσεις ποιουμένων, ἵνα διδάξῃ πάντας, τὴν μὲν ὑπερηφάνειαν μισεῖν, τὴν δὲ ταπείνωσιν ἀγαπᾶν.

10. Ac perſpicue hac parabola CHriſtus demonſtrat qvod res magna qvidem ſunt juſtitia ac virtus, & proxime DEo hominem ſtatuunt: ſi vero acceſſerit ſuperbia, hæc in infimum barathrum hominem abripit. Id enim evenit Phariſæo & eam ob cauſam condemnatus ille atqve in perditionem prolapus eſt. Injuſtitia viciſſim ac peccatum deteſtabile eſt & odio digniſſimum, ac qvovis alio malo gravius, qvodqve hominem à DEo longe removet. At humilitas per pœnitentiam & confeſſionem juſtificat eundem & ſalute mactat, DEoqve proximum fert ac ſtatuit. Hoc publicanus invenit & expertus eſt, eamqve ob cauſam juſtificatus & ſalutem conſecutus fuit.

10. Καὶ δείκνυσι καθαρῶς ἀπὸ ταύτης τῆς παραβολῆς ὁ Χριστός, ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη ϗ ἀρετὴ μεγάλη ἐστὶ, ϗ πλησίον τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ἵστησιν. ὅταν δὲ τὴν ὑπερηφανίαν προσλάβηται, εἰς τὸν κατώτατον βυθὸν ἀποῤῥίπτει τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο γὰρ ϗ πέπονθεν ὁ Φαρισαῖος, ϗ ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας κατεκρίθη, ϗ εἰς ἀπώλειαν ἐξώκειλεν. ἡ δὲ ἀδικία ϗ ἡ ἁμαρτία βδελυκτή ἐστι ϗ μισητὴ ϗ πάσης κακίας βαρυτέρα, ϗ μακρύνει τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. ἀλλὰ ἡ ταπείνωσις διὰ τῆς μετανοίας ϗ ἐξομολογήσεως δικαιοῖ τοῦτον ϗ σωτηρίας ἀξιοῖ, ϗ πλησίον φέρει ϗ ἵστησι τοῦ Θεοῦ. τοῦτο εὗρεν ὁ τελώνης ϗ ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας ἐδικαιώθη ϗ σωτηρίας ἠξίωται.

11. *Phariſæus ſtans dicebat apud ſe ipſum: Gratias Tibi ago, DEUS, quod*

11. Ὁ Φαρισαῖος σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν εἶπεν, ὁ Θεὸς εὐχαριστῶ σοι,

Digitized by Google

σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι. βαβαὶ τῆς ὑπερηφανείας, Κύριος ϗ Ἠσαΐας ὀλιγωρεῖ ὡς καταγούσης εἰς Ἄιγυπτον ϗ θάρσος ἐχούσης τοῦ Φαραὼ ϗ σκιὰν τῆς Ἀιγύπτου ϗ μνήμης ἀπώλειαν μετ' ἤχου κατὰ τὸν ἱεροψάλτην Δαβὶδ, ϗ μὴ μνήμης ἀϊδιότητα. βαβαὶ τοῦ φιλολοιδόρου στόματος κατὰ τὸ ἕκτον τῶν παροιμιῶν. οὐκ εἰμί, φησιν, ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, ϗ μοιχοὶ, ἢ ϗ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. ἀρχὴ τῆς ὑπερηφανίας ἡ ὕβρις φαίνεται. ὁ γὰρ διαπτύων τοὺς ἄλλους, ϗ μηδὲν τούτους ἡγούμενος, ἀλλὰ τοὺς μὲν πτωχοὺς τοὺς δὲ δυσγενεῖς, τοὺς δὲ ἀμαθεῖς καὶ ἰδιώτας ὑπολαμβάνων, τοὺς δὲ ἀδίκους ϗ ἁμαρτωλοὺς, ἐκ τῆς ὕβρεως ταύτης παρασύρεται, ϗ μόνον ἑαυτὸν οἴεται εἶναι σοφὸν, συνετὸν, εὐγενῆ, πλούσιον, δυνατὸν, δίκαιον, ϗ πάντων ἀνθρώπων ὑπέρτερον. ϗ ἔστιν ἡ ὕβρις ὑπερηφανείας ἀρχὴ, ϗ ἡ ὑπερηφανία κακὸν τῆς ὕβρεως ἔγγονον. διὰ τοῦτο ἡ διαβόητος ἡμέρα Κυρίου τὴν ἐκδίκησιν ποιήσει ἐπὶ πάντα ὑβριστὴν ϗ ὑπερήφανον. αἱ γὰρ συγγενεῖς ἁμαρτίαι ὁμοτρόπως κολάζονται.

*non ſum quales alii homines, rapaces, injuſti.* Hem arrogantiam qvam Dominus atqve Eſaias f) aſpernatur tanqvam deducentem in Ægyptum & fiduciam habentem in Pharaone atqve in umbra Ægypti: perituramqve memoriam cum ſonitu, ut ait ſacer Pſaltes David, g) non in ſempiternum duraturam. Hem os pronum ad obtrectationes, *non ſum*, inqvit, *ſicut cæteri homines, rapaces, injuſti & mœchi, aut etiam qualis hicce publicanus.* Ita ſecundum ſextum h) Proverbiorum caput, ſuperbia ac tumor contumeliæ apparet eſſe principium. Nam qvi alios deſpuit nihiliqve æſtimat, & hos pauperes habet vel ignobiles, illos indoctos & imperitos, iſtos injuſtos ac peccatores: ex hujusmodi contumelia transverſus abripitur ſolumqve ſeipſum putat eſſe ſapientem, peritum, nobilem, divitem, juſtum cunctisqve præſtantiorem hominibus. Eſt adeo contumelia principium ſuperbiæ, ſuperbiaqve, mala contumeliæ progenies. Propterea nobilis ac celebrata illa dies DEI i) vindictam repetet ab omni contumelioſo ac ſuperbo, cognata qvoniam peccata conſimili ratione punientur.

12. Ἔδειξεν ὁ Φαρισαῖος ϗ τῷ σχήματι αὐτοῦ ϗ τῇ στάσει τὴν ἐπ-

12. Demonſtravit Phariſæus & habitu ſuo & ſtatione elatum qvem habe-

T 2

f) Eſ. XXX. 2.

g) Pſal. IX. 6.

h) Proverb. XI. 2.

i) Eſ. II. 12.

habebat animum atqve arrogantiam: ac verba ejus initio qvidem moderata ac proba erant, ajebat enim: *Gratias ago Tibi, DEUS.* Qvæ vero deinde ſubjunxit, plena ſuperbiæ & arrogantiæ erant omnia. Non enim dixit, tu me talem feciſti Domine, & tua ope liber ſum & immunis ab omnia injuſtitia, rapina, aliiſqve malis. *Quid vero habes*, inqvit Apoſtolus, k) *quod non acce-piſti*? at Phariſæus omnem virtutem ex propriis viribus edere ſe exiſtimabat. Debet autem qvisqve mortalium certus eſſe ſine DEI ſe auxilio nihil qvicqvam poſſe ac nihil valere boni ita ut debet perficere. *Sine me*, inqvit CHriſtus, *facere poteſtis nihil.* l) Et Propheta: m) *niſi Dominus ædificaverit domum, fruſtra laborant qui ædificant.* Et Apoſtolus: n) *Non volentis, nec currentis, ſed miſerentis DEI.* Et o) *non ego, ſed Gratia DEI quæ mecum eſt.* Et: p) *DEus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere.*

αρσιν, ἣν εἶχε, ϗ τὴν ἀλαζονείαν. ϗ οἱ μὲν λόγοι αὐτοῦ ἐξ ἀρχῆς ἦσαν εὐγνώμονες. ἔλεγε γὰρ, ὁ Θεὸς εὐχαριστῶ σοι. μετὰ ταῦτα δὲ ὅσα εἶπε πάσης ἀλαζονείας ϗ ὑπερηφανίας ἦσαν πεπληρωμένα. οὐ γὰρ εἶπε, σύ με ἐποίησας Κύριε, ϗ διὰ τῆς βοηθείας τῆς σῆς ἐλευθεροῦμαι πάσης ἀδικίας καὶ ἁρπαγῆς, ϗ τῶν ἄλλων κακῶν. τί γὰρ ἔχεις, φησὶ ὃ οὐκ ἔλαβες; ἀλλὰ πάντα τὰ κατορθώματα ἐξ ἰδίας δυνάμεως ἐλογίζετο κατορθῶσαι. πᾶς δὲ ἄνθρωπος ἐχέτω πληροφορίαν, ὅτι χωρὶς τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας οὐ δύναται οὐδὲ ἰσχύει κατορθῶσαι τι ἀγαθόν. χωρὶς γὰρ ἐμοῦ, φησιν ὁ Χριστὸς, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. ϗ ὁ προφήτης, ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσει οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. ϗ ὁ Ἀπόστολος, οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. ϗ, οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. ϗ, ὁ Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν ϗ τὸ θέλειν ϗ τὸ ἐνεργεῖν.

13. Publicanus itaqve hortus erat ſpiritalibus aqvis irrigatus: Phariſæus autem qvercus ſine foliis, ut eſt apud Eſaiam q) ac Salomonem. r) Qvanqvam enim honor nobis conceſſus eſt liberi arbi-

13. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν τελώνης κῆπος ἦν τοῖς πνευματικοῖς ὕδασιν ὑποβρύχιος. ὁ δὲ Φαρισαῖος δρῦς ἦν ἄφυλλος κατὰ τὸν Ἡσαίαν ϗ τὸν Σαλομῶντα. εἰ γὰρ ϗ τὸ αὐτεξουσίῳ τετιμήμεθα τῆς προαιρέσεως,

k) 1.Cor.IV.7. l) Joh.XV.5. m) Pſ CXXVII. 1.
n) Rom IX. 16. o) 1.Cor.XV.10. p) Philipp.II, 13.
q) Eſ.I.30. r) Sirach.VI.4.

Digitized by Google

ρέσεως, ἀλλ᾽ ὅμως ἐκτὸς τῆς ἄνωθεν συμμαχίας οὐδὲν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ βίου ἐπιτελέσαι δυνάμεθα. οἶδα γάρ φησιν, ὅτι οὐ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, οὐδὲ πορεύεται ἀνὴρ κατορθῶσαι πορείαν αὐτοῦ. μὴ οὖν ἑαυτοῖς λογιζώμεθα τῶν ἀγώνων τὰ τρόπαια. ἡμέτερον γὰρ τὸ προελέσθαι μόνον τὸ κρεῖττον καὶ σπουδάσαι, Θεοῦ δὲ τὸ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὴν ἀγαθὴν ἐπιθυμίαν καὶ ἄφεσιν ** τῷ μηδὲ φύσει τὸ δύνασθαι ἔχοντι, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς χάριτος λαμβάνοντι λέγειν ὅτι δύναμαι. τοῦτο κόμπος καὶ καύχησις. τί γὰρ ἔχεις, φησὶ, ὃ οὐκ ἔλαβες, εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών.

trii, nihilominus citra ſupernum auxilium nihil recte in vitæ hujus via perficere poſſumus. *Novi enim,* inqvit, s) *quod non eſt hominis via ejus, nec viri, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos.* Ne igitur nobis tribuamus tropæa certaminum: noſtrum enim tantummodo eſt eligere * qvod melius eſt, ſtudiumqve impendere: DEI autem, in opus deducere bonum deſiderium, ac propoſitum, in eo qvi à natura facultatem hanc non habebat, ſed à Gratia accipit ut dicat ſe poſſe. Hæc gloria atqve prædicatio. *Quid enim habes,* inqvit, t) *quod non accepiſti, ſi vero accepiſti ecquid gloriaris ac ſi non accepiſſes?*

14. Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ δὲ πάντα ὅσα κτῶμαι. ἐπειδὴ γὰρ κατηγόρησε τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων καὶ τοῦ τελώνου ὁ Φαρισαῖος, ὅτι μοιχοί εἰσι καὶ ἅρπαγες. αὐτὸς πρὸς μὲν τὸ τῆς μοιχείας πάθος τὴν νηστείαν ἠλαζονεύσατο. ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς τρυφῆς γίνεται ἡ πορνεία. κόρος γὰρ πατὴρ ὕβρεως, καὶ πορνεία ἐκ πλησμονῆς. ὁ Φαρισαῖος δὲ τὸ σῶμα διὰ νηστείας κατατήκων πολὺ ἀπέχειν ἐκαυχᾶτο τῶν τοιούτων παθῶν. ἐνήστευον δὲ οἱ Φαρισαῖοι

14. *Jejuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo.* Poſtqvam alios Phariſæus mortales & publicanum accuſaverat tanqvam adulteros & raptores, ipſe adverſus mœchiæ vitium, de jejunio gloriatur. Siqvidem à luxuria profluit libido, laſciviæ enim parens eſt affluens ſatietas, & ex repletione cibi ac potus, ſcortatio. At Phariſæus corpus ſuum jejunio emacerans multum ſe ab ejuſcemodi vitiis abſtinentem eſſe jactabat. Jejunabant autem



s) Jerem. X. 23.

* Hoc ita intelligendum ex Apoſtoli Pauli doctrina, ut ipſum etiam velle & eligere ex Gratia Divina in nos proficiſcatur. Philipp. II. 13. ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Hanc gratiam quiqui non rejiciunt, habent.

** Leg. ἔφεσιν.

t) 1. Cor. IV. 7.

autem bis Phariſæi qvavis hebdomade, die tertio, qvintoqve.

δύο ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος, δευτέραν καὶ πέμπτην.

15. Raptoribus atqve injuſtis opponit Phariſæus: *decimas do omnium quæ poſſideo.* Usqve adeo ſcilicet gloriatur ſe adverſari rapinis atqve injuſtitiæ, ut & ſua bona aliis impertiat. Hebræi dabant omnium qvæ habebant decimam unam atqve iterum, ad tertiam u) usq;, qvæ triplices decimæ junctim poſitæ tertiam partem bonorum qvam largirentur conficiebant. Primitias præterea ac primogenita aliaqve plura tribuebant ex facultatibus ſuis pro peccatis, pro purificatione, in feſtis, in debitorum remiſſione, in manumiſſione ſervorum, in mutuo dato ſine fœnore. Qvæ omnia ſi ſimul ponantur ac computentur, dimidiam partem bonorum ſuorum largiens homo nihil tamen magni facit ſiqvidem in eo effert ſe ac ſuperbit, nam ut ait Evangelium, *niſi juſtitia veſtra abundaverit præ juſtitia ſcribarum & Phariſæorum, non ingrediemini in Regnum Cœlorum.*

15. Πρὸς δὲ τὸ, ἅρπαγες καὶ ἄδικοι, ἔλεγεν ὁ Φαρισαῖος· ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. τοσοῦτον γὰρ ἐνεκαυχήσατο ἐναντιοῦσθαι τῇ ἁρπαγῇ καὶ τῇ ἀδικίᾳ, ὥστε καὶ τὰ ἑαυτοῦ ἑτέροις διδόναι. οἱ γὰρ ἑβραῖοι ἐδίδοσαν τῶν ὄντων ἁπάντων δεκάτην μίαν. καὶ μετὰ τὴν τρίτην. καὶ αἱ τρεῖς συντεθειμέναι διανύουσιν ὅτι τὸ τρίτον τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐδίδουν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς καὶ πρωτοτόκια, καὶ ἕτερα πλείονα παρεῖχον τῶν ὄντων ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, τὰ ὑπὲρ καθαρισμοῦ, τὰ ἐν ἑορταῖς, τὰ ἐν ταῖς τῶν χρεῶν ἀποκοπαῖς, καὶ ταῖς τῶν δούλων ἀφέσεσι, καὶ τοῖς δανείσμασι τοῖς ἀπαλλαγμένοις τόκου. ταῦτα δὲ πάντα συντεθειμένα καὶ συναριθμούμενα τὸ ἥμισυ τῆς οὐσίας διδοὺς ἀνθρώποις x) οὐδὲν μέγα ἐργάζεται ἐπαιρόμενος καὶ ἀλαζονευόμενος. καὶ ταῦτα τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐκ εἰσελεύσεσθε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

16. *At publicanus e longinquo ſtans nolebat oculos ad cœlum tollere; ſed percutiens pectus ſuum, DEUS, inquit, propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic juſtificatus in domum*

16. ὁ δὲ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι, ἀλλ' ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ, λέγων ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.

λέγω

u) Tobiæ I, 8.

x) Leg. ἄνθρωπος.

λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. εὐχόμενος ὁ τελώνης καὶ ἔργα μὴ ἔχων ἀγαθὰ, οὐδὲ ἀπαριθμῆσαι ταῦτα ἠδύνατο ὥσπερ ὁ Φαρισαῖος, ἀλλ' ἔτυπτε τὸ στῆθος, καὶ τὴν καρδίαν ἐμάστιζε, καὶ μετὰ πολλῆς συντριβῆς καὶ κατανύξεως ἔλεγεν. ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, διὰ τοῦτο καὶ ἵλεων εὑρίσκει τὸν ἐλεήμονα καὶ εὐδιάλλακτον Κύριον. πάντων γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων καθαιρετική ἐστιν ἡ ταπεινοφροσύνη, ἡ δὲ ὑπερηφανία ἀφανίζει πάσας τὰς ἀρετάς, ὅτι πάσης ἁμαρτίας καὶ κακίας μείζων ἐστὶ καὶ βαρυτέρα. κρεῖσσον ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφειν καὶ ταπεινοῦσθαι, ἢ κατορθοῦντας ἐπαίρεσθαι. ὁ τελώνης τὰ ἁμαρτήματα ἀπεδύσατο, δεξάμενος τὴν τοῦ Φαρισαίου κατηγορίαν μετὰ πρᾳότητος, καὶ ὑπομονῆς. καὶ ὁ Φαρισαῖος ἀπὸ δόξης εἰς τὸ τῆς ἀτιμίας κατέπεσε βάραθρον. δικαιώσας ἑαυτὸν, καὶ κατηγορήσας τοῦ τελώνου καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. ὁ τελώνης ἀπὸ τῆς ἐπονειδίστου ζωῆς καὶ τῆς ἁμαρτίας εἰς τὴν μακαρίαν ἐπανῆλθε ζωὴν καὶ κατάστασιν, ὁ δὲ Φαρισαῖος ἐταπεινώθη ἐξ ὄγκου καὶ τῆς ἐπάρσεως.

*ſuam. Nam omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.* Oraturus publicanus, nec bona habebat opera nec inſtar Phariſæi enumerare illa valebat, ſed verberabat pectus, & cor ſuum caſtigabat, multaqve cum afflictione & compunctione dicebat: DEus, propitius eſto mihi peccatori. Ideoqve & propitium invenit miſericordem & placabilem Dominum: omnium enim delictorum deletrix eſt humilitas, at ſuperbia omnes abolet atqve evertit virtutes, qvoniam omni peccato & malitia major eſt graviorqve. Præſtat, peccatores ſe convertere & humiliari, qvam officio ſuo functos ſuperbire. Publicanus peccatis ſe ſuis exuit, criminatione Phariſæi accepta cum leni animo ac patientia: & Phariſæus à gloria in barathrum ignominiæ prolapſus eſt cum ſe ipſum juſtificaret, publicanumqve & alios homines criminaretur. Publicanus à vita erubeſcenda & peccato converſus eſt ad felicem vitam & ſtatum: Phariſæum contra ex tumore atqve elatione ſua contigit deprimi atqve humiliari.

17. Δύο γὰρ ἀπαιτούμεθα πάντες ἄνθρωποι. τὸ καταγινώσκειν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, καὶ τὸ τοῖς ἑτέροις ἀφιέναι ἁμαρτήματα. ὁ γὰρ

17. Duæ res ab omnibus reqviruntur hominibus, ut noſtra condemnemus peccata atqve alienis veniam demus. Qvi enim in propria

pria peccata reſpicit, erga alios fit indulgentior: qvi vero condemnat alterum, ſe ipſum condemnat, & adverſus ſe fert ſententiam. Et qvantumvis multas qvis poſſidet virtutes, vere magnum eſt, fratres, non alios, ſed ſeipſum condemnare. Nos autem noſtris peccatis neglectis alios potius arguimus atqve inqvirimus, nec perſpectum habemus, qvod licet omnes juſtitia anteiremus, ſi tamen alios condemnamus, rei ipſi ſumus, eademqve pœna & ſupplicio digni, qvam ille qvi condemnatur promeruit. *Quo enim judicio*, inqvit, y) *judicatis, eodem & judicabimini.* Qvi libidinibus ſe contaminat, præceptum DEI transgreditur. Sed violat præceptum divinum etiam ille qvi alterum condemnat, ut adeo ambo ſint divinæ Legis transgreſſores & ſcortator & condemnator.

τὰ αὐτὰ * βλέπων ἁμαρτήματα συγγνωμικότερος γίνεται τοῖς ἑτέροις, ὁ δὲ κατακρίνων ἑτέρους, ἑαυτὸν κατακρίνει καὶ καταδικάζει, καὶ εἰ πολλὰς κέκτηται ἀρετὰς, ὄντως μέγα ἐςὶ τὸ μὴ κατακρίνειν ἑτέρους ἀλλ' ἑαυτοὺς, ἀδελφοί. ἡμεῖς δὲ τὰ ἑαυτῶν ἀφέντες ἁμαρτήματα, ἑτέρους μᾶλλον κατακρίνομεν, ἄλλους ἐξετάζομεν, οὐκ εἰδότες ὅτι καὶ πάντων ὦμεν δικαιότεροι, ἑτέρους δὲ κατακρίνομεν, ὑπεύθυνοι γινόμεθα καὶ τῆς αὐτῆς ἐσμὲν ἄξιοι τιμωρίας καὶ κολάσεως ἧς καὶ ὁ κρινόμενος ἄξιός ἐςιν. ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετέ, φησι, τούτῳ καὶ κριθήσεσθε. ὁ γὰρ πορνεύων ἐντολὴν παραβαίνει, καὶ ὁ κρίνων τὸν πορνεύοντα. ὥςε καὶ ἀμφότεροι θείαν ἐντολὴν παραβαίνουσιν καὶ ὁ πορνεύων καὶ ὁ κρίνων.

18. Itaqve chariſſimi, iſtam in alios inqviſitionem ac curioſitatem in noſmet potius ipſos transferamus, ac ſi qvos videmus peccare, nos noſtra ipſorum delicta habeamus ante oculos, & alienis pejora ducamus. Nam illi qvi peccarunt, eadem fortaſſe hora egerunt pœnitentiam, at nos ſi alios condemnamus & in alios inqvirimus, incorrecti manemus. Lot ille Sodomorum incola condemnavit neminem, neminem accu-

18. Ἀλλὰ μετα θώμεθα τὴν εἰς ἑτέρους ἐξέτασιν, καὶ πολυπραγμοσύνην εἰς ἑαυτοὺς μᾶλλον, ἀγαπητοί. καὶ ἐὰν ἴδωμέν τινας ἁμαρτάνοντας, ἡμεῖς τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχωμεν καὶ χεῖρω τὰ ἡμέτερα λογιζώμεθα ἢ τὰ τῶν ἑτέρων. οἱ γὰρ ἁμαρτήσαντες ἐν τῇ ὥρᾳ ἴσως τῆς ἁμαρτίας μετενόησαν, ἡμεῖς δὲ πάντοτε μένομεν ἀδιόρθωτοι κατακρίνοντες καὶ ἑτέρων ἐξετάζοντες. ὁ Λὼτ ἐκεῖνος ἐν Σοδόμοις οἰκῶν οὐδένα κατέκρινεν, οὐδενὸς κατηγόρησε. διὰ

τοῦτο

* Leg. αὐτοῦ.

y) Matth. VII. 2.

τῦτο δεδικαίωται· καὶ ἀπὸ τῦ πυρὸς διεσώθη· καὶ τῆς πανολεθρίας ἧς οἱ Σοδομῖται καταδικάσθησαν. ταπεινωθέντες οὖν καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς κατακρίνωμεν, ἑαυτοὺς καταισχύνωμεν, ἵνα ἀκατάκριτοι ὑψηλοὶ γενώμεθα· ἀγαπήσωμεν τὴν ταπεινοφροσύνην. διὰ ταύτης ὁ τελώνης ἐδικαιώθη, καὶ τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτημάτων ἀπέθετο, μισήσωμεν τὴν ἔπαρσιν. ὅτι ὁ Φαρισαῖος διὰ ταύτης κατεκρίθη καὶ τὰς ἀρετὰς ἃς εἶχεν ἀπώλεσεν.

ſavit: ac per hoc juſtificatus ipſe & ab igne incolumis ſervatus eſt & à communi exitio liberatus, ad qvod Sodomitæ judicio divino addicebantur. Igitur & nos humilitati dediti nos ipſos condemnemus, nos ipſos pudore afficiamus, ut abſolvamur, atqve extollamur. Amemus humilitatem, per hancce publicanus juſtificatus eſt, onusqve peccatorum à ſe depoſuit: deteſtemur elationem animi, qvoniam Phariſæus per hanc condemnatus eſt, & virtutum qvas habebat fecit jacturam.

19. Ὁ Φαρισαῖος μὴ καλῶς τὸ καλὸν διαπραξάμενος κατακέκριται, ὁ τελώνης ὡς καλῶς τὰ μὴ καλὰ τῶν ἔργων ἀποσεισάμενος δεδικαίωται. ἐπέβλεψε γὰρ ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν στεναγμὸν τῦ τελώνυ καὶ τὴν αὐτῦ συντριβὴν, καὶ τὰς κατὰ τῦ στήθυς τύψεις, καὶ προσδεξάμενος τὸ, ἱλάσθητι, μετὰ τῦ Ἄβελ αὐτὸν ἐδικαίωσεν. τὰς δὲ θυσίας καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ κατορθώματα Φαρισαίυ ὡς μεγαλαύχυ καὶ ὑπερηφάνυ ἐβδελύξατο καὶ ἀπώσατο, καὶ ὡς τὸν ἀδελφοκτόνον Καῒν κατεδίκασεν αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας.

19. Phariſæus minus bene bonum peragens condemnatur, & publicanus opera non bona bene à ſe removens & excutiens juſtificatur: reſpexit enim DEUS publicani gemitum & contritionem, percusſionesqve pectoris, & ejus precibus *propitius mihi eſto*, locum dedit, atq; cum Abele eum juſtificavit. Phariſæi autem ſacrificia virtutesqve & recte facta, tanqvam jactatoris ac ſuperbi deteſtatus eſt ac rejecit, ipſumqve, perinde ut fratricidam Cainum, hanc ob cauſam condemnavit.

20. Μάθωμεν ἀδελφοὶ καὶ διδαχθῶμεν· καὶ μεγάλα ἐργαζώμεθα κατορθώματα. τύτων ἕνεκεν μὴ ἐπαιρώμεθα, καὶ ἐὰν ἀγαθοὶ γενώμεθα, δίκαιοι καὶ ἐπιεικεῖς καὶ

20. Diſcamus hinc fratres & erudiamur, ut magno ſtudio operemur qvæ bona & recta ſunt, horum cauſa autem neutiqvam nos efferamus: etiam ſi boni ſimus & juſti,

æqviqve, humani & miſericordes, tamen ita qvoqve colamus humilitatem, neqve ſupercilium aut arrogantiam habeamus, ne labores noſtri ac operæ inſumtæ nobis pereant. *Hæc omnia enim*, inqvit Dominus, z) *cum feceritis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quæ debemus facere fecimus.* Neceſſarium enim & haud inficiandum debitum eſt, ut DEo ſummo offeramus humilitatem ſervilem, patientiam, ſubmiſſionem, obſeqvium, proprii conſilii renunciationem, gratumqve animum: maximi autem faciamus & adoremus ſanctiſſimam ejus voluntatem, nec afficiamur aliorum in nos conviciis ac contumeliis, nec tentationibus affligamur, neqve moleſte feramus qvum ignominia nobis infertur, qvoniam ex his qvoqve multum fructus atqve utilitatis in nos redundat. Diſcamus, fratres, ac perſpectam habeamus virtutem, vim atqve opem humilitatis: diſcamus elationis ac ſuperbiæ condemnationem, pœnamqve, damnum, & exitium. Umbram Beemoth in locis humidis, ut eſt apud Jobum, * & inter arundines, declinationem à via veritatis luceqve juſtitiæ.

συμπαθεῖς καὶ ἐλεήμονες, ἀλλὰ καὶ οὕτως ταπεινούμεθα καὶ μὴ ὑπεροψίαν καὶ ἀλαζονίαν ἔχωμεν, μήποτε τοὺς καμάτους ἡμῶν καὶ τοὺς πόνους ἀπολέσωμεν. Ὅταν γάρ, φησὶν, ταῦτα πάντα ποιήσητε, λέγει Κύριος, λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοι ἐσμέν, ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Ἀναγκαῖον γὰρ καὶ ἀπαραίτητον χρέος ἐστὶ προσφέρειν ἡμᾶς τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τὴν δουλικὴν ταπείνωσιν, τὴν ὑπομονὴν, τὴν ὑποταγὴν, τὴν εὐπείθειαν, τὴν ἀγνωμοσύνην, τὴν εὐχαριστίαν, καὶ μεγαλύνειν καὶ προσκυνεῖν τὸ θέλημα αὐτοῦ τὸ πανάγιον, καὶ μὴ δάκνεσθαι ταῖς παρ' ἑτέρων λοιδορίαις καὶ ὕβρεσι, μήτε ἄχθεσθαι τοῖς πειρασμοῖς. μήτε δυσχεραίνειν ὀνειδιζόμενος ὅτι καὶ ἀπὸ τούτων πολλὴν καρπούμεθα τὴν ὠφέλειαν. μάθωμεν καὶ γνῶμεν ἀδελφοί μου τὴν τῆς ταπεινώσεως δύναμιν καὶ ἰσχὺν καὶ βοήθειαν. μάθωμεν τῆς ἐπάρσεως τὴν καταδίκην καὶ τὴν ζημίαν καὶ τὴν ἀπώλειαν τοῦ Βεεμὼθ τὴν σκιὰν κατὰ τὸν Ἰὼβ ἐν τοῖς ὑγροῖς τόποις κὰν τῷ καλάμῳ, τὴν ἐκτροπὴν τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ φωτὸς τῆς δικαιοσύνης.

21. Cumqve magnum bonum ſit pœnitentia & confeſſio, contritio, lacrymæ & ex imo pectore gemitus ac compunctio, ideo hor-

21. Καὶ ἐπειδὴ μέγα ἀγαθόν ἐστι μετάνοια καὶ ἐξομολόγησις, καὶ ἡ συντελβὴ, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ οἱ ἐκ βάθους στεναγμοὶ καὶ ἡ κατάνυξις, διὰ

z) Luc. XVII. 10. *) Job. XL. 16. 17.

διὰ τοῦτο παρακαλῶ, ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ συνεχῶς καὶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῷ ἐκκαλύπτετε. εἰ γὰρ ἀναπτύσσωμεν τὸ συνειδὸς ἡμῶν καὶ δεικνύωμεν αὐτῷ τὰ τραύματα τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ ἑτέρους οὐ κρίνομεν, οὐδὲ ἐκθηριούμεθα πρὸς τὰς τῶν πλησίον ὕβρεις, οὐδὲ λυπούμεθα διὰ τοὺς ὀνειδισμοὺς καὶ τὰς ἀδικίας αὐτῶν, ἵλεως ἡμῖν γενήσεται ὁ Φιλάνθρωπος Κύριος, καὶ τὰς τῆς συμπαθείας αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσπλαγχνίας κεράσει φάρμακα, καὶ ἐπιθήσει καὶ ἰατρεύσει ἡμᾶς. δείξωμεν τὰ ἁμαρτήματα τῷ μὴ ὀνειδίζοντι δεσπότῃ ἀλλὰ θεραπεύοντι· κἂν γὰρ σιγήσωμεν ἡμεῖς, ἐκεῖνος ἅπαντα γινώσκει. εἴπωμεν τοίνυν τὰ ἡμῶν ἁμαρτήματα ἀδελφοὶ, καὶ ἐξομολογησώμεθα καθαρῶς τῷ κυρίῳ, ἵνα κερδαίνωμεν τὴν τούτου συμπάθειαν. ἀποθώμεθα ἐνταῦθα τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα καθαροὶ γεγονότες καὶ ἕτοιμοι ἀπέλθωμεν ἐκεῖσε, καὶ εἰσαχθῶμεν παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἀτελεύτητον καὶ ἀΐδιον, καὶ κληρονομήσωμεν τὰς μελλούσας ἐκείνας καὶ ἀκηράτους μονὰς καὶ τὴν ἀδαπάνητον τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν. ὧν καὶ τύχοιμεν πάντες ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

tor vos, confitemini DEo aſſidue, & peccata ipſi veſtra exponite ac detegite. Si enim conſcientiam illi noſtram aperimus, & vulnera animarum noſtrarum indicamus, alios autem homines non condemnamus, nec ad contumelias ab aliis nobis illatas efferamur, neqve ob convivia & injurias illorum afficimur triſtitia, Dominus ille hominum amantiſſimus propitius nobis erit, & condolentiæ ac miſericordiæ miſcebit pharmaca admovebitqve & nobis medebitur. Monſtremus peccata noſtra Domino non exprobraturo nobis ſed curaturo: Qvamvis enim delicta ſilentio occultamus, ille tamen omnia novit. Enunciemus itaqve peccata noſtra, fratres, & liqvide Domino confiteamur, ut ejus miſericordiam lucri loco feramus. Hic itaqve peccata deponamus, ut puri ac parati illuc veniamus, atqve à juſto Iudice in regnum ſempiternum ac ſine fine deducamur, hereditateq; cernamꝰ futura illa atq; labis omnis expertia habitacula, inexhauſtam omnium bonorum abundantiam ac fruitionem, qvam utinam omnes nos ac ſinguli conſeqvamur in eodem CHRISTO DEo noſtro, cui gloria & potentia in ſæcula ſæculorum Amen.

III. CYRILLUS ex Scythopoli Palæſtinæ Presbyter, Euthymii & Sabæ Abbatis qvi A. C. 531. obiit a), diſcipulus, inter Monachos



a) Lambecius VIII. pag. 307.

nachos Lauræ b) Hieroſolymis vicinæ celebris medio ſæculo ſexto c) à qvo plures exſtant diligenter ſcriptæ Vitæ anachoretarum atqve Heſychaſtarum illuſtrium.

1. *Joannis Silentiarii* Epiſcopi & ſolitarii, nati A. 453. ſcripta centeſimo qvarto ejus ætatis C. adeoq; A. 557. exſtat Latine apud Surium 13. Maji. Græce vulgata è MS. Vaticano in Actis Sanctor. appendice ad Tom. 3. Maji p. 16 & Latine cum notis p. 232-237. Incipit: *Primum mihi propono dicendum de Joanne Abbate Lauræ.*

2. *Theodoſii Archimandritæ.* d) Græce nec dum qvod ſciam edita allegatur ab Allatio p. 9. & 54. de libris Eccleſiaſticis Græcorum. Incipit: Θεοδόσιος ὁ ἀξιομακάριστος καὶ. Aliam ex Metaphraſte Latine dedit poſt Lipomannum & Surium Bollandus in Actis Sanctor. ad XI. Januar. Tom. 1. p. 685. qvi hujus recte alium qvam Cyrillum auctorem ſuſpicatur p. 680. Incipit: *Inter tempora ver quidem eſt jucundiſſimum.*

3. *Quiriaci* ſive *Cyriaci* Anachoretæ, e) è qvo vita ejusdem ſcripta à Simeone Metaphraſte, edita Græce & Latine à Monachis Benedictinis in Analectis Græcis Pariſ. 1692. 4. pag. 100-127. Incipit: Τοὺς εὐλογοῦντάς σε. Verſio Latina eſt Antonii Pouget, Monachi Benedictini. Latine ediderat Surius 29. Sept. & ante eum Lipomannus Tom. VI. Defunctus Cyriacus Anno ætatis 109. CHriſti 557. ex Cyriaci ore res geſtas Euthymii & Sabæ magnam partem acceptas ſcripſiſſe Cyrillus traditur p. 120. magni Euthymii primum, deinde beati Sabæ lauræ alumnus p. 115.

4. *S. Euthymii* Abbatis, defuncti A. 473. ad Georgium novæ lauræ Abbatem, capitibus LIX. præmiſſa Epiſtola: πίστις προηγείσθω περὶ Εὐθυμίου. Incipit: ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ. Græce & Latine prodiit in iisdem Analectis Græcis pag. 1-99. vulgata primum ex MS. Colbertino. Nam interpolatam tantum Metaphraſtæ, ut Latine ab Gentiano Herveto verſa erat dederant Lipomannus Tomo V. & Surius atqve cum notis Bollandus 20. Januar. Græcolatinum Metaphraſtem Cote-

b) Lauræ erant cellæ anachoretarum & ſolitariorum loca in quæ vix admiſſi niſi qui monaſticam cœnobitarum vitam jam per plures annos egiſſent. Vide Cangii utrumque gloſſarium.

c) Acta Sanctorum Tom. 1. Martii pag. 386. Steph. le Moyne prolegom. ad varia ſacra * 27. 2. b.

d) Ex vita Theodoſii etiam petita ſunt quæ Allatius p. 1470. de hebdomadibus Græcorum tanquam ex Euthymii vita producit.

e) Cyrillo tribuit Labbeus de ſcriptor. Eccleſ. T. 2. p. 231

Cotelerius Tom. 2. monument. p. 200-340. Cæterum *hiſtoria Euthymiana* ex cujus libro III. capite 40. locum affert Jo. Damaſcenus Orat. 2. in dormitionem B. Mariæ, diverſum opus eſt & alterius ſcriptoris, nec audiendus Lambecius qvi VIII. p. 306. 173. V. 157. putavit Cyrillum primo ejus libro tractaſſe de vita Euthymii, ſecundo de vita Sabæ, tertio de vita Joannis Silentiarii, qvod refellit Cotelerius III. monument. p. 575. Mich. le Qvien ad Damaſcenum Tom. 2. p. 879.

5. *S. Saba* Hagiopolitæ ſive Hieroſolymitani Abbatis & Confeſſoris A. C. 531. defuncti, ad eundem Georgium Abbatem. Incipit: εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Edidit Græce & Latine Cotelerius Tom. 3. monument. p. 220-376. unico Codice bonæ notæ ſed per mucorem corrupto atqve exeſo uſus. Antiqvam Latinam verſionem dederat Jo. Bollandus in Actis Sanctor. ad XX. Januarii. Eadem vita à Metaphraſte contracta Latine legitur apud Lipomannum & Surium V. Decemb. Incipit in Græcis MSS. ἔδει οὕτω νικῆσαι ψυχὴν εἰς ἀρετῆς ἐπιθυμίαν. Cum vero Cyrillus accurati & diligentis ſcriptoris optimiqve Hiſtorici laudem à viris eruditis tulerit, *merebatur pro virtutibus ſuis*, judice Cotelerio f) *ut minus à Simeone Metaphraſte contaminaretur. Poterat quidem, ſi ita videbatur, minus Græca mutare, licet Græcobarbara non careant ſua utilitate, nec deſint auctores unde purior Græcitas petatur. Sed cur (nihil dico de additionibus & mutationibus) quamplurima Hiſtorica magnique momenti & ſcitu digniſſima detraxerit, rationem & excuſationem nequaquam video. Et tamen ut ſolet fortuna deterioribus favere, Metaphraſteam Sabæ vitam multi codices MSS. continent, Cyrillianam autem in unico nactus ſum* &c.

6. *S. Theognii* Aſcetæ, qvi Epiſcopus Cypri fuit. Incipit: Θεόγνιος ὁ πανεύφημος τὸ μέγα. MS. in Bibl. Coisliniana in Codice decimi ſæculi de qvo eruditiſſ. Montfauconus p. 417.

JOANNES Cappadox, ArchiEpiſcopus *CPolitanus* A. 517. in locum Timothei ordinatus, primus titulo uſus fuit *Patriarchæ Oecumenici*, * diu adeo ante Joannem jejunatorem, à qvo primo id factum eſſe, præter rem tradidit V. C. Euſebius Renaudotus. ** Ex ſcriptis ejus nihil ætatem tulit præter paucas Epiſtolas, ex qvibus duæ tantum Græcè exſtant una ad Joannem Hieroſol. altera ad Epiphanium Tyri, in Actis Synodi CPol. A. 536. habitæ ſub Mena, Actione V. To-

U 3 mo

f) Tom. 3. monument. p. 574.

* Anſelm. Bandurius in Imperio Oriental. p. 895. Memoires de Trevoux A. 1710. Avril pag. 642. ** Renaudot, defenſe de la perpetuité de la foi, Paris 1709. 12. pag 13. Ante Renaudotum Allatius p. 228. contra Hottinger. Jo. Morinus de pœnitentia p. 615. edit. Venetæ, & alii.

mo V. Labbei p.185. & T.II. Harduin.pag. 1341. Tres alias ad Hormiſdam Papam Latine tantum habemus: è qvibus ſolam primam in collectione Iſidori etiam obviam Herduinus p.1016. exhibet ſub titulo libelli fidei. Reliqvæ duæ ab eo omiſſæ, qvas inter Hormiſdæ Epiſtolas dedit Binius & Tom.IV. Labbeus p. 1491. de Eccleſiæ pace & p.1521. de Dominicæ paſſionis die (A.520.) 13. Kal.Maj. celebrando. De Johanne I. qvi in ſede Romana A.523. Hormiſdæ ſucceſſit, vide ſiplacet Acta Sanctor. 27.Maj. Tom.VI. p. 702. ſqq. Joanni II. ab A.532. Epiſcopo Rom. tribuitur Epiſtola qvam Canonibus qvibusdam Apoſtolicis aliisqve præmiſſam edidit Sirmondus Tom.1. Concil. Galliæ p.232. ſed illam ſpuriam eſſe contendit Matthæus Larroqvanus in obſervationibus ad Ignatinas Pearſonii vindicias pag.41.ſeq. argumentis non plane certiſſimis.

JOANNES *Antiochenus*, ex vico Sirimi, Antiochiæ vicino a) natus, *Scholaſticus* b) ſive cauſarum Patronus, & pulſo Eutychio, *Patriarcha* ab A.C.564. ad 578. *CPolitanus* compoſuit *Catecheticum ſermonem* A.566. habitum, ſed qvi pridem una cum *Jo. Philoponi*, Tritheitæ libello eidem oppoſito & apud Photium Cod. 75. memorato intercidit. Exſtat vero *Collectio Canonum Eccleſiaſticorum*, * ſub qvinqvaginta titulis digeſta qvam *Theodorito* perperam tribuerunt Franciſcus Florens & Salmaſius: Exſtat etiam reſpondens huic collectioni, atqve ſub totidem titulis leges Juſtiniani Imp. civiles, Canonibus Eccleſiaſticis reſpondentes annotans *Nomocanon*, de qvo dixi ad Nomocanonem Photii, Volum.IX. pag. 559. Nomocanoni ſubjiciuntur *capita XXI. Eccleſiaſtica* ſive Imperatoriæ de rebus Eccleſiaſticis conſtitutiones *ἐκ τῶν νεαρῶν* ejusdem Juſtiniani *διατάξεων*. Canones ex qvibus collectio facta eſt & qvibus Codex Canonum Eccleſiæ Orientalis c) tunc conſtabat, ſunt Apoſtolici LXXXV. Nicæni XX. Ancyrani XXV. Neocæſarienſes XIV.

Sar-

a) Evagrius IV. 38. Ἰωάννης ὁ ἐκ τοῦ Σιρίμιος, κώμη δὲ αὕτη ἐν τῇ κυνηγικῇ κειμένη τῆς Ἀντιοχέων χώρας.

b) Subſcriptio capitum Eccleſ. in Juſtelli Bibl. Canonica p.672. Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν. Eodem tempore fuit Joannes Scholaſticus alter, Climaci nomine notior, de quo dixi Volum. VIII. p.615. ſeq.

* Hanc Chriſtoph. Juſtellus notavit reſpici à Nicolao I. Pontifice in Epiſtola ad Photium Patriarcham: *Quomodo non ſunt penes vos Canones Sardicenſes, quando inter quinquaginta titulos quibus Concordia Canonum apud vos texitur, ipſi quoque reperiuntur.*

c) Confer Guil. Beveregium in Codice Canonum Eccleſiæ primitivæ illuſtrato & vindicato lib.1. cap.8. & Chriſtoph. Juſtelli præf. ad Joh. Scholaſtici collectionem Canonum.

Digitized by Google

Sardicenſes XXI. Gangræni XX. Antiocheni XXV. Laodiceni LIX. CPolitani VI. Epheſini VII. Chalcedonenſes XXVII. & S. Baſilii LXVIII. Collectio hæc Canonum, qvam ex MS. Bibl. Claromontanæ Jeſuitarum Pariſ. collato Petri Seguierii Codice primi edidere Græce cum Latina verſione Chriſtophori Juſtelli Gvil. Voëllus & Henr. Juſtellus in Bibliotheca juris Canonici veteris Pariſ. 1661. fol. p. 499-602. exſtat ſæpius MS. in Bibl. Cæſarea: vide Lambecium VI. p. 55. 56. 61. & VIII. p. 458. Nomocanonem iidem Voëllus & Juſtellus dedere ex MS. Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, d) collato codice Oxonienſi, p. 603-660. Et capita Eccleſiaſtica p. 660-672. Iniqvum porro eſt judicium Leonis Allatii, qvi univerſum hoc nomocanonum inſtitutum pro ſua in Pontificem devotione improbat, ſuſceptumqve nolit, atqve totum Græcorum in Imperatores aſſentationi tribuit, (in opere de conſenſu utriusqve Eccleſiæ p. 221.) Gravius etiam hallucinatur, qvando putat Imperatorum leges de rebus Eccleſiaſticis, ſi Canonibus repugnent, nullam vim obtinere, & p. 227. arguit Juſtinianum qvod Eccleſiaſtica conſtitutionibus Imperialibus conturbaverit. Nam circa res in ſacris litteris haud definitas, & diſciplinam atqve externa Eccleſiæ ſpectantes, Canonibus ipſis auctoritas fuit ab conſenſu Imperatorum, qvi ex qvo fuere Chriſtiani, τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, *ex illis pependerunt res Eccleſiæ*, ut ait Socrates præfat. libri V. Hiſtor. Neqve Juſtinianus primus fuit qvi de rebus Eccleſiaſticis conſtitutiones ſanxerit, qvales Græcis Imperatoribus vitio vertit Nic. Comnenus p. 236. prænot. myſtagog. ſed idem à Conſtantino magno usqve omnes, ut notum eſt, fecere Chriſtiani Imperatores, Reges, Principes, atqve etiamnum faciunt, teſte toto Orbe terrarum.

GREGORIUS ex Byzantino atqve montis Sinai Abbate Patriarcha Antiochenus ab A. C. 571. ad 594. in cujus laudem multa Evagrius V. 6. Hiſt. & VI. 11, 24. qvo poſtremo loco teſtatur Gregorii hujus beneficio duplicem ſe dignitatem conſecutum eſſe, à Tiberio Conſtantino Imp. Qvæſturam & ab Imp. Mauritio Tiberio ut codicillos præfecturæ curaret: narrat etiam alterum ſe compoſuiſſe volumen qvod hodie deſideramus & in qvo varia monumenta ad Hiſtoriam facientia inſeruerat, relationes, Epiſtolas, decreta, orationes & diſputationes, rela-

d) In iſthoc MS. male Nomocanon hic tribuitur Theodoreto, cum longe juniores illo habeat conſtitutiones Juſtiniani & Canones Apoſtolicos ac Sardicenſes in cenſum referat, qvod Theodoreti tempore factum minime conſtat.

lationes autem illas maximam partem ex Gregorii hujus perſona compoſitas, *τῶν ἐμπεριεχομένων ἀναφορῶν ὡς ἐπίπαν ἐκ προσώπου Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως συντεθειμένων.* Oratio qvam *κλινοπετὴς* ſive in lecto decumbens Gregorius ad ſeditioſos milites habuit, exſtat apud eundem Evagrium VI. 12. & mutatis verbis apud Nicephorum XVIII. 15. Homilia *εἰς τὰς μυροφόρους* in mulieres ungventiferas qvæ incipit: *ἐπαινετὲς καὶ οὗτος τῆς ἐκκλησίας ὁ νόμος* legitur Græce inſerta Menæis Græcorum, & cum latina verſione & notis edita eſt à Combefiſio T. 1. auctarii novi Bibl. Patrum Pariſ. 1648. fol. p. 827-846. & Latine etiam repræſentata in ejusdem Combefiſii Bibliotheca Patrum Concionatoria T. III. Fuit & Gregorius Patriarcha Antiochenus junior, ſæculo ſeptimo, cujus res paullo obſcuriores ſunt, Antiochia tunc gemente ſub armis Perſarum.

DOROTHEUS qvi ad ſeptimi ſæculi initia à Caveo refertur, certe Joannem Abbatem (Barſanuphii diſcipulum celebratiſſimum & *Propheta* notum nomine) magiſtrum habuit, Archimandrita Palæſtinus, à Dorotheo Thebano & tertio juniore Chiliocomenſi diverſus, ut notant Acta Sanctorum Tom. 1. Junii p. 591. qvi de hoc Palæſtino fuſe p. 596. ſeq. Inter præſtantiſſimos aſcetas commendatur à Theodoro Studita in teſtamento ſuo Tom. V. Opp. Sirmondi pag. 81. Nec minus hic Theodorus ejus ſe ſcripta amplecti profitetur qvam Marci, Eſaiæ, Heſychii: jubetqve diſtinguere à Dorotheo Acephalo, ſive Severi ſectatore qvem inter alios hæreticos rejicit & deteſtatur Sophronius Hieroſol. in Synodica ad Sergium Patriarcham CPol. A. 639. defunctum, (cujus locum dedi Volum. VII. p. 486.) Exſtat pii hujus & egregii viri Dorothei opus lectu digniſſimum *διδασκαλίαι διάφοροι πρὸς ἑαυτοῦ μαθητὰς, Doctrina varia ad ſuos diſcipulos, ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ ἐκ τῶν τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸ ἴδιον σὺν Θεῷ συστησαμένου μοναστήριον μετὰ τὴν τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ προφήτου τελευτὴν καὶ τέλειον σιωπὴν τοῦ Ἀββᾶ Βαρσανουφίου, cum ipſe ab Abbate* Serido * *ſeceſſionem feciſſet, propriumque monaſterium conſtituiſſet poſt obitum Abbatis* Joannis *Propheta & extremum Abbatis* Barſanuphii *ſilentium.*

Doctrina 1. de renunciatione. T. 1. *Διδασκαλία ά περὶ ἀποταγῆς.* auctarii Ducæani p. 748.

*β΄ περὶ*

* Doctrina 1. p. 757. ποτὲ ὄντος μου ἐν τοῖς τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου. Et doctrina 4. p. 775. ποτὲ ὄντος μου ἔτι ἐν τοῖς τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου, ἠσθένησεν ὁ ὑπηρέτης τοῦ γέροντος τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ κατὰ τὸν Ἀββᾶν Βαρσανούφιον.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| β΄ περὶ ταπεινοφροσύνης, | 2. de humilitate p. 760. |
| γ΄ περὶ συνειδότος. | 3. de Conſcientia p. 766. |
| δ΄ περὶ φόβου Θεοῦ. | 4. de timore DEI p. 769. |
| ε΄ περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν τινὰ στοιχεῖν τῇ ἰδίᾳ γνώσει (συνέσει.) | 5. non debere qvenqvam propriæ prudentiæ confidere p. 778. |
| ϛ΄ περὶ τοῦ μὴ κρῖναι τὸν πλησίον. | 6. ne proximum judicemus p. 784. |
| ζ΄ περὶ τοῦ ἑαυτὸν μέμφεσθαι. | 7. de accuſatione ſui ipſius. p. 790. |
| η΄ περὶ μνησικακίας. | 8. de ſimultate & injuriarum memoria p. 796. |
| θ΄ περὶ ψεύδους. | 9. de mendacio p. 800. |
| ι΄ περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ καὶ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. | 10. ut ad certum ſcopum ſobrie in DEI via dirigamur p. 805. |
| ια΄ περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γενέσθαι. | 11. ut ſtudeamus à nobis præcidere ſtatim paſſiones, priusqvam in malum habitum animæ tranſeant, p. 811. |
| ιβ. περὶ φόβου τῆς μελλούσης κολάσεως καὶ ὅτι χρὴ τὸν θέλοντα σωθῆναι μηδέποτε ἀμελεῖν τῆς ἰδίας σωτηρίας. | 12. De timore & pœnis inferni, & qvod eum, qvi ſalvari cupit, non deceat ſine cura ſalutis vivere. p. 819. |
| ιγ. περὶ τοῦ ἀταράχως καὶ εὐχαρίστως φέρειν τοὺς πειρασμούς. | 13. ut conſtanti animo & cum gratiarum actione tentationes feramus p. 826. |
| ιδ. περὶ οἰκοδομῆς καὶ ἁρμολογίας τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν. | 14. de ædificio & harmonia virtutum animæ p. 831. |
| ιε. περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν. | 15. de jejunio ſancto p. 839. |
| ιϛ. πρός τινας κελλιώτας περὶ τοῦ παραβαλεῖν ἐρωτήσαντας. | 16. ad qvosdam celliotas interrogantes ipſum de congreſſibus & colloqviis. p. 843. |
| ιζ. πρὸς τοὺς ἐν μοναστηρίοις ἐπιστάτας καὶ μαθητὰς πῶς δεῖ ἐπιστατεῖν τῶν ἀδελφῶν, καὶ πῶς τοῖς ἐπιστατοῦσιν ὑποτάσσεσθαι. | 17. ad præpoſitos & diſcipulos in Monaſteriis, qvomodo præpoſiti præeſſe fratribus, & hi illis ſubeſſe & obſeqvi debeant. pag. 846. |
| ιη. περὶ τοῦ ἔχοντος διακονίαν τοῦ κελλαρίου. | 18. ad eum qvi penum adminiſtrat, dialogus p. 849. |


X 19. bre-

19. Breves & compendioſæ ſententiæ p. 851.
ιθ'. περὶ διαφόρων ῥημάτων ὡς ἐν συντόμῳ.

20. ad fratrem à qvo interrogatus fuerat de inſenſibilitate animæ & refrigerio charitatis p. 852.
κ'. πρὸς ἀδελφὸν ἐρωτήσαντα περὶ ἀναισθησίας ψυχῆς καὶ περὶ ψύξεως ἀγάπης.

21. de planctu, interrogationes & reſponſiones ad magnum ſenem ſanctum Barſanuphium, ejusqve diſcipulum Johannem cognomento Prophetam, διὰ τὸ διορατικὸν χάρισμα, ob perſpicaciæ donum qvod habuit à DEo pag. 853.
κά. περὶ πένθους.

κβ'. ἑρμηνεία τῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων μετὰ τροπαρίων εἰς τὸ ἅγιον πάσχα.

κγ. ἑρμηνεία τῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας.

22. expoſitio in qvædam dicta S. Gregorii Nazianzeni, qvæ cantantur per modulos qvosdam ad ſanctum Paſcha p. 858.

23. expoſitio in verba S. Gregorii decantata in ſanctos martyres p. 861.

24. de compoſitione Monachi, ſive præcepta de Monachi officio p. 865. 866. Latine tantum.

25. Πρὸς ἀδελφὸν στενοχωρούμενον ὑπὸ πειρασμοῦ. πρὸς ἀδελφὸν ἐμπεσόντα εἰς μακρὰν νόσον brevia octo monita ad fratres tentationi vel morbo obnoxios p. 867-869.

## Indiculus eorum qvi in Dorothei adhortationibus laudantur:

ad paginas Tomi prioris auctarii Bibl. Patrum Ducæani.

Agatho Abbas II. pag. 764. IV. 773. V. 784. IX. 804.

Alonius Abbas IX. 804.

Ammonas ὁ ἅγιος Ἀμμωνᾶς. VI. 788.

Antonius I. p. 752. II. 761. VI. 799. XXV. 868. ὁ μέγας Ἀντώνιος.

Arſenius Abbas X. 805.

Barſanuphius IV. 775. XXI. 853.

Baſilius I. 759. II. 762. IV. 770. VIII. 797. X. 807. XII. 822. 824. 825. (XIV. 838.) XV. 842. XXIII. 863. 864.

Clemens XXIII. 865. ὡς λέγει καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, κἂν μὴ στεφανῶται τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανωμένων.

Θαυμαστὸν ὃ ἤκουσα περὶ μεγάλου γέροντος διορατικοῦ. XI. 84. *ubi in margine: B. Dioratici viſio.* Sed γέροντος διορατικοῦ vertendum eſt: *ſenis perſpicaciæ dono præditi*; Sic διορατικὸν χάρισμα qvo Joannes Abbas conſpicuus eſſe traditur XXI. 853. Do-

Dorotheus de ſe & legendi ac ſtudendi contentione X. 806. ὁ Ἀββᾶς Δωρόθεος ἔλεγεν. XIX. pag. 851.
Doſitheus I. 757.
Evagrius II. 766. XII. 823. XIV. 834. XXII. 858. XXIII. 864.
οἱ ἔξω. μαργαίνειν λέγεται παρὰ τοῖς ἔξω τὸ μαίνεσθαι. XV. 841.
Γεροντικὸν ſive liber de dictis & factis ſeniorum aſcetarum allegatur VI. 785. XII. 819. XIV. 833. XXIII. 862.
Gregorius (Naz.) I. 749. II. 762. 765. X. 807. XIV. 838. XXII. 858. 859. XXIII. 861. 863.
Joannes Apoſtolus ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐπιστολαῖς XXII. 859.
Joannes Chryſoſtomus. ὁ ἅγιος ἰωάννης χρυσόστομος. XII. 821. XXII. 859.
Joannes Barſanuphii diſcipulus. I. 752. II. 761. IV. 775. V. 781. IX. 801. XIV. 832. cognomento Porpheta διὰ τὸ διορατικὸν χάρισμα XXI. 853.
Macarius II. 762. V. 760.
Marcus Abbas I. 752. VIII. 797.
Moyſes Abbas XIV. 834.
Niſthero, ὁ Ἀββᾶς Νισθερώ. XI. 817.
Pachomius I. 752.
Pœmen, ὁ Ἀββᾶς ποιμήν. VII. 791. 799. X. 810. XIII. 826. XVIII. 850. XXV. 867. 868.
Serides Abbas I. 757. IV. 775.
Siſoës Abbas XIII. 828.
Zoſimas Abbas I. 754. II. 762. 764. VIII. 797. 800.

Dorothei διδασκαλίαι ſive ſermones *GRÆCE ET LATINE* cum verſione *Hilarionis* * Veronenſis Monachi Benedictini, congregationis Caſſinenſis prodierunt in editione poſteriore Orthodoxographorum Baſil. 1569. fol. p. 198. & in auctario Bibl. Patrum Ducæano Pariſ. 1624. T. 1. p. 742. nec non in Bibl. Patrum edit. Morellianæ Pariſ. 1644. 1654. Tomo XI.

*LATINE* ex Hilarionis verſione in Bibliothecis Patrum Pariſ. A. 1575. & A. 1589. T. II. & Colon. 1618. Tomo IV. & Lugd. 1672. T. V. p. 902.

Ex verſione *Chryſoſtomi* Calabri, Cremonæ 1595. 8.



* Hilarion verſionem ſuam dicavit Oliverio Caraphæ, Cardinali Neapolitano. Hic eſt Hilarion cujus paraphraſin Rhetoricæ Hermogenis Geſnerus memorat.

Digitized by Google

Ex interpretatione *Balthaſaris Corderii* S.I. cum ejus brevibus notis. Antvverp. 1646. 12.

*GALLICE* per *Franciſcum Boutonum* S.I. Pariſ. 1629 8. Theophilus Raynaudus in SS. Lugdunenſibus Tom. VIII. Opp. pag. 91. *Sanctum quoque Dorotheum Gallice fecit è Graco, quod dum mentem aſcetici illius lectiſſimi pabuli uſu reficeret, & Latinis Græca componeret, obſervaſſet pleraque non modo in Hilarionis Veronenſis, qua aperte miſera eſt & mendoſiſſima, ſed etiam in politiore & venuſtiore Chryſoſtomi Calabri latina interpretatione peccari.*

Ex nova & magis idonea verſione Gallica viri Græce doctiſſimi, (qvi jam decennis Homerum habuit familiarem & anno ætatis decimo tertio verſionem Gallicam inſignem Anacreontis in lucem edidit, †) *Jo. Arnaldi Butellerii Rancai*, notioris jampridem ſub nomine Abbatis Trapenſis (*Abbé de la Trape*) Pariſ. 1686. 8.

JOANNES Cappadox (cum ſuperiore de qvo p. 157. dictum, non confundendus) Patriarcha CPol. ſucceſſit Eutychio A. C. 582. 12. April. & defunctus 2. Sept 595. ſucceſſorem habuit Cyriacum. Notus nomine *Joannis* νηςευτȣ̃ ſive *jejunatoris*, in Græcorum menologiis 2. Sept. colitur. Vitam †† ejus ſcripſit *Nicephorus* CPol. Patriarcha, qvæ MS. habetur in Codice 276. Regis Galliæ, teſte Cangio notis ad Zonaram p. 62. citaturqve in Concilio Nicæno ſecundo actione IV. *Oecumenici Patriarcha* titulum non qvidem primus uſurpavit, ſed jam a deceſſorib⁹ ſuis * & nominatim à Joanne Cappadoce A. 517. ſeq. & à Mena A. 536. uſurpatum, conſtanter, frendentibus licet Pelagio II. & Gregorio I. Epiſcopis Romanis aſſeruit. Ex ſcriptis ejus exſtant

1. *Libellus pœnitentialis*, ſive ut ab Allatio lib. 3. de conſenſu utriusqve Eccleſiæ cap. 17. §. 10. inſcribitur *praxis Græcis præſcripta in Confeſſione peragenda*, ἀκολȣθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογȣμένων. Incipit: λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸν μέλλοντα ἐξομολογήσασθαι. Græce cum Latina verſione exhibetur à *Joanne Morino* ex Codice Altempſianæ Bibliothecæ, ad calcem operis præclari de pœnitentia, qvod Pariſiis primum lucem vidit 1651. fol. recuſum Bruxellis 1685. fol. & Venetiis 1702. fol. Subjunxit etiam Morinus loca qvæ ex hoc ſcripto repetierunt Harmenopulus in Epitome Canonum, Matthæus Blaſtares & Theodorus Balſamo.

2. Λόγος

† Journal des Savans 1686. p. 531.

†† Photino presbytero CPol. male à Caveo tribuitur.

* Dav. Blondel de la primauté en l'Egliſe p. 862. 1074. Supra p. 157.

2. *Λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγορεῦσαι τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν υἱόν.* Inſtructio qva non modo confitens de confeſſione pie & integre edenda inſtituitur, ſed etiam Sacerdos qva ratione confeſſiones excipiat, pœnitentiam imponat & reconciliationem præſtet informatur. Incipit: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενής. Edidit Græce & Latine idem Morinus, laudato loco: uſus codice Bibliothecæ D. Caroli de Montehal, Archi Epiſcopi Toloſani. *An Joannes Patriarcha iſtius ſermonis ſit revera auctor, an vero aliquis eum ex ipſius pœnitentiali expreſſerit, difficile dictu eſt. Cum vero codicis titulus P. Joannem Jejunatorem præferat, nullumque contrarii indicium nobis præſto ſit, illius auctor ſit nobis Joannes Patriarcha.* Hæc Morinus, cum cujus editione operæ pretium fuerit conferre duos Codices Cæſareæ Bibliothecæ, de qvibus Lambecius IV. pag. 196. & V. p. 236. In priore monetur, Joannem jejunatorem indulgentem nimis eſſe & συγκαταβατικώτερον, in qvam ſententiam Nicolaus Patriarcha apud Harmenopulum: *ſcriptum illud canonicum Jejunatoris, quod nimiam lenitatem adhibeat, complures perdidit, at qui quod bonum eſt norunt, corrigentur.* Aliorum Græcorum teſtimonia qvibus Joannes, licet ſeverus admodum, tamen multum remiſiſſe videtur à priorum rigore, produxit Morinus lib. 6. de pœnitentia c. 26. §. 4. In poſteriore codice Cæſareo notatu dignum eſt qvod Joannes jejunator idem eſſe traditur cum Joanne cui cognomen τέκνον ὑπακοῆς *filius obedientiæ.* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Νηστευτοῦ, οὗτινος ἐπώνυμον Τέκνον ὑπακοῆς, διάφοροι διαφοραὶ τῶν ἐξομολογουμένων. Nam ab aliis non ſine cauſa diverſus habetur Johannes τέκνον ὑπακοῆς * à Joanne jejunatore; Ediditqve ex Codice Vaticano idem Morinus poſt illa Joannis Jejunatoris, ſcriptum cum Latina verſione hoc titulo: Ἰωάννου Μοναχοῦ καὶ Διακόνου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, οὗτινος ἡ ἐπωνυμία, τέκνον ὑπακοῆς, Κανονάριον, διαγορεῦον περὶ πάν-

 των

* Diſtinguit etiam Allatius contra Hottingerum p. 229. Præter illa vero tria ſcripta Morinus etiam alios Græcorum Pœnitentiales libellos Græce & Latine publicavit, ut ſunt; 1) ἀκολουθία τῶν ἐξομολογουμένων, ſive enchiridion confeſſionis edendæ & excipiendæ ritum, confitentis examinandi & interrogandi formulam, abſolutionisque dandæ rationem tradens, ex Codice Barberinæ Bibl. qvem Thomas Baſiliſcus Græcus Diaconus ſæculo decimo ſexto ex vetuſto codice deſcripſerat. 2) Simeonis Theſſalonicenſis Archiepiſcopi de pœnitentia, ex ejus dialogo adverſus omnes hæreſes, de quo infra, ſuo loco. 3) Formulæ abſolutionum ex Euchologio Allatiano, ſcripto A. C. 1576. 4) Gabrielis Philadelphiæ Metropolitæ libellus de ſacramento pœnitentiæ ex editione Veneta 1600.

Digitized by Google

των λεπτομερῶς τῶν παθῶν, καὶ τῶν τούτοις προσφόρων ἐπιτιμίων, περί τε τῆς ἁγίας κοινωνίας, βρωμάτων τέ καὶ πομάτων καὶ εὐχῶν λίαν συμπαθέστατον. *Joannis Monachi & Diaconi, diſcipuli magni Baſilii, cui cognomentum eſt filius obedientiæ,* Canonarium *ſigillatim explicans pravos animi affectus morbosque, & pœnitentias his convenientes, nec non quæ de communione, cibo, potu & oratione obſervanda ſunt, clementer admodum definiens.* Hoc Κανονάριον haud puto multum diverſum eſſe ab eo qvod νομοκάνονον appellatur in Epiſtola Anonymi Græci, qvam affert Lambecius VIII. pag. 449. ἔγραψάς μοι, πνευματικὲ ἀδελφὲ κύρι Λουκᾶ, ἵνα σοι γράφω εἴδησίν τινα περὶ τοῦ λεγομένου νομοκανόνου τοῦ Νηστευτοῦ. καὶ ἴσθι εἰδὼς ὅτι πολλὰ περὶ τούτου ἐξερευνήσας οὐκ ἠδυνήθην εὑρεῖν ἐν ἀληθείᾳ τίνος ἐστίν. οὐ γὰρ συμφωνοῦσιν ἀλλήλοις τὰ ἀντίγραφα. ἀλλὰ τινὰ μὲν τοιάνδε φέρουσι τὴν ἐπιγραφήν, νομοκάνονον Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ νηστευτοῦ. ἄλλα, Κανονικὸν Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ Διακόνου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, οὗ ἐπωνυμία τέκνον ὑπακοῆς. ἐν ἑτέροις δὲ πάλιν δείκνυταί τις χαρακτὴρ ὅτι γέροντός ἐστί τινος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν, τῷ λέγειν, ὅτι ταῦτά σοι γράφω, καὶ οὕτως ποίει ἕως ἂν σε συντύχω ἀπὸ στόματος, καὶ ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι ταῦτα πάντα ἔμαθον ἐκ τοῦ ἐμὲ ἀναθρέψαντος λύχνου τῆς διακρίσεως. τῷ τε ἔχειν προλόγους δύο, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν δείκνυται ὅτι γέροντός ἐστί τινος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν. Baſilii magni diſcipulus dicitur, non qvod Baſilii temporibus vixerit, eſt enim longe junior & ἡ θεία κλίμαξ, Joannis Climaci ab eo allegatur: ſed qvod ſæpe laudat & in pluribus ſeqvitur S. Baſilium.

3. Περὶ μετανοίας καὶ ἐγκρατείας καὶ παρθενίας λόγος. *Sermo de pœnitentia, continentia & virginitate.* Incipit: ὁ μακάριος Ἀπόστολος Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν Ἀπόστολος. Prodiit in Chryſoſtomo Græco Savilii Tom. VII. pag. 641. & Græcolatino Ducæi I. pag. 807. In qvibusdam Codicibus Chryſoſtomo tribuitur, ut Coisliniano qvem memorat Clariſſ. Montfauconus pag. 132.

4. Περὶ ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ ἀθέων αἱρετικῶν καὶ σημείων τῆς συντελείας. *De pſeudoprophetis & falſis doctoribus & atheis hæreticis & de ſignis conſummationis.* Incipit: ἐδυνηρὸς ὁ λόγος καθότι καὶ ἔσχατος. Dictus paullo ante diſceſſum auctoris ex hac vita. Chryſoſtomo in qvibusdam Codicibus tribuitur, ut in Cæſareo ex qvo Græce edidit Savilius Tom. VII. pag. 221. Græce & Lat. Ducæus VI. pag. 396. Petrus Waſtelius tribuit Joanni Hieroſolymitano p. 563.

p.563. ſed Gerhardus Voſſius, qvi cum Ephræmo Syro Latine verſum edidit, adſcribit Joanni Neſtevtæ. Voſſio aſſentiunt Petavius & Caveus.

Deſideratur hujus Johannis *liber Epiſtolarum ad diverſos*, Trithemio cap. 224. de ſcript. Eccleſ. memoratus, nec non libellus *de baptiſmo ad Leandrum* Epiſcopum Hiſpalenſem, de qvo Iſidorus cap. 26. de ſcript. *Joannes ſanctæ memoriæ alius Conſtantinopolitanus Epiſcopus natione Cappadox, vir fuit inæſtimabilis abſtinentiæ & eleemoſynis in tantum largiſſimus, ut Zelo avaritiæ adverſus eum Imperator Mauritius permotus urbe pellendos pauperes ediceret. Hic Græco eloquio edidit de Sacramento baptiſmatis reſcriptum ad beatæ recordationis dominum meum & prædeceſſorem Leandrum Antiſtitem, in quo nihil proprium ponit, ſed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina merſione ſententias.*

THALASSIUS Presbyter & Hegumenus * ſive Abbas Monaſterii in deſertis Libyæ, vir pius & ſacrarum litterarum amans ad qvem S. Maximus Confeſſor A. C. 662. defunctus varias Epiſtolas ſcripſit, librumqve qvæſtionum in difficilia ſcripturæ loca ei dicavit ut dixi Volum. VIII. pag. 730. Exſtant hujus, ut credibile eſt Thalaſſii περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας *de Charitate, vitæ continentia & mentis regimine* ad Paulum presbyterum, ſententiarum hecatontades ſive Centuriæ IV. qvarum poſtremam claudit doctrina perſpicua de SS. Trinitate. Primæ litteræ in ſingulis hiſce ſententiis ſi junctim componantur, ſenſum & ipſæ conficiunt, primæ enim centariæ acroſtichis eſt: Πνευματικῷ ἀδελφῷ καὶ ἀγαπητῷ Κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινομένῳ Ἡσυχαστὴς, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πραγματευτὴς κενόδοξος. ** *Spiritali fratri & dilecto Domino Paulo Thalaſſius, ſpecie externa quidem Heſychaſta, & quietis monaſticæ ſectator, revera autem vanæ gloriæ ſtudioſus.* Secundæ: εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὅτι μεγάλα κακὰ προσδοκῶ ἄξια τῆς ἐμῆς προαιρέσεως, λύπας τῇ ψυχῇ καὶ ὀδύνας τῷ σώματι. *Ora pro me, frater honoratiſſime, magna enim mala præſtolor digna meis inſtitutis, animæ triſtitiam & dolores corpori.* Tertiæ: ἀλλ' ἦν κακὰ κυρίως οὐ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τὴν δὲ ψυχὴν καθαίροντα, ἀλλὰ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τέρποντα δὲ τὴν σάρκα. *Vere autem mala ſunt non quæ contriſtant conſcientiam, animam vero purificant, ſed quæ contriſtant conſcientiam & titillant corpus.* Qvartæ deniqve: ὅμως

ἂν

* Combefiſ. ad S. Maximum Tom. 1. p. 674.

** Ita legendum pro κενοδοξίας. vide Lambecium V. p. 11. & 70.

*ὧν* καὶ *ἐκ τῶν κυρίως κακῶν* καὶ *τῶν μὴ κυρίως, νομιζομένων δὲ, εὔξαι ἐκτενῶς πρὸς τὸν Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, λυθρωθῆναι ἡμᾶς. Attamen & à vere malis, & ab illis quæ vere quidem non ſunt ſed exiſtimantur, Dominum DEum noſtrum ut nos liberet, enixe orato.* Latine vertit *Joannes Oecolampadius*, ediditqve Auguſtæ Vindel. 1520. 4. unde recuſa in micropresbytico Baſil. 1550. fol. & in utraqve Orthodoxographorum editione A. 1555. p. 660. & A. 1569. pag. 897. nec non in univerſis Patrum Bibliothecis, ut Lugdunenſi Tom XII. pag. 337. Curavit etiam recudendas Joannes à Fuchte, una cum ſententiis Sexti Pythagorei & Laurentii Piſani. Helmſt. 1685. 8. Græce primus edidit *Fronto Ducæus* ex MSS. Codd. Regis Galliæ in auctario Bibliothecæ Patrum Pariſ. 1624. fol. Tomo II. pag. 1179. Idem Oecolampadii verſionem ſervavit, nomine interpretis præterito & obliterato. Repetita hæc Græcolatina editio in Bibliotheca Patrum Morelliana Pariſ 1644. 1654. Tom. XIII.

Jo. Jacobus Grynæus, in præfat. ad Orthodoxographa ſcribit Thalaſſium ex qvorundam ſententia floruiſſe in Eccleſia Cæſarienſi A.C. 465. Verum à ſententiarum auctore Heſychaſta utiqve diverſus fuit Thalaſſius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, qvi interfuit Concilio CPol. & Epheſino A. 449. & Chalcedonenſi A. 451. Thalaſſius vero Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ nullus fuit, nam in ſubſcriptione Concilii CPol. A. 381. pro Thalaſſio rectius alii Codices habent Gelaſium, qvibus Theodoretus, Leontius & alii veteres apud Harduinum ſuffragantur. Fuere & alii Thalaſſii ſed qvibus non magis tribui hæ ſententiæ poſſunt qvam Thalaſſio præfecto prætorio ſub Conſtantio A. 353. de qvo Valeſius ad Ammiani XIV. 1. Thalaſſius Alalius in Phœnicia Epiſcopus qvi Concilio Nicæno interfuit A. 325. & qvi Concilio CPol. ſub Mena A. 536. Thalaſſius Berytenſis & Thalaſſius Nicomediæ Epiſcopi: Thalaſſius Dorylæenſis in Phygia, qvi ſubſcripſit relationi ad Joannem Patriarcham factæ A. 518. & Actis Concilii ſub Mena habiti inſertæ: Thalaſſius Parii in Helleſponto, qvi interfuit Conciliis Chalcedonenſi A. 460. & Romano A. 503. Thalaſſius Romanus presbyter qvi ſubſcripſit Concilio Romano A. 721.

ISAAC *presbyter Antiochenæ Eccleſiæ ſcripſit Syro ſermone, longo tempore & multa: præcipua tamen cura adverſum Neſtorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ eleganti carmine planxit, eo auditores imbuens ſono quo Ephram Diaconus Nicomediæ lapſum. Moritur Leone & Majoriano imperantibus.* Hæc de Iſaaco Gennadius cap. 66. de ſcript. Eccleſ. Ex iis vero

qvæ

qvæ memorat Iſaaci ſcriptis, nullum ad nos pervenit neqve Syriaca lingua, neqve, qvod Ephræmi contigit monumentis, ex Syriaco Græce verſum. Exſtat tamen Latine in poſteriore Orthodoxographorum editione Baſil. 1569. fol. p. 1626. atqve inde in Bibliothecis Patrum univerſis, ut Colon. 1618. Tom. VI. & Pariſ. 1644. 1654. Tom. V. & noviſſima Lugd. 1672. Tom. XI. p. 1019. opusculorum ſive ſermonum aſceticorum farrago neſcio an ex Syriaco, an qvod magis crediderim ex Græco verſa qvæ inſcribitur *S. Iſaaci Syri & presbyteri Antiocheni de contemtu mundi, de operatione corporali & ſui abjectione liber.* Jo. Jacobus Grynæus in præfat. ad Orthodoxographa ait in calce libri adſcriptum fuiſſe (ſicut etiam in Orthodoxographis p. 1677. exhibetur,) *Vixit anno Domini MCCCCVII.* unde colligit vixiſſe Iſaacum, qvem ille Monachum appellat, eo tempore qvo in Occidente Rupertus, Palatinus Princeps, Imperii Romani ſceptrum tulit. Sed mihi non de Iſaaco ipſo, verum de latino ejus interprete illa nota videtur intelligenda, Iſaacus enim ipſe longe antiqvior. Et ſunt qvi Gennadio memoratum, Iſaacum autorem eſſe exiſtimant, ita enim poſt Poſſevinum aliosqve, Franciſcus Combefiſius, qvi in Bibl. Patrum Concionatoria Tom. 1. pag. 25. *Cum diſerte* inqvit, *Gennadius presbyterum Antiochena Eccleſiæ ſcribat, nec iſte liber alio titulo prænotetur, ſitque dignus homine qui affini Ephræmio indole atque genio moralia ac compungentia egregie ſcripſerit, alii nulli illum adſcripſerim, quem nec ſatis ex illo opuſculo Monachum deprehendo.* Nec dubitare licet, Trithemium qvoqve Iſaaco ſeniori Gennadiano librum de contemtu mundi tribuiſſe, licet ſub aliis titulis & in plures libellos diſtinctum legit. In utroqve enim fallitur Combefiſius cum ait: *Senioris illius* (Iſaaci) *multa refert Trithemius quæ non exſtant, in quibus librum hunc de contemtu mundi non annumerat.* Nam ſi Trithemii caput 147. libri de ſcriptoribus Eccleſiaſticis conſulatur, neqve multa non exſtantia Iſaaci ab eo referri, neqve librum de contentu mundi ipſi incognitum fuiſſe apparebit. En tibi Trithemii verba: *Iſaac ex monacho Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, vir in Divinis ſcripturis eruditus & in declamandis homiliis ad populum celeberrimæ opinionis, vita & converſatione DEO dilectus & hominibus venerabilis, ſcripſit Syro ſermone ad imitationem ſancti Effrem plura devota opuſcula, quorum lectio religioſis hominibus valde utilis judicatur. E quibus inter noſtra, ſubjecta reperi:*

*Contra Neſtorianos & Eutychianos lib. II.* a)

Y *Exhor-*

a) Hos ex Gennadio ut ſolet, refert Trithemius, non ipſe inſpexit, alioqui prima eorum verba appoſiturus.

*Exhortatorium vitæ ſpiritalis. lib. I.* Anima quæ DEum diligit. b)
*De pugna vitiorum lib. I.* Multum honorem de. c)
*De acceſſu ad DEum lib. I.* Qvando aliqvis in aliqvam ruinam. d)
*De difficultate virtutum. lib. I.* Qvamlibet virtutem ſine. e)
*Dialogum de profectu ſpiritali lib. I.* Qvo vinculo retinetur. f)
*De ordine monaſticæ vitæ lib. I.* Ex operatione violenta. g)
*De humilitate lib. I.* Beatus homo qvi ſcit inſir. h)
*De tribus ordinibus proficientium lib. I.* Tres ſunt ordines in. i)
*De ſolitudine monachorum lib. I.* Homo multæ ſollicit. k)
*De diverſis tentationibus lib. I.* Virtutes invicem ſibi. l)
*De informatione novitiorum lib. I.* Hic eſt ordo ſobrius. m)
*De pœnitentia lib. I.* Fortitudinem qvam po. n)
*Carmen ſuper Antiochiæ deſolatione lib. I.* o)
*Homilias plures ad populum habuit, ſed in manus noſtras minime venerunt. Claruit ſub Theodoſio juniore.*

In Gregorii Abulpharaji hiſtoria Dynaſtiarum pag. 91. Theodoſii junioris (A. 450. defuncti) temporibus floruiſſe traditur *Mar Iſaac, diſcipulus Mar Ephraimi, ſermonum rhythmicorum auctor:* qvæ verba de Iſaaco Gennadii accipienda haud dubie ſunt, & Ephræmus intelligendus celebratiſſimus ille & inſignis ſanctitate presbyter, Edeſſenus qvi A. C. 375. obiit:

b) Hæc prima libri de contemtu mundi verba ſunt, atque hunc à Trithemio reſpici certiſſimum.
c) Prima verba capitis undecimi in eodem libro Iſaaci. Tom. XI. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 1022. F.
d) Prima verba capitis decimi quarti. id. p. 1025. F.
e) Prima verba capitis decimi ſexti. id. p. 1027. D.
f) Prima verba pag. 1028. B.
g) Prima verba capitis vigeſimi. pag. 1031. F.
h) Prima verba capitis vigeſimi primi. p. 1032. A.
i) Prima verba capitis vigeſimi ſexti p. 1033. G.
k) Prima verba capitis trigeſimi. pag. 1035. E.
l) Prima verba capitis duodequadrageſimi. p. 1038. E.
m) Prima verba quinquageſimi capitis, ubi male excuſum p. 1043. C. *hic eſt ergo ſobrius.*
n) Hoc in editis non reperio.
o) Hoc ex Gennadio Trithemius, neque enim ipſe threnum Iſaaci uſurpavit oculis, quo Antiochiæ caſum ille defleverat, terræ motum quarta vice paſſam 13. Sept. A. C. 459. Antiocheno 506. anno Leonis Imp. tertio. De hoc terræ motu Joannes Malala in Chronico Tom. 2. pag. 75. Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Λέοντος ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη τὸ τέταρτον αὐτῆς πάθος μηνὶ σεπτεμβρίῳ ιγ΄, διαφαυσάσης Κυριακῆς, ἔτους κατὰ τὴν αὐτὴν Ἀντιόχειαν χρηματίζοντος φς΄ ἐπὶ τῆς ὑπατείας Πατρικίου.

Digitized by Google

obiit:non ut Tentzelio *τῷ μακαρίτῃ* T.2.diſſ.ſelect.p.145.placuit, Ephræmus Antiochenus Patriarcha A.546. defunctus. Nam Iſaacus ille à Gennadio, Leone & Majoriano imperantibus mortuus fuiſſe traditur, qvi A.C.457. imperare cœperunt.

Alius *junior Iſaacus* Syrus laudatur à Gregorio Magno lib.3.dialogor. cap.14. ubi ait eum de Syriæ partibus ad Spoletanam urbem veniſſe, & ad extrema pæne Gothorum tempora ibi verſatum eſſe, hoc eſt ad medium usqve ſæculum ſextum; Prophetiæ qvoqve ſpiritu ac miraculis clarum refert, & hanc ejus celebrat ſententiam: ***Monachus qui in terra poſſeſſiones quærit, monachus non eſt.*** Huncce eſſe auctorem illorum de qvibus dixi opuſculorum malunt Aubertus Miræus notis ad Gennadium, Lambecius V. p.74. ſeq. Caveus, aliiqve. Sed non video qvibus argumentis Lambecius evincat Iſaacum hunc Gregorii Magni eundem eſſe cum *Iſaaco Epiſcopo urbis Ninives*, qvem verum eſſe auctorem opuſculorum illorum, non permittunt dubitare Codices qvi adhuc ſuperſunt Syriaci & Græci eorundem MSti. Hebed Jeſu in Catalogo librorum Chaldæorum pag.29. *Iſaac Ninivita ſeptem compoſuit tomos de regimine ſpiritus, de divinis myſteriis, de judiciis & politia.* In Codice Græco Cæſareo: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Ἰσαὰκ Σύρου καὶ ἀναχωρητοῦ τοῦ γενομένου Ἐπισκόπου τῆς Φιλοχρίστου πόλεως Νινευὶ λόγοι ἀσκητικοὶ, εὑρεθέντες ὑπὸ τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν τοῦ Ἀββᾶ Πατρικίου καὶ τοῦ Ἀββοῦ Ἀβραμίου, τῶν Φιλοσόφων * καὶ Ἡσυχαστῶν ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σάββα. Occurrunt ibi Græce *ſermones aſcetici ſeptem & octoginta*, ex qvibus, Lambecio notante, ſermones priores qvinqvaginta tres ſunt qvi velut unus liber de contemtu mundi Latine ſub Iſaaci Antiocheni presbyteri nomine in Bibliothecis Patrum utcunqve leguntur: qvod elogium Antiocheni presbyteri ex Gennadio additum credibile eſt ab eo, qvi eundem Iſaacum, de qvo Gennadius, auctorem eſſe non dubitabat. Primi ſermonis in Græco hic eſt titulus: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς Ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ καὶ ἀσκητοῦ τοῦ Σύρου λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. Incipit: Ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα ἐν τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ τὴν ἀνάπαυσιν κέκτηται. Προκατάλαβε λύειν πάντα σύνδεσμον &c. Qvadrageſimus primus inſcribitur: Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ καὶ πῶς ἡ ἀντίληψις εὑρίσκεται ἐν αὐτῇ, λόγος μά. Incipit: ὅταν καταφρονήσῃ ἄνθρωπος τούτου τοῦ κόσμου, καὶ σπουδάσῃ εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ. In Bibl. Coisliniana p.312. celeberrimus Montfauconus memorat Codicem MStum Iſaaci

 Syri

* Philoſophus pro Monacho. vide Cangii gloſſar.

Syri Anachoretæ & Epiſcopi Ninives ſermonum aſceticorum XCII. Initium primi eſt: *ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ ἀρχὴ ἀρετῆς.* In marginibus ſcholia ex dictis vel ſcriptis Anaſtaſii, Antiochi, Antonii, Arſenii, Athanaſii, Barſanuphii, Baſilii, Bulgari (Theophylacti) Carionis Abbatis, Carpathii, Joannis Chryſoſtomi, Joannis Climaci, Copres, Cyrilli, Diadochi, Dorothei, Ephræmi, Heſaiæ, Evagrii, Gregorii Theologi, Heſychii, Joannis Monachi, Joſephi, Iſidori, Longini Abbatis, Macarii, Marci, Maximi, Nili, Niſtheri Abbatis, Petri Abbatis, S. Petri Alexandrini, Pœmenis, Siſoës Abbatis, Symeonis, Thalaſſii, Theodori noni, Zegadini, Zoſimæ. Etiam in Bibl. Bodlejana inter Codices Baroccianos, eſt Iſaaci Syri de regimine novitiorum. Incipit: *αὕτη ἡ σώφρων.* Atqve in aliis Codicibus Iſaaci Syri capita: *ἀγάπησον τὰ πενιχρὰ ἱμάτια ἐν ἐνδύματί σου.* atqve alia qvorum initium: *ὁ κωλύων τὸ σῶμα.* Alia item: *ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα ἐν τῷ Θεῷ μόνῳ.* Et de motu angelico ac profectu animæ: *πρώτη ἔννοια.* Homiliæ aſceticæ XCIX. ex Syriaco Græcè redditæ à Patricio & Abramio Monachis Monaſterii S. Sabæ. Vide Catalogum MSS. Angliæ p. 35. n. 256. & p. 44. n. 295. ubi male illi duo interpretes qvemadmodum & apud Caveum vocantur Abramius & Iſaacius. In eodem Catalogo pag. 155. homiliæ tres Iſaaci hujus Syriace ſervari traduntur in codice Thomæ Bodleji LXXII. Memorat etiam Lambecius IV. pag. 148. fragmentum *de baptiſmate ἐκ τῆς μεγάλης ἐπιστολῆς Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου.* Incipit: *ἰδοὺ γὰρ εἰς τὸ βάπτισμα δωρεὰν συγχωρεῖ.*

Iſaacius etiam eſt in Chronico Alex. p. 874. qvi aliis Iſychius & Heſychius rectius appellatur, Patriarcha Hieroſolymitanus cui Zacharias A.C. 609. ſucceſſit. Hunc cum Heſychio presbytero Hieroſol. A. 433. defuncto ſunt qvi confundunt, de cujus ſcriptis dixi Volum. VI. pag. 243. ſeq.

Iſaaci alterius ex Judæi libellus Latine ſcriptus *obſcuriſſimæ diſputationis & involuti ſermonis* (ut vere vocatur à Gennadio cap. 26. de ſcript. Eccleſ.) *de S. Trinitatis tribus perſonis & incarnatione Domini*, in lucem protractus eſt à Jac. Sirmondo cum Leoporii presb. Capreoli Epiſcopi Carthag. & Victorini Afri lucubrationibus Pariſ. 1630. 8. recuſus Tomo primo operum Sirmondi pag. 401. Pariſ. 1696. fol. Exſtat etiam in tomo tertio Bibl. Patrum Lugd. & ad calcem Codicis Canonum veteris Eccleſiæ Romanæ ex Bibliotheca Petri Pithoei editi Pariſ. 1687. fol. p. 362-365. ubi inſcribitur *Fides Iſatis ex Judæo.* Sirmondus veriſimili conjectura

Digitized by Google

jectura exiſtimavit Iſaacum hunc paullo ante Annum Chriſti 400. vixiſſe.

Ut illos vero Iſaacos tantum hoc loco attingam, qvi Græce ſcripſerunt, longe junior fuit qvi jam commemorandus mihi venit Iſaacus magnæ Armeniæ Catholicus,† Armenius ipſe & inter Armenios educatus atqve eorum opinionibus innutritus * ſed poſtea Catholicæ promachus Eccleſiæ, circa medium ſæculi duodecimi ** ſcripſit λόγȣς στηλιτευτικȣ̀ς ſive *invectivas duas contra Armenios* idem ſentientes cum Eutyche, Dioſcoro, Timotheo Æluro, Petro Fullone, Juliano Halicarnaſſeo & Aphthartodocetis. Primus ex Bibl Regis Chriſtianiſſimi in lucem protulit & cum latina verſione ſua & notis vulgavit Franciſcus Combefiſius Tomo II. auctarii novi Bibl. Patrum Pariſ. 1648. fol. pag. 318-415. Latine ex Combefiſii verſione recuſæ leguntur in Tomo XX. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd.

# Indiculus ſcriptorum & hæreticorum qvi ab Iſaaco contra Armenios memorantur,

ad paginas editionis Combefiſianæ.

Acephali pag. 328. 340. 365.
Agapetus Papa Rom. 389.
Agatho Papa Rom. 389.
Ambroſius. 389.
Aphthartodocetæ 317. 384.
Apollinaris. 389.
Apollinariſtæ. 364.
Apoſtolorum Canones. 369. 375.
Arius. 361. 364. 389. à Synodo Nicæna devotus. 388.
Armenii deteriores Eutychianis. 317. baptiſmus illorum irritus. 392. Manichæorum hæreſeos arguuntur 317. 321. 364. χριστομάχοι καὶ Μανιχαῖοι. adde 337. 384 389 392. 393. Τὰ τῶν Ἑβραίων φρονȣ̃ν-



† Catholici dicti Metropolitani & Archiepiſcopi. Vide Cangii gloſſar.

* Iſaacus invectiva 2. p. 396. ἐγεννήθην γὰρ καὶ ἀνετράφην ἐν μέσῳ τῶν αἱρετικῶν καὶ ἀθέων καὶ διδαχθεὶς ἐν πάσαις ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν. καὶ σφόδρα ὑβριστὴς καὶ ἀντιτασσόμενος καὶ λοιδορῶν τὴν τῶν χριστιανῶν καὶ ὀρθοδόξων θρησκείαν.

** Videtur omnino eſſe hic Iſaacus de quo Theorianus qui circa A. 1170. ſcripſit, in dialogo cum Catholico Armeniorum Norſeſe p. 120. ὁ εὐλαβέστατος Ἐπίσκοπος Ἰσαὰκ εἶπεν. ἀρκεῖ τοῖς μὴ φιλονείκως ἀκȣ́ȣσι τῶν ῥηθέντων περὶ τῶν δύο θελημάτων τȣ̃ Ἐμμανȣήλ. Iſaacus ipſe Norſeſis p. 379. meminit, & pag. 374. Conſtantini magni baptiſmum ait contigiſſe ante octingentos annos.

τες 398. azymo utuntur more Hebræorum in Euchariſtia 401. Paſcha faciunt cum agno anniculo. 416. ſacrificia Judaica offerunt. 352. Romanos rebaptizant. 384. Eorum Synodus Tibenſis. 328. & Mantzicievtenſis 360. πανηγυρικαὶ βίβλοι Armeniorum. 320. ſeq. 364. ſeq. qvotidie in libris ſuis legunt qvibus ipſi condemnantur. 399. libri Armeniorum lingua ſcripti 412. qvibus duæ naturæ in CHriſto agnoſcuntur. 321. 364. ſeq. 381. Armeniorum ſcripta hæretica. 392. Silveſtri Epiſcopi Rom. vitam habent in libris ſuis. 409. ἐν διαφόροις βιβλίοις Feſtum Annunciationis τῇ Ἑβραΐδι διαλέξει Νισὰν τῇ πέμπτῃ indicant. 404.

Ἀρτζεβούρης jejunii feſtum apud Armenios 369. ſeq. 411. Sergii Armenii jejunium. ibid. 372. 376. ejus canis Artzebures h. e. prænuncius. ibid. ſeq.

Athanaſius Alex. 329. 332. 371. 389.

Baſilius magnus. 389. 412. ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς λειτουργίας. 341.

Conſtantini M. baptiſmus à Silveſtro 373. 409. per imagines Petri & Pauli ἐπέγνω τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ. 409.

Cyrillus Hieroſol. 389.

Cyrillus Alex. 372. 389. 399.

Epiſtola ad Succenſum Epiſcopum. 329.

Damaſus. 389.

Dionyſius Areopagita. 408.

Dioſcorus. 317. 377. 381. 389. 392.

S. Ephraim. 372. 389. 399.

Epiphanius. 389. 404.

Euſebius 399. ὁ Παμφίλου, φιλομαθὴς καὶ πολυΐστωρ ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας συγγραφεύς, ὁ ἀρχαιότερος, ὢν τῶν τιή ἁγίων πατέρων τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, ὁ πάντων τῶν πατέρων λογιώτερος καὶ πολυμαθέστερος. 332.

Eutyches. 317. 377. 381. 389. 392.

Eutychianiſtæ. 364.

Felix Papa. 389.

Flavianus. 389.

Gregorius Thavmaturgus. 372. 389. 404.

Gregorius Nyſſenus. 389.

Gregorius Theologus. 321. 340. 344. 353. 372. 389. 399. 401. 404. 405. ſeq 409. 412. 416. Oratio in Cyprianum. 412. in lumina 409.

Gre-

Gregorius Armeniorum Epiſcopus. 368. 373. 400. 409. à Leontio Cæſarienſi ordinatus. 368. liber de vita ac martyrio S. Gregorii id. ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῦ βιβλίων. 373. baptizavit ad CXCM. 409.
Hydroparaſtatæ. 340.
Jacobi Apoſtoli liturgia. 341.
Jacobus Syrus. 389.
Joannes Chryſoſtomus. 332. 344. 372. 387. 389. 401. 404. 412. expoſitione Evangelii Matthæi. 340. 341. 416. Joannis. 340.
Joannes patriarcha Hieroſol. 389.
Iſaacus inter Armenios natus & in eorum educatus hæreſi, poſtea reſipuit. 395. ſeq.
Judaici & Chriſtiani paſchatis collatio. 334.
Julianus Halicarnaſſeus. 317. 377. 381. 389.
Julius. 389.
Leo Papa. 317. 389.
Leontius Cæſareæ Cappadociæ. ArchiEpiſcopus 368. 401. Gregorium Armeniæ baptizavit. 368. ejus ad Tiridatem Regem Epiſtola & Regis reſcriptum. 401.
Macedonius devotus à CL. Patribus in Synodo CPol. 388.
Marcionis Pontici diſcipuli Hydroparaſtatæ. 340.
Marci liturgia. 341.
Martinus Papa. 389.
Menas Patriarcha CPol. 389.
Monothelitæ. 392.
Neſtorius devotus à CC. Patribus in Synodo I. Epheſina 388. in Synodo ſexta CPol. 392.
Neſtoriani. 384. qvaternitatem inducunt in S. Trinitatem. 399.
Norſeſis Armeniæ Epiſcopi ſiniſtrum de Armenûs teſtimonium. 379.
Paulus hæreticus Monothelita. 398.
Petrus Fullo 317. 377. 381. 389. additamentum ejus ad Triſagium ab Armeniis probatum. 365. 385. 399.
Petrus Moggus. 389.
Pipſime & Cajana in Armenia martyrio conſummatæ. 372.
Preces ſuper Ordinandis. 349. ſuper conſecratione altarium. ibid. εὐχαὶ τῆς λειτυργίας καὶ τῶν ἁγίων θεοφανίων. 348.
Pyrrhus 398.
Qvintianus Papa. 389.

Sabel-

Sabelliani. 399.
Sergius 398.
Sergius & Bacchus martyres Romani. 369.
Severus. 389. (perperam Severianus 405.)
Silveſter Epiſcopus Rom. 389. Nicænæ Synodi præſes. 373. fabula de baptizato Conſtantino M. 373. 409. τὴν τυρινὴν, lacticiniorum jejunium, ut veſtium ſacrarum varietatem à Silveſtro & Conſtantino Eccleſia accepit. 413. Silveſtri vitam Armenii habent in libris ſuis. 409.
Simon Magus. 394. Simoniani. 385.
Symmachus Papa. 389.
Synodus Nicæna CCCXVIII. Patrum, poſt CCCXVIII. annos à CHriſto nato. 329. 332. 361. 371. Arium devovit. 388. Symbolum Nicænum à baptizandis recitatum. 348. canones Nicæni & aliorum Conciliorum. 369. 376. Carthaginienſis Synodus Patrum CCXVII. ſub Arcadio & Honorio 341. Epheſina Synodus λῃστρικὴ. 317. Synodus Chalcedonenſis. 317. 328. 361. 405. Patrum DCXXX. 389. ἅγιοι καὶ θεοφόροι πατέρες. 320. 324. 329. Synodus ſexta CPol. Patrum CLXX. ſub Conſtantino. 392. 398. Synodus Romana ſub Martino, Patrum CCL. & ſub Agathone Patrum CXXV. contra Monothelitas. 392. Synodus CPolitana, Patrum CLXV. ſub Juſtiniano Chalcedonenſem confirmavit, condemnavitqve Eutychianos. 389. Synodus ſub Mena. 389. Synodus Nicæna II. Patrum CCCL. contra Iconomachos. 392.
Theodoſius & Sabas ſub Imp. Anaſtaſio congregatis decies mille Abbatibus atqve Eremitis Eutychianos damnarunt. 389.
Theopaſchitæ. 399.
Timotheus Ælurus. 317. 340. 377. 381. 389.
Traditiones πατροπαράδοτοι. 348. ſeq.

ISAACUS ARGYRUS Monachus, Anno ætatis circiter ſexageſimo a) Græcorum 6881. b) (CHriſti 1372.) compoſuit *Canonem Paſchalem*, πασχάλιον Κανόνα, eumqve dicavit *Oenaota Andronico*, qvem θειό-

a) P. 33. ait ſe adoleſcentem ante annos qvinquaginta Æni Thraciæ civitate verſatum eſſe, cum Judæi Paſcha celebrarent XX. Martii, Chriſtiani XXVI. April. πρὸ χρόνων πεντήκοντα νέος ὢν ἔτι τὴν ἡλικίαν ἐγὼ μὲν παρά τινι τῶν θρακικῶν πόλεων διατρίβων Αἴνῳ καλυμένῃ &c.

b) P. 5. τὰ ἀπὸ τῆς κοσμογενείας ἔτη μέχρι τῦ ἐνεςῶτος εἰσὶ ϛωπά.

*θαυμαστον* [illegible] appellat. [illegible] methodum Paſchatos inveniendi ex [illegible] Bibl. Palatina [illegible] Latinamqve verſionem Petavio non memoratam [illegible] *Jacobus Chriſtmannus* Joannisbergenſis, Profeſſor Heidelb[illegible] typis [illegible]idis Gotthardi Voegelini 1611. 4. Hinc cum nova verſione [illegible] *Petavius* S.I. in Uranologio edito Paris. 1630. fol. & recuſo [illegible] licet titulo Antverpiam [illegible] 1703. fol. Caput [illegible] Chriſtmannum & Petavium [illegible] ediderat Latine *Joſephus* [illegible] verat ad calcem Canonis Paſchalis Hippolytei pag. [illegible] 1595. 4. Et in opere de emendatione temporum lib. [illegible] Lugd. Bat. 1598. & Genev. 1629. fol. Laudat Argyrus [illegible] lemæum *ἐν τῇ συντάξει* [illegible] præterea Aſtronomum [illegible] deniqve [illegible] phorum [illegible] *Γρηγορᾶς* [illegible] Illum Canonem Paſchalem Gregoræ exhibet Scaliger ad Hippolytum pag. 1. & de emendatione temporum pag. 330. nec non Petavius pag. 206. Uranolog.

Idem Petavius etiam *alteram methodum Paſchalis inveniendi* cum priore vulgavit Græce & Latine, qvam putat Iſaaci Argyri eſſe, licet in MSto Regis Galliæ Codice nullum auctoris nomen præfixum reperit. Incipit: *Βουλόμενος, μοναχῶν τιμιώτατε καὶ ἀδελφῶν μοι πάντων* [illegible] &c.

Aliud ineditum ſcriptum ſervat Bibliotheca Cæſarea, qvod ante Canonem Paſchalem Argyrus innuit ſe compoſuiſſe Anno Græcorum 6876. Chriſti 1368. 2 reducendo calculo Aſtronomicorum canonum Ptolemæi ab annis Ægyptiacis [illegible] Alexandrino meridiano ad annos Romanos & ad meridianum [illegible] [illegible] *πραγματεία τῶν κανονίων, συνοδικῶν τε καὶ πανσεληνιακῶν* [illegible] *ἀπὸ τῶν ἐν τῇ συντάξει, καὶ συνάντων πρὸς τὰ ἔτη* [illegible] *καὶ πρὸς τὸν διὰ* [illegible] *μεσημβρινόν, ἔτι δὲ καὶ χρονικὴν* [illegible] *ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως* [illegible] *τῇ συντάξει* [illegible] Vide Lambecium VII. p. 2[illegible]. Neſcio ſitne diverſa Iſaaci Argyri [illegible] qvam vidi memoratam inter Codices MSS. Iſaaci Voſſii.

*Apparatus* [illegible] MS. Romæ in Bibl. Vaticana, teſte Geſnero.

*De reducendis triangulis non rectis in recta*, MS. in Bibl. Coisliniana

liniana pag. 220. Incipit: ἡ τῶν γεωμετρουμένων χωρίων μέτρησις. Habuit qvoqve Tho Galeus. Et exſtant in Bibliothecis Galliæ, & in Bodlejana inter Codices Baroccianos LXX. & CXI.

*De extractione radicis quadraticæ quadratorum irrationalium.* MS. in eadem Bodlejana inter Codices Savilianos VI. Apud Simlerum *Methodus inveniendi latera quantitatum irrationalium*, μὴ ῥητῶν. MS. in Bibl. Regis Galliæ.

*Methodus Geodæſiæ* ſive agrorum dimenſionis Græce MS. fuit in Bibl. Scorialenſi & apud Hurtadum Mendozam.

*De ratione metiendi plana & ſolida.* Voſſius p. 331. de ſcientiis Mathemat.

*De oppoſitione & conjunctione Solis & Lunæ, & circulis ſolaribus & lunaribus. Diſciplina rationalium ſolarium.* Simler.

*Methodus melior ſolarium & lunarium cyclorum.* MS. in Bibl. Leidenſi ex legato Joſephi Scaligeri.

*Solutio quæſtionis Palamiticæ.* Τόμος τῆς Παλαμιτικῆς ζητήσεως. Geſner. Joannis Cantacuzeni de lumine in monte Thabor adverſus Iſaacum Argyrum memorat Labbeus p. 86. Bibl. novæ MSS.

*Carmina de duodecim ventis.* fuere apud Hurtadum Mendozam teſte Geſnero in Bibl. p. 467.

*Encomium Martyris Demetrii.* Geſner.

*In dictum Job. XV. 12. hoc præcipio vobis, ut ametis vos invicem.* id.

*De metris poëticis* fuit apud Jo. Sambucum. Vide & Catalogum MSS. Angliæ Tom. 2. p. 246. n. 8558.

## Index ſcriptorum & Epiſtolarum qvæ referuntur vel allegantur in actis Concilii quinti, CPoli A. 553. habiti contra tria capitula.

*Ad paginas Tomi tertii Concilior. edit. Harduin.*

EX Ægyptiorum Epiſtola Synodica contra Origenem. Ἐκ τῆς ἐκτεθείσης ὑπὸ τῶν κατ' Ἄιγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπων συνοδικῆς ἐπιςολῆς κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων, pag. 264.

Anaſtaſius Papa Romanus Origenem condemnavit, teſte Theophilo Alex. 261.

De

De Apollinario SS. Baſilii & Athanaſii judicium p.121. & Damaſi 317. condemnatus cum Ario, Eunomio, Macedonio, Neſtorio, Eutyche, Origene. 198. 272. 301. 305.
Armeniæ & Perſidis Epiſcoporum ad Proclum CPol. Epiſtola de Theodoro Mopſveſteno. 98.
Athanaſii hiſtorica narratio de Arianis citatur 114. 317. Epiſtolas ad Apollinarium ſcripſit, & poſt mortem illius adverſus eum ſcripſit cognitis ejus erroribus. 121. ex vita Antonii ab eo ſcripta locus. 257. ex ſermone ſecundo contra Arianos. id. ex Epiſtola ad Epictetum. id. Apologia pro Dionyſio Alex. citatur. 312.
Auguſtini locus ex Epiſt. ad Bonifacium Comitem. 113. 320. ex geſtis apud Marcellinum tribunum & notarium capitulo CLXXXVII. 113. ex Epiſtola ad Catholicos. 113 ex opere adverſus Creſconium Grammaticum Donatiſtam. 113. 114. diverſæ Epiſtolæ memorantur ſignificantes qvod oportet hæreticos etiam poſt mortem anathematizari 191. ejus retractationum mentio. 214.
Baſilii Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ Epiſtola ad Patrophilum Epiſcopum Megarum (fortaſſe Ægearum) 121. citatur ἐν τῷ λόγῳ εἰς τό. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. 260. ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τοῦ ὑπομνήματος τῆς ἑξαημέρου. 255. ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου. 269. ἐκ τοῦ προτρεπτικοῦ εἰς τὸ βάπτισμα λόγου. 270. ἐν τῷ τετάρτῳ κατ' Εὐνομίου λόγῳ 300.
Baſilius Seleucienſis vi compulſus Epheſinæ Synodo refragatur. 325.
Cæleſtini Romani Epiſcopi Epiſtola ad Neſtorium. 152.
Canon XIX. ex Codice Afr. Eccleſiæ citatur. 179.
Chalcedonenſis Synodi judicium de Iba. 40. ejus Synodi actorum pars qvædam 162-166. 217. ſeq.
Ciciliæ ſecundæ Epiſcoporum Epiſtola ad Juſtinianum. 132. ad Vigilium Papam Romæ. 133.
Conſtantini Imp. reſcriptio ad Theodotum citatur 114.
Cyrilli Alex. Epiſtola qva Theodorum Mopſveſtenum noluit defunctum anathemati ſubjicere, citatur 35. 36. cum Theodoreto & Orientalibus Epiſcopis in concordiam remeavit. 38. de ejus duodecim capitulis. 41. ſeq. 43. amplius Cyrillum criminatus eſt Dioſcorus & Eutyches laudans, qvam Ibas ſub falſi intellectus errore vituperans. 42 contra Neſtorium qvæ in Concilio Epheſino Cyrillus protulit. 169. refutavit qvædam Theodori Mopſveſteni contra

Synuſiaſtas ſive Apollinariſtas in lib. qvod unus eſt CHriſtus 80. 91. 98. 108. ſeq. 112. 117. ſeq. 119. 317. Epiſtola ad Clericos & Lamponem presb. 101. ad Acacium Melitenes Epiſc. 100. 116. ad Rabbulam Edeſſæ. 101. ad Monachos. 102. I. & II. ad Succeſſum. 293. 300. ad Theodoſium. 324. ad Martinianum & alios Monachos 112. ad Joannem Antiochenum. 116. 191. ad Theodoſium Imp. 117. ad Proclum CPol. 118. 119. ad Neſtorium. 147. qvæ incipit: *obloqvuntur quidam.* alia 156. cujus initium: *Salvatore noſtro aperte dicente*, ſubjunctis XII. anathematiſmis. Ex Epiſtola ad Alexandrum & Martinianum & Joannem & Paregorium & Maximum presbyteros & patres Monachorum. 191. in libris qvos contra Theodorum (Mopſveſt.) ſcripſit, citatur 191. bonum appellavit Theodorum 108. 109. eloqventiſſimum. 118. locus ex Epiſtola ad Monachos in Phua, ἐκ τῆς Ἐπιςολῆς πρὸς τοὺς ἐν Φυᾶ μοναχούς. 261. 264. ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ Λευϊτικοῦ. 297.

Cyrillo ſuppoſita Epiſtola ad Joannem Antiochenum, Mopſv. Theodori defuncti memoriæ ſvadens parcere, qvæ incipit *Inſpexi literas*, 115.

Damaſi ſynodalia conſtituta qvæ poſt Nicænum Concilium de Spiritu S. tractantibus & convenientibus in urbe Roma catholicis Epiſcopis & beatæ recordationis Ambroſio Mediolanenſis Civitatis Antiſtite ſunt edita, citantur 242. vide & p. 318.

Demetrius & (ſucceſſor ejus) Heraclas Epiſcopi (Alexandrini) varias moleſtias paſſi ab Origene. 258.

Dioſcorus Papa * Rom. Eccleſiæ dicitur 114. poſt mortem anathematizatus à Romanis. id.

Domnus Epiſcopus Antiochenus, poſt mortem à Synodo Chalcedonenſi condemnatus, tantum qvod auſus eſſet ſcribere capita XII. Cyrilli debere involvi ſilentio. 317.

Epheſinæ Synodi actorum pars. 147-162.

Epheſini ſecundi concilii nefaria geſta perſtringuntur 217. 218. 325.

De Euſebio Nicomedienſi. 114.

Ex Euſebii cognomento Pamphili hiſtoriæ libro VII. de Dionyſio Alex. & Nepote Ægypti Epiſcopo. 37.

Eutyches damnatus cum Valentino atqve Apollinare. 39. 325. vide infra in Leone.

Euty-

* Electus in ſchismate contra Bonifacium ſecundum.

Digitized by Google

Eutychii CPol. Apollinaris Alex. Domni Antiochiæ Syriæ, & Eliæ Theſſalonicenſis Epiſcoporum profeſſio fidei. 11. 12. Eutychii Epiſtola ad Vigilium Epiſcopum Rom. quem vocat συλλειτυργόν. 60. Græce & Lat. adde 207.

Flavianus CPol. defendens orthodoxam fidem, interfectus. 325.

Gelaſius Papa in geſtis Synodalibus de Miſeni Epiſcopi Cumani abſolutione confectis. 37.

Gregorii Naz. Epiſtolæ ad Theodorum Mopſveſt. vel Tyanenſem potius. 109. 110. 111. 317. Gregorii Theologi locus de anima citatur 249. ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὴν νέαν Κυριακήν. 252. ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. 253. ἐν τῷ ἀπολογητικῷ λόγῳ. 269. ἐν τῷ πρὸς Κληδόνιον πρώτῳ λόγῳ. 297. ἐν τῷ περὶ υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ. 300.

Gregorii Nyſſeni ad Theophilum Alex. 106. 122. ἐν τῇ εἰς τὸν ἄνθρωπον πραγματείᾳ. 260. ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου τετάρτῳ λόγῳ. 300.

Heraclas Epiſcopus Origenem blaſphemas homilias habentem removet, 264. Vide & ſupra in Demetrio.

Ex Heſychii presb. Hieroſol. Hiſtoria Eccleſ. de Theodoro Mopſveſt. 103. Heſychius iterum citatur 320.

Ibæ Edeſſeni Epiſc. Epiſtola quam ad Marim Perſam hæreticum ſcripſiſſe confingitur † 140. 141. de eadem 39. ſeq. 56. 59. 142. ſeqq. ad 170. ubi condemnatur, & 194. 200. ſeq. 215. 217---241. 244. 308. 325. 328.

Joannis Antiocheni & Orientalium Epiſcoporum libri & Epiſtolæ ad Theodoſium Imp. & alios citantur 320.

Joannes CPolitanus Epiſcopus quem Chryſoſtomum vocant, & Flavianus ejusdem civitatis Epiſcopus, licet violenter excluſi, non tamen pro damnatis habiti. 37. 320. poſt mortem reſtituti diptychis. 58. ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ λόγῳ τῶν εἰς κτίσιν citatur 249. 252. ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν. 253. ἐκ τῆς πρὸς Θεόδωρον τὸν μοναχὸν πρώτης ἐπιστολῆς. 272. ad Theodorum Mopſveſtenum 320. ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης Ἐπιστολῆς. 272.

Italiæ clericorum Epiſtola ad legatos Francorum CPolin ad Concilium A. 553. proficiſcentes. 47.



† Ita Vigilius Papa in conſtituto p. 240. adde p. 213. ubi Ibas dicitur Epiſtolam illam à ſe ſcriptam negaſſe.

Digitized by Google

Juſtiniani Imp. Epiſtola ad Eutychium CPol. & alios Epiſcopos.
186. ad Joannem metropolitanum Anazarbenæ (Juſtinop
civitatis. 123. ad Coſmam Mopſveſtiæ Epiſcopum. 123.
Origenem liber, Græce & Latine. 243-282. Epiſtola ad Sy
CPol. de Origene & ſectatoribus ejus 282. 283. Edictum ſ
feſſio fidei adverſus tria Capitula. 288-322. Epiſtola ad Sy
CPol. de Theodoro Mopſveſteno & reliqvis. 322-328.
Græce & Latine.

Leonis Papæ Epiſtolæ ad Synodum Chalced. & ad Pulcheriam
ſtam citantur. 43. Epiſtola de ſancta & orthodoxa fide
217. 230. ſeq. ad Leonem Auguſtum, & ad Anatolium CPo
Flavianum. 163. Eutychem Romæ ſuſcepit eiqve reſcripſit
errores ejus condemnavit. 121. ſeq. 317.

Menæ CPol. Theodori Cæſareæ Cappadociæ, Andreæ Epheſini
de Antiochiæ Piſidiæ & Petri Tarſenſis Epiſcoporum p
fidei. 10. 11.

Mopſveſtenæ Synodi A. 550. celebratæ Acta. 124-132. qvibus
dorus Mopſveſtenus è diptychis exulare, (adde p. 316.) C
Alex. in illis celebrari cognoſcitur.

Neſtorius cum Paulo Samoſateno & Bonoſo damnatus. 39. ejus lo
qvædam 169. 170. ad Cyrillum Alex. Epiſtola. 149. Incipit:
*jurias quidem quæ contra nos ſunt.* Locus ex Epiſtola ad Alexandr
Hierapolitanum citatur 168. & 309. ubi Alexander ille vocatur
reticus.

Origenes qvi & Adamantius 272. 281. presbyter Alex. 272. poſt mo
tem anathematizatus. 122. 198. 280. nemo ordinandus Epiſco
ant monaſteriorum præfectus, niſi Origenem anathematizet u
cum aliis hæreticis Sabellio, Ario, Apollinario, Neſtorio, Eutyche,
Dioſcoro, Timotheo Æluro, Petro Moggo, Anthimo Trapezun-
tis, Theodoſio Alexandriæ, Petro Antiochiæ, Petro Apameæ &
Severo Antiochiæ Epiſcopo. 272. Juſtiniani Imp. adverſus Orige-
nem liber, qvo ſimilia cum Ethnicis (Pythagora & Platone. 281.
284.) Manichæis & Arianis docere arguitur, & ex Patrum dictis
confutatur. Græce & Lat. 243-282. Epiſtola ejusdem ad Synodum
CPol. de Origene & ejus ſectatoribus. Græce & Lat. 282. Cano-
nes XV. Concilii CPol. contra Origenem, Græce qvidem ex Co-
dice Bibl. Cæſareæ publicati à Lambecio VIII. pag. 435. & cum La-
tina

tina verſione exhibiti ab Harduino p. 283-288. ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν πρώτῳ λόγῳ. 245. 273. 276. 277. 280. ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου. 273. 276. 277. ἐκ τοῦ τρίτου λόγου. 277. ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου. 273. 276. 277. 280. Dei providentia factum eſſe ne in Eccleſia pro martyre acciperetur. 268.

Petrus Epiſcopus Alex. & martyr· ἐκ τοῦ πρώτου λόγου περὶ τοῦ μηδὲ προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν, μηδὲ ἁμαρτήσασαν τοῦτο εἰς σῶμα βληθῆναι 256. ἐκ τῆς μυσταγωγίας ἧς ἐποιήσατο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, μέλλων τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδέχεσθαι. 257.

Pontiani Epiſcopi Epiſtola ad Juſtinianum Imp. de tribus capitulis 1.

Ex Procli CPol. tomo ad Armenios. 100. 120. Epiſtola ad Joannem Antiochenum. 120. 142. ſeq.

Rabbulæ Edeſſeni ad Cyrillum Alex. Epiſtola contra Neſtorium. 103. Theodorum Mopſveſtenum jam defunctum anathematizavit. 114.

Sardicenſis Synodi mentio 317.

Simplicii Papæ Epiſtola ad Zenonem Auguſtum citatur 44.

Socrates & Sozomenus Hiſtoriæ Eccleſ. ſcriptores citantur 320.

Symbolum Nicænum & CPolitanum. 165. Theodori Mopſveſteni. 89.

Synodus Nicæna, CPolitana, Epheſina & Chalcedonenſis probantur 189. 193. 304.

Theodoſii & Valentiniani lex contra Diodorum & Neſtorium. 104. contra Neſtorium, Diodorum, Theodori Mopſv. & Theodoreti ſcripta. 105.

Theodoreti Hiſtoria Eccleſiaſtica citatur 122.

Theodoretus Chalcedonenſi Concilio ſubſcripſit, Leonis Papæ Epiſtolis conſenſit, Neſtorium damnavit, ideoqve pro non ſcriptis habentur qvibus videtur concordare Neſtorio vel anathematizaſſe Cyrillum. 38. qvæcunq; tamen vel ejus vel cujuscunqve proferuntur nomine, Neſtorii aut Eutychetis conſonantia erroribus, damnantur. 39. qvæ ſcripſit pro Theodoro & Neſtorio contra Cyrillum 59. 106. 107. 134. ſeq. 171. ſeqq. 194. 200. 215. 243. ſeq. 308. 325. contra Cyrilli anathematiſmos. 134. Epiſtola ad monaſteria. 135. ad Andream Samoſatenum. 136. ad Neſtorium. 137. ad Joannem Antiochenum 137. alia 138. allocutiones ad Cyrillum. 136. 139. Hiſtoria Eccleſiaſtica reſpicitur 320. Epiſtola ad Irenæum digamum. 108.

Theo-

Theodori Mopſveſteni ſymbolum 89-91. in Synodo Epheſina prol[illegible] memoratur 35. Judaicum dicitur 58. in Epheſina Synodo & Chalcedonenſi damnatũ. 313. mortuum Theodorum anathemati ſubjice[illegible] noluit Cyrillus. 35. doctor Neſtorii pejora Neſtorio blasphem[illegible] dicitur à Juſtiniano. 56. Ex ejus libro III. contra Apollinarium. [illegible] 73. 74. 75. ex libro IV. 74. in duodecim Prophetas. 78. in Canticum Canticorum. 88. 89. in octavum Pſalmum. 77. in Pſalm[illegible] XXI. 78. in Pſalm. LXVIII. 79. in Jobum. 86. 87. de interpretatione Evangelii libro I. 79. in Matthæum. 82. 85. libro qvarto. 84. in Lucam 77. commento in evangelium Johannis 76. 81, libro VI. 7[illegible] in Actus Apoſtolorum. 76. 199. 242. 308. in Epiſt. ad Hebræos. [illegible] 83. libris de incarnatione 80. 309. Photino & Paulo Samoſ[illegible] ipſis verbis uſus & ſi qvid pejus. 98. libro I. 79. libro II. 84. [illegible] VII. 81. libro VIII. 80. 169. XI. 168. XII. 83. 84. 169. XIII. 84. libro XIV. 77. 84. libro contra Synuſiaſtas ſive Apollinariſtas. 80. interpretatione Symboli CCCXVIII Patrum (Nicæni) 81. libro ad baptizandos. 82. libro qvod DEus peccatum non docuit nec mortem introduxit. 85. libro IV. commentari de creatura. 86. libro V. 85. 86. condemnatur 189. ſeq. 193. ſeq. 198. ſeq. 214. ſeq. 241-243. 304. ſeq. 325.

Theodori Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi damnatio à Vigilio Papa facta. 8. capitula LX. cum Vigilii reſponſione. 13-35.

Theophili Alexandrini ad Porphyrium Antiochiæ Epiſc. 106. *ἀπὸ τοῦ λόγου πρός τινας μοναχοὺς τὰ Ὠριγένους φρονοῦντας.* 261. *ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σκήτει ἁγίους.* 261.

Theophilus laudatur inter Patres qvorum doctrinum ſeqvi profitetur ſe Juſtinianus Imp. Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theol. Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Joannem CPol. Cyrillum, Auguſtinum, Proclum, Leonem, 58. 211.

Valentinus, Marcion, Baſilides, Apollinaris, Eunomius vivi à nulla Synodo condemnati, 114. his additur Cerinthus, Manichæus, Bonoſus. 313.

Vigilii Papæ Epiſtola ad univerſam Eccleſiam. 3. damnatio Theodori Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ. 8. Conſtitutum de tribus capitulis ad Juſtinianum Auguſtum. 10. Judicatum dicitur p. 57. aliud ejusdem Conſtitutum de condemnatione trium capitulorum. 217. Græcæ linguæ ignarus Acta Concilii Chalcedonenſis Latine verti cura-

curavit.39.ſeq.Ex Epiſtola ad Menam CPol afferuntur qvædam.45. à Juſtiniano conſultus de tribus capitulis, ſæpius ea condemnavit. 56.ſeq.condemnavit & Ruſticum ac Sebaſtianum diaconos Rom.id. in Epiſtola ad hos ſcripta. 175. Scripſit ad Valentinianum Tomitanum Scythiæ Epiſcopum. 57. Epiſtola illa exſtat 181. & ad Aurelianum Arelati. 57. Epiſtola exſtat 183. Epiſtola ad Eutychium CPol. 61. alia 214. utraqve Græce & Lat. Epiſtola ad Juſtinianum Imp. & Theodoram Auguſtam, Latine 175. adde 1070.

# Index ſcriptorum qvæ afferuntur vel citantur in Conciliis duobus adverſus MONOTHELITAS habitis, Lateranenſi A.C. 649. Romæ ſub Martino Papa: & CPolitano ſexto Oecumenico A. 680. ad paginas Tomi III. Concilior. edit. Harduin.

*Lateranenſe pag. 687. & CPolitanum pag. 1043. incipit.*

ABrodicorum hæreſis p. 1291. Gr. Τασκοδρούγων.
Acacius CPol. henoticon Zenonis machinatus. 1287.
Acephali 1292. monothelitæ. 775. junguntur cum Arianis, Apollinariſtis, Eutychianiſtis, Timotheanis, Theodoſianis & Gajanitis. 1083. Acephali novi ab Eſaia. 1289.
Adamiani hæretici. 1292.
Ademis Caryſtius, hæreticus. 1288.
Adrianus hæreticus. 1288.
Aëtius hæreticus. 1289.
Africanis in Conciliis præſidum Epiſcoporum, Columbi in concilio Numidiæ, Stephani in Byzaceno & Reparati in concilio Mauritaniæ Epiſtola ad Theodorum Papam, ſcripta A. 646. pag. 734. 735. Guloſi, Probi & ceterorum Epiſcoporum Concilii Proconſularis Synodica ad Paulum CPol. Epiſtola (cujus p. 735. 738. mentio) 742-751. Stephani & univerſi Concilii Byzaceni Epiſtola ad Conſtantium (Pogonatum) Imp. 738. 739.
Agathonis Papæ Epiſtola ad Conſtantinum (Pogonatum) Imp. ejusqve fratres Auguſtos Heraclium & Tiberium. 1073-1116. & ex alia Latina verſione 1485. ſeq. citatur 1333. 1336. 1397. 1420. Agatho-



Digitized by Google

thonis & Synodi Romanæ CXXV. Epiſcoporum Synodica. 1115-1139. & ex alia Latina verſione 1506. ſeq. citatur 1400. 1420.
Agnoetæ. 1292. infra in Themiſtio.
Alexander ærarius, hæreticus. 1288.
Ex S. Ambroſii Mediol. Epiſcopi (lib. 2. de fide) 743. 746. 747. de ſermone fidei 878. de ſermone fidei ſecundo. 866. ad Gratianum Imp. 1183. 1186. ex ſermone I. ad Gratianum Imp. 858. ex ſermone II. cujus initium: *Sed forſan arbitror per prateritum librum.* 1203. 858. 866. 1086. 1100. 1102. 1203. ex ſermone III. 859. ex interpretatione Evangelii ſecundum Lucam. 866. 1087. ex libro ſexto. 1203.
Amphilochii Epiſcopi Iconienſis ex ſermone in illud qvod dictum eſt ex ſe Filium nil facere poſſe. 863. in eo qvod dictum eſt, Pater major me eſt. 883.
Anaſtaſius Apozygarius hæreticus. 1289. Monothelita.
Anaſtaſii Epiſcopi Antiocheni, ex ſatisfactione pro Epiſtola apoſtolicæ memoriæ Leonis Papæ. 886. capite LX. cujus initium: εἰ ὡς μέμνηται τῶν ὀλίγῳ πρόσθεν ἡμῖν.
Anaſtaſius ὁ μέγας (in Latina verſione, *major*) citatur 1103.
Aphonitæ. 1292.
Apelles hæreticus. 1288.
Apergius Pergenſis Epiſcopus, Monothelita 1385.
Apollonides hæreticus. 1288.
Anthimus Trapezuntius hæreticus. 1289. libro ad Juſtinianum Imp. cujus initium: Θεῷ μεμνῆσθαι ἐν πάσῃ ὑποθέσει καλόν. 1240. 1301. ſeq.
Anthropomorphitæ. 1292.
Antidicomarianitæ. 1292.
Antitactitæ. 1292.
Apollinaris & Severi dogmata hæreticorum renovare auſi ſunt Monothelitæ. 711. 718. 722. Neſtorii ac Theodori (Mopſveſt.) 722. 846. 847. 850. Arii ac Apollinaris 847. 850. 887. 906. Arii ac Neſtorii 770. 887. 906. Severi 850. 770. 1397. 1453. Manetis, Apollinaris. 770. 1385. Themiſtii tritheitæ. 783. ſeq. 1453. 1397. 1437. Apollinaris. 771. 846. 1397. Arii, Eudoxii, Eunomii, Macedonii. 846.
Apollinaris ἀσέβεια. 838. 839. 1171. 1341. damnata in Concilio Cpolit. 1283. locus ejus citatur 1300. ex ejus ſcripto contra Theodorum (Diodorum Tarſ.) 892. 1105. ἐκ τῶν ἀπορίων, qvarum initium ἡ ζωὴ τῶν ζώντων αἰτία. 1248. 1301. ex ſermone de divina incar-

carnatione. 892. capitulo XIII. 894. ex ſermone in Epiphania incarnationis DEI. 892. 1105. de ſermone ſcripto ad eos qvi contra Divinam incarnationem Verbi certant propter homouſion. 892.
Apollinaris Laodicenus & ejus filius Apollinaris hæretici. 1289.
Arcadius θεῖος i.e. avunculus Sergii Cyprienſis Epiſcopi. 730.
Artotyritæ 1292.
Arius hæreticus 1289. 1341.
Artemo hæreticus. 1288.
Aſclepiodotus hæreticus. 1288.
Aſterius hæreticus. 1289.
Athanaſius Syrus hæreticus. 1289. Monothelita.
S. Athanaſius citatur 775. 902. 903. 1240. 1300. 1400. *ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας φωστὴρ* magnus Eccleſiæ lucifer. 819. ſermone de S. Trinitate & incarnatione, cujus initium: *οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφάς*. 1208. 1452. ex libro de incarnatione contra Apollinarium, qvi incipit: *ὁ μὲν τρόπος τοῦ εὐσεβοῦς*. 1224. 1236. 870. 1086. 1184. 1193. ſermone majore pro fide contra Apollinarium. 870. ſermone contra Apollinarem facto per interrogationem & reſponſionem. 870. ex libro qvo dicitur: nunc anima mea turbata eſt. 870. 871. 1365. 1368. ſeq. de ſermone contra Arianos tertio. 882. 1098. de dogmatica Epiſtola ad Antiochenos. 882. de ſermone Evangelii ſecundum Matthæum qvo ait: *qui dixerit verbum contra Filium hominis*. 882. ſeq. ex ſecundo ſermone contra Apollinarem. 1176. ſeq. 1180. libro IV. contra Arianos. 1232. Epiſcopus Alex. 882.
Ex S. Auguſtini, Hipponenſis (Hipponeregienſis 859. 1053.) Epiſcopi adverſus Arianos. 747. ex libro de gratia Novi Teſt. ad Honoratum 747. 870. ex interpretatione Evangelii ſecundum Johannem, homilia XXII. 859. ex interpretatione XCIII. Pſalmi. 866. Pſalmi. C. 867. de ſermone qvarto decimo Civitatis DEI. 867. qvinto libro contra Julianum Pelagianiſtam. 907. 910. 1090. ſeq. 1183. 1226. contra Maximinum Arianum. 1086. ſeq.
Bardeſanes. 1288.
Barſanuphitæ. 1292.
Barſumas Eutychetis advocatus. 1289.
Baſilides hæreticus. 1288.
S. Baſilius contra Eunomium ſcribens. 1456. 696. *ἐκ τοῦ κατ' Εὐνομίου συλλογιστικοῦ λόγου*. 860. lib. 1. contra Eunomium. 860. ad beatæ me-

memoriæ Amphilochium *695*.883.ad Amphilochium de S.Spiritu. 860. ſermone de gratiarumactione. 774. ex interpretatione primi Pſalmi. 860. de naturalibus voluntatibus ex ſermone de S. Spiritu cap. VIII. 863.

Benjamin Alexandrinus, hæreticus. 1289.

Blaſtus hæreticus. 1288.

Borboniani hæretici. 1292.

31. Homilia apologetica de diuturniore ſilentio. Initium: Ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως.

32. Poſt Nativitatem CHriſti,& ante Lumina. Initium: χθὲς τοῖς λαμπροῖς γενεθλίοις τȣ̃.

33. In primam Dominicam jejuniorum. Init. Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σȣ, Κύριε.

* 34. In infanticidium. Init. Τίς Θεὸς πλὴν τȣ̃ Θεȣ̃ ἡμῶν, ὁ Θεός.

35. De eodem feſto. Init. Οἱ μικρολόγοι τῶν ἰατρῶν.

36. Alia ſine titulo. Init. Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνός.

37. Alia ſine titulo. Init. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσήρχετο.

* 38. In primam Dominicam jejuniorum. Init. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σȣ.

39. In ſecundam Dominicam jejuniorum. Init. Ἤνυσαι μὲν ἰδȣ̀ σὺν Θεῷ καὶ ἡ.

40. In tertiam Dominicam jejuniorum. Init. Ἡ μὲν τῶν εὐαγγελίων πανίερ☉ βίβλ☉.

41. In qvartam Dominicam Qvadrageſimæ. Init. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις.

42. In qvintam jejuniorum. Init. Τὸ μὲν δὴ τῆς τεσσαρακονθημέρȣ.

43. In Dominicam ante Nativitatem, & in tres pueros. Init. Ἐπειδὴ πολυανθρωπότερον σήμερον τὸ ἄθροισμα.

44. Qvod non ſit accedendum ad divinos & præſtigiatores. Init. Χριστὲ ἄναξ αὐτοσυμπαθὲς αὐτόνυκτε.

* 45. In tertia Dominica jejuniorum & in S. Crucem. Init. Ἰδȣ̀ ἡ κλίνη Σαλομὼν ἑξήκοντα δυνατοί.

46. Homilia ſine titulo. Init. Ὅταν στρατοπεδευσάμενοι ἐνταῦθα κατίδω.

Deinde ſeqvuntur Catecheſes ejusdem.

Primæ Catecheſis initium: Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας.

Secundæ, init. Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου.

Tertiæ Catecheſis init. Ἔτι τρεῖς ἡμέραι καὶ Νινευί.

Qvartæ Catech. init. Τὴν ἀλλοίωσιν ἐλαίῳ.

Qvintæ init. Ὅποι τὸ πλῶμα, ἐκεῖ συν-

Sine titulo. Init. Ἀλλὰ καὶ Ἰωνᾶς ἐκεῖν☉.

Fol. 193. Epiſtola ad Nicolaum Grammaticum, qvi in Muſulmanorum religionem ſe contulerat &c. Hæc Epiſtola eſt inter primam & ſecundam Catecheſim. Init. Εἶτα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου.

 Ex

Hactenus Codex Coislinianus. Ex his ſolæ editæ homiliæ qvatuor qvibus aſteriſcum præfixi, 3. 34. 38. & 45.

VI. *Epiſtola ad Manuelem Ducam* Deſpotam Epiri & Theſſaliæ, MS. in Bibl. Cæſarea. Incipit: ἡττήμεθα νὴ τὰς σὰς ἀριστείας, ἡττήμεθα πανευτυχέστατε Δέσποτα. Vide Lambecium V. p. 107. ubi etiam memorat Manuelis Ducæ Epiſtolam ad Germanum, ad qvam hic reſpondet, & in qva Germanum * ille vocat παναγιώτατον δεσπότην καὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ χριστιανῶν ἀπλανέστατον ὁδηγόν.

*Mandatum ſeu Commonitorium Synodale*, traditum Chriſtophoro Metropolitæ Ancyrano, cum is ex Synodo Nicæna A. C. 1232. celebrata tanqvam legatus Patriarchalis ad Manuelem Ducam eſſet profecturus, MS. in eodem Codice Cæſareo, ſed poſteriore parte mutilum. Incipit: καιρὸς τοῦ βαλεῖν λίθους καὶ καιρὸς τοῦ συναγαγεῖν λίθους.

VII. *Onirocriticon.* Lambec. V. p. 237. ſeq.

## *Scripta Germani II. CPol. edita.*

I. *Epiſtola ad Gregorium IX.* Papam Rom. de unione, qvæ Latine ſæpius prodiit inter Gregorii IX. Epiſtolas & apud Matthæum Pariſ. ad A. 1237. cum alia Germani *ad Cardinales* Epiſtola: Et apud Odoricum Raynaldum ad A. 1232. n. 46. & in Conciliorum tomis cum Gregorii IX. reſponſione duplici, ut T. XI. Labbei pag. 318. & Tom. VII. Harduin. pag. 149. Sed Harduinus primus etiam Græce dedit pag. 1961. acceptam à V. C. Michaële le Qvien, qvi ex Codice Regio 2503. deſcripſerat. Incipit: ὦ Κύριε, σῶσον δή, ὦ Κύριε εὐόδωσον δή. Apud eundem Harduinum pag. 157-162. Græce & Latine exſtat definitio apocriſiariorum Gregorii IX. ad Germanum miſſa qvod Spiritus S. à Patre Filioqve procedat æqvaliter, hæc in Codice Cæſareo apud Lambecium III. p. 118. inſcribitur: ἔκθεσις τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως τῶν Λατίνων, συγγραφεῖσα καὶ ἀποσταλεῖσα παρὰ Γρηγορίου Πάπα Ῥώμης πρὸς Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. In eodem Codice Cæſareo ſubjuncta Germani reſponſio Græce adhuc inedita: τοῦ ἁγιωτάτου Γερμανοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἱερᾶς συνόδου ἀπάντησις πρὸς τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν τοῦ πάπα, καὶ πρὸς τοὺς ὑπ' ἐκείνου σταλέντας Φρεμενουρίους (f) καὶ λοιποὺς περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Hanc Latine vulgavit Lucas Waddingus in Annali-

* Nicephoro Gregoræ ſub initium libri Hiſt. ἀνὴρ συνετὸς, καὶ ἀρετῇ καὶ λόγῳ βίον κοσμήσας.

f) al. Φρεμινορίους, fratres Ordinis minorum intellige.

Digitized by Google

nalibus Ordinis Minorum, diverſam à priore Germani ſcripto de proceſſione Spiritus S. qvod ex Allatio paullo ante p. 210. ſeq. memoravi, illius qve veluti ſumma ac compendium. Confer Altimuram p. 359. 360. panopliæ contra ſchisma Græcorum.

II. *Homiliæ variæ.* 1) *In infantes Bethlehemiticos.* Κυρȣ̃ Γερμανȣ̃ Domini Germani εἰς τὴν σφαγὴν τῶν ἁγίων νηπίων, ϗ εἰς τὴν ἀρχὴν τȣ̃ κατὰ Μάρκον Ἐυαγγελίȣ, ἀναγινωσκομένη κυριακῇ πρὸ τῶν Φώτων. Incipit: τίς Θεὸς πλὴν τȣ̃ Θεȣ̃ ἡμῶν. Græce ex Codice Auguſtano edidit David Hœſchelius inter Homilias ſacras variorum Patrum, Auguſtæ Vindel. 1586. p. 154-181.

2) *In exaltationem venerandæ Crucis, & contra Bogomilos.* εἰς ὕψωσιν τȣ̃ τιμίȣ ςαυρȣ̃, καὶ κατὰ Βογομίλων. Incipit: πάλιν ἑορτῆς μυςήριον, καὶ πάλιν ὁ ἐμὸς λαὸς χορευτὴς μυςικός. Græce & Latine edidit Jacobus Gretſerus Tom. 2. de Cruce pag. 156-173. Ingolſtad. 1600. 4.

3) In vivificam Crucem, tertia jejuniorum Dominica. Τῇ τρίτῃ κυριακῇ τῶν νηςειῶν, καὶ εἰς τὸν ζωοποιὸν ςαυρόν. Incipit: ἰδὸυ ἡ κλίνη Σολομῶν. Græce & Latine apud eundem Gretſerum p. 294-308.

4) *In adorationem Crucis, tempore medii jejunii.* Ἐις τὴν προσκύνησιν τȣ̃ τιμίȣ καὶ ζωοποιȣ̃ ςαυρȣ̃ ἐν τῷ καιρῷ τῷ μεσονηςίμῳ. Incipit: Φωτίζȣ Ἱερȣσαλήμ. Græce & Latine apud eundem Gretſerum pag. 308-331.

5) *in primam jejuniorum Dominicam, & in ſanctarum imaginum reſtitutionem.* Ἐις τὴν πρώτην κυριακὴν τῶν νηςειῶν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἀναςήλωσιν. Incipit: ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σȣ Κύριε τῶν δυνάμεων. Græce & Latine apud eundem Gretſerum pag 549-565. In hac qvoqve homilia Bogomilorum mentio pag. 552. ἠρώτησέ μέ τις τῶν δαιμονοπροσώπων τȣ́των Βογομίλων. διὰ τί, Φησι, προσκυνεῖτε τοίχȣς καὶ σανίδας καὶ ἄσβεςον καὶ διάφορα χρώματα; Latine exſtat etiam ex Gretſeri verſione in ſupplemento Bibl. Patrum Morelliano Pariſ. 1639. Tom. I. pag. 70. & in Bibl. Patrum Colonienſi A. 1618. Tom. XI. & in Lugdunenſi A. 1672. Tomo XX.

6) *In Dominici corporis Sepulturam, & in magnum Sabbatum;* λόγος εἰς τὴν Θεόσωμον ταφὴν τȣ̃ Κυρίȣ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃, ῥηθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τȣ̃ μεγάλȣ Σαββάτȣ. Incipit: σάββατον μέν ἐςι σήμερον. Græce & Latine vulgavit Combefiſius Tom. I, auctarii novi

Digitized by Google

novi pag. 1469-1524 Pariſ. 1648. fol. Latine ex Combefiſii verſione in Tom. XX. Bibl. Patrum edit. Lugd. & in Bibliotheca Patrum Concionatoria Combefiſiana.

In decollationem S. Joannis Baptiſtæ homiliam Germani à Combefiſio editam tradit præſtantiſſimus Caveus lapſus memoria: Andreæ enim Cretenſis non Germani ſermonem eo de argumento Combefiſius publicavit. Andreæ etiam eſt non Germani Idiomelon in Annunciationis feſtum ab eodem Caveo memoratum.

III. *Epiſtolæ duæ* ſuo & Synodi nomine miſſæ *ad Cyprios, eorumque Archi-Epiſcopum Neophytum*, cum cogerentur à Latinis, * illis ſubjici. Prior incipit: ἡ νῆσος ἡ Κύπρος. altera: ἄνδρες φιλοχριστότατοι καὶ φιλευσεβεῖς. Græce & Latine edidit Cotelerius Tom. 2. monument. Eccleſiæ Græcæ pag. 462. & 475-482. Pariſ. 1681. 4.

IV. *Decreta tria* in Jure Orientali Enimundi Bonefidii A. 1573. 8. apud H. Stephanum edito libro II. Græce p. 89. ſeq. & Latine p. 156. atq; in jure Græco Romano Marqvardi Freheri Francof. 1596. fol. Græce & Lat. p. 232-238. *primum* contra Joannem ** metropolitanum Naupacti de qvibusdam Epiſcopalibus monaſteriis, & de virgine qvæ ante pubertatem, nuptialem benedictionem accepit: datum indictione VIII. A. 6743. hoc eſt Anno CHriſti 1235. *ſecundum* & *tertium* de paralauriis patriarchalium monaſteriorum, ad qvem pertinere debeant. In his & Synodi mentio & ὑπομνημάτων συνοδικῶν de Patriarchalibus ſtavropegiis factorum XXVII. Nov. & VIII. Januar. Indictionis V. hoc eſt Ao. 1232.

Germanus tertius Malchuz, ex Hadrianopolitano Epiſcopo Patriarcha CPolitanus fuit A. 1267. paucis menſibus, cui male tribuuntur à Frehero decreta, qvorum è Jure Græco Romano jam mentio feci, cum ſint Germani ſecundi, ut recte Cotelerio obſervatum T. 2. monument. p. 680.

## Alii qvidam Germani præter CPolitanos.

GErmanus Rhaſoxeſtes Ancyranus Metropolita in Iſagoge peccatorum ad Pœnitentiam, citatur à Nic. Comneno in prænot. myſtagogicis p. 399.

Germa-

* Willebrandus ab Oldenburg, illorum temporum ſcriptor, in συμμίκτοις Allatii p. 141. *Græci quibus Latini per totam Cyprum dominantur, tredecim habent Epiſcopos, quorum unus eſt Archiepiſcopus. Omnes ipſis Francis obediunt, tributum tanquam ſervi perſolventes.*

** Male interpres *Dominum Joannis* pro *Dominum Joannem* κατὰ τοῦ μητροπολίτου Ναυπάκτου κυρίου Ἰωάννου.

Germanus hegumenus, fundator Monaſterii Coſinitres in confiniis Thraciæ ac Macedoniæ, de qvo Papebrochius ad 12. Maji T. 3. p. 161. ſeqq. Ejusdem vita, βίος καὶ πολιτεία, Græce è MS. Florentino Bibl. Laurentianæ, exſtat in appendice ad illum Tomum p. 7.

Germanus Antiſſidorienſis Epiſcopus cujus vitam ſcripſit Conſtantius Lugd. presbyter apud Surium 31. Jul. & Hericus carmine. De eodem Vita S. Amatoris T. 1. Act. Sanctor. Maji p. 57. Tillemontius T. XV. memor. p. 1. ſeq. Henr. Noris in Hiſtoria Pelag. qvi notat non ſupervixiſſe Annum 450.

Germanus Epiſcopus Pariſienſis, qvi Concilio Turonenſi A. 567. & Pariſienſi A. 573. interfuit, A. 576. defunctus: cujus Epiſtola ad Brunechildem Reginam edita à Sirmondo T. 1. Concil. Galliæ, extat apud Labbeum T. 5. Concil. p. 923. ab Harduino omiſſa. De hoc Germano Martyrologium Rom. 28. Maji, Acta Sanctor. Maji T. 6. p. 774-806. Mabillonius ſæculo tertio Benedictin. Vincentius Barralis in Vitis Abbatum Lerinenſium p. 184. ſeq. &c.

Omitto alios Germanos Epiſcopos complures in Conciliorum actis memoratos, & Germanos Martyres, & Germanum cujus mentio in Actis paſſionis Eudociæ Samaritanæ, ſub Trajano ut ajunt paſſæ T. 1. Act. Sanctor. Maji p. 11. 13. &c.

VII. De JOANNE CARPATHIO, qvem præſtantiſſimus Caveus incerta conjectura ad octavi ſæculi refert initia, & de Capitibus ejus aſceticis prioribus XCVII. & poſterioribus XCIV. dictum eſt Vol. IX p. 446. Sunt & adhuc inedita qvædam de qvibus Lambecius lib. V. p. 11.

COSMAS Hagiopolites ſive Hieroſolymitanus, non confundendus cum Coſma Monacho ſeniore, a) qvem ex Italia venientem Damaſcum, Saraceni ceperunt, & Joannis Damaſceni pater è captivitate liberatum Joanni filio ſuo & Coſmæ illi juniori præceptorem præfecit, ut diſerte narrat Joannes Hieroſolymitanus in vita Joannis Damaſceni p. VII. Hic junior non Archiepiſcopus qvidem ut tradit Corderius in Catena ad Lucam, ſed poſt Petrum b) Epiſcopus Majumæ in Palæſtina factus eſt, circa A. 743. atqve cum ſodali ſuo Joanne Damaſceno longe celebratiſſimus inter Melodos Græcæ Eccleſiæ, qvæ memoriam ejus colit 14. Octobr. De hoc Svidas in Ἰωάννης ὁ Δαμασκ. συνήκμαζε δ' αὐτῷ καὶ Κοσμᾶς ἐξ Ἱεροσολύμων ἀνὴρ εὐφυέστατος καὶ πνέων μουσικὴν

Ee ὅλως

a) Hinc emendabis qvæ ſcripſi ſupra p. 131. & doctiſſimum Caveum, qvi ex duobus hiſce Coſmis unum facit in Hiſtoria literaria ad A. C. 730.

b) Vide Mich. le Qvien notas ad vitam Jo. Damaſceni p. XX. ſeq.

ὅλως τὴν ἐναρμόνιον. Οἱ γοῦν ᾀσματικοὶ κανόνες Ἰωάννου τε καὶ Κοσμᾶ σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο οὐδὲ δέξαιντο μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται. *Joannis Damaſceni æqvalis floruit Coſmas Hieroſolymitanus, vir ingenioſiſſimus, & omnino muſicam harmoniam ſpirans. Illi autem canticorum canones Joannis & Coſmæ, nullam cum aliorum hymnis comparationem admiſerunt nec admittent quamdiu hominum vita durabit.* Hymni tamen Coſmæ qvibus utitur Eccleſia Græca, pleriqve tribuuntur Coſmæ non Epiſcopo ſed Monacho, ut ſeniorem etiam Coſmam in hoc genere elaboraſſe credibile ſit, & interjecto tempore utriusqve lucubrationes confundi vel ad unum referri contigerit: vel Hieroſolymitanus etiam appelletur Monachi nomine, Monachus qvod ante Epiſcopatum pleroſq; hymnos compoſuiſſet. In illis exponendis Joannem Zonaram, Theodorum Prodromum, Marcum Eugenium & Georgium Corinthi Metropolitam verſatos notavit Allatius de Georgiis pag. 418. *Hymni* ipſi pleriqve ſunt acroſtichi, ſive ita compoſiti, ut primæ contaciorum litteræ ſententiam conficiant, Græce vix usqvã exſtant editi qvod ſciam, niſi in Triodio nonnulli, de qvo Allatius p. 72. ſeq. de libris Eccleſiaſticis Græcorum. Nondum edita etiam Coſmæ Melodi Vita, ex qva freqventer loca Græce producit Allatius de libris Eccleſ. Græcorum p. 120. 128. 138. 291. & de purgatorio pag. 740. Incipit: τιμᾶν ἐστιν ἄξιον τοὺς ἐφευρηκότας τὰ κάλλιστα. Latine Hymni illius XIII. in Bibliothecis Patrum & primum in appendice Bigneana A. 1579. deinde in cæteris editionibus & noviſſima Lugdunenſi Tom. XII. pag. 737-746. Necdum lucem vidit qvoqve Coſmæ Hieroſolymitani *Metaphraſis Pſalmorum Davidis verſibus politicis*, qvi ſi idem eſt Coſmas nullum antiqviorem novi qvi illo verſuum genere uſus fuerit. Exſtat illa MSta in duobus Codicibus Bibl. Cæſareæ de qvibus Lambecius III. pag. 103. & IV. pag. 216. ſq. male priore loco notans genus carminis eſſe jambicum. Incipit prooœmium: μετὰ τὸν μέγιστον Μωσῆν καὶ μέγαν ἐν Προφήταις. Et Pſalmi primi metaphraſis:

Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν ψαλμῶν ἔχουσι λόγων εἴδη
Ὁ δὲ παρὼν καὶ πρώτιστος εἶδος διττὸν ἐπέχει
Διδακτικὸν, συνηθικόν &c.

Præter hos duos Coſmas fuere & alii hoc nomine, ut Coſmas cujus librum primum Αἰγυπτιακῶν laudant ſcholia Græca in Apollonium lib. IV. 262. Coſmæ tres inter Patriarchas Alexandrinos memorati in Chronico Orientali pag. 126. 132. 133. Coſmas ſcholaſticus Alexandrinus de qvo Jo. Moſchus in prato cap. 172. ubi adverſus Judæos eum ſcri-

ſcripſiſſe & multos libros poſſediſſe refert: Coſmas Abbas Hieroſolymitanus de qvo idem Moſchus cap. 40. Coſmas Indicoplevſtes de cujus topographia Chriſtiana dixi lib. 3. cap. 25. Coſmas Veſtitor, Diaconus Apoſtolopolitanus (vide Lambec. VIII. pag. 300.) qvi ſcripſit de reliqviis S. Chryſoſtomi CPolin translatis. Vide infra pag. 619. & Volumen VII. pag. 556. Neſcio idemne Coſmas cujus ſermo paræneticus ad peccatorem contumacem MS. in Bibl. Cæſarea incipit: *ὅσα σοι πεπλημμέληται.* Lambec. VIII. pag. 449. Coſmæ cujusdam Logica in Codice MS. ſæculi XI. Bibl. Chigianæ Romæ teſte Montfaucono pag. 238. Diarii Italici. De Coſma ſive uno ſive triplici ſancto hujus nominis qvem cum Damiano colit Eccleſia Romana Cal. Julii, 17. Octobr. & Cal. Novembr. ſermones veterum panegyricos memoravi Volum. IX. pag. 68. qvibus adde hunc Andreæ Cretenſis qvem ſervo adhuc ineditum, qvi incipit: *ναὸς ὄντως τῆς Τριάδος ἡ δυὰς τήμερον.* Omitto plures Epiſcopos Coſmas in Conciliorum Actis memoratos & Coſmam mercatorem ſub Leone Baſilii F. de qvo continuator Theophanis pag. 220.

TARASIUS Photii magnus avunculus, Patriarcha CPol. ab A. 784. ad 806. ſub qvo habitum Concilium II. Nicænum A. 787. pro cultu imaginum. Vitam ejus deſcripſit *Ignatius* a) diſcipulus, & Svida teſte ex Diacono CPol. Metropolita Nicænus, qvæ Græce MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio VIII. pag. 92. Latine exſtat apud Lipomannum, Surium & Bollandum XXV. Febr. Incipit: *μέλλων ἀπείρῳ μεγέθει.* Scripta Taraſii qvæ habemus edita, omnia Actis jam dictæ Synodi II. inſerta ſunt Tomo tertio edit. Binianæ, Labbei VII. & Harduin. IV. ſunt autem hæc:

*Apologeticus ad populum*, qva die Patriarchatum A. 784. eſt ingreſſus. Act. 1. Tomo IV. Harduin. p. 23. Incipit: *οἱ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν πίστεως.*

*Epiſtola ad Conſtantinum Imp. & Irenem* Act. VII. pag. 471. Incipit: *δοξάζεται ἡ τῆς ἐκκλησίας κεφαλὴ Χριστός.*

*Epiſtolæ II. ad Hadrianum I. Papam.* Act. VIII. pag. 508. & 512. Prior incipit: *ἤρκει μὲν ἡ σωτηριώδης οἰκονομία.* Poſterior * contra Simoniam, ſubjunctis teſtimoniis Scripturæ ſacræ & Canonum Apoſtol. Synodi

Ee 2

a) Idem Ignatius ſcripſit *vitam Nicephori Patriarchæ* CPol. quæ exſtat in Actis Sanctor. 13 Mart. Tom. 2. Græce p. 704. & Latine pag. 294. De aliis ejus ſcriptis dixi lib. 2. c. 9. §. 8. & lib. 5. cap. 1. pag. 45.

* Hæc exſtat etiam in jure Græco Rom. lib. 3. pag. 190.

Digitized by Google

Synodi Chalced. & ſextæ CPol. Baſilii, Gennadii CPol. & auctoris vitæ Chryſoſtomi, incipit: πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, εὐαγγελικῶς &c.

*Epiſtola Encyclica ad Patriarchas Orientales*, Antiochenum & Alex. Act III. p. 130. incipit: πολλαῖς καὶ μεγάλαις προνοίαις. cum Orientalim reſponſione. pag. 136. Incipit: τοῖς πανιέροις καὶ ἐκ θείας ἐπιπνοίας ὑπαγορευθεῖσι λιβέλλοις τῆς ὑμετέρας ἐντετυχηκότες ἀποστολικῆς τε καὶ πατρικῆς ἁγιωσύνης.

*Epiſtola ad Joannem* presb. & hegumenum. Act. VIII. pag. 520. Incipit: ὁ ἐκ θείων ναμάτων τοῦ θείου Πνεύματος.

*Homilia* necdum qvod ſciam edita *in S. Maria trimulæ præſentationem in Templo*, cujus initium: Φαιδρὰ καὶ παράδοξος ἡ παροῦσα πανήγυρις, MS. in variis Bibliothecis, ut Regia teſte Labbeo pag. 80. & Coisliniana apud Montfaucon. pag. 212. Meminit etiam Allatius de Simeonibus pag. 113.

VIII. MICHAEL Presbyter & Thomæ Patriarchæ Hieroſol. SYNCELLUS * amicus Theodori Studitæ (cujus exſtant ad eum Epiſtolæ) non minus qvam ille multa & gravia pro imaginum cultu paſſus poſt ſæculi noni initia: Exſtat ejus

1. *Encomium Dionyſii Areopagitæ*. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον. Incipit: οὐρανίαν ὄντως καὶ θείαν ἔδει παρεῖναι. Græce ex chirographo Georgii Hermonymi, Spartani vulgavit Godfridus Tilmannus, Carthuſianus Pariſ. 1547. 4. apud Rob. Stephanum. Græce & Latine cùm verſione Baſilii Millani, Caſſinatis Monachi à Petro Lanſſelio S.I. caſtigata occurrit in editione Dionyſii Græco latina Corderiana Antvverp. 1634. fol. T. 2. p. 207-242. Citat Svidas in Διονύσιος.

2. *In SS. Archangelos & Angelos*. Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους τοῦ Θεοῦ ἀρχαγγέλους καὶ ἀγγέλους, καὶ πάσας τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις. Incipit: τὸν

* Tilmannus & Millanus *Michaelem Syngelum* vocant, presbyterum Hieroſol. At non nomen gentile ſeu proprium eſt σύγγελος ſive σύγκελλος, ſed nomen officii ac dignitatis, velut concellanum & domeſticum dicas, Patriarchæ fere proximum & Metropolitis ſive parem ſive etiam præferendum. Vide qvæ de Georgio Syncello Volum. VI. p. 149. & Gangii gloſſarium utrumqve, Jo. Morinum de ſacris Ordinationibus p. 247. ſeq. & notas poſteriores ad paginam Cedreni 1. & 338. & 456. 686. Combefiſium T. 1. auctar. novi p. 1579. & de Mich. Syncello Nicephorum Gregoram in ejus elogio qvod incipit: νόμος οὗτος ἤνθησε πάλαι παρ' Ἕλλησι. Jo. Scylitzem ac Georgium Cedrenum. Menæa Græcorum 18. Decembr. σύγγελος παρὰ τοῦ Ἱεροσολύμων Ἐπισκόπου κατίσταται. Thomas Patriarcha Hieroſol. fuit ab A. 802.

τὸν μὲν λόγον ἡ προθυμία κινεῖ. Græce è MS. Mazariniano publicavit & verſionem Latinam addidit Franciſcus Combefiſius T. 1. auctarii novi p. 1525 - 1580. Latine ex Combefiſii verſione in Bibl. Patrum T. XXIV. edit. Lugd. p. 225.

3. *Epiſtola* ἀπαγορευθεῖσα Ἀραβιςὶ concepta Arabice à Theodoro Abucara, & ex Arabico à Michaële Syncello verſa Græce, de fide orthodoxa Chalcedonenſis Concilii, atqve *Thomæ* Patriarchæ Hieroſol. nomine transmiſſa ad Armenios. Vide ſi placet qvæ notavi Volum. IX. p. 176. & 178. Prodiit Græce & Latine inter Theodori Abucaræ Opuſcula à Jac. Gretſero edita ad calcem hodegi Anaſtaſii Sinaitæ p. 428-451. Ingolſtad. 1606. 4. Incipit: χριςὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. Vertit Franciſcus Turrianus. De MS. Cæſareo vide Lambecium V. p. 13.

4. *Profeſſio Fidei.* Incipit: πιςεύω εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν γεννητὸν, καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτὸν, τρεῖς ὑποςάσεις. In MS. Cæſareo apud Lambecium III. p. 163. inſcribitur Μιχαὴλ ἱερέως καὶ Συγκέλλου. In alio apud eundem V. p. 138. ſeq. Μιχαὴλ Συγγέλου Ἱεροσολύμων λίβελλος περὶ ὀρθοδόξου πίςεως. Eandem è Codice Segvieriano ſive Coisliniano primus publicavit eruditiſſ. vir Bernardus de Montfaucon in Catalogo MSS. Græcorum illius Bibl. p. 90-93. Pariſ. 1715. fol.

5. *Carmina varia*, adhuc inedita. Allatius in notis ad Euſtathium Antiochenum p. 284. pollicitus fuit ſe carmina ſua Græca in Deiparam aliosqve ſanctos publicaturum *cum Sophronii Hieroſolymitani, Sophronii Monachi iatroſophiſtæ, Heliæ Syncelli, Michaelis Syncelli, & Ignatii Grammatici Diaconi elegantiſſimis, piiſſimis, & mellitiſſimis* de eodem argumento *carminibus.*

6. *Syntactica methodus* ſeu *de conſtructione Orationis*, MS. in Bibl. Palatina qvæ in Vaticanam tranſiit. Vide Sylburgii Catalogum MSS. Bibl. Heidelberg. p. 109. Μέθοδος περὶ τῆς τοῦ λόγου συντάξεως, σχεδιασθεῖσα ἐν Ἐδέσσῃ τῆς Μεσοποταμίας, αἰτήσει Λαζάρου διακόνου καὶ λογοθέτου, φιλολόγου ὄντος. Incipit: ἡ περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου διδασκαλία. MS. Coislinian. p. 230.

## *Alii Michaeles qvi Græce ſcripſerunt.*

Michaël *Acominatus* Choniates, Nicetæ Hiſtorici frater major natu, Metropolita *Athenienſis* & Rhetor circa A. 1210. cujus Hiſtoriarum pars

pars MS. in Bibl. Cæſarea : & variæ lucubrationes Græcè MSS. Oxoniæ in Bibl. Bodlejana Codice Barocc. 131. ut dixi Volum. VI. p. 402. ubi de Niceta, fratriſqve Michaëlis Monodia in illum defunctum, qvæ Latine tantum prodiit ex Petri Morelli verſione atqve incipit : *o calamitoſum nuncium.* Sed qvæ Græce exſtat in jam dicto Codice Barocciano, ejus hoc eſt initium : *κωφὸς μὲν ἀνήρ.* Oratio in Michaëlem Patriarcham qvæ eſt in eodem Codice atqve incipit, *ἐςί πυ*, fortaſſe fuerit in Michaelem Autorianum, Patriarcham CPol. defunctam A. 1214. Oratio funebris in Neophytum Archimandritam Athenienſem, incipit : *εἰ Σολομῶν ἔφη πυ γνωματεύων.*

Michaël Patriacha *Alexandrinus*, cujus Epiſtola ad Baſilium Macedonem Imp. A. 870. data exſtat in Actis Concilii CPol. illo anno celebrati Actione IX. T. VIII. Labbei pag. 1111. Latine, & Græce ac Lat. p. 1326. (Harduin. T. V. p. 884. & 1091.)

Michaël *Anchialus*, vide infra, CPolitanus Patriarcha.

Michaël *Antiochenus* Patriarcha circa A. 1580. cujus Epiſtolæ qvædam in Cruſii Turco græcia lib. 1. & 4.

Michaël *Ἀποςόλης* ſive APOSTOLIUS, Byzantinus, exul è Græcia in Italiam venit medio ſæculo decimo qvinto : à Beſſarione primum benigne habitus, deinde ejus deſtitutus liberalitate, in Creta inſula libris deſcribendis vitam toleravit. Vide Allatium III. 3. de conſenſu § 7. pag. 938. Montfauconi palæographiam Græcam pag. 82. & Lambecium VII. p. 114. Pater fuit *Arſenii* patria Cretenſis, Monembaſiæ (in ditione tunc Veneta) Epiſcopi (cujus plura ſcripta a) habemus) nec non *Ariſtobuli Apoſtolii*, Hierodiaconi, cujus Epigramma Græcum legigitur

a) Hic eſt Arſenins qvi ſcholia Græca in ſeptem tragœdias Euripidis collegit, eaqve Græce edita Venetiis 1534. 8. dicavit Paulo III. Pontifici, epiſtola plena qverelarum in qva & Græcos & ſe contemni fremit. *Μάχονται Ἀγαρηνοὶ χριςιανοῖς · ἀμφότεροι δὲ τοῖς ταλαιπώροις Γραικοῖς - · ἡμεῖς δὲ δύςηνοι Μεγαρῆες ·* Jam qvintum decimum annum Romæ meliorem fortunam fruſtra exſpectaſſe ſe apud Leonem X. expoſtulat. *Ταῦτα δὲ καὶ τοιαῦτ᾽ ἐν Ῥώμη πεντεκαιδέκατον ἔτος οἶμαι τῷ τῶν γονυπετῶν ἐνώπιον Λέοντος τῦ παναγιωτάτυ παρετραγῴδησα γοερῶς. ὃς οὐχ᾽ ὅλως τινὶ συσχεθεὶς, προμηθειάν τινα γραφῆναι προςέταχεν, ἥτις ἐς τόδε μένει νεκρά.* Ait non fore iniqvum ſi in tanto Cardinalium numero unus etiam vel alter Græcus cooptetur, *καίτοιγε ὐχ ἀποικὸς ἦν ἕνα ἢ δύο τῶν Ἑλλήνων ἐν τοσύτοις παντοδαποῖς ἐναριθμεῖσθαι τῶν Καρδηνάλεων.* Anno proximo 1435. hic Arſenius Venetiis è vita diſceſſit. Vide Lambecium VII. p. 236. ſeq. A Latinorum cum ſtaret partibus, à Græcis ſuis excommunicatus eſt, ut narrat Manuel Malaxus apud Cruſium lib. 2. Turco Græciæ p. 146. ſeq.

gitur in Varini Camertis theſauro ſive hortis Adonidis, Venet. A. 1496. editis. Idem Ariſtobulus præfationem Græcam præfixit poëmati ludicro, cui titulus *γαλεωμυομαχία*, b) & in eo mentionem facit duplicis operis à parente ſuo Michaële Apoſtolio ad Caſparum Uxamæ ſive Oſmi in Hiſpania Epiſcopum concinnati, qvorum prius, *ἰωνιά* ſive *violetum*, non violis ſed ſententiis & apophthegmatibus virorum ſapientum conſitum, nec dum lucem vidit: alterum *de proverbiis* ultra bis mille, poſt epitomen Græce vulgatam Baſil. 1538. 8. plenius longe editum Græce & Latine, notisqve illuſtratum à Petro Pantino eſt Lugd. Bat. 1619. 4. c) Galeomyomachiam incerti ſcriptoris illam ait Ariſtobulus ſevelut prodromi loco præmittere violario Patris ſui mox typis exſcribendo. *ἅμα δὲ καὶ οἷόν τινα κήρυκα προεκπέμψαι τῆς οὐ μετ' οὐ πολὺ τυπωθησομένης Ἰωνιᾶς. Ἐφ' ἣν πολλὴν σπουδὴν ὁ ἐμὸς πατὴρ κατεβάλετο. Τὰς γὰρ διατριβὰς ἐν Ῥώμῃ πάλαι ποιούμενος Γασπάρει τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Ὄσμου συναγωγὴν παροιμιῶν συνθῆναι ὑπέσχετο. Ἀρξάμενος δὲ τῶν παροιμιῶν συνυπεμνήσθη καὶ γνωμῶν, ἀποφθεγμάτων τε καὶ ὑποθηκῶν ἀρχαιοτάτων καὶ σοφωτάτων ἀνδρῶν, ἀδελφὰ γὰρ ἀλλήλοις εἰσὶ παροιμίαι καὶ γνῶμαι καὶ ὑποθῆκαι καὶ ἀποφθέγματα.* Ex hâc *ἰωνιᾷ* parentis puto eſſe depromtum volumen ab Arſenio filio qvod Græce edidit Romæ in 8. Leoniqve decimo dicavit ſub titulo: *ἀποφθέγματα φιλοσόφων καὶ στρατηγῶν ῥητόρων τε καὶ ποιητῶν*, ordine digeſtum alphabetico illorum qvorum ſententiæ & apophthegmata referuntur. Apoſtolii paroemiæ editis duplo auctiores qvæ manu eleganti ſcriptæ fuere apud Carolum de Montchal teſte Labbeo p. 205. Bibl. novæ MSS. non opinor duplo auctiores fuere editione Pantiniana, ſed illa Baſileenſi Epitome.

*Ad affinem ſuum, ſuper eo quod ad ſecundas nuptias tranſierat iratum, oratio deliberativa*, MS. Lambec. VII. p. 115. & in Bibl. Bodlejana, Codice Barocc. 76. Incipit: *ἐν ἄλλοις τῶν ἀναγκαίων*.

*Oratio funebris in Beſſarionem Cardinalem*, memoratur à Labbeo pag. 71. habuit etiam Petrus Pantinus & Andreas Schottus.

*Monodia funeralis in Andream Calergem.* id. pag. 109.

*Epicedium Galateni, Epitaphium Calotaræ & Epiſtola ad Petrum Calergem* citantur ab Allatio de Synodo Photiana p. 541.

*Apolo-*

b) De hac Galeomyomachia dixi lib. 2. c. 2. §. 2.

c) Confer qvæ de his Apoſtolii proverbiis dicta lib. 4. c. 9. §. 9.

*Apologia pro Gemiſto Plethone adverſus Theodori Gaza* περὶ ὐσίας librum, Platonis Philoſophiæ detrahens, Ariſtotelicam extollens. MS. in Bibl. Cæſarea & Bodlej. πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀριστοτέλους περὶ ὐσίας κατὰ Πλήθωνος, Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ ἀντιλήψεις. Incipit: ἔδει Πλήθωνα. Vide Lambecium VII. p. 113. Per hoc ſcriptum, Beſſarionis gratia excidiſſe videtur Apoſtolius, nam ut Allatius p. 387. diatribæ de Georgiis notat, illi non modo reſpondit Andronicus Calliſtus, ſed etiam ipſe Beſſario epiſtola de hac re data temerarios Apoſtolii conatus repreſſit, compulitqve ad palinodiam: præclare etiam monuit, οὐ λοιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου ἀλλ᾽ ἀποδείξεσι καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ φίλῳ συνηγορητέον, τὸν δ᾽ ἐχθρὸν ἀμυντέον. *non conviciis in adverſarium, ſed demonſtrationibus atque inſolubilibus rationibus amico ſuppetia ferenda ſunt, & vindicta de inimico ſumenda.* Beſſarionis ad Apoſtolium Epiſtolam memorat Labbeus p. 198. & 99.

*Menexenus*, Dialogus *de SS. Trinitate.* Utrum Judæi rectius Unum, an Chriſtiani Trinum colant DEUM. Perſonæ dialogi ſunt Menexenus Cydoniates, Diophanes Gortynius, Laonicus Byzantius. Incipit: ποῖ δὴ καὶ πόθεν ὦ φίλε Μενέξενε. MS. Lambec. VII. p. 114.

*Diſceptatio adverſus eos qui Occidentales Orientalibus ſuperiores eſſe contendebant quoad Philoſophiam, & in declarando modo Generationis CHRISTI & Proceſſionis SPiritus Sancti.* MS. in Bibl. Bodlejana, Cod. Barocc. 76.

Προσφώνημα εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον τὸν Παλαιολόγον, ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ ὁμολογία τῆς αὐτοῦ πίστεως ὑποπτευομένης. *Allocutio ad Imp. CPol. Conſtantinum Palaeologum, qua continetur ſuſpecta religionis ejus Confeſſio.* MS. Lambec. VII. pag. 115. Incipit: πολλῶν ὄντων, θειότατε Βασιλεῦ. In hac Proceſſionem Spiritus S. ex ſolo Patre docere notat Lambecius, ſed Eraſmus Schmidius in notis ad Jo. XV. 26. p. 735. mentionem facit Orationis Apoſtolii ſcriptæ circa A. 1440. qva Proceſſionem Spiritus Sancti à Patre & Filio aſtruit.

*Allocutio ad Joannem Argyropulum, Magiſtrum ſuum*, gratulans ipſi de auſpiciis muneris publice docendi ſuſcepti CPoli in Auditorio Xenodochii: προσφώνημα εἰς τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον Ἰωάννην τὸν Ἀργυρόπουλον, ὅτε ἤρξατο διδάσκειν ἐν τῷ τοῦ ξενῶνος μουσείῳ. Incipit: τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνθρώπων. MS. Lambec. VII. pag. 116.

*Epiſtolæ XLV.* ad Gemiſtum Plethonem, Manuelem Chryſoloram, Laonicum Chalcocondylam, Joannem Argyropulum, Marcum Muſurum, Michaelem Marullum, Joannem Chryſoloram, Cardina-

dinalem Beſſarionem, Petrum Callergem alioſqve, itidem MSS. in Bibl. Cæſarea, & judice Lambecio VII. p. 116. digniſſimæ luce, qvia Hiſtoriæ illorum temporum illuſtrandæ poſſunt inſervire. In Codice Palatino qvi in Vaticanam Bibl. pervenit, exſtant *Epiſtolæ LXV.*

*Verſus Heroici, Elegiaci, Jambici in præcipua feſta Dominicalia & Sanctorum* MSS. vid. Labbeum p. 235. ubi etiam verſus Apoſtolii in Beſſarionem in Codice Naudæano MStos memororat.

*De poëticis tropis & Grammaticis figuris.* Vide Sylburgii Catalogum MSS. Bibl. Palatinæ p. 109. & Labbeum p. 383.

*Λόγος προσφωνηματικὸς Oratio acclamatoria in laudem Friderici* III. Imperatoris A. 1457. ſva ſu Ariſtonymi Byzantii ſcripta & ex MS. Palatino cum Barthol. Keckermanni verſione edita à Marqv. Frehero T. 2. ſcriptorum de rebus Germ. pag. 33-36. Francof. 1602. fol. & nuper curante Nobiliſſ. Viro Burch. Gotthelf Struvio, Argentorat. 1717. fol. pag. 47.

*Verſus politici in laudem Batrachomyomachiæ Homericæ* MSS. in Bibl. Caroli de Montchal, Archi Ep. Toloſani, teſte Labbeo p. 193.

Michael *Archimandrita.* Vide Michael Monachus.

Michael *Athenienſis* Metropolita. Vide ſupra in Acominato.

Michael *Attaliata* circa A. 1070 JCtus inter Græcos celeberrimus de cujus ſynopſi ad Michaelem Ducam, edita Græce & Latine in jure Græco Rom. & de Michaelis Chumni atqve Matthæi Monachi in eam Scholiis dicendi locus infra libro VI.

Michael *Autorianus.* Vide infra in Conſtantinopolitano.

Michael *Balſamo* ſcevophylax qvi Synodo Florentinæ interfuit A. 1438. ut dixi Volum. IX. p. 184. ſeq. ubi etiam de ejus anaphora Cleri CPol. ad Joannem Imp. Anaphoram tertiam video citari à Nicolao Commeno p. 143. prænot. myſtagog. qvem vide etiam p. 181. ubi de duabus ejus Epiſtolis, Latinis faventibus.

Michael *Cerularius.* Vide infra, in Conſtantinopolitano.

Michael *Choniates.* Vide in Acominato.

Michael *Chumnus*, juris Græci peritus, & ex Nomophylace Metropolita Theſſalonicenſis poſt medium ſæculum decimum tertium. De ejus ſcholiis ad Attaliatam, & de ſcripto ad jus Canonicum de connubiis pertinente qvod exſtat libro VIII. juris Græco Romani, dicetur libro VI. De Georgio Chumno & Nicephoro Chumno infra p. 670.



Digitized by Google

Michaeles *CPolitani* Patriarchæ fuere qvatuor, de qvibus ſingulis hoc loco dicam ordine temporis qvo vixere. Primus eſt MICHAEL CERULARIUS qvi ab A. 1043. ad 1059. ſedem CPol. tenuit. In hunc tanqvam præcipuum ab A. 1053. ſchiſmatis auctorem Photio etiam deteriorem invehuntur poſt Baronium Allatius de conſenſu II. 9. Stephanus de Altimura ſive Mich. le Qvien in panoplia contra ſchiſma Græcorum p. 214. ſeq. 284. ſeq. aliique. Et Nic. Comnenum pag. 361. prænot. myſtagog. ſi audimus, *arrogantiam ejus Regia ipſa ferre non potuit, tyrannidem Eccleſia Byzantina deteſtata eſt, è diptychis ſucceſſores delendum curarunt, donec eum Anchiali Michael clam omnes inſcriberet.*

De Epiſtola ejus ad *Joannem* Tranenſem in Apulia Epiſc. ſive ad ipſum Papam *Leonem IX.* Latine verſa ab Humberto, Sylvæ Candidæ Epiſcopo, qva Latinis varia objectavit, vide Mabillonium præf. ad part. 2. Act. Sanctorum Ordinis Benedictini Seculi VI. (ab A. 1000. ad 1100.) & Allatium de libris Eccleſ. Græcor. diſſ. 2. p. 158. ſeqq.

*Epiſtola II. ad Petrum Antiochenum* (cum Petri adverſus Latinos reſponſoria p. 145 - 162.) Græce & Lat. apud Cotelerium T. 2. monument. p. 135 - 145. & 162 - 168. è qvibus prior apud Baron. ad A. 1054. Latine n. 28. ſeq. Poſterior MS. in Bibl. Cæſarea Lambec. III. pag. 160. & ſimul tertia adhuc inedita qvæ incipit: *περὶ καιροῦ ἦν ὁ ἀναμαθόντες παρὰ τῶν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.* Primæ à Cotelerio editæ initium: *τὰ γράμματα τῆς μακαριότητός σου.* Secundæ: *οὐ παύσεταί ποτε τῶν καθ᾽ ἡμῶν ἐπιβουλῶν.*

*Edictum Synodale* ſive *σημείωμα* A. 1054. *de projecto à Legatis Romanis in ſacra menſa pittacio* ſive charta excommunicationis, Græce & Latine editum ab Allatio de libris Eccleſ. Græcorum p. 161 - 173. Incipit: *οὐκ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, κόρος τῷ πονηρῷ τῶν κακῶν.*

*De miſſa* allegatur à Michaele Nau in vera effigie Eccleſiæ Romanæ Græcæqve p. 290. MS. memorat Lambecius III. p. 160.

*Opus contra Latinos*, Epiſtolæ I. ad Petrum Antiochenum ſubjunctum qvod incipit: *ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητος τοῦ παναγάθου Κυρίου.* MS. in Bibl. Cæſarea, teſte eodem Lambecio V. pag. 125. ſeq.

*Homilia, dicta in prima Dominica Quadrageſima, feſto reſtitutionis imaginum* circa A. 1044. Incipit: *προφητικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσιν, ἀποστολικαῖς τε παραινέσεσιν εἴκοντες.* In hac Michaelis metropolitæ & Photii æterna memoria p. 99. & p. 100. Siſinnii Patrirachæ CPol. qvi A. C. 999. obiit, celebratur, iisqve qvæ contra Photium ſcripta vel dicta ſunt, anathe-

anathema imponitur. Hæc homilia edita Græce & Latine è Codice Coisliniano ab eruditiſſ. Montfaucono p.96-102. Catalogi MSS. Græcor. illius Bibl. ſub titulo: *Epiſtola Synodi Nicænæ ad ſanctam Alexandrinorum Eccleſiam.* Pariſ. 1715. fol. Vide Memorias Trevoltinas A. 1716. p. 40. ſeq.

*Synodica decreta* complura, ut *de nuptiis in ſeptimo gradu non contrahendis* lib. 3. juris Græco Rom. 206-210. fragmenta qvatuor Epiſtolarum ſimilis argumenti lib. 4. p. 263. 264. *Contra rebelles Abbates*, citat Nic. Comnenus p. 340. prænot. Myſtagog. *Contra Armenios*. id. 24. *De homicidio facto in Eccleſia.* id. p. 251. *De Epiſcoporum judiciis.* p. 285. *Synodico ſexto.* p. 148. *De Sacerdotis uxore adulterio polluta*, exſtat Græce & Lat. in Cotelerii Patribus Apoſtolicis ad S. Hermæ lib. 1. mandat. 4. & in Codice meo Apocrypho Novi Teſt. T. 3. pag. 837. Ad hunc Michaelem Patriarcham plura ſcripta apud Lambecium VII. pag. 224. ſeq. Epiſtola Mich. Pſelli MS. in Codice Barocc. 131.

MICHAEL Ὀξείτης ſive *Oſites*, ex præpoſito Oxiæ Patriarcha CPol. ab A. 1143. ad 1146. Ejus *ſynodicum de matrimonio Germanorum* citatur à Nic. Comneno p. 285. Anonymi oratio in Michaelem, Oxiæ præpoſitum qvæ incipit: γάμος ἐςι μὲν σωματικὸς, MS. in Bibl. Bodlej. Cod. 131. Barocc.

MICHAEL ANCHIALI, ab A. 1169. ad 1177. in opere *pro Miſſa præſanctificatorum* ſæpe allegtur ab Allatio lib. de purgatorio p. 871. 873. 874. 877. qvi in eo nihil contra Latinos ſcriptum contineri monet p. 665. de conſenſu utriusqve Eccleſiæ, ubi aliam ejus *Epiſtolam* conviciis in Eccleſ. Rom. plenam commemorat, perinde ut pag. 181. de libris Eccleſiaſticis Græcorum. *Dialogus cum Emanuele Comneno* Imp. contra Latinorum hæreſin citatur ab eodem freqventiſſime ut p. 526. ſeq. 534. 555. ſeq. 558. 617. &c. *Oratio* Michaelis Anchiali cum altera Euſtathii Theſſalonicenſis *in eundem Imp.* exſtat MS. Oxoniæ in Bibl. Bodlejana Cod. Barocc. 131. atqve incipit: ἄτα ὁ μὲν ὄρνις ὁ ἀετός. *Decreta* ejus in Jure Græco Rom. lib. 3. pag. 227-231. Græce & Latine leguntur hæc qvinqve: 1) ut ne Lectores qvidem mundialia officia in ſe ſuſcipiant. 2) Ne clerici ex aliena diœceſi creentur. 3) de conſvetudine non confirmata judiciali ſententia. 4) de nuptiis cum cognata prius deſponſata. 5) De nuptiis duorum fratrum cum filia fratris ſororiſve ex alio ſuſcepta. *Synodicon contra Armenios* citat Nic. Comnenus in prænot. myſtagogicis pag. 24. 323.

MICHAEL AUTORIANUS Patriarcha CPol. ab A. 1206. ad 1214. cujus ſcriptum nullum reperi. Alius Michael Autorianus proëdrus et judex Hippodromi, qvi Concilio CPol. ſub Manuele Comneno interfuit, apud Clariſſ. Montfauconum Bibl. Coislin. p. 104.

Michael Ducas ex Imperatore, Metropolita Epheſi A. 1078.

Michael *Eparchus* Corcyræus διδάσκαλ❀ καλὸς qvi Venetiis cauſas egit circa A. 1580. vide Cruſii Turco Græciam p. 208.

Michael *Epheſius*, qvi in Ariſtotelem ſcripſit, haud diverſus fortaſſe à Michaele Duca. Vide ſi placet Allatium libro de Pſellis, c. 31. 32.

Michael ὁ ἐνζυμίτης inter Photianos Latinis infeſtos nominatur à Petro Arcudio lib 1. Concordiæ Eccleſiæ de Sacramentis p. 31.

MICHAEL GLYCAS ſcriptor *Annalium* deſinentium in A. 1118. de qvibus dixi Volum. VI. p. 156 Non Siculum patria ſed Byzantinum & circa A. 1150. vixiſſe, obſervat eruditiſſimus vir Joannes Boivinus, qvi pro Σικελιώτου docet legendum Σικυδιώτου ſive Σικυδίτου, hoc enim illius nomen apud Nicetam: nomen autem Glycæ aſſumſiſſe videri tunc demum cum habitum monaſticum induit. Vide Mich. le Qvien T. 1. ad Damaſcen. p. 633. Allatium de conſenſu utriusqve Eccleſiæ pag. 702. & Theophilum Raynaudum T. VI. Opp. pag. 119 ſeq. *Epiſtolæ XCII.* hujus Michalis Glycæ MSS. in Bibl. Regia Pariſ. Ex his nonnulla afferuntur ab Allatio de conſenſu, ut ad *Eſaiam* Monachum p. 1280. ad *Gregorium* Acropolitam pag. 1339. ad Alypium encliſtum Monachum p. 1137. 1179. 1344. 1350. ad *Nilum* Monachum pag. 1194. &c. In Bibl. Cæſarea præter capita qvædam Philoſophica MSS. exſtant etiam *Epiſtolæ quinquaginta* varii argumenti Theologici εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς, de qvibus Lambecius IV. pag. 152. ſeq. argumenta ſingularum & initia Græce exponens. Nomina eorum, ad qvos Glycas ſcribit, hæc ſunt:

Andropulus Palæologus τῷ μεγαλοδοξάτῳ κυρῷ Ἀνδροπούλῳ τῷ Παλαιολόγῳ.

Alypius ἔγκλειστ❀ ſive incluſus 20. 38. 44.

Conſtantinus Palæologus τῷ πανσεβάστῳ σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ 35. 36. 41.

Eſaias Monachus 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 17. 46. 50. Monachus & Domeſticus 18. 19. 22.

Gregorius Acropolites 11. 12.

De

De dicto Gregorii Naz. qvi diem *τῶν φώτων* dixit *λαμπροτέραν* feſto Nativitatis Chriſti, qvod Chryſoſtomo eſt cæterorum feſtorum metropolis 43.

Joannes Aſpiota, Monachus 5. 6. 7.

Joannes Dux. *τῷ μεγαλοδοξοτάτῳ μεγάλῳ ἑταιρειάρχῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Δουκί* 21.

Joannes Sinaita monachus Stylita 1.

De Manuelis Comneni Imp. edicto circa Aſtrologiam & divinationem 39. 40.

Maximns Smeniota (al. Aſmeniota) 2. 3. 4. 27. 28.

Meletius Critopulus. 45.

Nicephorus Sinaita *τῷ οἰκειοτάτῳ ἀνθρώπῳ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ Βασιλέως κυρῷ Νικηφόρῳ τῷ Σιναΐτῃ* 24. 25. 26.

Nilus Monachus 47. 48. 49.

Onufrius Monachus 23. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 42.

Stephanus Monachus 37.

De tropario Theodori Studitæ 34. *πῶς ἐκληπτέον τὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου τροπάριον τὸ οὑτωσὶ λέγον· βάθει τῶν κριμάτων σου Χριστὲ πανσόφως προώρισας ἑκάστου τέλους ζωῆς τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον* &c.

Ex his Epiſtolis prima & ſecunda eſt qvas nec integras tamen Latine tantum edidit Jacobus Pontanus S. J. ad calcem Dioptræ Philippi ſolitarii, Ingolſtad. 1604. 4. unde in Bibliothecis Patrum * recuſæ ſunt, Diſputationes duas 1. ad Joannem Sinaitam monachum & Stylitam, *utrum in peccatum lapſis condeſcendendum, an prout ratio poſtulat increpandi ſint.* 2. ad Joannem (lege, *Maximum*) Smeniotam, *Utrum audiendi ſint docentes hominem à principio caducum corpus habuiſſe, & paſſionibus ſive incommodis naturalibus etiam ante transgeſſionem obnoxium fuiſſe, cibumque ſenſibilem in paradiſo adbibuiſſe, & lignum ſcientiæ, ficum extitiſſe.*

Michaelis *Grammatici* Epigramma Græcum in Agathiam Rhetorem ac Poëtam ejusqve parentem Memnonium legitur lib. IV. Anthologiæ pag. 514. Alia ejus in Anthologia inedita qvæ eſt apud Nobiliſſimum Uffenbachium Francofurti, ex qva unum in B. Virginem dat eruditiſſ. Joh. Henr. Majus Catalogo MSS. Uffenbach. p. 582.

Michael Juſtinianus Abbas.

Michael inter Manichæi Sergii A. 6340 (CHriſti 832.) mortui præcipuos ſectatores ac diſcipulos memoratus à Photio lib. 1. contra Manichæos p. 373.



* Et ante Annales Glycæ in edit. Labbæi Pariſ. 1660. fol.

Digitized by Google

Michael *Methonenſis* Epiſcopus, circa A. 1360 qvi effecit ut Nilus Palamita Rhodi Epiſcopatu detruderetur, libro ad verſus Palamam citatur à Nic. Comneno p. 226. prænot. myſtagog.

Michael *Monachus* CPol. qvi ſcripſit *vitam Ignatii Patriarchæ CPol.* A. 877. defuncti, editam Græce & Lat. à Matthæo Radero S. J. Ingolſtad. 1604. 4 & deinde in Conciliorum Tomis. Memorat etiam Allatius *Encomium S. Philippi Apoſtoli* quod incipit: *Πᾶσα μὲν μαρτύρων χριςȣ̃ τελετή.* Et *in SS. Archangelos ταξιάρχας Michaelem & Gabrielem*, Incip. *τὸ ςόμα μȣ ἤνοιξα καὶ εἵλκυσα πνεῦμα.* Hæc poſtrema homilia in Codice Coisliniano apud Celeberr. Montfauconum p. 212. tribuitur Michaeli Syncello magnæ Eccleſiæ CPol. Incertum diverſusne à Monacho Michael Archimandrita, cujus laudatio in Nicolaum Myrenſem myroblitum incipit: ὄρθρος ἡμῖν φαεινότατος.

Michael Monachus Studites CPol. qvi ſcripſit vitam Theodori Studitæ defuncti A. 826. ex qua Baronius nonnulla Latine ad A. 795. & 826. Integram Græce & Latine vulgavit Jacobus de la Baune S. J. in tomo qvinto Operum Sirmondi, Theodorum Studitam complexi p. 1 - 88. Pariſ. 1696. fol.

Michaelis *Moſchopuli* Onomaſticon, voce *antitypa*, citat. Nic. Comnenus in prænot. myſtagogicis p. 330.

Michael *Oxites*, vide ſupra in Conſtantinopolitano.

Michael *Paphlago* Imperator ab A. 1034. ad 1041. cujus Novellam citat Nic. Comnenus pag. 145. prænot. myſtagog. Alios Michaeles Imperatores vide Volum. VI. hujus Bibl. p. 754.

Michaeles *Pſelli* qvinqve, de qvibus abunde Allatius libro de Pſellis, qvem habes volumine qvinto hujus Bibliothecæ.

Michaelis *Sbiri* è Monembaſia & Michaelis *Zygomala* Epiſtolæ Græco ſermone vulgari leguntur libro III. Turco græciæ Martini Cruſii.

Michael *Sophianus* Byzantius, cujus Epigramma Græcum in templum S. Georgii Venetiis A. 1564. apud Cruſium p. 200. Turco græc. Idem vertit Latine Ariſtotelem de Anima. De Nicolao Sophiano, vide Simlerum.

Michael *Sycidita* cujus *σύγγραμμα περὶ θείων μυςηρίων* memorat Nicetas Choniates lib. IV. Hiſt. p. 163. non diverſus à Michaele *Glyca* de qvo ſupra.

Michael *Synadorum* in Phrygia Salutari Epiſcopus, ad qvem exſtant Thedori Studitæ Epiſtolæ, interfuit Synodo ſeptimæ A. 787. Hujus de Archangelorum miraculis expoſitionem ſive homiliam memorat

rat Allatius lib. de Simeonibus p. 107. Incipit: *πολλαὶ καὶ μεγάλαι τῆς ἀσωμάτε καὶ μεγαλοπρεπῆς ἀρχαγγελικῆς σε.*

Michaelis Theſſalonicenſis circa 1160. magiſtri Rhetorum, præceptoris Evangeliorum & Eccleſiæ CPol. protecdici Confeſſio, qva morti vicinus, Bogomilorum hæreſi renunciavit, exſtat apud Allatium de Conſenſu II. 12. §. ult. p. 691. ſeq.

Michael *Zygomala*. Vide in Michaele Sbiri.

# CAPUT XLII.

## De THEOPHANE CERAMEO, JOANNE ZONARA, JOANNE TZEZTE & aliis qvibusdam ſcriptoribus Sæculi X. XI. & XII.

*Theophanis Cerameï ætas & ſcripta. 1. Alii Theophanes. 2. Joannis Zonaræ ætas & ſcripta 3. De Joanne Tzetza & ejus ſcriptis. 4. Index ſcriptorum in ejus Chiliadibus memoratorum 5. Alii ſcriptores ſæculi X. XI. & XII. de quibus nihil hactenus dictum in hoc opere. 6.*

THEOPHANEM CERAMEUM ſunt qui pro Theophane Georgium, Gregorium, Nicephorum vel Philippum vocant, vel qvi cum Georgio ſ. Gregorio Cerameo & cum Nicephoro Figulo ſive Cerameo aut cum Philippo Cerameo ſive Ceramita volunt eundem eſſe: vide Allatium de Georgiis p. 414. ſeq. qvi Georgii Ceramei iterum meminit p. 345. Natus eſt Theophanes hic in Sicilia, Tauromenii vel in vicino opido Maſcalis , & ad ædem S. Andreæ ibi puer in patria educatus ut ipſe homilia L. in feſto S. Andreæ Apoſtoli habita celebrat: factus deinde Tauromenitanus Archiepiſcopus, quo titulo conſtanter venit in Codicibus MSS. ut Scorſus procem. 1. §. 4. annotavit, in quibus etiam *σοφώτατος καὶ ῥητορικώτατος* appellatur, *ſapientiſſimus & eloquentiſſimus* id. procem. 2. §. 2. Scripſit non ſæculo nono & Photii ætate, ut Scorſo perſvaſum, cum Theophanes Monachus ad qvem ſcripſit Photius , ab Epiſcopo fuerit omnino diverſus: neqve circa A. 1040. ad qvod tempus à præſtantiſſimo Caveo refertur, qvo non Rex ſed Comes poſtea A. 1063. Siciliæ Rogerius vixit: ſed regnante filio illius Comitis Rogerio (Siciliæ Rege & Apuliæ ab A. 1129. ad 1152.) qvo tempore magna erat Saracenorum potentia. Hinc Deum ſubinde precatur ut Regem ab illo-

illorum vi tueri velit, τῷ εὐσεβεῖ ἡμῶν βασιλεῖ σύμμαχος γενοῦ κατὰ τῶν ἀθέων τῆς Ἀγὰρ υἱῶν, *ſis pio noſtro Regi propugnator contra impios Agar filios*, homil. XL. p. 288. & homilia IV. p. 26. κράτυνον τῇ ἰσχύϊ σου τοὺς πιστοὺς ἡμῶν βασιλεῖς, ἐνίσχυσον αὐτοὺς κατὰ τῶν ἀθέων Ἰσμαηλιτῶν τῶν τὴν ἀθετούντων προσκύνησιν. *Corrobora virtute tua fideles noſtros Reges, eosque contra impios Iſmaelitas tuam religionem evertentes confirma.* Regis geſta ac pietatem celebrat homilia XXVI. qvam in ejus præſentia habuit ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς ῥογερίου, ita enim legendum non ῥόγου docet Allatius de Simeonibus p. 63. ſeq. Exſtant editæ illius homiliæ in Dominicas & Feſta Anni præ multis aliorum recentium Græcorum ſermonibus dignæ lectu, atqve ad morem Eccleſiarum illius temporis quem in lectionibus & homiliis ſacris tenuerunt, oportunæ, & multa Evangeliſtarum loca haud infeliciter illuſtrantes. Non alius eſt Theophanes qvi in Catena Corderiana ad Lucam allegatur, qvem Corderius male confundit cum Theophane Confeſſore auctore Chronici, notatus eo nomine à Combefiſio in Bibl. Concionatoria. Similiter in Catalogo Bibl. Bodlejanæ in unum confunduntur Theophanes Cerameus & auctor Chronici & Nicænus Epiſcopus cujus eſt Hymnus in Annunciationem B. Virginis. Sed jam Theophanis Ceramei homilias editas recenſeamus.

1. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους, *de indictione ſ. anni principio* Calend. Septembris. incipit: εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμᾶς διαδραμεῖν τὴν κυκλικὴν τοῦ χρόνου περίοδον p. 1. Ediderat Græce & Lat. Dionyſius Petavius ad calcem breviarii hiſtorici Nicephori CPolitani, Pariſ. 1616. 8. p. 258. qvi *Gregorium* auctorem vocat & in notis p. 10. hanc & alias plurimas ejus homilias à Sirmundo ſe teſtatur accepiſſe. *Qui quia crebro*, inqvit *earum editionem a nobis flagitat, ut ei aliqua parte ſatisfiat, hoc velut ſpecimen quoddam præmiſimus.*

2. Περὶ τῆς παραβολῆς τῶν μυρίων ταλάντων, *de parabola decies mille talentorum.* Matth. XVIII. 24. Incipit: Οἱ παιδοτρίβαι καὶ τῶν νέων διδάσκαλοι p. 7.

3. Κυριακῇ πρὸ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, *Dominica die ante feſtum Exaltationis pretioſæ & vivificæ Crucis.* Incipit: Φέρε σήμερον ὦ θεοφιλέστατον ἄθροισμα. p. 13. Hanc homiliam ediderat Jacobus Gretſerus cum Franciſci Turriani verſione in Tomo II. de Cruce p. 124. Ingolſtad. 1600. 4.

4. Εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *In Exaltationem pretioſæ & vivificæ Crucis.* Incipit: Ὁρῶ σήμερον τοῦ μεγάλου τοῦ

δε

Digitized by Google

δὲ ναοῦ. p. 16. Hanc qvoqve homiliam cum Turriani verſione publiverat Gretſerus T. 2. de Cruce p. 133. Eadem cum ſuperiore legitur Latine in Bibliothecis Patrum recentioribus Pariſ. Colon. & Lugd.

5. Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν, κυριακὴ πρώτη, εἰς τὸ, ἑστὼς ὁ Ἰησοῦς παρὰ &c. *Ex Luca V. 2. Dominica prima in illud : Stans Jeſus ſecundum ſtagnum Geneſaret.* Incipit: ἐπειδήπερ ἀρχὴν εἰλήφει p. 27. In hujus homiliæ exordio narrat Theophanes, Patres longo uſu inſtituiſſe ut in Eccleſia, *Joannis* Evangelium legeretur ab feſto Paſchatos usqve ad Pentecoſten: *Matthæus* à Pentecoſte ad anni usqve finem. Deinceps à magno *Luca* de magnis myſteriis edocerentur Chriſtiani, divino præcone *Marca* jejuniorum tempori relicto.

6. Περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας. *De filio viduæ.* Luc. VII. Incipit: ἄλλην ὑπόθεσιν ὡρμημένος. p. 31.

7. Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ σπόρου. *De parabola ſementis* Luc. VIII. Incipit: οἱ τὰς μακρὰς ἀποδημίας. p. 39.

8. Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου. *De divite & Lazaro.* Luc. XVI. Incipit: πάλιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνπέσατο σοφία. p. 46.

9. Εἰς τὸ, ἐλθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν χώραν. In Luc. VIII. 26. ſeq. *Cum veniſſet Jeſus in regionem Gadarenorum.* Incipit: Ἐπέχει μου τὴν γλῶσσαν ἡ νόσος τοῦ σώματος. p. 53.

10. Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ Ἀρχισυναγώγου καὶ περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης. *De Archiſynagogi filia & hæmorrhoiſſa.* Luc. VIII. 41. Incipit: διπλῆν ἡμῖν σήμερον. p. 57.

11. Περὶ τοῦ ἐρωτήσαντος τὸν Κύριον νομικοῦ καὶ περὶ τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς. *De legisperito interrogante Dominum, & de eo qui incidit in Latrones.* Luc. X. Incipit: οὐ τοσοῦτον αὐχμώδης γῆ. p. 63.

12. Περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας. *De muliere quæ habebat ſpiritum infirmitatis.* Luc. XIII. 11. Incipit: οἱ κηφῆνες εἶδός ἐστι μελισσῶν. p. 69.

13. Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ δείπνου. *De parabola Cœnæ.* Luc. XIV. Incipit: μυστικὸν ἡμῖν δεῖπνον. p. 76.

14. Κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, *Dominica ante CHriſti nativitatem in illud,* Matth. I. 1. *Liber Generationis Ieſu Chriſti Filii David.* Incipit: τοῦ μὲν αἰσθητοῦ ἡλίου. p. 81.

15. Περὶ τοῦ ἀρχιτελώνου Ζακχαίου. *De Zacchæo, principe publicanorum,* Luc. XIX. Incipit: τῆς μυστικῆς ἐκείνης καὶ θείας κλίμακος. p. 87.

16. Περὶ τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου. *De publicano & phariſæo* Luc. XVIII. 10. ſeq. Incipit: πάλιν ἡ εὐαγγελικὴ φωνή. p. 92.

17. Περὶ τοῦ ἀσώτου υἱοῦ. *De filio prodigo* Luc. XV. Incipit: ἔφθασεν ἡ εὐαγγελικὴ φιλοσοφία. p. 100.

18. Εἰς τὸ ὅταν ἔλθῃ. In illa verba Matth. XXV. 31. *Cum venerit Filius hominis in gloria ſua.* Incipit: οἷον ἢ πάσχουσιν. p. 111.

19. Εἰς τὸ, ὅταν ἀφῆτε. In illa verba: Matth. VI. 15. *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum.* Incipit: οἱ ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἄθλοις. p. 119.

20. Τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. *Dominica Orthodoxiæ.* * (prima jejuniorum, qua memoriam reſtituti cultus imaginum Græci celebrant) *de ſanctis imaginibus.* Incipit: λαμπρὰ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις ἐπέστη. p. 125. Hanc homiliam latine dedit Baronius ad A. 842. n. 29. ex Franciſci Turriani verſione cum qua Græce & Latine Jac. Gretſerus T. 2. de Cruce p. 1242. edit. in fol. Ingolſt. 1616.

21. Περὶ τοῦ ἐν Καπερναοὺμ παραλυτικοῦ. *De paralytico ſanato in Capharnaum* Marc. II. 1. ſeq. Incipit: ἐπειγόμενος τῆς συνήθους διδασκαλίας ἐφάψασθαι. p. 130.

22. Εἰς τὸ ὅστις θέλει· ἐλέχθη κυριακῇ τῆς σταυροπροσκυνήσεως *In illa verba*: Marc. VIII. 34. Si qvis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. *Dicta eſt Dominica adorationis S. Crucis,* medio jejuniorum tempore. Incipit: νῦν ἡμῖν ὁ τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἔφθασεν εἰς αὐτὸ τὸ μεσαίτατον. p. 137.

23. Εἰς τὸ, ἄνθρωπός τις. *In illud* Matth. XVII. 14. *Acceſſit ad eum homo genibus provolutus, dicens: Domine miſerere filii mei, quia lunaticus eſt.* Incipit: ὀτρύνει μὲν ἵππον ἀγέρωχον. p. 144.

24. Εἰς τὸ, ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα. *In illud:* Marc. X. 33. *Ecce aſcendimus Hieroſolymam , & Filius hominis tradetur.* Incipit: ὁ μὲν τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἤδη προέκοψε. p. 149.

25. Εἰς τὴν τοῦ δικαίου Λαζάρου ἀνάστασιν. *De juſti Lazari reſurrectione* Joh. XI. Incipit: πολλὴν πανδαισίαν ἡμῖν ὁ ἐπιστήθιος Εὐαγγελιστής. p. 158.

26. Εἰς τὴν βαϊοφόρον ἑορτήν, ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς Ρογερίου. *In ſolennitatem Palmarum. Dicta eſt coram Rege Rogerio.* Incipit: φαιδρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ συνέλευσις p. 183.

27.

* Vide Cangii gloſſar. in ὀρθοδοξία. Lambec. VIII. p. 456. Nic. Rayæum Diſſ. præliminar. ad Acta Sanctor. T. 2. Junii p. XXIJ.

27. Εἰς τὸ τίμιον τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ πάθος. *In pretioſam Jeſu Chriſti paſſionem.* Incipit: ἴσως μὲν ἐπαχθὴς δόξω πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, p. 188. In hac homilia p. 207. Theophanes laudat hymnum & καλλιέπειαν Andreæ Cretenſis.

28 - 38. ἑρμηνεία εἰς τὰ ἕνδεκα ἑωθινά, *Interpretatio in undecim Evangelia matutina*, de iis qvæ poſt reſurrectionem Chriſti geſta ſunt. Hæ XI homiliæ MSS. in Codice Cæſareo de quo Lambec. IV. p. 61.

28. α) in Matth. XXVIII. 16. incipit: πάλαι μὲν ὁ θεόπτης Μωσῆς p. 213.

29. β) in Marc. XVI. 1. incipit: τέρπει μὲν τὰς ὄψεις ἀνίσχων. p. 219.

30 γ) in Marc. XVI. 9. incipit: οἱ ἀεννάως ῥέοντες ποταμοί. p. 224.

31. δ) in Luc. XXIV. 1. Incipit: ἐπειδὴ περὶ τῆς ζωοπαρόχου. p. 230.

32. ε) in Luc. XXIV. 12. Incipit: ἡ ζωοφόρος τοῦ Κυρίου ἀνάστασις. p. 233.

ϛ) ὁμιλία ἡ αὐτὴ εἰς τὴν σωτήριον ἀνάληψιν *Homilia eadem qua in ſalutarem Aſcenſionem* infra n. 39. p. 275.

33. ζ) in Joh. XX. 1. Incipit: ὅτε τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως. p. 238.

34. η) in Joh. XX. 11. Incipit: ἄρτι τοῦ κορυφαίου τῶν φοιτητῶν. p. 244.

35. θ) in Joh. XX. 19. Incipit: Ζητητέον τοῖς τῶν ἱερῶν λογίων ἐξετασταῖς. p. 247.

36. ι) in Joh. XXI. 1. ſeq. Incipit: ἐπὶ τὴν Τιβεριάδος λίμνην. p. 250.

37. ια) in Joh. XXI. 14. ſeq. Incipit: Τοῖς μαθηταῖς ὀφθεὶς ὁ κύριος. p. 257.

38. Εἰς τὴν Σαμαρεῖτιδα. *De Samaritana* Joh. IV. Incipit: ὡς ἀπροοιμιάστως τῷ Σωτῆρι σήμερον. p. 262.

39. Εἰς τὴν σωτήριον ἀνάληψιν. *In ſalutarem Aſcenſionem.* Incipit: λαμπρὰ τῷ ὄντι καὶ περιφανής. p. 275.

40. Εἰς τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *In Adventum Sancti Spiritus.* Incipit: ὁρῶν σήμερον τὸν ἁγιώτατον. p. 282.

41. Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων. *Dominica omnium Sanctorum* in Matth. X. 32. Incipit: ὁ μὲν καιρὸς πρὸς αὐτὸ τὸ τοῦ ἔαρος ἡμᾶς ἄγει ἀκροτελεύτιον. p. 288.



Digitized by Google

42. Εἰς τὸ, λύχνος τοῦ σώματός ἐστι ὁ ὀφθαλμός. *In illa verba* Matth. VI. 22. *Lucerna corporis eſt oculus.* Incipit: καὶ χρεωφειλέτης εὐχάριστος. p. 296.

43. Εἰς τὰ ἐπίλοιπα, *in reliqua ejusdem dicti,* Incipit: οἱ ἀγύρται καὶ οἱ ἀγελαῖοι πένητες. p. 303.

44. Περὶ ἑκατοντάρχου. *De centurione* Matth. VIII. Incipit: ἀντιστρατεύει τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις. p. 308.

45. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν. *De divite interrogante Dominum* Matth. XIX. Incipit: οἷον δὲ συμβαίνειν εἴωθε. p. 313.

## FESTIS SANCTORUM DIEBUS.

46. Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων, *de objurgatione aquarum.* Matth. VIII. ἐλέχθη τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου. *dicta eſt in feſto magni martyris Demetrii* (VIII. Octobr.) Incipit: διττῆς προφάσεως σήμερον. p. 321.

47. Εἰς τὴν ἀποστολὴν τῶν δώδεκα μαθητῶν. *De miſſione duodecim diſcipulorum.* Matth. X. *In feſto SS. Anargyrorum Coſmæ & Damiani.* (XVII. Octobr.) Incipit, εὐκαλεῖ μὲν ἡμᾶς ὦ φιλέορτοι. p. 324.

48. Εἰς τὴν ἀποστολὴν τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν. *De miſſione ſeptuaginta Diſcipulorum* Luc. X. 16. ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἀρχιστρατήγου. *Dicta eſt in feſto Principis cæleſtis militiæ S. Michaelis* (XXIX. Septemb.) Incipit: οἱ μὲν αἰσθητοὶ λειμῶνες. p. 329.

49. Εἰς τὸ, ἠθέλησεν. *in illa verba* Joh. I. 43. *Voluit JEſus exire in Galilæam.* ἀναγινώσκεται ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Φιλίππου. *Legitur in feſto S. Philippi* (1. Maji) Incipit: οὐ μόνον περιπολοῦντες σωματικῶς. p. 336.

50. Εἰς τὸ, εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, *in illa verba,* (Joh. I. 35.) *Stabat Ioannes, & ex diſcipulis ejus duo.* ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀνδρέου. *Dicta eſt in feſto S. Apoſtoli Andreæ* (XXX. Nov.) Incipit: ἐμοὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ διάλεξις. p. 342.

51. Εἰς τοὺς μακαρισμούς. *In beatitudines* Matth. V. ἐλέχθη ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου. *Dicta eſt in memoria S. Patris noſtri Nicolai.* (XVI. Dec.) Incipit: ὅλη πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θέαν αὐλὴν ὁ δεσπότης. p. 346. In hac homilia p. 350. Gregorii Nyſſeni homiliæ octo in beatitudines laudantur his verbis: τὸ μὲν βάθος τῆς ἱερᾶς ταύτης διδασκαλίας μόνος τῶν πάντων ἐπέγνω κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα ὁ κατὰ τὸν μέγαν Μωσῆν εἰς τὸν γνόφον τῆς θεολογίας εἰσδὺς ὁ Νυσσαεὺς καὶ μέγας Γρηγόριος ἐν ὁμιλίαις ὀκτὼ τὸ ταύτης κάλλος ἐξη-

ἐξηγησάμενος, καὶ ἐξέσαι τῷ βουλομένῳ τὰ τῆς πανσόφου ἐκείνης βίβλου ἀρύσασθαι νάματα καὶ μέθυν μεθυσθῆναι τὴν σώφρονα. *Profunditatem bujus doctrinæ unus ex omnibus optime altiſſimeque cognovit, qui inſtar magi illius Moſis in Theologia caliginem penetravit Nyſſenus ac magnus Gregorius homiliis octo, quicquid in hoc dicto boni pulchrique continetur, explanavit; & licebit cuicunque libuerit ex illo libro omni ſapientia redundante flumina haurire, & ſana ac ſobria ebrietate ſe ingurgitare.*

52. Εἰς τὰ ἅγια νήπια. *In ſanctos innocentes* (XXVIII. Dec.) Incipit: ἐπὶ τὴν ἱερὰν Βηθλεὲμ ἄγει σήμερον. p. 353.

53. Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *In Annunciationem ſanctiſſimæ Dei genitricis* (XXV. Mart.) Incipit: σήμερον ἡ Ἐκκλησία δαδουχεῖται μυστικῶς, p. 359.

54. Εἰς τὸ, πάντα μοι παρεδόθη, *in illa verba* Matth. XI. 27. *omnia mibi tradita ſunt à Patre meo.* ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ πανηγύρει τοῦ ἁγίου Ὀνουφρίου. *Dicta eſt in panegyri S. Onuphrii* (I. Jun.) Incipit: ἔπεισί μοι θαυμάσαι. p. 365.

55. Εἰς τὸ, ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς, *in illa verba* Matth. XVI. 13. *venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi.* ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου. *Dicta eſt in feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.* (XXIX. Jun.) Incipit: συνήδομαί σοι πόλις, καὶ σοι θεῖε τῶν ἀνακτόρων ναέ. p. 370. Antequam edita eſſet citavit Turrianus contra Magdeburgenſes pro Canonibus Apoſt. II. 6.

56. Εἰς τὸ, ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν. *In illa verba*, Joh. XV. 12. *hæc mando vobis.* ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Προκοπίου. *Dicta eſt in feſto S. Procopii.* (VIII. Jul.) Incipit: καὶ κιθαρῳδὸς ἀνὴρ πολλάκις. p. 378.

57. Εἰς τὸ ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. *In illa verba:* Joh. X. 9. *Ego ſum oſtium.* ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Παγκρατίου. *Dicta eſt in feſto S. Pancratii* Tauromenitani ut ajunt Epiſcopi, & Petri Apoſtoli diſcipuli (XI. Jul.) Incipit: οὐ κατόπιν, ὡς ὁ λόγος ἥκομεν. p. 385.

58. Εἰς τὸ, ἰδοὺ ἐγώ, *in illa verba* Matth. X. 16. *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.* ἐλέχθη ἐν ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παντελεήμονος. *Dicta eſt in feſto ſancti magni martyrii Panteleemonis.* (XXVII. Jul.) Incipit: οἱ πρὸς τὴν πάνδημον ταύτην ἀθροισθέντες πανήγυριν p. 392.

59. Εἰς τὴν σωτήριον μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In ſalutarem Transfigurationem Domini noſtri Jeſu Chriſti.* (VI. Auguſt.) Incipit: οἷόν τι πάσχειν εἰώθει ποιμήν p. 398.

60. Εἰς τὸ, εἰσῆλθεν. *In illa verba* Luc. X. 38. *Intravit Jeſus in quod*



Digitized by Google

*quoddam caſtellum.* ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκȣ. *Dicta eſt in feſto Dormitionis ſanctiſſimæ Virginis Deiparæ.* (XV. Auguſt.) Incipit: ὡς λίαν μοι λαμπροτέρα. p. 402.

61. Εἰς τὴν ἀποτομὴν τȣ̃ Προδρόμȣ. *In decollationem venerabilis Præcurſoris* Joannis Baptiſtæ (XXIX. Auguſt.) Incipit: καλῶς ἐφήρμωσεν ἡ τάξις τὴν τȣ̃ προδρόμȣ τελείωσιν εἰς αὐτὴν σχεδὸν τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃ τὴν περαίωσιν. p. 418.

62. Εἰς τὸν γενόμενον αὐχμόν. *De ſiccitate quæ eo tempore contigit.* Incipit; Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μȣ ὕδωρ. p. 424.

Has Theophanis homilias ex Codicibus Panormitano, Vaticano, Eſcurialenſi & Pariſienſibus recenſitas *Franciſcus Scorſus* S. J. cum eleganti verſione & eruditis atque copioſis ad calcem voluminis ſubjunctis notis primus edidit Lutetiæ Pariſ. 1644 fol. Eædem exſtant in Codice Coisliniano de quo Monſauconus p. 391. Homiliæ LVI. in Codice Cæſareo de quo Lambecius IV. p. 17. Ineditas adhuc plures ejusdem ſcriptoris in Bibliothecis latere non eſt dubium, cum Allatius p. 415. diatriba de Georgiis teſtatur ſe in Chio inſula legiſſe homilias ejus, Scorſo haud viſas qvinqve, qvorum titulos & initia ibi ſi placet vide.

## THEOPHANES ALII.

Theophanes, *Mytilenæus Lesbius*, qvem ſcriptorem rerum ſuarum Pompejus Magnus in Concione militum Civitate donavit teſte Cicerone pro Archia c. 10. & Valerio Maximo VIII. 14. De illo Voſſius de Hiſt. Græcis lib. 1. c. 23. qvi hujus Theophanis Epigrammata Græca legi in Anthologia, Gyraldo aſſentitur lib. de poëtis Græcis p. 69. Apud Julium Capitolinum in Maximo & Balbino c. 7. hic vocatur Balbus Cornelius Theophanes, fuit enim ab eo L. Cornelius Balbus adoptatus, ut narrat Cicero Orat. pro Balbo c. 25. & VII. 6. ad Attic. Confer Joannem Triſtanum T. 2. de numis Imperatorum p. 477. ſeq.

Theophanes ἐν τῷ περὶ γραφικῆς, *de arte pictoria* laudatus à Laërtio in Ariſtippo, lib. 2. ſect. 104.

Theophanes accuſator Julii Baſſi apud Plinium lib. IV. Epiſt. 9.

Theophanes *Byzantius*, cujus Commentarios de rebus Juſtiniani Imp. & libros decem Hiſtoriarum ab Anno ſecundo Juſtini junioris ad annum ejusdem duodecimum, (Chriſti à 567 ad 577.) horumque continuationem deſideramus. De illis Photius Bibl. Codice LXIV.

The-

Theophanes *Monachus*, ad quem ejuſdem Photii Epiſtola vulgata à Scorſo in prolegomenis ad Theophanem Cerameum.

Theophanes qvi ſub Photio docuit ſigillum confeſſionis poſſe violari, præmium mendacitatis nactus *Cæſarienſes infulas*, ſi credimus Nicolao Comneno p. 410. prænotionum myſtagogicarum De illo Theophane Cæſarienſi Epiſcopo Nicetas in Ignatii Patriarchæ CPol. vita.

Theophanes *Hegumenus* & presbyter, qvi ſcripſit encomium S. Nicephori Patriarchæ CPol. ſub Michaele Theophili F. Habetur Latine apud Surium 13. Mart. & in Actis Sanctor. T. 2. Martii p. 318. Voſſio idem hic videtur cum Theophane Iſauro auctore Chronici. Incertum eſt an ex hoc Theophane produxerint locum de Porphyra in palatio CPol. (in qva nati Imperatorum liberi Porphyrogennetæ dicebantur) Franciſcus Turrianus lib. 2. de dogmatum characteribus & Bernhardus Bertramus in notis ad Reineſium de Palatio Lateranenſi ejuſque Comitiva, Jen. 1679. 4. p. 57.

Theophanes *Phyſicus*, Heracleopolitanus Ægyptius, cujus meminit Stephanus Byz. in ἱερακλεύπολις.

Theophanes *Confeſſor* Imaginum à Leone Chazaro male habitus, cujus obitum memorat Hiſtoria miſcella XXIII. 7. ad A. C. 780.

Theophanes *Sollicitarius* ad qvem Theodori Studitæ Epiſtolæ.

Theophanes *Iſaurus* Hegumenus τῦ ἀγρῦ qvem à Theophane Iſaacio Sigriani monaſterii Abbate præter rem, ut opinor diſtingvit Baronius ad A. 816. n. 1. Confeſſor imaginum in exilium conjectus à Leone Armeno & defunctus uno è tribus ultimis illius Imperatoris annis non ante A. C. 818. De ejus Chronico (annorum φκδ´. 524, ut notatur in Codice Coisliniano p. 205.) dixi Volum. VI. p. 151. ſeq. Franciſcus Turrianus de jure ordinandi miniſtros Eccleſiæ lib. 2. cap. 6. p. 204. citans locum ex hoc Chronico tunc adhuc inedito, Theophanem male vocat Taraſii Syncellum ſive ſecretarium, qvod Georgio competit cujus Chronicon Theophanes ab A. 285. ad 813. Theophani de qvo prolixe Henſchenius in Actis Sanctor. T. 2. continuavit, non ad XII. Martii p. 213. ſeq. tradito etiam vitæ ejus compendio è Menæis p. 216. tum p. 218. Latina verſione vitæ à Theodoro Studita vel alio coævo ſcriptæ (ex MS. Græco Bibl. Venetæ S. Marci.) Et alia vita (à Simeone Metaphraſte, ut videtur ſcripta) Græce p. 700. è Codice Bibl. Sfortianæ Rom. & Latine p. 224. Scripſit & alia hic Theophanes

nes; nam Geneſius in Leone Armenio cum narraſſet fraudem à monacho ſvaſu Theodoti factam Imperatori, ſubjungit carmine in eandem invectum Theophanem Confeſſorem. *ὡς καὶ παρὰ τȣ̃ μακαρίτȣ Θεοφάνȣς καὶ ὁμολογητȣ̃ ταῦτα δι' ἐμμέτρȣ ποιήσεως ἐςηλιτέυετο.* Ad hunc qvoqve Theophanem Theodori Studitæ Epiſtolæ.

*Georgius Theophanes* qvem memorat Voſſius de Hiſt. Græcis & Reineſius de palatio Lateranenſi p. 83. nullus eſt, certe non diverſus à Theophane hoc qvem jam dixi Georgii Syncelli continuatore.

Theophanes *Graptus* Theodori Grapti frater, de qvo dixi Volum. IX. p. 196. Idem Nicææ * Epiſcopus creatus, qvem cum ſuperiore Theophane Iſauro confundunt Græci in Triodio ad feſtum Orthodoxiæ. Ejus *Canonem* ſive *hymnum* qvem in Dominica reſtitutionis imaginum concinunt, Baronius cum verſione Fred. Metii edidit ad A. C. 842. n. 28. Alium in fratrem Theodorum, è Græcorum Menæis, cum verſione ſua Combefiſius in manipulo rerum & originum CPol. p. 224-230. Alia vide ſupra p. 138. *Sermo in depoſitionem Zonæ & veſtis ſanctiſſimæ Deiparæ* MS. in Bibl. Coisliniana p. 419. incipit: *Τίς ὁ φαιδρὸς σύλλογος ȣ̃τος, τίς ὁ πανάρμ.*

Theophanes *Monachus* & Presbyter atqve Hegumenus monaſterii S. Joſephi, qvi *vitam ejusdem S. Joſephi Hymnographi* & Chartophylacis magnæ Eccleſiæ CPol. ſcripſit, qvam è MS. Colbertino citat Cangius in gloſſario Græco.

Theophanes *Primicerius patriarchalium notariorum*, qvi interfuit Synodo CPol. ſub Alexio Comneno pro virginibus habitæ, cujus decretum edidit eruditiſſ. Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 163. ſeq.

Theophanes *Nicænus Archi-Epiſc.* circa A. C. 1347. Cujus *Symphoniam Veteris & Novi Teſt.* adverſus Iudæos ſcriptam citat Franciſcus Turrianus lib. 1. de jure ordinandi Miniſtros Eccleſiæ p. 116. Ex *Oratione* ejus *ſexta contra Judæos*, loca profert Allatius contra Hottingerum p. 187. ſeq. Utriusqve operis à Turriano verſi Latine, qvod in Collegio S. J. Romæ ſervatur MS. argumenta recenſet Poſſevinus T. 2. Apparatus Sacri p. 470. ſeq. teſtatus *opus contra Judæos* duabus conſtare partibus, & partem priorem libris qvatuor, poſteriorem tribus abſolvi. Idem Poſſevinus memorat *Epiſtolas* ejus duas, unam *Didaſcalicam ad Sacerdotes & alios Clericos* de ſacerdotio & qvalem eſſe oporteat

* Baron. ad. A. C. 842. n. 24.

Digitized by Google

teat Sacerdotem: nec non alteram ad Nicænos, qua Acindyniſtarum non minus quam Judæorum ſvadet fugere conſvetudinem, *quod Chriſtiano contemnenda ſint præſentia omnia, tam jucunda quam moleſta.* Has editurum ſe promiſit Conſalvus ſive Gundiſalvus Maria Ponce de Leon, Hiſpalenſis notis ad Phyſiologum S. Epiphanii c. 4. T. 2. p. 194. Ediditqve * Rom. 1590. 8. ex Bibl. Vaticana Græce & Latine cum notis & variis lectionibus. Ejusdem Theophanis *Hymnum in Annunciationem Deiparæ* vulgatum habemus Venetiis ab Aldo una cum Prudentio, Proſpero, Joanne Damaſceno, Coſma & Marco Hydruntino Epiſcopo, ſine anni nota: Et recuſum in Bibliothecis Patrum in ſupplemento Bigneano Pariſ. 1579. & in Tomo VIII. A. 1589. & 1654. & Colon. 1618. Tomo VIII.

Theophanes *Hieromonachus*, qui Theodoſii Zygomalæ ſpiritalem ſe parentem appellat, in Cruſii Turcogræcia p. 332.

II. JOANNES ZONARAS CPolitanus, ſub Alexio Comneno magnus Drungarius ſive Præfectus Vigilum & primus à ſecretis, a) deinde *καθ' ἑαυτὸν ἑλόμενος ζῆν* & Monaſticam vitam amplexus b) ſub Joanne Comneno variis ingenii monumentis operam & animum impendit. A Theodoro Balſamone c) qvi poſt eum Eccleſiaſticis Canonibus interpretandis animum appulit, vocatur *ὑπερφυέστατος ἐκεῖνος Ζωναρᾶς excellentiſſimus ille Zonaras*, qvi *σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρειττόνως ſapienter & aptiſſime, atque ita ut nemo melius* in interpretandis illis fuerit verſatus. Laudatur etiam à Matthæo Blaſtare & Anonymo apud Allatium II. 10. 6. de conſenſu p. 643. qvorum loca jam produxit erudiciſſimus Beveregius prolegom. ad pandectas Canonum p. XVI. *Nobilem æque Hiſtoricum ac peſſimum Photianum* appellat Nic. Comnenus Papadopoli p. 4. prænotionum myſtagogicarum.

1. Præcipuum Zonaræ opus ſunt *Annales* ſive *χρονικὸν* in partes

 tes

* Vide Nic. Antonii Bibl. Hiſpan. T. I. p. 426.

a) In jure Græco Rom. p. 351. Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλης καὶ πρωτοασηκρῆτις.

b) Inſcriptiones Scholiorum in Canones: ἐξήγησις - - ποιηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γεγονότι μεγάλῳ &c.

c) Balſamo ſchol. in Epiſt. S. Athanaſii ad Amunem T. 2. Bevereg. pag. 37. De Balſamone dictum T. IX. hujus Bibl. p. 185. ſeq.

tes duas d) & libros XVIII. diviſum, qvos ab Orbe condito ad A. C. 1118. deduxit. Cedrenum qvi in A. 1057. deſinit, Zonaræ præferri ab Hieron. Wolfio, indignatur Allatius p. 335. diatribæ de Georgiis, cum Cedrenus nihil fere egerit aliud, qvam è qvatuor vel qvinqve ſcriptoribus ad verbum deſcripta repetierit, Zonaras autem ſuopte marte & ingenio Chronicon hoc contexuerit. Tamen & Zonaras in Imperatorum hiſtoria libenter ſeqvitur Dionem, ita ut ſæpe qvid Dio in libris etiam deperditis ſenſerit vel ſcripſerit, ex Zonara liceat conjicere, ut notat Voſſius lib. 2. de Hiſt. Græc. cap. 27. Atqve ipſe profitetur characterem ſermonis ideo non unum eundemqve in hoc opere reperiri, qvod *ἐκ πολλῶν βιβλίων τὰς ἱστορίας ἐρανισάμενος* e) ex pluribus ſcriptis hiſtorias colligens ſæpe etiam illorum verbis uti non dubitaverit. De ejus editionibus & verſionibus dixi Volum. VI. p. 156. Exſtat & Gallica interpretatio Joannis de Maumont Pariſ. 1560 fol. apud Vaſcoſanum: & Joannis Milleſii de ſancto Amore, Pariſ. 1583. fol. MStis Codicibus qvorum in Wolfii & Cangii præfat. & in Cruſii Turcogræcia p. 203. & apud Allatium p. 338. de Georgiis eſt mentio, addere licet Coislinianum de qvo Celeberrimus Montfauconus p. 208. & Florentinum in Catalogo Bibl. Mediceæ p. 75.

2. *Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν καὶ λοιπῶν ἁγίων πατέρων. Expoſitio ſacrorum divinorumque Canonum, tam ſanctorum venerandorum Apoſtolorum qvam ſacrarum Oecumenicarum Synodorum, ſed & localium ſive particularium, reliqvorumqve SS. Patrum.* In Canones Apoſtolicos Latine vertit ediditqve Zonaræ commentaria *Joannes Qvintinus*, Hæduus, Juris Canonici Profeſſor, Pariſ. 1558. & in Canones Conciliorum, Patrumqve *Antonius Salmatia*, Collegii Ambroſiani Doctor Theologus, Mediolan. 1613. Deinde Græce & Latine cum Qvintini & Salmantiæ verſione prodierunt Pariſ. 1618. fol. una cum Conſtitutionibus Apoſtolicis & geſtis Concilii CPol. ſub Menna A. 536. habiti. Sed in hac editione deſi-

d) Wolfius diſtinctionem in partes tres, ex ſuo ingenio contra auctoris mentem commentus eſt. Genuinam in partes duas & libros XVIII. diviſionem Cangius è MSS. Codicibus reſtituit, de cujus editione vide ſi placet Acta Eruditor. A. 1687. p. 663. & Hiſt. des Ouvrages des Savans, Octobr. p. 139.

e) Ita legendum pro *ἐυχνισάμενος* vel *ἐπανισάμενος*, qvod probatur Nobiliſſ. Viro Chriſtfrido Wæchtlero in Actis Eruditor. T. V. ſupplementi pag. 174. Etiam Pæanium Eutropii Metaphraſten Zonaras haud raro ſeqvitur, ut notat Cangius in notis p. 27.

deſiderantur qvæ Zonaras in Epiſtolas Patrum Canonicas compoſuit. Illa igitur demum Græce cum Salmatiæ verſione lucem viderunt Pariſ. 1621. fol. ad calcem Gregorii Thavmaturgi, Macarii Alex. & Baſilii Seleucienſis. Deniqve univerſa hæc Zonaræ commentaria Græcis ad Codices Amerbachianum, Bodlejanum duosqve Pariſienſes caſtigatis, Latinisqve verſionibus prioribus paſſim emendatis, utraqve lingva leguntur in pandectis Canonum viri celeberrimi Gvil. Beveregii Oxon. 1672. fol. una cum commentariis Theodori Balſamonis qvi Zonaram ſæpiſſime ſeqvitur, aliqvando etiam emendat, nec non Alexii Ariſteni qvem poſt Zonaram ſcripſiſſe, ante Balſamonem ſub Manuele Comneno, idem Beveregius obſervat, licet Zonarâ etiam antiqviorem facit Allatius de conſenſu p. 419. Ex vetuſtiſſimo Cardinalis Bramatii junioris Codice nonnulla, Maximo Planudæ etiam lecta, qvæ in editis Zonaræ commentariis deſunt, affert Nic. Comnenus p. 4. ſeq. prænotionum myſtagog.

3. *Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους. Oratio ad eos qvi naturalem ſeminis effluxum, immunditiem exiſtimant.* Græce & Lat. in Jure Græco Romano lib. V. p. 351. Prodierat etiam antea in Jure Orientali Enimondi Bonefidii apud H. Steph. 1573. 8. libro teritio Græce p. 216. & Latine p. 247.

4. *Ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον.* Ex perſona Pontificum, *qvod non debeant duo ſobrini eandem in matrimonium accipere.* Græce & Latine in Cotelerii monumentis Eccleſ. Græcæ T. 2. p. 483 - 492. Pariſ. 1681. 4.

5. *Proœmium in tetraſticha Gregorii Nazianzeni*, Græce prodiiſſe Venetiis A. 1563. tradit Caveus, in qvod ſcriptum nec dum incidi. At Zonaræ expoſitio MS. *in Nazianzeni tetraſticha* memoratur in Alex. Barvoëtii Catalogo Codicum Græcorum Bibl. Scorialenſis apud Labbeum p. 177. Bibl. novæ MSS. Vide & Lambecium IV. p. 17.

6. *Ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ, Expoſitio Canticorum anaſtaſimorum Joannis Damaſceni*, MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. III. p. 39. & in Coisliniana p. 273. ſeq. Apud Allatium in Symmyctis p. 453. memoratur Joannis Zonaræ *in octateuchum Jo. Damaſceni expoſitio pulcherrima.* lege, *in octoechum.* Jacobus Gretſerus libro qvarto de Cruce vulgavit explicationem qvorundam eccleſiaſticorum vocabulorum ex MSS commentariis Zonaræ in anaſtaſimos Damaſceni canones.

Hh 2 7. *Lexi-*

7. *Lexicon* ſpiſſum foliis CCCCXVIII. in fol. MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Neſſelium parte IV. p. 24. 89. 155. Joſeph. Scaliger Epiſtola 48. ad Iſaacum Caſaubonum: *Ego qvoqve videor mihi non inutiliter poſſe Zonaræ Lexicon tractare, qvod eſt in libris Soceri tui* (H. Stephani) *ſi per te & affinem tuum Paulum Stephanum ejus uſus brevis mihi contingat.*

8. *Epiſtolas* Zonaræ *Theologicas*, rarum ſibi charumqve opus qvod ex Oriente ſecum attulerat, ſervare ſe & editurum ſcripſit Theodorus Douſa in limine notarum ad hiſtoriam Georgii Acropolitæ, vulgatam Lugd. Bat. 1614. 8. A Douſa acceperat Bonav. Vulcanius qvi in notis ad Cyrillum Alex. contra Anthropomorphitas Lugd. Bat. 1605. 4. Græce & Latine edidit Epiſtolam XIII. *de homine ad imaginem DEI creato*, & Epiſtolam XXXII. *de ſacra Euchariſtia ratione non curioſe nimis rimanda*, & partem Epiſtolæ X. *quare temporibus noviſſimis incarnari Verbum voluerit.* Ex his decimam & decimam tertiam eandem exſtare video in Codice Epiſtolarum qvinqvaginta qvæ ſub *Michaëlis Glycæ* nomine exſtant MStæ in Bibl. Cæſarea, & recenſentur à Lambecio IV. pag. 152. ſeq. ſed trigeſimam ſecundam qvæ incipit, ὄιδαμεν ἐν ἀγαπητὲ, inter illas non reperio. Eſt autem eadem qvam inter Zonaræ Epiſtolas ineditas Caſaubonus teſtatur ſe legiſſe (XVI. 49. in Baron.) hoc titulo: εἰ φθαρτή ἐςιν ἡ ἁγία τῦ χριςῦ μετάληψις, ἔιτε καὶ ἄφθαρτος. Allatius qvidem paſſim Glycam ſive Zonaram in Epiſtolis laudat ut de libris Eccleſiaſticis Græcor. pag. 127. 130. 139. 254. 324. 325. 326. 327. Zonaræ Epiſtolam XV. ex adverſariis Caſauboni ad Baronium ineditis laudat Seldenus II. 7. 2. de ſynedriis p. 179 Excerptum ex Joannis Zonaræ Epiſtola περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ *de Dormitione ſanctiſſimæ Dei genitricis*, MS. Lambec. IV. pag. 149. ſeq. Incipit: ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις ἡνίκα τῶνδε μεθίςανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται καὶ θείων ὕμνων ἐν ὀυρανοῖς ἀυτήκοοι γίνονται.

9. Κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, *In ſanctiſſimam Deiparam Canon ſive hymnus* cujus acroſtichis: ὕςατος ἦχος ὕςατον πλέκει μέλος. *Poſtremus tomus poſtremum adornat melos*, adverſus hæreſes Arii, Sabellii, Macedonii, Apollinaris, Neſtorii, Marcionis, Eunomii, Eutychis, Manetis, Origenis, Evagrii, Novati, Encratitarum, Meſſalianorum, Aërii, Pauli Samoſatenſis, Sergii, Pyrrhi, Apellis, Leonis Iſauri qvi imaginum cultum prohibuit, Bogomilorum, Italorumqve, Proceſſionem Spiritus S. ex Patre & Filio docentium. Græce & La-

& Latine primus vulgavit Cotelerius Tom. 3. monumentor. pag. 465-472. Pariſ. 1686. 4. Latine ſed extrema parte qvæ Italos ſive Romanam Eccleſiam reſpicit truncum dederat Gilbertus Genebrardus, ex cujus verſione legitur in Bibliotheca Patrum Colonienſi A. 1618. pag. 1191. Tom. XII. & in Pariſienſi A. 1654. Tom. XII. p. 358. & in Lugd. A 1672. Tom. XXIII. pag. 633. De MSto Codice Cæſareo vide Lambecium V. pag. 161. Ad hunc à Genebrardo verſum truncatumqve canonem reſpexiſſe videtur Jacobus Pontanus S. I. præfat. ad Joannem Cantacuzenum: *Zonaram fuiſſe ſchismaticum teſtari poſſunt ejus poëmata aculeatiſſima de proceſſione S. Spiritus, & alia adverſus Latinos compoſita, quæ Genebrardus dum converteret, ſe criminationes illas omiſiſſe narrat.* Certe nulla alia usqvam Zonaræ à Genebrardo verſa comparent.

10. *Homiliæ*, qvales MStas evolvit Allatius, memoratqve in libro de Simeorum Scriptis.

α) *In CHriſti præſentationem in templo.* Incipit: πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις.

β) *In Crucis venerationem.* Incipit: ἤρετο μέ τις πρόβλημα.

γ) *In laudem Silveſtri I. Epiſcopi Rom.* Incipit: οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται Ἀπόστολοι. Latine exſtat apud Lipomannum & Surium 31. Dec. ſub nomine Simeonis Metaphraſtæ.

δ) *In laudem Sophronii Epiſcopi Hieroſol.* Incipit: οἱ τοῖς θείοις καὶ μακαρίοις πατράσι.

11. *Paraphraſin MS. in Logicam Ariſtotelis* memorat Geſnerus in Bibl.

III. JOANNES TZETZES a) Grammaticus CPoli, *Iſaacii* Tzetzæ, (ſub cujus nomine b) commentarium in Lycophronis Caſſandram edidit) frater, ætatem ſuam prodit ipſe, qvando centum ſe poſt Michaëlem Pſellum annis c) ſcripſiſſe ſignificat, & allegorias ſuas Homericas obtulit *Irenæ* Auguſtæ, Manuelis Comneni Imp Conjugi, qvæ illi A. C. 1143. nupta, obiit A. 1158. d) Patrem *Michaëlem* Tzet-



a) *Zezen* vocant Politianus, Parrhaſius, Crinitus, Gyraldus: Volaterranus *Zezium*, Theodorus Gaza & Aldus *Cæcum*. Vide Nic. Gerbelii præf. ad Chiliades.

b) Confer ſi placet quæ ex Tzetzæ Chil IX. hiſt. 296 & Epiſtola ad Baſilium Acridenum notavit illuſtris Potterus prolegom. ad editionem Lycophronis A. 1702. relata à me libro III. hujus Bibliothecæ cap. 16. §. 3.

c) Tzetzes Chiliad. XI. v. 719.

d) Vide Cangii Hiſtoriam Byz. familiarum Auguſtarum pag. 186.

Digitized by Google

Tzetzem habuit, matrem *Eudociam* e) avum paternum *Joannem* Tzetzem genere Byzantium, litterarum qvidem rudem ſed eruditorum amantem & opulentum. f) Avus ejus maternus genere Græcus, avia materna Abasgis ſive Ibera. Cum adoleviſſet, Michaël pater domi ſuæ ſalubribus præceptis filium erudiit, g) inter alia monuit ut præ ſapientiæ ſtudio contemneret opes, nihili faceret potentiam, minimeqve avidus eſſet τῆς πρωτοεδρίας, nec alios honoribus præcurrere cuperet. Qvindecim natus annos * præceptoribus traditur, à qvibus non tantum artium illum orbem & ἐγκυκλοπαιδείαν, ſed etiam Hebræam, Syramqve linguam edidicit: unde & loco qvodam Syrum ſe & Iſmaëlitam appellat. h) Excultus liberalibus diſciplinis, & lectione aſſidua Poëtarum, Oratorum, Hiſtoricorum omnis ævi, Geometrarum etiam & Philoſophorum cujusqve generis ſubactus, eruditionem ſibi comparavit, neutiqvam vulgarem ac multivariam, ut ex ſcriptis ejus licet cognoſcere. Sed ex iisdem etiam acerbus reprehenſor ac contemtor aliorum, & vanus nimium ac ſæpe ridiculus oſtentator ſui apparet. Ut Chiliad I. v. 275.

Οἶδας δὲ πάντως ἀκριβῶς πῶς πᾶσαν οἶδα βίβλον
Ἐκ στήθους τε καὶ στόματος οὕτως ἑτοίμως λέγειν.
Οὐδὲ γὰρ μνημονέστερον τοῦ Τζέτζου Θεὸς ἄλλον
Ἄνδρα τῶν πρὶν τε καὶ τῶν νῦν ἐξέφηνεν ἐν βίῳ
Ὅθεν τὸ δῶρον εἰληφὼς εὐχαριστῶ τῷ δόντι
Κἂν τρίβω βίον πενιχρὸν σειρᾶς ὢν γένους πρώτου.

*Scis autem qvomodo exacte omnino omnem novi librum,*
*Ex memoria atqve ore ſic promte dicere.*
*Neqve enim memorantiorem qvam Tzetzam Deus alium*
*Virum eorum qvi olim fuere, & nunc ſunt, produxit in vita.*
*Unde donum cum ſumſerim, gratias ago danti,*
*Qvamvis dego vitam pauperem, ex catena qvi ſum generis primi,* (aurei)

Chiliad. III. v. 160. Οὕτω παιδεύει με πατὴρ ὡς τὸν υἱὸν ὁ Κάτων.
Εἰ δέ τις καὶ τὸν Κάτωνα χρῄζει μανθάνειν, οἷος,
Ἐμὲ βλεπέτω Κάτωνος ἔμψυχον ζωγραφίαν,
Καὶ Παλαμήδους τοῦ σοφοῦ παιδὸς τοῦ Ναυπλίου &c.

*Sic*

e) Tzetzes Chil. V. verſ. 611. ſeq.
f) id. v. 615. ſeq.
g) id. Chiliad. III. 157. ſeq. IV. 566. ſeq.
* Chil. IV. 570.
h) id. Chiliad. VI. v. 282.

*Sic erudiit me pater, qvemadmodum filium Cato,*
*Si qvis autem & Catonem vult diſcere, qvalis fuerit,*
*Me reſpiciat, Catonis animatam picturam*
*Et Palamedis ſapientis, filii Nauplii.*

Chiliad. I. 545. Τέως τὸν Τζέτζην ἀψευδεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις νόει
Ὡς ἀκριβέστερον εἰπεῖν ἱστορικῶν ἁπάντων
Καὶ πάντων μνημονέστερον τῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ
*Tamen Tzetzem non mentiri in talibus exiſtima,*
*Sed exactius dicere omnibus hiſtoricis,*
*Et omnibus memorem magis, qvotqvot ſunt in vita.*

Chiliad. X. v. 681. Ὁλόκληρον βιβλίον γὰρ ἑκάστην ἱστορίαν
ὁ Τζέτζης οἶδεν ἀκριβῶς, οὐ στίχον ἔτε δύο.
*Integros libros per ſingulas hiſtorias*
*Tzetzes novit exacte, non modo unum verſum vel duos.*

Subinde gloriatur ſe ex memoria ſcribere VI. 407. 475. VIII. 182. IX. 752. X. 340. 364. XII. 13. jubetqve facere periculum ut qvæcunqve aliqvis velit ſcire, ex memoria dicere ipſum jubeat. XII. 118. καὶ ὅσα ἄλλα ἕτερα ἐθέλοι τις μανθάνειν, εἰ ἀπὸ στήθους οἴδαμεν λέγειν πειράσθω. Ait ſe commentari properantem κατ' ἀστραπὴν εἰς τάχος, *fulguris inſtar celeriter*, XII. 119. ταχυγραφῶν VIII. 269. & 526. καὶ νόει τὸ ὀξύτατον τῆς Τζέτζου διανοίας. *Et vide celerrimam ingenii Tzetzæ vim.* Λέγων γὰρ ἕν τι, μύρια παρατρέχει *afferre unum aliqvid & infinita alia ſcientem omittere ac prætervehi.* XII. 6. Τζετζικὸν τρόπον, *modum ſcribendi Tzetzicum* & Τζετζικὰς ἐρεύνας *Tzetzicas inqviſitiones* ponit pro accuratiſſimis, ἐν αἷσπερ ἡ ἀλήθεια ἐκ χάους ἀνατρέχει, *qvarum ope veritas ex caligine & chao in lucem redit* XII. 75. ſeq. 126. Contemni ſe paſſim qveritur, & indignatur alios præferri ſibi, ſe vero haberi pro rudi & indocto ut XII. 97.

- - ὥσπερ ὁ Τζέτζης λέγει
ὁ ἀμαθὴς ὁ ἀδαὴς ὁ ἄπορος ἐν λόγοις
ὁ ἐξελέγχειν μηδαμῶς δυνάμενος ἀνθρώπους.
- - *ut Tzetzes ait*
*Rudis ille, indoctus, imperitus in diſceptationibus*
*Arguere neqvaqvam valens homines.*

XI.219.255.363. Τζέτζης δὲ ἀῤῥητόρευτος ὁ ἀμαθὴς ἐπάρχῳ
*Tzetzes Rhetoricæ imperitus, indoctus* Camateri *Eparchi judicio.*

Ex tam iniqvo de ſtudiis ſuis judicio ominatur fore, ut CPolis tradatur barbaris & barbara tota evadat. XII. 993. ſeq.

Ἀνθ' ὧν πόλις ἄνασσα τῶν πολισμάτων
Οἰκτρῶς σε δισσᾶ καὶ τριπλᾶ καταστένω.
Δέδοικα γὰρ, δέδοικα μή πως βαρβάροις
Δοθῇς ἁλωτὴ καὶ γενήσῃ βαρβάρα
Ὄνος νεμηθῇ σοι καὶ χοῖρος τότε
Τοὺς οὓς ἔτιμας οὐ κάτοιδα τῷ τρόπῳ.
*Propterea te urbs regina urbium*
*Flebiliter ter quaterqve lugeo.*
*Timeo enim, timeo ne forte barbaris*
*Tradaris captiva & evadas barbara,*
*Aſinusqve tunc depaſcat te & porcus*
*Quos honoraſti neſcio qvomodo.*

Principum ſuæ ætatis avaritiam accuſat Chiliad. V. 941. deteriores eos arguens eſſe Phalaride, qvi erga Steſichorum benignus ac liberalis fuit: ſe vero ex ſola librorum transſcriptione vitam tolerare profitetur:

Οἱ χρηστοήθεις δ' ἄρχοντες νῦν ἀμφοτέρου μέρους
Μὴ μόνον προῖκα μηδαμῶς μηδὲν ἡμῖν διδόντες
Σεμνοῖς δ' ἀνθρώποις δωρεὰς ἀεὶ διδόντες πόσας,
Ὡς Ἅρπυιαι τὸ πρότερον ἐκ γέροντος Φινέως
Καὶ βρῶσιν ἀφαρπάζουσιν στόματος ἡμετέρου
Προῖκα τὰς συγγραφὰς ἡμῶν λαμβάνειν ἐξαιτοῦντες
Ἐξ ὧν ἡμεῖς τρεφόμεθα πολλῶν μεταγραφέντων
Ὡς εὐρυστίχθων γὰρ ἐγὼ ταῖς θυγατράσι ταύταις
Ταῖς παντευμόρφοις τρέφομαι, πλὴν οὐχὶ πορνευούσαις
Ἀπόρνοις δὲ καὶ καθαραῖς αἷς τρέφομαι καὶ μόναις
Ἄλλοθεν οὐ δεχόμενος οὐδ' ἀφ' ἑρμηνευμάτων.
*Belle autem morati principes nunc utriusqve partis*
*Non ſolum gratis nihil unqvam nobis largiuntur,*
*Bellulis autem hominibus qvot quæſo aſſidue dant illi dona?*
*Velut harpyiæ qvondam à ſene Phineo*
*Et cibum rapiunt ex ore noſtro*

Gra-

*Gratis ſcripta noſtra accipere expetentes*
*Ex qvibus nos alimur dum multa transſcribimus,*
*Velut Euryſichthon enim ego filiabus bis*
*Formoſis alor non ſane fornicantibus*
*Sed caſtis & puris, qvibus ſolis nutrior*
*Aliunde non recipiens, neqve ab interpretationibus.*

Sine mercede ſcriptorem eſſe pœnitet Chiliad. IX. 369.

Εἰ λίτρας κλεπταββᾶσι δὲ καὶ τζαλιχοαγίοις
Ἐπὶ ἑνὶ δὲ μήλῳ τε δωρεῖσθε καὶ τῇ ῥόᾳ,
Ἀνθρώποις συγγραφεῦσι δὲ μεταφραςαῖς βιβλίων
Λέγεται, μεταφράσαι μὲν μῆκος τοσαύτης βίβλου
Καὶ τότε δόητε αὐτοῖς ὅπερ ὑμῖν δοκήσει.
Μὴ εἴην, εἴπω, συγγραφεὺς μηδὲ ἐμός τις φίλος,
Εἰ πόνοις τόσοις μὲν οὐδὲν ὁ συγγραφεὺς λαμβάνει.
*Si magna dona falſis abbatibus & ſanctulis hypocritis*
*Pro uno pomo datis & malo punico,*
*Homines autem hiſtoricos atqve metaphraſtes librorum*
*Jubetis interpretari prolixa volumina*
*Et deinde datis ei qvod vobis videtur.*
*Ne ſim ita inqvam ego ſcriptor, neqve ex amicis meis aliqvis,*
*Si pro laboribus tantis nihil auctor accipit.*

Tamen identidem ingerit ſe eſſe abſtinentiſſimum, atqve ut XI. 23. ſeq. ait ἀδωρότατον, atqve à ſola Augnſta præmia accipere XI. 48. Nimirum ab Auguſta Irene pro ſingulis qvaternionibus allegoriarum, qvas ei obtulit Homericarum, capientibus centenos verſus, ait initio ſe accepiſſe duodecim aureos, qvod deinde præmium aucto qvaternionum numero, imminutum fuit ab iis, qvi diſpenſandis Imperatoriis pecuniis præfecti erant, ac denegatum ut qveritur IX. 282. ſeq.

Πρῶτον μὲν τετραδίσκια τῶν σμικροτάτων γραφῶν
Ἑνὸς ἑκάςου ἀπ' αὐτῶν μὴ πλέον τι χωροῦντος
Ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα ςίχων σὺν δικάδι (leg. δωδεκάδι)
Τῷ καθ' ἑνὶ ἐλάμβανον δώδεκα τῶν χρυσίνων
Χρυσίνων νομισμάτων δὲ πλὴν ἐκ λευκοῦ χρυσίου. *
Ἐπεὶ πυκνοῦν δὲ μηνυθεὶς τὰς χάρτας πρὸς ὀλίγον
Τῷ ἐπὶ διοικήσεων τελοῦντι τῆς Αὐγούςης,
Λαβὼν δέ τι τετράδιον μέγιςον ἐγεγράφειν

* ex argento, gülden in ſilber.



Digitized by Google

5. *Allegorias Homericas* ad Irenem Anguſtam memorat Chiliad. V. verſ. 7.

Ἐγὼ δὲ ἀλληγόρησα τῇ βίβλῳ τῆς Αὐγούστης.

& v. 776. Τὸ δ' ἀλληγορικώτερον περὶ κοσμογενείας

Τοῦτο προεῖπεν Ὅμηρος ἱεροποθέρμοις λόγοις

Αὐτὸς δὲ ὑπεφήτευσα γράφων ἀλληγορίας.

& Chiliad. IX. v. 282. ſeq. Ἀνθ' οὗ γράφων ἐξήγησιν Ὁμήρου τῇ Αὐγούστῃ

Ἔχουσαν καὶ μετάφρασιν ἡμαξευμένοις k) ςίχοις &c.

Et Chiliad. XIII. 625.

Τῇ τῆς Αὐγούστης βίβλῳ γὰρ τἄλλω μοι προεγράφη.

Scriptum hoc opus verſibus politicis, idem ſupereſt adhuc manu exaratum variis in Bibliothecis. Titulus eſt: ὑπόθεσις τοῦ ὁμήρου ἀλληγορηθεῖσα παρὰ Ἰωάννου Γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου, τῇ κρατίστῃ Βασιλίσσῃ καὶ ὁμηρικωτάτῃ Κυρίᾳ Εἰρήνῃ τῇ ἐξ Ἀλαμανῶν. l) Initium Operis:

Ἐπεὶ φαιδρὰ πανσέληνε σελήνη σελασφόρε

Οὐκ ἐκ ῥοῶν Ὠκεανοῦ φαίνουσα λελουμένη

Ἀλλ' ἐκ πορφύρας τῆς κλεινῆς &c.

Habuit Clariſſ. Vir Ludolphus Neocorus, deſcriptum è Codice Barocciano & collatum cum MSto Regio Pariſ. atqve nonnulla ex eo producit in notis ad Svidam T. 2. p. 683. Idem opus eſt *Pro Homerica, Homerica & Poſt Homerica*, de qvo illuſtris Huetius in Epiſtola ad Grævium T. 2. diſſertationum & Epiſtolarum editarum à Jo. Maria Marco Tilladeto Hag. 1714. 12. p. 244. *Eſt mihi Tzetzæ cujusdam Poema de rebus Troicis ſic inſcriptum:* Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου τὰ πρὸ Ὁμήρου καὶ τὰ Ὁμήρου καὶ τὰ μεθ' Ὅμηρον ἐν συντόμῳ καλῶς ἐκδοθέντα. *Adjecta ſunt ſcholia non contemnenda. Hæc edere olim habebam in animo, ſed aliis ſtudiis ex transverſo objectis abreptus ſum.* Nuper ejusdem operis Tzetzæ edendi ſpem fecit Hermannus Tryllitſchius, m) de qvo plura dixi lib. 2. cap. 3. §. 14. ubi etiam mentionem feci allegoriarum mythologicarum Phyſicarum & moralium qvas acceptas à Jano Rutgerſio ſub Tzetzæ nomine edidit Græce & Latine Federicus Morellus Pariſ. 1618. 8.

4. Diverſa ab his eſt ἐξήγησις ſive *Commentarius* Tzetzæ *in Homerum*, cujus partem ſervat Codex inſignis MStus Bibl. Lipſienſis Pau-

Ii 2 linæ

k) ἡμαξευμένοι ςίχοι ſunt verſus politici.

l) Irene Manuelis Comneni conjux, fuit filia Berengarii Comitis Sulsbacenſis in regno Teutonicorum tunc potentiſſimi, ut ex Gvil. Tyrio notavit Cangius p. 187.

m) Vide Diarium Lipſienſe cui titulus Neuer Bücher-Saal A. 1716. parte LVIII. p. 735.

Digitized by Google

linæ, nimirum prolegomena longiuſcula per duodecim folia, ex qvibus nonnulla de patria & genere Homeri attuli lib. 2. c. 1. §. 8. & partem primorem commentarii ipſius in librum primum Iliados, usqve ad verſum 102. Vide Acta Eruditorum A. 1719. p. 307. ubi notitia accuratior Codicis illius MSti traditur, in qvo Moſchopuliana etiam qvædam in Homerum, & qvod imprimis jucundum debet eſſe antiqvitatis & Græcæ linguæ ſtudioſis, ſcholia illa antiqva in totos libros ſedecim priores Iliados, qvalia in Iliad. IX. vulgavit Conradus Hornejus, n) & qvibus comparata ſcholia vulgata plerumqve ſordere videntur, ut notatum in iisdem Actis Eruditor. A. 1712. p. 316.

5. *In Heſiodum*, Chiliad. VI. x. 842. *ἀλληγορήσας δ' ἔγραψα περὶ ἡσιόδω ταῦτα.* De his Tzetzæ in Heſiodi *ἔργα καὶ ἡμέρας*, ſcutum Herculis & in Theogoniam editis pridem commentariis dixi lib. 2. c. 8. §. 10. 13. 16. & 20. qvanqvam in Theogoniam qvæ habemus non ſolius Tzetzæ eſſe ſed ex Tzetza & antiqvioribus excerpta putat Dan. Heinſius ad Heſiodum p. 225. Confer Lambecium VII. p. 233. qvo judice Joannes Galenus Diaconus, cui commentarius in Theogoniam tribuitur, idem eſt cum Joanne Pediaſimo.

6. *Paræmias* ſuas memorat Chiliad. VIII. 933. 935. 943.

7. *Encomium in mortem.* Chiliad. XI. 749.

Καὶ Τζέτης Ἀλκιδάμαντι ἐπίσης Ἐλαΐτη
Καὶ ἔγραψε καὶ γράφει δὲ καὶ λέγει καθεκάστην
Ἐγκώμια εἰς θάνατον μυρία ὑπὲρ πάντας.

8. *Epiſtolæ CVII.* MStæ in Codice Regis Chriſtianiſſimi 902. & 1350. & 2565. teſte Labbeo p. 100. 110. Bibl. novæ MSS. & Kuſtero ad Svidam T. 2. p. 473. Ex his prima ad Joannem Lachanam Grammaticum τῶ ζαβαρείω o) exſtat in Tzetzæ Chiliade IV. verſ. 457 - 780. Eadem citatur III. 2. 31. 38. 400. 893. 988. IV. 200. 313. 389. 394. Cæteræ poſt Chiliad. V. verſ. 201. memorantur qvidem & V. 188. ſeq. IX. 357. 967. XIII. 43. 55. ſed in editis deſiderantur. Vigeſimam primam ad Patriarchicum notarium *Baſilium Acridenum* dedi ſupra lib. 3. cap. 16. §. 3. ex qva Joannem, non Iſaacium Tzetzem auctorem eſſe commentarii ad Lycophronem notarunt poſt Kuſterum excellentes viri ingenio atqve doctrina, Potterus in ſecunda Lycophronis editione, atqve Rich. Bentleius ad Horatium p. 45. Exſtant & *Epiſtolæ* Tzetzæ *qvatuor* ſubjuncta ejus Chiliadibus: prima ad *Metropolitam* Πατρῶν, *Patrarum* Achajæ: ſecun-

n) De illis dixi lib. 2. c. 3. §. 12.

o) Collegium qvoddam cujus meminit iterum IV. 519. *καὶ τῷ προσκυρωθῆναί σε τάξει τῶ ζαβαρείω. & adjunctum te eſſe ordini Zabarei.*

Digitized by Google

ſecunda *ad Epiſcopum* qvendam, tertia *ad Grammaticum*, qvarta *ad Nicephorum Servilium*, Myſticum, p) cui tanqvam oculo Senatus blanditur.

9. *Gratiarum actio ad Patriarcham*, *Lamentatio de Imperatore occiſo* & alia plura carminibus ſcripta politicis MSS. In iisdem Codicibus Regiis.

10. Complura carmina *de differentiis Poetarum*, *Jambi technici de Comœdia & Tragœdia*, *de metris omnibus qvæ in verſibus reperiuntur*. *Hypotheſes* in Culitzen & Gregorium *Grammaticum Regium*. MSS. in iisdem Codicibus Regiis teſte Labbeo p. 134.

12. Supereſt ut dicam de opere Tzetzæ celeberrimo, *Chiliadibus*: licet in Chiliades verſuum non auctor ipſe, ſed qvi Græce illud cum *Pauli Laciſii* Veronenſis verſione, ad calcem Lycophronis, Græcis Tzetzæ commentariis illuſtrati, Baſil. 1516. fol. ex Jo. Oporini officina edidit; Nicolaus Gerbelius diviſit. Varia doctrina refertum & verſibus ſcriptum politicis q) Tzetza ipſo auctore inſcribitur *βίβλος ἱστορικὴ, ἡ βίβλος ἄλφα Τζετζικῶν πονημάτων*. Totum autem verſatur in eo, ut velut commentarii inſtar ſit in Epiſtolas à Tzetza ſcriptas, atqve uberius enarret qvæcunqve in Epiſtolis ipſius memorantur res ad veterem hiſtoriam vel fabulas vel etiam philoſophiam pertinentes. Dicitur p. 259. totum eſſe verſuum 12759. *ὧν ςίχων πολιτικῶν τὸ ποσὸν μυριὰς μία καὶ δισχίλιοι ἑπτακόσιοι πεντήκοντα ἐννέα*. ſed tantum exſtant verſus 12675. itaqve exciderunt 84. Hiſtoriæ debent eſſe ut p. 82. monetur ſexcentæ & ſexaginta. Sed exſtant tantum ſexcentæ, & ſexaginta illæ perierint jam ipſius fortaſſis Tzetzæ ætate ſurreptæ, de qvibus Chiliad. V. verſ. 200.

*Ἃς δέ τινες σύλησαν ἀνακτορείων ἀπὸ δώμων*
*Τῶν δὲ τόποι κενεοὶ, ταύτας γράφε δ' εἴ ποτ' ἐφεύρῃς.*



p) De Myſtici dignitate in aula CPol. vide Cangii utrumqve gloſſarium, & Goari notas ad Cedreni paginam 599.

q) Verſus politici velut vulgaris per *πόλιν* civitatem uſus (ut *πολιτικὴ* pro ſcorto) Euſtathio *δημοτικοί*, Tzetzæ *κατημαξευμένοι* Græcis dicuntur verſus non verſus, ſive verſus proſæ ſimillimi, nec qvantitatem ſyllabarum obſervantes, ſed tantum numerum & accentus, qvindecim enim ſyllabis conſtant, in qvarum nona novum incipit vocabulum; decima qvarta autem accentu gaudet. Vide Cangii gloſſarium utrumqve, Henninium de lingva Græca non pronuncianda ſecundum accentus p. 43. ſeq. Vignolium Marvillium T. 2, Miſc. p. 334. Allatium de Simeonum ſcriptis p. 166. Martini Cruſii Grammaticam Græcam p. 378 & Turco Græciam p. 193. Qvi vero laudatur ex Bibliotheca Monchaliana Joannis Tzetzæ liber de verſibus politicis, neſcio an ſit liber ſcriptus verſibus politicis.

*Qvas autem qvidam ſurripuerunt regiis ab ædibus,*
*Harum loci vacui, eas ſcribe ſicubi inveneris.*

Hiſtoriæ digeſtæ per πίνακας ſive tabulas tres, ita ut primus πίναξ hiſtoriis CXLI. conſtans deſinat in Chiliad. IV. verſu 466. In illis enarrantur qvorum fecit Tzetza mentionem in prima Epiſtola ad Joannem Lachanam (qvæ tota IV. 467 - 780. ſubjungitur) usqve ad verſ. 715. Cæteras enim hiſtorias à militibus ſurreptas eſſe notatur p. 110. ante VI. 600. αἱ δὲ λοιπαὶ μετ' αὐτὴν (de Niobe hiſtoriam) ἠφανίσθησαν τοῖς στρατιώταις. Secundus πίναξ qvem τὸν πάνυ σμικρότατον appellat XIII. 149. abſolvitur hiſtoriis XXIII. à Chiliad. IV. 781. ad V. 192. Tertius πίναξ hiſtorias habet CCCCXCVI. & ad finem usqve operis porrigitur. Emendandus vero error interpretis VII. 184. ubi male tabula qvadrageſima octava memoratur. En tibi Tzetzæ verba:

Περὶ τοῦ Κυρηναίου μὲν εἰρήκειμεν σιλφίου
Ἑκατοστῇ δεκάτῃ μὲν ταῖς πρώτην ἱστορίαις,
Τῷ νῦν πάλιν τῷ πίνακι τεσσαρακοστογδόῳ.
*De Cyreneo ſilphio diximus*
*Centeſima decima priorum hiſtoriarum* primi πίνακος)
*Præſentis autem* (tertii πίνακος) *hiſtoria duodeqvinqvageſima.*

Sic paſſim ſolet πίνακας hujus operis & ἱστορίας earumqve numerum ipſe laudare Tzetzes, ut XI. 97.

Ἔχεις τὴν ἱστορίαν δὲ πίνακι τῷ παρόντι
Ἑκατοστὴν ἐννάτην τε σὺν ἐννενηκοντάδι.

Etiam πρώτας & δευτέρας ἱστορίας ut X. 479. 554. 676. &c.

12. Chiliadibus ſubjicitur Carmen Jambicum *de filiorum educatione*, cum præmiſſo illius argumento. Incipit: σύμπας πατὴρ ἄκουε τῶν Τζέτζου λόγων. Aliaqve brevia carmina minora Jambica duo & unum verſibus Heroicis. Horum primo indignatur in locum poeſeos metris adſtrictæ, politicorum verſuum uſum invaluiſſe. Incipit: μούσης μέτρα φέρουσα τῆς ἀγυρτίδος. Alterum Jambicum incipit: ὦ τὰς βεβήλους καὶ πεφυρμένας φύσεις. Heroici initium: Τζέτζου ῥητορείας ἀδαήμονος ἡδέγε βίβλος.

IV.

# IV. INDEX SCRIPTORUM

## In Chiliadibus Tzetzæ laudatorum.

*Numeri majores Chiliadem, minores verſum denotant.*

ABacuc (Ἀμβακοὺμ) Propheta, X. 106.
Aceſtorides. VII, 649.
Adeſpotes (incertus) in proſaria hiſtoria VII. 654.
*Adrianus Imp.* ἐκ τῶν Φιλολόγων. II. 83. *urbis Ælia amplificator* VIII. 960. ſeq.
Ægyptii onirocritæ. XII. 743.
Ælianus III. 940. IV. 11. 167. 171. 197. IX. 114.
Æoles tenuibus litteris gaudent & ρ geminant XII. 636. μ interponunt. X. 752. literam χ. convertunt in κ Æoles & Jones. XI. 54. 66.
Æſchines. XII. 577. 579. contra Cteſiphontem. VI. 4. contra Demoſthenem. VI. 62. contra Timarchum. VI. 54. ſeq. 139. ſeq.
Æſchrion Mytilenæus ἐν ταῖς ἐφημερίσιν. VIII. 406. ἔπη & ἰάμβους aliaqve plura ſcripſit. 408.
Æſculapius Apollinis F. artem medicam à Chirone Centauro edoctus, antea dictus Ἤπιος X. 711. ſeq.
Æſchylus I. 281. II. 14. VIII. 223. X. 731. XII. 806. XIII. 572.
ἐν γραφαῖς III. 953. τοῦ Ὁμήρου τὰ ῥητὰ ἰάμβοις μεταφράζει VIII. 227. 232. ſeq.
ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας IV. 983.
Πέρσαις. VII. 359.
Æſopi dictum ad Solonem, Regibus jucunda dicenda vel nihil. V. 382. ſeq. fabulæ IV. 938. VII. 82. VIII. 501. 844. X. 758. XIII. 494. ὁ μυθογράφος. IX 166.
Æthalides Mercurii F. ῥήτωρ δεινός. II. 718. ſcripſit λόγον πενθικὸν ſive Epitaphium, & alterum χαρμοσύνων. id.
Agathoſthenes. VII. 646.
*Alcamenes ſtatuarius*, æmulus Phidiæ, ſed optices & Geometriæ rudis. VIII. 341. ſeq.
Alcidamas Rhetor. XII. 569. Elaites, Iſocratis æqvalis, encomium mortis ſcripſit. XI. 747. hoc reperire Tzetzes non potuit licet multas alias ejus legit orationes. 752. ſeq. reprehendit Iſocratem. 672.
Alex-

Digitized by Google

Alexander (de mirabilibus Indiæ) VII. 646.
Alexandri Magni Epiſtola ad Æſchinem de Demoſthene Thebas deflente. VII. 417.
'Οι μετ' Ἀλέξανδρȣ. IX. 570. 591.
Amaſis epiſtola ad Polycratem Sami tyrannum. VII. 208.
Amos propheta. X. 98.
*Amphiaraus vates.* X. 738.
*Amphion* λυρῳδός. I. 316. VII. 410. X. 411.
Anacreon VIII. 831. *ejus canis fidelis* IV. 235.
Anaxagoras IV. 525. V. 437. VII. 548.
Anaxicrates VII. 178.
Andocides. VI. 367.
Andreas Cretenſis κανόνι τῷ μεγάλῳ IX. 787.
Andromachus Poëta, Homeri Byzantii pater. XII. 210.
Andromachi qvi ſub Nerone fuit, carmen de theriaca à Galeno laudatum. XII. 21. ſeq.
Anthemius μηχανογράφος. XII. 976. ſeq. παραδοξογράφος. II. 150.
Antigonus (mirabilium ſcriptor) VII. 647.
Antiochenus Chronicus ſcriptor (Johannes) I. 318. II. 34. IV. 221.
*Antiphilus pictor, Apellis æmulus & calumniator.* VIII. 395. ſeq.
Antiſthenes. VII. 606. 609. 612. 624.
*Antiſthenis* Sybaritæ veſtis, centum amplius talentorum. I. 812. ſeq. IV. 493. ſeq.
*Apelles pictor, Ptolemai tempore. Calumniæ imago ab eo facta.* VIII. 392. ſeq.
Aphthonius XII. 585.
προγυμνάσματα. XI. 121. 135. 143.
Apollodorus I. 557. VII. 755. Chronographus. XII. 193. XIII. 648. ψυχὴν ἐπαληθίζουσαν ὥσπερ ὁ Τζέτζης ἔχων VII. 762.
ἐν τῷ περὶ νήσων, πόλεων καὶ δήμων. III. 814.
δευτέρῳ καταλόγου. VII. 761.
*Apollodorus* architectus Trajani temporibus II. 91. IV. 505. interfectus ab Hadriano II. 82.
Apollonius (Rhodius) I. 227. 436.
Apollonius (Tyanenſis) IV. 528. V. 437. infra, Philoſtratus.
Apſines Gadarenſis, Rhetor. VIII. 698.
Aratus. VIII. 94. 516. ἐν τοῖς Φαινομένοις. X. 304.
Archilochi Parii μέλος. I. 685. 689. ſeq.

Archimedes XIII. 286. Dorice ſcripſit II. 129. XII.996.
Κεντροβαρικὰ, κατόπτρων ἐξάψεις, ἐπισίδια &c. XII.974. ſeq. Ejus ſpecula uſtoria qvibus naves Marcelli incendit. II. 119. ſeq. 154. IV. 506. XI. 598. machinæ variæ. II. 103. ſeq. βαρουλκὸς πνευματικὴ, ὑδροσκοπικαὶ II. 155.
machinis Archimedis eſt opus, *proverbium.* XII. 271. Senis Syracuſii dictum, da mihi locum extra terram & movebo terram. III. 60. ſeq.
Archytas Philoſophus Pythag. Platonem à Polide navarcho redemit & Philoſophiam Pythagoricam docuit. X. 997. ſeq.
Arctinus Mileſius, Homeri diſcipulus XIII. 642.
Arion κιθαρωδός. I. 393. ſeq.
Ariſtarchus Grammaticus Ptolemæi, inventor papyri. XII. 347.
Ariſteas IV. 523. Proconneſius II. 724. ſeq. ὁ τοῦ Καϋστροβίου. VII. 679. ſeq. ubi Tzetzes ait ſe in ejus paucos verſus incidiſſe.
Ἀριμάσπεια. II. 732. VII. 687. ſeq. ubi ſex verſus ex illis afferuntur.
Ariſtides I. 623 II. 14. οὐ τῶν ἐμούντων ἀλλ' ἀκριβούντων. XI. 686. ſeq.
Panathenaicus I. 852. ex Iſocratis Panathenaico expreſſus. XI. 664.
*Ariſtides antiquior, Athenis per oſtraciſmum ejectus* XIII. 458.
Ariſtophanes I. 623. VIII. 565. 570. IX. 307. 977. XIII. 295. 303. 312. Comicus idem ῥήτωρ δεινότατος. XI. 708. XI. 708. XII. 653.
Ἀχαρνεῖς. XII. 662.
Βάτραχοι. VIII. 436. ſeq. 462. X. 371.
Ἐγκώμιον πενίας (Plutus) XI. 755.
Εἰρήνη. XII. 661.
Λυσιστράτη. XII. 662.
Νεφέλαι. XI. 543. 816.
Ariſtoteles. III. 962. VII. 618. 624. IX. 114. XI. 851. ſeq.
in ejus gratiam patria Stagira ab Alexandro inſtaurata. VII. 441. ſeq.
Ἀριστοτέλειοι βίβλοι. VIII. 942. 947.
Arrianus. XII. 797.
Βιθυνικοῖς. III. 987.
Aſclepiadæ, medici. X. 727. XII. 638. ſeq.
Aſclepiades II. 618. IV. 198. Attali Regis Grammaticus, membranas invenit. XII. 349.
Aſclepiodorus VII. 180.
Aſpaſia, Megaricum ſcortum. X. 961.
Athanaſii ſive alterius Epiſtola ad Julianum. XIII. 541.

Atlas Libys primus Aſtrologus V.202. ſeq. XII. 137. ab eo Hercules artem accepit. 143. ſcripſere ambo de Aſtrologia. 145.
Attæus. VII. 178.
Attali (Regis Pergam.) Grammaticus chartæ & membranarum uſum invenit. XII. 349. ſeq.
Attici rarius tenuant aſpiratas. XI. 56. *μακρήγοροι* ſive copioſa ratione. X. 5.
*Attici hoſpitales, Lacones minime.* VII. 288. ſeq.
Axones & *κύρβεις* legum Solonis. XII. 351. ſeq.
Babriæ *Βαβρία* *στίχοι* XIII. 494. *ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς.* XIII. 258. 264. *Γαβρίας.* VIII. 516.
Bacidis *χρησμολόγου* oraculum. IX. 812. 816. 819.
*Οἱ βαρβαρώτεροι.* IX. 853. 855. &c.
Baſilica, *συνηγίρων ἑξήκοντα βιβλία.* XI. 112.
*Baſilius Imp.* X. 196. 226.
Beleſys Aſſyrius vir ſapiens apud Sardanapalum. III. 411. ſeq. oraculis confictis Arſacem in conjurationem excitavit. 427. ſeq.
Bellerophonti perferendæ datæ à Prœto litteræ *ἐν πίνακι πτυκτῷ*, (*οὔπω γὰρ ἦσαν χάρται*) VII. 822.
Brutus. VI. 327. ejus ſcriba, ibid.
*Bycco, Homeri ſervus.* XIII. 643.
*Cadmus an litterarum inventor.* X. 443. ſeq. XII. 47. tres aſpiratas invenit, *ϑ, φ, χ.* VI. 810. Oraculum ei datum. X. 451. ſeq.
*Cadmi & Harmoniæ ſepulcrum.* IV. 395.
Callicles. VI. 104.
Callimachus. IV. 393. VIII. 831. IX. 894. Cyrenæus. VIII. 839.
Calliſthenes. I. 328. III. 100. 387. 886.
Calliſtratus Grammaticus Samius primus ſimul litteris viginti qvatuor uſus XII. 64.
*Cato filium erudiens.* III. 102. ſeq. XI. 694. *abſtinentiſſimus* X. 632. ſqq. XI. 24.
Catones duo, ambo Philoſophi & Duces Romani. III. 145. poſterior, *φιλοσοφικώτερος.* 151.
Chæremon *ὁ Αἰγύπτιος γραμματεὺς ἐν διδάγμασι τῶν ἱερῶν γραμμάτων.* V. 395.
Chaldæi. V. 212.
*Chalybes ferri inventores.* X. 524.
Charillus Laconis Lycurgi frater VIII. 910.

Chri-

Chriſtiani & Ethnici ſcriptores, τῶν ἔξω γὰρ οἱ σύμπαντες πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἔσω. IX. 310.
Chronici ſcriptor. III. 54. 321. 346. IV. 221. Vide, Antiochenus, & Georgius.
Chryſippus διαλεκτικώτατος. VIII. 947.
Claudius (Ptolemæus) XI. 960. 1000. VIII. 597. 793.
περιηγήσει. XI. 897.
Cleopatra cauſam ſuam agens adverſus Ptolemæum fratrem, judice Julio Cæſare. IX. 19. ſeq. Epiſtola ad Antonium. IX. 39. filius Sol, filia Luna IX. 80. in triumphum ducti ab Auguſto. IX. 80.
Clitarchus VII. 50. IX. 570. 591. locus de teredine. XI. 835.
*Clitomachus Thebanus patriam ab Alexandro inſtaurari impetrans.* VII 416. ſeq.
Comici. I. 593.
Cratinus Comicus. XI. 454. VIII. 263. ſeq.
*Creophylus Homeri hoſpes.* XIII. 659.
Βδέλυγμα τὸ Κρητικόν. III. 210.
Critias. VI. 132.
Cteſias III. 99. 647. VII. 645. 714. 740. VIII. 986. IX. 569. 578. 579. 587. XII. 896. de Babylonis circuitu videtur veriora qvam alii tradere, 580. Medicus, Cteſiochi filius I. 83. Perſica libris XXIII. ſcripſit. I. 86.
Cteſiphon Rhetor. VI. 2.
Cyrenenſium numiſma in Battum cum ſilphio. III. 881. ſeq. VII. 187.
*Dædali Athenienſis Labyrinthus*, Minoi in Creta factus, in qvo minotaurus. XI. 551. ſeq. *ala.* XII. 405. ſeq.
Daniel Propheta VIII. 54. ejus Metaphraſin δι' ἐπῶν compoſuit Eudocia Auguſta. X. 65. 92.
*Daphnidis Syracuſani canes qvinque cum eo commortui.* IV. 261.
Demades V. 345. VI. 113. 179.
Demeas. VI. 104.
Demetrius Phalereus. IX. 937.
Democedes Medicus, Crotoniates, gener Milonis. III. 544. ſeq.
Democritus. II. 721. VII. 549. XIII. 86. ſeq. πανδαής. IV. 529. panum calidorum vapore per triduum ſuſtentans vitam. ibid. Hippocratis præceptor. VII. 963. Dario uxorem è morte ſuſcitaturum ſe promiſit, ſi tria luctus expertium hominum nomina invenerit. X. 585. ſeq.
*Demomeles Demoſthenis conſobrinus.* VI. 376.
Demonax VII. 599.



Digitized by Google

Demoſthenes. V. 642. VI. 376. X. 290. XII. 580. propter ipſum Thebæ everſæ VII. 404. 415. ſeq.
ὀλύνθιοι λόγοι. XII. 701.
συμμοριῶν λόγ☉. XII. 540. 543.
*Dexiphanes Cnidius*, mechanicus *Phari conditor*. IV. 503. VI. 294.
Dexippus philoſophus μύστης ὢν Ἰαμβλίχου IX. 498. ejus in Categorias evolvit Tzetzes 500. in Σκυθικὰ & alia illius ſcripta non incidit. 501. μόνον τὸ ἓν δ' ἀνέγνων *ſolum unum ſcriptum legi.* Male enim interpres: *ſolum unum non cognovi.*
Diagoras Melius. XIII. 376.
Rhodius. I. 594.
Dictys Cres. V. 834.
Didymus ἐν παροιμίαις. VIII. 19.
Dionis Chryſoſtomi Pruſæi vituperatio calvitii. XI. 726.
Dio (Caſſius) I. 700. II. 84. 133. 149. III. 82. 99. 154. 877. IV. 277. V. 109. Κοκκειανὸς δὲ Κάσσι☉ Δίων γραφεὺς Λατίνων (hiſtoria Romana) VI. 528. IX. 573.
Diodorus Siculus I. 390. 593. 668. 700. 967. II. 14. 33. 131. 149. 559. 567. III. 82. 84. 99. 154. 386. 448. 939. VI. 471. 709. VIII. 986. IX. 526. 571. XII. 189.
Chronographus. XII. 260. 268.
Dionyſius ὁ κυκλογράφ☉. XII. 186.
Dionyſius VIII. 728. περιηγήσει. XII. 883.
Dionyſius Halicarnaſſenſis I. 701. III. 154. 878. IV. 277. 277. 399. V. 109. Rhetor XII. 571.
Dionyſius tyrannus Platonis æqvalis. XIII. 140. dictum: αὐτοῖς γὰρ ἐμπαίζουσιν οἱ μωροὶ βροτῶν V. 138 - 185. Ejus tragœdiæ. V. 160. 178. Philoxeno neutiqam probatæ. X. 844. ſeq. Platonis ſcriptis invidens eum Polidi vendidit. X. 871. ſeq. V. 149.
λύτρα ἕκτορ☉. V. 180.
Κατὰ πλάτων☉ V. 182.
*Dionyſi columna (non Thebani & Zaboscuiela ſed) Ægyptii, qui etiam Noë, Oſiris.* VIII. 584. ſeq.
Dioſcorides ἐν τοῖς σταθμοῖς καὶ μέτροις. XIII. 307. 311.
Draco legislator. V. 341. ſeq.
Draco Hippocratis F. medicinam ab eo edoctus. VII. 569.
*Elia Zelus* III. 202.
Empedocles VII. 549. XIII. 80. ubi qvinqve ejus verſus de Deo. φιλόσο-

λόσοφος μέγας. obſcuritatem ſermonis dixit μελάγχορον, XII. 575. Melitonis F. κωλυσανέμας IV. 526.
τῷ τρίτῳ τῶν Φυσικῶν. VII. 523.
Ἐγγλωττογάστωρ qvi lingua ſua ſe alit, χειρογάστωρ qvi manu, νοογάστωρ qvi ingenio. ὃς λογισμῷ συγγράμματα συντάττων ἐξηγήσεις καὶ στίχους καὶ ποιήματα τρέφει αὐτὸν ἐκ τούτων. X. 775.
Ἐγκύκλια μαθήματα τὰ λυρικὰ κυρίως ἀπὸ τοῦ κύκλῳ τὸν χορὸν τὸν λυρικὸν ἑστῶτα ἀνδρῶν ὄντα πεντήκοντα λέγειν τὰς μελῳδίας. XI. 522. ſeq.
*Epaminondas alienus ab avaritia.* X. 620. ſeq. XI. 24. *pro duabus filiabus Leuctricum & Mantineenſem reliqvit victoriam.* XII. 473.
Ephorus. XII. 260.
Epicharmus inventor litterarum ζ, ξ, ψ. VI. 809. XII. 49. ſeq. ejus dictum νοῦς ὁρᾷ &c. V. 52. VII. 874. XII. 440.
Epicuri ſecta. VIII. 982.
Epigramma in Lacedæmonium deſertorem. XII. 381. In imaginem Alexandri à Lyſippo factam. VIII. 426. XI. 108. Sardanapali III. 450. VII. 792. Herculis in Asbolum. V. 134.
Epimenides. V. 629.
Eraſiſtratus. VII. 173.
Eratoſthenes ἐν ἑρμῇ. XIII. 565.
Etymologi. XIII. 589.
Evangelium. VIII. 46. IX. 249. ἐν ταῖς γραφαῖς ταῖς ἱεραῖς ταῖς τῶν εὐαγγελίων. 270. τὰ ἱερὰ λόγια. vide & IX. 322. X. 127.
Eudulus VI. 64.
Eudocia Auguſta, Leontii filia X. 57. ſeq. 90. ſeq. diſcipula Hyperechii & Orionis Grammaticorum 59. ejus μεταφράσεις Zachariæ & Danielis δι' ἐπῶν 64. 92. ὁμηρόκεντρα. 93. Alia Eudociæ ſcripta ut metaphraſis Octateuchi non viſa Tzetzæ. 66.
Eudoxus. VII. 647.
*Eupolidis canes fideles.* IV. 245.
Euripides I. 330. 433. II. 708. V. 470. VI. 512. 581. VIII. 315. XIII. 533. Theramenis præceptor qvi ab aſtutia dictus cothurnus. XII. 500. ſeq.
Ἄλκηστις II. 808. ſeq. ubi ἔφη legendum pro ἄφθη.
Ἀνδρομάχη. II. 664.
Αὐτολύκῳ, σατυρικῷ δράματι. VIII. 461.
Ἑκάβη I. 513. III. 259. X. 161.
Θησεὺς XI. 557.
Μήδεια XII. 313.

Ὀρέστη. VIII. 317. VI. 950.
Ῥῆσος. IV. 965.
Τήλεφος. IX. 977. 980.
Φοινίσσαις. VIII. 317.
Ezechiel propheta (Ἰεζεκιήλ) X. 251.
Fabulæ. IX. 916. οἱ μυθογράφοι. IX. 944. X. 42.
*Famoſa charta* Φάμωσα. XIII. 489.
Gabrias. vide Babrius.
Galenus II. 32. VII. 809. de eo plura XII. 7. ſeq.
*Gelades* Argivus ſtatuarius Phidiæ magiſter. VII. 930. ejus Hercules. VIII. 327.
Gelimeris ad Beliſarium literæ. III. 328. ſeq.
Georgius Chronicus II. 33.
Gorgias Leontinus Hippocratis præceptor. VII. 962.
Gregorius Nazianzenus, infra in Maximo.
Hebraica nomina. Ἑβραϊκῶς τὸ ἰαὼ ἄῤῥητον σημαίνει, ὁ Ἰωνᾶς περιστερὰν, ὁ δ' Ἰωάννης χάριν VII. 250. Inſula Indica ὀφάτ. VIII. 652. Φοίνιξ δὲ γλῶσσα Γάδαρα λέγει τοὺς λιθοστρώτους, ὡς οἱ Ἑβραῖοι Γαβαθὰ τόπους τοὺς λιθοστρώτους. VIII. 692. 699. Jacob πτερνιστής. IX. 182.
Heraclitus. II. 721.
Hercules Jovis Aſtrologi F. ἐν διαθήκαις ἔγραψεν ἐνόρκως ἀνωνύμως. II. 203. χρυσῷ καὶ ἐπιγράμμασι κοσμήσασα (lege κοσμήσας τὰς) κεραίας. II. 267. ab Atlante Aſtrologiam edoctus. V. 269. XII. 143. de Aſtrologia ſcripſit. 145. certamina ab Euryſtheo ipſi impoſita. XII. 512. V. 111. ſeq. epigramma in Asbolum. V. 129. 134. ſeq. Aſtrologus, poëta, philoſophus & magus. V. 131.
*Hermes Majæ* F. XII. 592. Ἑρμοῦ ἄντρον, liber, XII. 611. 615.
Hermes triſmegiſtus inventor litterarum V. 205. 781. ſeq.
Hermogenes VIII. 123. progymnaſmata duodecim. XI. 117. ſeq. στάσεις XI. 198. περὶ εὑρέσεων libri qvatuor, XI. 207. 264. ſeq. περὶ μεθόδου δεινότητος. VIII. 103. XI. 305. 355. ἰδεῶν libri duo. XI. 315.
Hero μηχανογράφος. II. 152. XII. 976. ſeq. Ejus ὑδραυλικὰ, πνευματικὰ, βαρουλκὰ, θαλασσοδομέτρα. id.
*De Herode Rege.* XII. 1000.
Herodiani Grammatici κανὼν ὁ καθόλου. XII. 606.
Herodianus ἐν χρονικῇ laudatur Chiliadis ſextæ titulo hiſtoriæ qvinqvageſimæ qvintæ, reſpiciunturqve libri hiſtoriarum Herodiani qvi exſtant. Hero-

Herodorus Ponticus. II. 209. 366.
Herodotus I. 19. 51. 145. 409. 825. 831. 853. II. 14. 568. 735. III. 99. 398. 410. 560. 647. 954. VI. 712. VII. 681. VIII. 447. 790. 986. X. 199. filius Oxyli, III. 388. 543. VIII. 8. ἐν μούσαις ταῖς ἐννέα IX. 575.
Heſigonus. I. 469. VII. 645.
Heſiodus VI. 745. 834. VII. 233. VIII. 42. IX. 340. 361. 727. ſeq. ejus ætas XII. 165. 199. XIII. 650. Aſcræus IX. 346. Homero ὀλίγον ὑστερέστερ(ι)κῷ· ideſt poſterior annis qvadringentis. XII. 168. circa undecimam Olympiadem. XIII. 651.
Theogonia X. 516.
βίβλος ἡμερῶν. XII. 174. ἔργα καὶ ἡμέραι. XI. 875. VIII. 36. X. 301. ad fratrem Perſam IX. 727. 732. X. 217.
βίβλος ἀστρική. XII. 170. ubi tres verſus ex illo opere.
Tzetæ notæ in Heſiodum. IV. 920. VI. 842 ἡσιόδειον καὶ παλαιὸν ῥῆμα VIII. 35.
Heſychius illuſtris III. 877.
Hierocles φιλίστορσιν ἐν λόγοις. VII. 717. 725.
Himerius. VI. 318.
Hippocrates VII. 880. 885. Aſclepiades X. 725. De Hippocrate ejusqve genere plura. VII. 945. ſeq. apud Coos βιβλιοφύλαξ, τὰ παλαιὰ τῶν ἰατρῶν ἐνέπρησε βιβλία. 965. ſcripſit libros tres & qvinqvaginta. 971. Hippocrates ſeptem. 975. ſeq.
Hipponax. V. 743. ſeq. XIII. 322. μέτρῳ χωλῶν ἰάμβων. X. 380.
Hippoſtratus. VII. 369. 647.
*Hiſtiaus Mileſius* III. 458 ſeq. IX. 217. ſeq.
Homerus I. 228. 317. 330. II. 383. 630. 652. III. 12. 959. IV. 34. ſeq. 418. 960. 972. V. 8. 17. 24. 70. 73. 309. 320. 439. 552. VI. 721. 740. VII. 74. 113. 841. 844. 869. 897. VIII. 74. 78. 98. 176. 178. 209. 223. 227. ſeq. 247. 250. 383. 480. 516. 747. 902. IX. 690. 717. 796. 922. X. 12. 190. 235. 240. X. 512. ſeq. 613. XI. 381. 429. 715. 720. 758. ſeq. XII. 80. 185. 530. 782. 807. 851. 876. XIII. 36. 40. 66. 68. ſeq. 132. 138. 219. 351. 356. 412 533. 572. 575. ejus patria (Smyrna) genus & familia. XIII. 630. ſeq. ætas XII. 185. ſeq. mors XIII. 652. ſeq. βιβλία τοῦ ὁμήρου δὲ τρία εἰσὶ καὶ δέκα XIII. 645. ænigma. XIII. 661. Aſtrologiæ peritus XII. 159. ſeq. ὁ πάνσοφος, ἡ θάλασσα τῶν λόγων. XIII. 627. τὸν ὑπὲρ πάντας ἅπαντα τὸν ὅμηρον τὸν μέγαν. XIII. 670. Iliade VII. 344. 379. VIII. 146. τῇ γάμμα

μα Ἰλιάδι. IX. 691. τῇ βῆτα ῥαψῳδίᾳ VI. 309. IX. 717. 922. 932. τῇ γάμμα ῥαψῳδίᾳ V. 8. 320. XII. 530. τῇ τῆς δέλτα ῥαψῳδίᾳ X. 333. τῇ ζῆτα V. 24. ἐν ἰῶτα X. 235. τῷ υ Ὁμήρου γράμματι. V. 17. Odyſſea III. 959. VI. 552. 740. VIII. 13. 61. 215. IX. 379. 753. 933. βίβλῳ τῆς Ὀδυσσείας X. 310. 315. 888. X. 429. XII. 782. Εἴτ' οὖν ἐν Ἰλιάδι γε, εἴτε τῇ Ὀδυσσείᾳ, οὐκ ἔχω λέγειν ἀκριβῶς, τέως Ὁμήρου τοῦτο. VIII. 180. Tzetzæ exegeſis Homeri & Metaphraſis ἡμαξευμένοις στίχοις ad Auguſtam. IX. 282. ſeq.

Homerus non ſolet putamina fabularum explicare. ὅπως ἂν μὴ τὰ ἔλυτρα τοῦ μύθου ἀναπτύξῃ. X. 947. ἐκ τῶν Ὁμήρου κολλήσεις, παρῳδίαι. XIII. 351.

Margites Homeri IV. 868. VI. 599.

Homerocentra VIII. 119.

Homerus Byzantius filius Andromachi & Myronis poëtarum. XII. 210.

Homerus Phocenſis. XII. 209.

Hyperechii Grammatici diſcipula Eudocia Auguſta X. 59.

Hyperides contra legum transgreſſores VI. 93. contra Timarchum & Demoſthenem. VI. 105.

Jamblichus VII. 496. 541. 577. Jamblichi diſcipulus Dexippus IX. 498.

Jambulus VII. 645. 726. ſeq.

Johannes Lachanas Grammaticus τοῦ Ζαβαρείου, ad qvem ſcribit Tzetzes IV. 467. 472. 559.

*Hieronis Syracuſani os male olens.* XIII. 388. ſeq.

Joannes Malalas. V. 833. VI. 582. ſupra, Antiochenus.

Jobus III. 21. ſeq. Auſites X. 285. Jobi liber III. 29. X. 136. ſeq. 145. ſeq. 285.

Jon Chius III. 957.

Joſephus ὁ θαυμαστὸς ἱστορικὸς Ἑβραῖος ἐν ἁλώσει. V. 510. 543.

*Iſmenias Thebanus tibicen.* VII. 408. X. 413.

Iſocrates XII. 569. Theodori αὐλοποιοῦ filius. XI. 652. æqvalis Alcidamantis XI. 747. timidus qvi non poſſet duos ſimul diſcipulos inſtituere. XI. 664. ſeq.

Epiſtolam fœderis ad Philippum tardius abſolvit qvam Athenienſes pactionem XI. 676. Epiſtola ad Athenienſes qva ait illos prius pacem cum Philippo compoſuiſſe qvam ipſe formulam fœderis ἐπιστολὴν συμβάσεων abſolveret. XI. 679.

Lauda-

Laudationes & conſultationes ad Evagoram & Nicoclem, & adhortationes ad Demonicum Evagoræ filium. XI. 658. ſeq.
Δικανικοὶ λόγοι. XI. 657. λόγοι βασιλικοί IX. 941. παραινέσεις ibid.
Panegyrici & Panathenaicus qvem expreſſit Ariſtides XI. 663. ſeq. decem annis in Panathenaico Iſocrates elaboravit. 672.
ῥητόρων τέχνη. XI. 654. IX. 935. 941.
*Judæ oſculum.* VII. 914.
Julianus Imp. VI 964. κασσίταυρος. XIII. 546. ἰουλιάνειοι λόγοι. I. 357. Athanaſii ſive alterius ad Julianum Epiſtola. XIII. 541.
Julius III. 955. Cæſar 76. ſeq.
Julius Pollux. Vide Pollux.
ἴουλος, hymnus. XIII. 564.
Jupiter rex Aſtrologus. II. 159. 696.
Laconica ſcytale. IX. 134. ſeq. Lacones βραχυλόγοι. V. 317. X. 6. XII. 517.
*Laius* qvi peſtem Antiochi tempore ſedavit. IV. 527.
Latinorum οἰωνοσκόπημα. XIII. 187.
Leagoras. VI. 367.
Leonides de animalibus. IV. 167.
Leucippi diſcipulus Democritus. XIII. 87.
Levitici liber XI. 862.
Libanius. VIII. 24.
Lucæ Evangel. locus c. 23. v. 31. illuſtratus. XIII. 498. ſeq.
Lucianus. II. 32. 602. 631. 784. IV. 954. VII. 171. Syrus. IV. 667. Rhetor VIII. 398.
laus muſcæ XI. 723.
de calumnia. VIII. 396. ſeq.
de lamia IX. 953.
Lycophron. I. 330. II. 671. 708. IV. 997. V. 97. 304. 738. VI. 517. XI. 590. XIII. 114. 118.
Ἀλεξάνδρα V. 3. multas tragœdias ſcripſit, VIII. 484. Tzetzæ commentarium in Alexandram alius neſcio qvis pro ſua venditans diſcipulis, perſtringitur VIII. 486. ſeq. 813. ἐν δὲ τοῖς εἰς λυκόφρονα ἐμοὶ ἐξηγηθεῖσι IX. 961.
Lycophrones plures. VIII. 479. ſeq.
Lycurgi Lex I. 695. XII. 378. frater Charillus. VIII. 907.
Lycurgus Thraciæ Rex de cujus edicto ne vites plantarent V. 37. ſeq.
Lycurgus Orator. VI. 97. 100.
Lycus. III. 811.

Lyrici primum ſcripſere ſine mercede, usqve ad Simonidem. VIII. 816. Lyricus chorus. ſupra, in ἐγκύκλια μαθήματα.
Lyſias rhetor. II. 14. VI. 41. XI. 670. 682.
Lyſimachus Cyrenæus. VI. 921.
*Lyſippus Sicyonius faber ærarius* ἀνδριαντοεργάτης. VIII. 417. ſeq. cujus imaginibus gaudebat Alexander M. XI. 104. Temporis imago à Lyſippo facta. VIII. 431. X. 269. 281. ſeq.
*Macareus Perinthius* VIII. 381.
Marcus Imperator. VII. 800. ſeq. VIII. 225.
*Marſyas Phryx Philoſophus, tibiarum repertor.* I. 353.
Maximus ἱστορῶν τοὺς λόγους, ἃς ἱστορίας ἔγραψε Γρηγόριος ὁ μέγας. IX. 866.
*Megiſtias Acarnan, vates apud Lacones.* X. 683. ſeq.
Meliſſus ἐν Δελφικοῖς. VI. 936.
Melodus εἰς τὴν ἡρωδιάδα X. 53. 87.
Meton Pauſaniæ F. Athenienſis Aſtrologus. X. 535. XII. 127. ſeq. ἄριστος ἀστρολόγων. 218. de mundo interituro ſententia 220. ſeq. enneadecaëteris. 132.
Milo Pythagoræ σύγχρονος. II. 561.
Minucianus Rhetor. XII. 570.
Mnaſeas ὁ παταρεὺς (ita leg. pro ὁ πτατὰ) ἐν τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις. IX. 870. 893.
*Momus & Lamia aliorum quæ ſunt vident, ſua non vident* IX. 944. ſeq. *quod nec ipſe Momus poſſit reprehendere.* XII. 567.
Monachorum philoſophia. ὄντως φιλοσοφία δὲ τῶν μοναστῶν τῶν ὄντως. X. 599.
Moyſes. IX. 104. 472. X. 119. 124. 177.
*Moſele* Ægyptiis Neptunus. IX. 164.
Muſæus de Hero & Leandro. II. 435. X. 519. XII. 943.
Myro poëtria, mater Homeri Byzantii. XII. 211.
*Myro* χαλκουργός. VIII. 371. ſeq.
Οἱ μυθογράφοι. II. 764. V. 237. 463. VII. 307. VIII. 799. IX. 403. X. 930.
Nicander I. 358.
Θηριακοῖς. I. 266. 299.
*Nico* architectus & Geometra, Galeni Medici pater. XII. 10. ſeq. alius Nico pictor. XII. 561. Nicon ex Telchinibus. XII. 938.
Nicomachus Ariſtotelis pater, Aſclepiades. X. 728.

*Noë*

*Noë Dionyſus & Oſiris.* x. 463. xII. 138. V. 208. 791.
Ex Numerorum libro, Phinees hiſtoria. xII. 524.
Oneſicritus (apud Ælianum) III. 940.
Oppianus I. 410. III. 1000. IV. 167. 638. VIII. 113. ἐν τῇ ἀυτῦ ἁλιευτικῇ βίβλῳ. x. 481.
Oracula I. 110. 192. 387. 422. 881. II. 426. VI. 808. VII. 420. VIII. 4. IX. 489. ſeq. 616. ſeq. 658. 670. 810. 865. 869. 879. 881. 884. ſeq. x. 383. 396. 448. 455. ſeq. XII. 105. 113. 787. XIII. 102. 112. 653.
Orionis Grammatici diſcipula Eudocia Auguſta. x. 60.
Orpheus I. 229. V. 132. VI. 947. 949. x. 12. XII. 181. XIII. 576. Thrax ἐξ Ὀδρυσῶν, πατρίδος Βισαλτίας IX. 334. muſicus inſignis 335. ſeq. Orpheus magnus, æqvalis Herculis. XII. 107. 181.
Ἐν Γεωργοῖς. IV. 172. ſeq.
Δωδεκαετηρίδων initium. XII. 154.
Ἐφημερίδων primi verſus. XII. 150.
Ἐν λιθικοῖς. II. 858. ſeq. IV. 287. 402. XII. 183. 608.
Muſica Orphei IV. 478. genus I. 305. ſeq. VIII. 9. ſeq. à Threſſis diſcerptus XIII. 160.
Oſeas propheta. x. 95.
Palæphatus II. 683. VII. 10. Stoicus II. 838. πλείω σαθρὰ plura putida ſcribit. ibid. μεγάλα δ᾽ ἁβρυνόμενός τις ἐν ἀλληγορίαις Παλαίφατος φιλόσοφος ἐκ ςωικῶν τῦ γένυς μηδὲν δὲ λέγων ὐδαμῶς τῶν ἐπαξίων λόγυ πλὴν μόνον ἐν Αλκήστιδι &c. IX. 407. ſeq. ψυχρῶς καὶ ταῦτα πλὴν λαλεῖ πρέποντα Παλαιφάτῳ καὶ φιλοσόφῳ ςωικῷ (adde 455.) καὶ κομπολακυθῦσιν. 414. ſeq. 426. 429. ὄγνως Παλαίφατέ μοι ὅπως ψευςάζεις καὶ λαλεῖς ὐδὲν ἠκριβωμένως. 440. 472. X. 425. ſeq.
ὁ ἐκ περιπάτυ. I. 557. Phyſicus X. 426.
Palamedes Nauplii Fil. III. 172. an litterarum inventor. VI. 804. ſeq. X. 443. 470. XII. 40. 68. nunqvam iratus fuit. III. 175.
Pappus II. 152.
Parmenides VII. 522.
*Parrhaſius* Epheſius, pictor. VIII. 399. ſeq.
Pauſanias ἐν Ἀντιοχείας κτίσει. VII. 168. *De alio Pauſania antiqviore Duce* XII. 474. ſeq.

Pelops Medicus Galeni Præceptor. XII. 18.
Periander I. 403.
Periclis decretum Megarenſes à foro Athenis prohibens. X. 952. ſeq.
Perittas, . Πεϱιττᾶς. VII. 178.
Perſarum lex contra ingratos. III. 641. ſeq. σκάφευσις X. 885. Perſæ μαχέϱχηϱα vocant ταννόξάϱην. VIII. 950. beneficos ὀϱοσάγγας X. 746.
Petrus Apoſtolorum κϱηπίς. XIII. 55.
Phaënno Epirotica VII. 550. 551. IX. 815. 821. X. 13. ejus verſus ſex hexametri VII. 559. ſeq.
Phalaris Pythagoræ æqvalis XII. 453. 464. XIII. 139.
Epiſtolæ I. 669.
*Phayllus Crotoniata, quinquertio* XII. 641.
Pherecydes. vide Thales.
Pherenicus (poëta) VII. 652. 677. 681.
*Phidias ſtatuarius* XII. 559. *Geladi Argivi F. amico ſuo Agoracrito Pario tribuit ejusque credi voluit quas ipſe ſculpſerat imagines Nemeſin Rhamnuſiam & Jovem* VII. 930. ſeq. aliæ ejus imagines. VIII. 336. ſeq. Optices & Geometriæ peritus. VIII. 348. 360.
Philetærius ἐν λιμενοποΐιαις II. 87.
Philiſtus hiſtoriographus honoratus apud Dionyſium X. 830.
Philo, Pappus καὶ πᾶς (ita leg. pro παῦς) μηχανογϱάφος. II. 152.
Φιλόγελως (an Lucianus) VIII. 977.
Philolai Pythagorici librum à viduis emit Plato X. 798. ſeq. ſive Platoni Dio potius XI. 43. pro centum minis X. 804. XI. 5. è qvo ſcripſit Timæum & reliqva. X. 806. de anima, & Timæum & alia XI. 8. ſeq.
Philoſtephanus (poëta) VII. 652. ejus verſus hexametri afferuntur 670. ſeq.
Philoſtratus II. 784. Rhetor XII. 572. Tyrius VI. 303. Atticus. VI. 304. vita Apollonii. V. 394. ἐν βίῳ Τυανέως IX. 576.
Philoxenus Cytherius dithyramborum ſcriptor maluit damnari ad latomias qvam Dionyſii tragœdias laudare V. 152. ſeq. X. 841. ſeq.
Phœnix, Achillis præceptor, an inventor litterarum X. 443. 471. XII. 69.
Phrynichi Tragœdia de capta Mileto, propter qvam ille mille drachmis mult atus eſt ab Ahenienſibus VII. 998. ſeq. prohibitum illam docere VIII. 2.
Phylarchus IV. 288.



Digitized by Google

Pindarus I. 668. 688. II. 617. 705. III. 253. 884. IV. 393. 774. V. 466. VI. 901. VII. 20. (Thebana lyra) 81. 698. ſeq. IX. 403. 484. X. 732. filius Daiphanti I. 8. 618. ejus ædibus parcere juſſit Alexander cum Thebas everteret, στέγην, εἰπών, μὴ καίετε μυσοποιȣ̃ Πινδάρȣ, ἐπήνεσε γὰρ πρόγονον Ἀλέξανδρον ἐκεῖνȣ. VII. 412. ſeq.

Piſides III. 54.

Plato Philoſophus X. 534. 548. XIII. 140. ex Cynocephalis, vico Thebanorum oriundus, Ariſtonis F alio nomine Ariſtocles XI. 853 ſeq. venditus à Dionyſio. V. 139. ſeq. venditus Polidi navarcho Spartiatæ X. 865. ſeq. 874. à Polide eum redemit Archytas X. 998. ter Siciliam adiit. X. 994. dialogos ſuos Dioni & Dionyſio aliisqve vendidit. X. 791. ſeq. 813. XI. 38. obſoniorum conditturæ artem tenuit. X. 820. XI. 40. divitibus ac Tyrannis aſſentatus 823. ſeq. ab Æginetis prope obrutus lapidibus X. 950. 970. an inventor ἥττονος λόγȣ. XI. 706. ὁ πάνσοφος VII. 543. amicorum nomine Dialogos edidit VII. 943. ἐξ συγγραφῆς τȣ̃ Πλάτωνος προσάπτεται Σωκράτη. VIII. 34. vituperatio Rhetoricæ (in Gorgia) XI. 730. ſeq. 738. ſeq. ideæ. VII. 613. Leges VIII. 937. ȣ̓δεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. VIII. 974. Timæo VII. 543. 625. Vide & ſupra, Philolaus, ac Sophron. Inſidiatus regno Dionyſii, Dionem ad tenendas regni habenas eſt hortatus. V. 174. ſeq.

Plato Comicus I. 517.

Plutarchus I. 20. 820. II. 14. 32. III. 154. 398. 877. IV. 197. 385. παραλλήλοις IV. 932. VI. 519. 667.

Plutarchus junior. I. 343.

Poëta (Homerus) VII. 869.

Poëtæ Græci in Ægypto inſtituti X. 498.

οἱ νεώτεροι τῶν ποιητῶν IV. 996.

*Poli tragici actoris canis fideliſſimus* IV. 263.

Julius Pollux ad Commodum Imp. ſcribens VII. 772.

*Polycletus pictor & ſtatuarius optimus* VIII. 320. ejus κανὼν XII. 557.

*Polygnotus pictor.* XII. 561.

Porphyrius VII. 496. 541. 577. ἐν βίοις φιλοσόφων. XI. 534.

Poſidippus (Poëta) VII. 656. VIII. 649. ejus verſus hexametri afferuntur VII. 661. ſeq.

Praxagoras Hippocratis diſcipulus VII. 970.

*Praxiteles* λιθȣργός VIII. 376. ſeq.

Proclus Philoſophus de ſphæra. XII. 451.

Procopius Cæſarienſis I. 358.
Pronapides Homeri præceptor. XIII. 634.
Propheta X. 59. ἀπὸ βιβλίων προφητῶν συνόψεις κεκτημένα. X. 110.
Protagoras VII. 648. Sophiſta. XI. 713.
Proverbium μύσης τῆς τρωδίτιδ@, hoc eſt, vulgare: μὴ ἔχων δαίμονα ἠγόρασε γεροῦν XII. 515.
Pſalmi locus IX. 359. ſeq.
*Pſammitichus Ægypti Rex.* ψαμμιτίχου φρενὸς χρείαν ἔχω XII. 273.
Mich. Pſelli, qvi centum annis ante Tzetzen ſcripſit, laus pulicis. 721.
Ptolemæus vide, Claudius.
Ptolemæus Rex. φιλολόγος καὶ παντὸς καλοῦ ζητητὴς καὶ φιλοθεάμων. III. 897. idem de mirabilibus Indiæ citatur VII. 648.
Ptolemæus Hephæſtion ad Tertullam. VIII. 387. ſeq.
Pythagoras IV. 525. VII. 155. 548. X. 534. Pythiadis Samiæ & Mneſarchi F. id. Ejus genus, ætas &c. XI. 67. ſeq ſilentium qvinqvennale VIII. 280. vitam βραχυχρόνιον paulisper ſe abſcondens innuit. 283. apud Phalaridem per qvinqve menſes verſatus XII. 463. ſeq.
Pythagorici libros ſuos vendere jurejurando prohibentur X. 800. ſeq.
Python Byzantius VI. 187. ſeq.
Qvintus Κόϊντος ὁ Σμυρναῖ@ II. 488. ſeq.
Regum libri, βίβλ@ τῶν βασιλειῶν. X. 117.
Rheginus I. 469. VIII. 645.
Rhetorum πεντάβιβλ@ XI. 113. ſeq. Vide, Hermogenes.
ὁι ῥήτορες αἰθέριοι IX. 667. ὡς ῥήτωρ ἀλληγορεῖ. V. 242.
Rufus Medicus. VI. 300.
Salomon. I. 293. VII. 796. IX. 279.
Salonius, Catonis ſervus ac ſcriba, vir doctus. III. 113. VI. 310.
*Sampſon* Manoë filius. IX. 103.
Sarabas de arte coqvinaria. X. 818.
Sarpedon Catonis junioris pædagogus. III. 194. Catonis ſcriba. VI. 325.
Scylacis Caryandenſis liber VII. 630. ſeq.
Scythice κάρμ, civitas. παλοὺχ piſces. VIII. 777.
Septuaginta duo interpretes. XIII. 537.
Seriphon Homeri F. XIII. 637.
Seth inventor literarum. VI. 783.

Ser-

Digitized by Google

Servilius Conſul & Cæſar Rom. VII. 300. ubi male interpres *de Servilils & Saris* pro *de Serviliis Caſaribus* περὶ Σερβιλίων Καισάρων.
Sibylla. VII. 550. 566. ſeq. (adde Jo. Meurſii Cyprum lib. 2. cap. 18.) ἡ σοφωτάτη γυναικῶν. 574. χρησμός. IX. 814. 821. ſeq. X. 23.
Simmias ἐν Ἀπόλλωνι. VII. 695. ſeq. ubi plures ex illis verſus hexametri afferuntur.
Simocattus. III. 100. VIII. 518.
Simonides duo, unus Samius Amorgi F. alter Ceus. I. 619. XII. 53.
Simônides inventor η & ω litterarum. VI. 807. XII. 51. ejus victoriæ qvinqvaginta qvinqve. I. 636. IV. 487. Epitaphium I. 635. qvinqve verſus de Orpheo. I. 309. ſeq. ἆσμα de Marſya. I. 372. de Atreo. I. 431.
Epigramma in eum qvem ipſe ſepelierat. I. 630. ſeq. primus carmina mercede ſcripſit. X. 788. VIII. 817. ſeq. ubi de duabus ejus arcis. Non ſcripſit hymnos in Deos διὰ τὸ ἀνάργυρον, qvod nullam inde mercedem ferret, ſed laudes puerorum. 833. ſeq
Siſyphus Cous Teucri ſcriba qvi ante Homerum Iliadem ſcripſerit. V. 829. ſeq.
Socrates X. 720. VIII. 234. ſeq. XI. 710.
Solonis legum ἄξονες quadrati & κύρβεις triqvetri. XII. 351. ſeq. νομογράφος. I. 23. προφητικῶς qvædam dixit de Crœſo. I. 44. III. 233. ſeq. VIII. 194. à Thalete monitus V. 359. ſeq.
Σωφὶς Chronographus. V. 203.
Sophocles. V. 448. VI. 515. X. 300. 581. XII. 577. Sophili filius. III. 271.
de Oedipode. XII. 492. Ajax furens. III. 271. Flagellifer. VI. 656. Electra VII. 240.
Sophonias Propheta. X. 103.
Sophronis Syracuſii mimos emit Plato & ex eo dialogos ſcribere imitatus eſt. X. 807. ſeq. XI. 9. ſeq. emti a Dione pro Platone. XI. 4. 43.
Soranus VI. 300. Epheſius de vita Hippocratis. VII. 987.
Soſibius ὡς ἐν τῷ Δάφνιδι φησὶ Σωσίβιος ἰάμβοις. II. 595.
Soterichus. VII. 74.
Sotion. VII. 647.

Sta-

Staphylus Naucratites. IX. 834.
*Staſicrates Bithynus Alexandri M. faber ærarius.* VIII. 409. ſeq. IX. 96.
Staſini ἔπη. II. 710. ſeq. κύπρια συγγράμματα ſcripſit qvæ pleriqve dicunt Homeri fuiſſe, cujus ille filiam duxit Arſephonem. XIII. 638.
*Stephanus Diaconus & Martyrum primus* X. 131.
Stephanus Byz. III. 816.
Steſichorus. I. 640. ſeq.
μέλη. I. 682. IV. 488.
Strabo. VII. 723. VIII. 608.
Strato Phyſicus. VIII. 608.
Stypes * (Στυπῆς) Patriarcha IX. 971. in eum Comœdia cujusdam qvem Tzetzes per contemtum βυβαλοπάπαν vocat IX. 970.
Svetonius ἐν παιδιαῖς de ludis Græcorum. VI. 875.
Syneſius VI. 355. ejus laus calvitii. VI. 725.
Σύρων γραφαὶ fabula de regina Dercetone in piſcem mutata IX. 509.
τῇ Σύρων καὶ Ἑβραίων δὲ κατ' ἴσον (ita leg. pro κτῖσον) διαλέκτῳ μελχὰ δηλοῖ βασίλισσαν, ὁ μάλχος βασιλέα. IX. 776.
Talaſſio Latinorum, Hymenæo Atticorum reſpondens. XIII. 613.
Tantalus ἀρχιερεὺς & Phyſicus. V. 458. ſeq.
Tarrhæus ἐν παροιμίαις. VIII. 19.
*Terpander* κιθαρῳδός. I. 385. ſeq.
Teucer Phalaridis ſcriba. V. 837. ſeq. XIII. 147.
Thales IV. 525. Pythagoras cum Thalete audivit Pherecydem, XI. 37. Solon à Thalete monitus. V. 359. ſeq.
ejus machinæ & lunaris foſſa. I. 821. IV. 497.
Thamyris Muſicus VII. 93. ſeq. ποιητὴς γενναῖος συγγράψας κοσμογένειαν πενταχιλίοις στίχοις. 97.
Theagenes ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης. VII. 313.
Thearion ſcripſit de arte coqvinaria. X. 818.
Themiſtius. VI. 329.
Themiſtogenis Syracuſii nomine ſuam Cyri anabaſin edidit Xenophon. VII. 940.
Theocritus II. 580. XII. 945. Chius. III. 65.
Theodectes Rhetor. XII. 570.
Theodoritus ἐν βίβλῳ τῇ ἰδίᾳ ἣν Θεραπείαν ἔγραψεν ἑλληνικῶν παθῶν δὲ IX. 867.
Theodorus Pſaltes. IV. 265. ubi de cane ejus fideliſſimo.
Theodorus Medicus ſub Mauritio Imp. Chaganum amicum fecit Romanis. III. 236. IV. 574. Theo-

* Leo Stypiotes Patriarcha CPol. ab A. 1134. ad 1143.

Digitized by Google

Theodorus Samius Teleclis F. ſculptor inſignis. VII. 214.
Theolaus Homeri F. XIII. 637.
Theologus (Gregorius Naz.) V. 99.
Theophilus Pro Cos. patricius, qvæſtor & præfectus CPol. ἐν θεμελιώσεσι παραθαλασσίαις. II. 88.
Theophraſtus, Tyrtamus ante dictus. XI. 860. IX. 936. memoria valens. 938. ætatis anno XCIX. ſcripſit χαρακτῆρας. 942. ſeq.
Theopompus ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. XII. 359.
Theramenes. vide Euripides.
Therſites contumeliis in heroës celebris. VII. 898.
Theſſalus Hippocratis F. artem medicam ab eo edoctus. VII. 969. ſeq.
Timæus IV. 277. Siculus.
*Timanthis pictoris Palamedes.* VIII. 404.
Timarchus Arizeli F. Orator contra Æſchinem VI. 10.. contra Demadem. VI. 17. contra Neæram. VI. 36.
*Timon Echecratidis fil. miſanthropus.* XII. 274. ſeq.
Timon in ſillis X. 811.
Timothei Grammatici Gazæi, qvi Anaſtaſii Imp. temporibus ſcripſit (de animalibus) IV. 168.
Tragicorum πυκτίδες. III. 312. 321.
Tryphiodorus. IV. 997. VI. 865.
Tyrtæus I. 692. ſeq.
μέλη IV. 488.
Virgilius II. 31.
Uranius ἐν τρίτῳ Λεσβικῶν VII 731. ſeq.
*Vulcanus Ægyptius tempore Noë, inventor ignis & artium qvæ igne exercentur* X. 492. ſeq.
Xenophanes. VII, 522.
Xenophon. I. 51. 56. III. 646.
in Cyropædia. III. 562. illam Themiſtogenis Syracuſii, amici ſui nomine edidit. VII. 940.
Zachariæ prophetæ Metaphraſin δι' ἐπῶν ſcripſit Eudocia Auguſta. X. 64. 92
Zenothemis (poëta) VII. 652. 678. ἐν τῷ περίπλῳ 684. ubi diſtichon ex eo affertur.
*Zethus & Amphion* vide Amphion.
*Zeuxis Epheſius, pictor.* VIII. 389. ſeq. 403.

VI. CONSTANTINUS HARMENOPULUS ad medium duodecimum ſæculum refertur à multis, & nominatim à præſtantiſſimo Caveo & a Petro Bælio (Reponſe aux qveſtions d'un Provincial T. 1. chap. 53. p. 482.) qvare hoc etiam capite illi locum dare volui. Verius tamen eſt, medio ſæculo decimo qvarto demum illum floruiſſe, ut ex jam dicendis patebit. Natus eſt circa A. 1320. CPoli a) patre Curopalata, matre Muzalona Jo. Cantacuzeni Imp. conſobrina. Ad XVI. annum ætatis liberalibus Græcorum diſciplinis à *Philaſtrio* Monacho Studita inſtitutus, poſt auditum *Leonem* Monachum b) ad annum usqve vigeſimum latinis litteris navavit operam ſub *Aſpaſio*, Monacho Calabro, qvem ad id pater Conſtantini magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad Jurisprudentiam ſe contulit doctore *Simone Attaliata*, pronepote Michaëlis illius cui Juris Compendium Græci debent. Eo magiſtro velociſſimi ingenii juvenis ad eam ſapientiæ famam pervenit, ut duodetrigeſimo ætatis anno *Antecesſoris* nomen meruerit, qvod non niſi ſenibus Principes Græci & Legum ſtipendia emeritis plurima concedebant. Trigeſimo ætatis anno *Iudex Dromi*, qvod civilium Dicaſtarum ſupremum tribunal fuit, renunciatus, & inter Conſiliarios adſcitus Principis c) qvos inter primum locum obtinuit minimus omnium ætate, tanta cum integritatis & ſapientiæ gloria id muneris executus eſt, ut Cantacuzeno, è ſolio qvod occupaverat deturbato d) nullam fortunæ aut dignitatis mutationem ſit paſſus, qvinimo, patre defuncto, auctus honoribus, *Sebaſtus* & *Curopalata* ad Cæſarem * propius accedere juſſus ſit. Opibus, dignitatibus, opulentoqve Bryenniæ conjugis matrimonio felix ad Legum interpretationem ſe contulit, tanta ubiqve & gravitate & eruditione, qvantam nobis ubiqve ingerunt ejus *in Digeſtum* e) *ac Codicem* luculentiſſimi *Commentarii*, *explanationes Novellarum*, *Procbiron Juris utriusque*, aliaqve qvæ paſſim

a) Accuratam hanc de Harmenopulo notitiam debeo Nicolao Comneno Papadopoli pag. 143. prænotionum myſtagog. editarum Neapoli 1695. fol. Comnenus teſtatur ſe uſum Georgii Coreſſii & Maximi Planudæ Paralipomenis ad Bibliothecam Photii.

b) Hunc cum non diu poſt Archiepiſcopum Mytilenæum fuiſſe conſtet, Nic. Comnenus eundem putat fuiſſe cum Leone Magentino cujus commentarii in ſcripta Ariſtotelis exſtant.

c) Joannis Cantacuzeni Imp.

d) A. C. 1355. * Joannem Palæologum.

e) De his Harmenopuli ſcriptis partem adhuc ineditis plura dixiſſe ſe Comnenus teſtatur in opere quod inſcripſit *Græcia Sapientis teſtimonium*. Illud non vidi.

paſſim Latinis JCtis ad auctoritatem præſentiſſimam evocantur,qvæqve tanti Græcis habita ſunt qvanti olim priſcis Latinis effata Scævolæ, Pauli, Caji, Ulpiani, aliorumqve hujusmodi, qvorum in jure ſumma auctoritas. *Sapientiſſimum* appellatum à Michaële Balſamone, f) *Peritiſſimum legum* à Nicolao Cabaſila g) *Os jurisprudentiæ* antonomaſtice, & *Jurisconſultum* κατ᾽ ἐξοχὴν à Nilo Rhodio h) & ab ipſo Philotheo i) Patriarcha CPol. *Theſaurum Nomicum*, diſces ex pluribus Virorum hujuscemodi monumentis. Circa qvadrageſimum ætatis annum Canones attigit, cum *præfectus Theſſalonicæ* ſummo cum *Nomophylacis* imperio per otium amavit Sacra tractare, ea diligentia & fide, ut inter Canoniſtas Græcos principem locum judice Nicolao Comneno obtineat, & Nilo Rhodio vocetur νομοδιδάσκαλος καὶ Κανόνων ἑρμηνευτὴς ἀνεπίληπτος, ſuffragante Georgio Coreſſio additionibus ad Bibliothecam Photii & Chriſtophoro Campana Chio Canonarcha de vi canonum, ſcholio ultimo. Diem obiit ſupremum CPoli A. 1380, vel 1383.

## Conſtantini Harmenopuli ſcripta edita.

1. Ἑξάβιβλος, ſive Πρόχειρον νόμων, *Promtuarium juris Civilis* in ſex libros, titulos LXXXII. diviſum, qvod una cum *ecloga legum Georgicarum ex jure Juſtinianeo*, Græce cura *Theodorici Adamæi Svallenbergii* lucem vidit Pariſiis apud Chriſtianum Wechelum 1540. 4. Latine vertit *D. Bernhardus à Rey* Colon. 1547. 8. apud Martinum Gymnicum, & ex ſecunda recognitione ibid. apud Gualtherum Fabricium 1556. 8. Et cum enchiridio uſuum feudalium per interpretem addito, 1566. 8. Accuratius deinde & elegantius, additis etiam ſcholiis *Joannes Mercerus*, cum præfatione ad *Michaëlem Hoſpitalium* Lugd. 1556. 4. & Lauſannæ, apud Franciſcum le Preux, illuſtriſſ. D. Bernenſium typographum 1580. 8. Hinc Græce & Latine cum Merceri verſione & ſcholiis, & paratitlis *Dionyſii Gothofredi* & Variarum Lectionum libello ex Codice MS. Jacobi Lectii: & nomenclatore Græcarum dictionum Juris ad Harmenopulum, Genev. 1577. 4. Germanice Harmenopuli Hand-Buch und Auszug Käyſerlicher und Bürgerlichen Rechte / *D. Juſto Goblero* interprete Francof. 1566. 1576. fol. MStum hoc opus in variis Bibliothecis ut Cæſarea



f) in Anaphora III. c. 5.

g) in quæſt. de matrimonio, apud Chriſtoph. Campanam Canonarcham.

h) in ſylloge Canonum ad Canones Concilii CPol. ſub Cantacuzeno.

i) Orat. 2. de Pace CHriſti.

Digitized by Google

rea Lambec. VI. pag. 45. Coisliniana pag. 218. &c. Privata qvidem auctoritate ſed ſingulari ſtudio concinnatum fuit ab Harmenopulo hoc Promptuarium, compendiumqve Juridicum, ſupplens & emendans defectus veteris *πρoχείρȣ* qvod in XL. tributum titulos auſpiciis Baſilii Macedonis, Conſtantini Porphyrogennetæ & Leonis ſapientis pridem compoſitum ipſe commemorat: explanationibus etiam ſuccinctis qvibus leges adductas Principum & JCtorum veterum reſponſa illuſtrat, illud locupletavit, qvas Mercerus atqve inde Godofredus & minori typorum chaarctere & præpoſito *Χολίȣ* vel *ἐπεξηγήσεως* titulo ſolent diſtinguere.

2. *Επιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων. Epitome divinorum & ſacrorum Canonum* (tributa in ſectiones ſex, 1) de Epiſcopis 2) de presbyteris, Diaconis, ſubdiaconis atqve ephorciſtis 3) de clericis. 4) de Monachis & Monaſteriis. 5) de Laicis. 6.) De mulieribus.) *Πρόχειρον* juris canonici Vocat Nic. Comnenus p. 219. prænot. Myſtagogicar. Cum ſcholiis *Citrenſis τȣ̃ Κίτρȣς* qvi p. 11. nominatur, & *Philothei*, (qvi Patriarcha CPol. fuit A. 1354. & ab A. 1362. ad 1376.) Græce & Latine prodiit in *Marquardi Freheri* Jure Græco Romano lib. I. pag. 1-71. ex Græco Jo. Sambuci codice, adjuncta Latina *Jo. Leunclavii* verſione. Francof. 1596. fol. Hæc Epitome in aliqvot Codicibus Cæſareis exſtat manu exarata teſte Lambecio V. p. 160. & VI. p. 35. ac 38. qvos cum editis conferri, poſtremum præcipue, opere prætium fuerit. Ex eodem, & nota Philothei adjecta non licet de ætate Harmenopuli dubitare, qvam idéo hic etiam adſcribere haud gravabor. *Τὸ παρὸν ὅλον τȣ̃το βιβλίον τῶν τε θείων καὶ φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων συνετέθει πολλῷ πόνῳ, καὶ ȣ̔́τως ὠργανόθη παρὰ τȣ̃ πανσεβάςȣ νομοφύλακος τȣ̃ ἐυαγȣ̃ς βασιλικȣ̃ σεκρέτȣ καὶ κριτȣ̃ τῆς θεοσώςȣ πόλεως Θεσσαλονίκης κυρȣ̃* ΚΩΝΣΤΑΝΤΊΝΟΥ *τȣ̃* ἈΡΜΕΝΟΠΟΎΛΟΥ *ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐυσεβεςάτȣ καὶ φιλοχρίςȣ Δεσποίνης ἡμῶν καὶ Αὐτοκρατορίσσης κυρᾶς* ἌΝΝΗΣ *τῆς Παλαιολογίνης, καὶ τȣ̃ ἐρασμιωτάτȣ ταύτης υἱȣ̃, τȣ̃ ἐυσεβεςάτȣ καὶ φιλοχρίςȣ Βασιλέως ἡμῶν καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρȣ̃* ἸΩΆΝΝΟΥ *τȣ̃ Παλαιολόγȣ ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ςωνγ΄., ἰνδικτιῶνος ιγ΄.* Hoc eſt: *Præſens hic totus Liber divinarum ac piarum Legum & ſacrorum atque divinorum Canonum multo labore compoſitus & ita inſtructus eſt ab admodum venerabili Nomophylace ſacri Imperatorii Secreti & Judice à Deo ſervatæ Urbis Theſſalonicæ, Domino CONSTANTINO. HARMENOPULO, ſub Imperio piiſſimæ & Chriſtum amantis Dominæ noſtræ atque Imperatricis, Dominæ ANNÆ Palaeologinæ, & dilectiſſimi*

*mi Filii ipſius, piiſſimi & Chriſtum amantis Regis noſtri atque Imperatoris Romanorum, Domini JOANNIS Palæologi, anno à creatione Mundi 6853, Indictione decima tertia, ſive anno Chriſti 1345.* Huic ſuffragatur, qvod idem Philotheus in ἀνατροπῇ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῷ Ἀρμενοπούλῳ ἀναθεματισμῶν qvam in Codice Regio 2023. lectam ſibi laudat etiam Cangius gloſſario in κριτής, Harmenopulum velut adhuc ſpirantem alloqvitur his verbis: ὁ περὶ ταῦτα σοφὸς σέβαστε νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἀρμενόπουλε, πῶς οὐ κἀκεῖνο τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκας; *cum peritus ſis bujusmodi rerum, venerabilis Nomophylax & judex generalis Harmenopule, cur non boc quoque ſcriptis adjeciſti &c.* Unde jam inedito A. 1650. opere de Synedriis lib. 1. cap. 10. p. 213. ſeq. Jo. Seldenus monuit de Harmenopuli ætate aliter eſſe omnino decernendum qvam viris doctis fuerat hactenus receptum, qvi retulerunt ad ſæculum duodecimum, ut Marqvardus Freherus in Chronologia Juri Græco Rom. præfixa, Joſephus Maria Svareſius in notitia Baſilicorum, Jac. Gothofredus in manuali Juris, Philippus Labbeus & Caſimirus Oudinus, & Lud. Ellies du Pin de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Tho. Ittigius præf. ad librum de hæreſiarchis p. 18. Jo. Doujatius prænot. Canon. p. 428. aliiq;.

3. Περὶ ὧν οἱ κατὰ καιροὺς αἱρετικοὶ ἔδοξαν. *De opinionibus hæreticorum qui ſingulis temporibus exſtiterunt.* Incipit: Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον. Sine ordine temporis diſſerit breviter 1) de Arianis, 2) Macedonianis, 3) Sabellianis 4) Apollinari, 5) Eutyche & Dioſcoro, 6) Paulo Samoſateno, 7) Neſtorianis, 8) Sergio, Pyrrhoqve Monothelitis, 9) Origenianis, 10) Petro Fullone, 11) Marcionitis ac Manichæis, 12) Marcello, Photino & Sophronio, 13) Eunomianis, 14) Novatianis & 15) Sabbatianis, 16) Montani ſectatoribus, 17) Donatiſtis, 18) Maſſalianis qvi etiam Enthuſiaſtæ & Valentiniani (ita dicti qvod Valentini & Valentis Impp. temporibus pullulaverint.) Deniqve de Elevtherio Paphlagone atqve 19) Bogomilis, οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς. *non diu ante noſtram memoriam.* Prodiit ex Jo. Sambuci Codice Græce cum Latina *Jo. Leunclavii* verſione ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios Baſil. 1578. 8. p. 557-576. & in jure Græco Rom. Freheri pag. 547. Francof. 1596. fol. & in auctario Bibl. Patrum Ducæano Pariſ. 1624. Tomo 1. & in Bibl. Patrum, Morellianæ edit. A. 1644. 1654. Tomo XI. Latine ſæpius in cæteris Bibliothecæ Patrum editionibus & ad calcem Honorii de hæreſibus, Helmſt. 1676. 4.

4. Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου, *de fide Orthodoxa.* Incipit: πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανόν. Libello de hæreſibus ſubjicitur Græce & Lati-

ne in prima editione p. 576-583. & in omnibus cæteris jam memoratis ſimiliter recuſum. In Codicibus autem Cæſareis hæc expoſitio fidei libello de hæreſibus inſtar procemii præmittitur, ut notat Lambecius VI. pag. 35. 39. Eandem bis memoriter recitaſſe dicitur Harmenopulus morti vicinus eo ipſo die qvo CPoli obiit ſub Manuele Palæologo, Kalendis Martii anno ætatis LXIII. Chriſti 1380. vel 1383. ut accuratius à Coreſſio ſupputari notat Comnenus pag. 144. In hac Ecthesi Allatius II. 2. de conſenſu §. 8. pag. 493. monet contra Harmenopuli mentem addita ab editoribus juris Græco Romani pag. 552. verba : *καὶ τοῦ υἱοῦ*, *ac Filio*, ubi de Spiritus S. proceſſione ſermo eſt. Qvod facile crediderim licet futilem conjecturam Nic. Comnenus appellat. Certe in prima Leunclavii editione A. 1578. pag. 578. tantum legitur: *Τὸ συναϊδίως ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.*

5. *Donatio Conſtantini Magni* Silveſtro Papæ ut ajunt facta, qvam ex Græca Harmenopuli verſione dedi Volum. VI. p. 5. vulgaverat è Græco Codice Regio Pariſienſi Jul. Cæſar Bulengerus lib. 2. de Imperio Rom. c. 6. Exſtat etiam in Codicibus Cæſareis de qvibus Lambecius V. pag. 244. & VI. p. 35. 38. Nec non in Barocciano Bibl. Bodlejanæ, Codice 149.

6. *Tomus contra Gregorium Palamam* Græce & Latine editus ſine nomine auctoris ab Allatio in Græcia Orthodoxa Tom. 1. pag. 780-785. Rom. 1652. 4. Harmenopulo vindicatus à Nic. Comneno pag. 144. prænotionum Myſtagogicarum. Incipit : *Ἡ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

## Scripta Harmenopuli inedita.

7. *Diſſertatio de jejunii qvadrageſimalis, aliorumqve nonnullorum ſolennium jejuniorum origine ac ratione.* Incipit : *ἰστέον ὅτι τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην τεσσαρακοστὴν νηστεύομεν ὡς τοῦ χρόνου ὅλου ἀποδεκάτωσιν.* MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VI. p. 37. ſeq.

8. *Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου. Τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.* *Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ & magnæ Eccleſiæ CPolitanæ S. Sophiæ*, id. p. 36. & 40.

9. *Narratiuncula de tribus tomis Synodicis* ſub Imp. Conſtantino Porphyrogenneto ſub Imp. Manuele Comneno & Mich. Palæologo compoſitis, in qvibus anathemate percutiuntur qvicunqve contra Imperatores ſeditionem excitant, & per vim aut inſidias Imperium in-

invadere nituntur vel eorum adjutores & conſcii. Incipit: ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνςαντίνȣ τȣ̃ Πορφ. id. p. 35.

10. *Lexicon* τȣ̃ σεβαςȣ̃ καὶ κριτȣ̃ Θεσσαλονίκης τȣ̃ Ἀρμενοπȣ́λȣ λεξικὸν κατὰ ςοιχεῖον περιέχον τὰ κοινῶς γραφόμενα ῥήματα. Cujus pars MS. in Bibl. Cæſarea. Neſcio idemne an aliud qvod ſeptem folia in qvarto implens exſtat integrum in alio Codice atqve inſcribitur, λεξικὸν κατὰ ςοιχεῖον περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Incipit: ἀγαπῶ, φιλῶ. Vide Neſſelium I. p. 398. & IV. p. 120. Qvod vero ab Dupinio T. IX. Bibliothecæ ſcriptor. Eccleſ. p. 200. memoratur Harmenopuli Dictionarium, *Dictionaire du Droit Civil*, haud diverſum eſt ab ejus Promtuario ſive Prochiro juris, de qvo ſupra dictum. Vide Bælii reſponſ. ad qvæſtiones hominis è Provincia cap. 53. T. 1. p. 482. ſeq.

11. A Nicolao Comneno in prænotionibus myſtagogicis præterea ſubinde allegantur Harmenopuli *ſcholia in Pandectas* ut p. 235. 238. 239. 268. 282. 400. *in Codicem* p. 320. 321. *in Novellas.* p. 322. 388. *in Novellam Leonis* ibid. & 197. *Libellus de teſtibus* p. 403. *Libellus de teſtimonio qvomodo fiat* qvem in ſuam ſynopſin juris retulit Thomas Diplovatacius id. 384. *Epiſtola 21. ad Sclerum* p. 226. 362. Idem Comnenus obſervat Harmenopulum libenter inſiſtere veſtigiis JCti inter Græcos celebris Tipuciti, p. 884. & Canonum interpretis Theodori Prodromi p. 364. Multus etiam in eo Comnenus eſt p. 144. & 251. ut Harmenopulum Balſamoni præferat & à ſchiſmate Photiano alienum fuiſſe probet, inſultetq; Maximo Margunio, Balſamonem præ illo extollenti. Eundem Margunium Harmenopuli *Orationes* citantem refellit p. 272. negatqve Orationes ullas aut dixiſſe vivum; aut fato functum reliqviſſe. *Ipſe enim*, inqvit, *initio commentariorum ſuorum in Digeſtum ſe infacundum & tardioris pronunciationis hominem fatetur, eamqve cauſam affert, ob qvam à dicundis cauſis impendendoqve Clientibus patrocinio ſe tranſtulit ad qvietiorem Legum meditationem.*

## Alii CONSTANTINI.

Conſtantinus qvidam cujus mores laudat, fortunam deplorat Æneas Gazæus Sophiſta Epiſt. IX.

Conſtantinus *Acropolita*, Logotheta, Georgii Acropolitæ F. de qvo Volum. VI. p. 449.

Conſtantinus *Afer* peritus artis Medicæ, & Monachus Caſinenſis Benedictinus circa A. 1071, varia ut ex Arabico ſic ex Græco idiomate

mate in Latinum tranſtulit, de qvo dixi ad Trithem. de ſcript. Eccleſ. c. 286. Vide & Antonium Pagi ad A. 1087. n. 13.

Conſtantinus *Antiochenus* presbyter qvi S. Chryſoſtomi homilias in Epiſtolam ad Hebræos à notariis exceptas, *ἀπὸ σημείων* poſt ejus fata in lucem protraxit. Ad hunc Chryſoſtomi Epiſtolæ. De eodem Palladius in vita Chryſoſt. p. 144.

Conſtantinus *Cabaſilas* Dyrrhachii Metropolita, qvi Joanni Citri Epiſcopo qvæſtiones propoſuit, ad qvas ille reſpondet in Jure Græco Rom. lib. V. p. 323.

Conſtantinus *Cæſarienſis* de qvo infra p. 679.

De Principibus & Hoſpodaribus Moldaviæ eruditis noſtra ætate, Conſtantino *Cantemirio* * & Conſtantino *Demetrio* adi Diarium Lipſienſe Neuer Bücher-Saal parte XLI. p. 376. ſeq.

Conſtantinus *Chliarenus*. Vide infra, Patriarcha.

Conſtantinus *Chryſomallus* de cujus ſcriptis & erroribus circa A. 1137. CPoli damnatis Leo Allatius lib. 2. de conſenſu c. 11. §. 1. p. 644. ſeq. & Gvil. Beveregius ad can. 60. Apoſtol.

Conſtantinus *Diaconus* CPol. & Chartophylax cujus homilia in omnes Martyres laudatur in Synodo ſeptima, Actione qvinta. Incipit: *αἱ μὲν χειστῶ πανηγύρεις ὅσαι τὸ φῶς*. Vide Allatium de Synodo Phot. p. 541. Non diverſus hic mihi videtur à Conſtantino Chartophylace de qvo Theophanes ad A. 790. De ejus ſolutionibus qvæſtionum Canonicarum vide Lambecium. V. p. 231.

Conſtantini qvam plures *Epiſcopi* memorantur in ſubſcriptionibus Conciliorum qvas vide apud Harduin. T. XI. p. 426. ſeq.

*Georgius Conſtantinus*, commentitius pro Georgio Codino, vide infra p. 699.

Conſtantinos *Imperatores* undecim cum annis qvibus præfuerunt, ordine recenſitos habes Volum. VI. p. 752. Speciatim de Conſtantino Magno ejusqve ſcriptis dixi in eodem volumine p. 1. ſeq. De ſcriptis Conſtantini Porphyrogennetæ p. 486. ſeq. Conſtantini Deſpotæ Novella dictata à Theodoro Decapolita, MS. in Bibl. Cæſarea.

Conſtantinus *Lascares* Byzantius, cujus Grammatica per Dionyſium Paraviſinum excuſa Mediolani A. 1476. 4. ex recognitione Demetrii (Chal-

* Hujus filius Servanus Cantemirius ineunte ſeptimo anno ætatis A. 1714. potentiſſimo Roſſorum Imperatori Petro Alexidi Panegyricum dixit Græce & Latine excuſum Petroburgi.

Chalcondylæ) Cretenſis, exſtat Hafniæ apud nobil. virum Frid. Roſtgaardum. Verſio qvæ in Veneta editione acceſſit, inepta eſt judice H. Stephano, & qvæ ſcriptorem ipſum contemptibilem reddat. p. 42. de Græcæ lingvæ ſtudiis. Compendium octo partium Orationis, cum verſione Joannis Creſtoni, Placentini Monachi, Mediolan. 1480. 4. Alias editiones memoravi Volum. VII. p. 39. Expoſitio Vaticinii Coſroæ, Regis Perſarum, de Imperio Romano, MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. p. 252.

Conſtantinus *Licbudes*. Vide infra, in Patriarcha.

Conſtantinus *Manaſſes* de cujus Chronico ſcripto verſibus politicis circa A. 1150. & in A. 1081. deſinente, dixi Volumine VI. p. 157. Idem MS. in Bibl. Coisliniana p. 587. Neſcio diverſusne ab hoc ſit Conſtantinus, Imperatori qvem non nominat ab Epiſtolis, inter Hiſtoricos Byzantinos laudatus à Georgio Codino p. 17. Origg. CPol. Ex Conſtantini Manaſſæ *libro ſecundo Hodæporici*, verſibus Jambicis ſcripti, locum affert Allatius in notis ad Georgium Acropolitam p. 201. Idem habuit MS. ſed in codice à tineis blattisqve male habito miſereq; eroſo hujus. Conſtantini *ἔκφρασιν· εἰκονισμάτων κατὰ μέσον μὲν ἐχόντων τὸν Κύκλωπα τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους διασπαράσσοντα καὶ ἐσθίοντα, τὸν δὲ Ὀδυσσέα οἴνου ἀσκὸν προφέροντα καὶ δεξιούμενον πόσει τὸν Κύκλωπα. Deſcriptionem imaginum in medio exhibentium Cyclopem Ulyſſis amicos diripientem & vorantem, Ulyſſemqve prolato vini utre Cycoplem potu excipientem.* Incipit: οὐδὲν ἄρα φιλοκάλου ψυχῆς ὀλβιώτερον εἰ δ' ἅμα καὶ φιλόλογος εὑρεθῇ. Præterea *ἐπικήδειον πρὸς τὸν ἀποιχόμενον ἐπὶ τῶν δεήσεων κῦριν Νικήφορον τὸν Κομνηνόν. Epicedium in obitum Nicephori Comneni, ſupplicum libellorum Magiſtri.* Incipit: *Ἀῤῥάβων γῆ πιοτάτη καὶ μήτηρ γονίμων χυμῶν, ἀέρες δὲ εὖ κεκραμμένοι.*

Conſtantinus ex Samoſatenſium vico Mananale *Manichæus* de qvo Photius libro I. contra Manichæos. Montfauconi Bibl. Coislin. p. 358. ſeq.

Conſtantinus *Meliteniota* Archidiaconus CPol. *Λατινόφρων* qvi cum Patriarcha ſuo Joanne Vecco in exilium pulſus obiit A. 1284. de illo dixi Volum. IX. p. 198

Conſtantinus *Papa* ab A. C. 708. ad 715. Ad hunc Epiſtola Apologetica Joannis CPol. Tom. 3. Concil. Harduin p. 1838. Ejus Epiſtola ad Brithvvaldum Archi Ep. Cantuarienſem id p. 1827.

Conſtantinus Anti Papa A. 767. cujus nonnulla leguntur in Volumine Epiſtolarum Pontificum qvod edidit Gretſerus, Ingolſtad. 1613. 4.

Conſtantini *Patriarchæ* CPolitani fuere qvinqve, vel ſaltim qvatuor: nam de primo qvem Ceſtinum vel Caſtinum alii vocant, & tertio ſæculo volunt fuiſſe, non adeo exploratum. 1) Conſtantinus Cancellarius, fuit ab A. 674. ad 676. 2). Conſtantinus Epiſcopus Syllæi, ab A. 754. ad 766. de qvo Hiſtoria Miſcella XXII. 24. 41. 46. ſeq. 3) Conſtantinus Lychudes, ab A. 1059. ad 1064. cujus decreta duo Synodica de ſervo criminali & de Sacerdote cædis reo ac depoſito, in jure Græco Rom. lib. IV. pag. 264. 265. & apud Thomam Diplovatacium in Synopſi juris Græci. Et 4) Conſtantinus Chliarenus, A. 1154. cujus Synodica varia citat in prænotionibus Myſtagogicis Nicolaus Comnenus, ut de Clerico milite p. 250. De nuptiis pag. 286. De perjuriis pag. 287. & de homicidiis latronum * p. 257. qvod exſtat in jure Græco Romano lib. III. p. 210.

Conſtantinus *Pſellus* de qvo Allatius libro de Pſellis ſect. 50. & 80. Hunc mutato nomine eundem cum Michaële Pſello, Michaelis Ducæ præceptore eſſe putabat Cangius in gloſſario Græco p. 1637.

Conſtantinus *Rheginus*, qvi ex Protoſecretario (corrupte Aſyncritus pro ἀσηκρήτης Lambec. VI. p. 200.) Roberti Gviſcardi, Nortmannorum; Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Ducis A. 1072. factus eſt Monachus Caſinenſis, idem cum Conſtantino Afro de qvo ſupra.

Conſtantinus Sacerdos, ad qvem circa A. 1095. ſcripſit Philippus ſolitarius auctor Dioptræ, de differentia inter interceſſionem & auxilium Sanctorum.

Conſtantinus *Siculus* Philoſophus, cujus carmen Græcum Anacreonticum alphabeticum ſuper periculo parentum & fratrum ſuorum in mari, MS. in Bibl. Cæſarea memorat Lambecius V. p. 295. Incipit: ἀπὸ μυστικῶν μελάθρων.

Conſtantinus *Tarſenſis* ſive *Tarſita*, cujus Epigramma Græcum in Antiochi Monachi Pandectem, ex Codice qvem totum manu ille ſua ſcripſerat, edidit Lambecius III. p. 138. Aliud in librum S. Chryſoſtomi de Virginitate.

Conſtantinus *Tii* in Ponto Epiſcopus, qvi ſynodo Photianæ interfuit, cujus homilia in S. Euphemiæ reliqviarum inventionem exſtat Latine apud Lipomannum Tomo VI. & apud Surium XI. Julii. Græce incipit: ἥκω τὸ ἐπίταγμα φέρων. MS. in Bibl. Bodlej.

Con-

* Memorat Harmenopulus in ſynopſi Canonum p. 59.

Digitized by Google

Conſtantinus *Barinus* ſive *Varinus*, qvi CPoli libros qvosdam Græcos mannſcriptos habuit, qvorum Catalogus exſtat apud Poſſevinum ad calcem Tomi II. Apparatus ſacri p. 45. 46. in his fuit Symmachi interpretatio Pſalterii & totius Vet. Teſt. Zachariæ Rhetoris Hiſt. Eccleſiaſtica, aliaqve eximia qvæ necdum lucem viderunt monumenta.

Conſtantinus recens ſcriptor, qvi verſibus politicis Græco barbaris expreſſit hiſtoriam Apollonii Tyrii. Prodiit Venetiis A. 1600. & 1696. 8. διήγησις ὡραιοτάτη. Ἀπολλωνίου τοῦ ἐν Τύρῳ ῥημάδα.

De *Roberto Conſtantino*, cujus inſigne Lexicon Græco Latinum habemus, dixi ſupra p. 77. ſeq.

VI. NICON Monachus & Archimandrita Armenius, ſanctitatis & miraculorum fama celebratus, & qvod jugiter inclamaret agendam eſſe pœnitentiam, cognomento appellatus μετανοεῖτε, *pœnitentiam agite*, diem obiit A. 998. Memoriam ejus celebrant Martyrologia & Menologia XXVI. Novembr. Vitam ejus A. 1150. ſcripſit Abbas qvidam patria Lacedæmonius, incipit: εἰ οὐ τόπῳ ἢ χρόνῳ, γνώμῃ δὲ μᾶλλον στέῤῥα. Latine vertit Sirmondus, ex qva plura affert Baronius Tomo X. Annalium ad A. 961. 969. 969. 981. 982. 986. 998. Hujus ut putant Niconis breve ſed non exigui momenti ſcriptum περὶ τῆς δυσσεβοῦς θρησκείας τῶν κακίστων Ἀρμενίων, *de impia peſſimorum Armeniorum religione*, ad calcem Balſamonis pag. 86. & apud Beveregium notis ad can. 56. Trullan. pag. 158. ſeq. & in Bibliothecis Patrum ut T. 25. edit. Lugd. pag. 327. Latine editum ex verſione non felici ſemper Gentiani Herveti. Sed Græce & Latine exhibetur à Cotelerio in notis ad Patres Apoſtolicos, ad lib. 2. Conſtitut. Apoſtol. cap. 24. pag. 235. 236. incipit: τὰ παρὰ τῶν Ἀρμενίων γινόμενα παραλόγως. Et cum hac meretur conferri qvam dedit idem ad lib. V. cap. 13. pag. 314. ἀπότάξις τῶν αἱρετικῶν Ἀρμενίων, *Renunciatio hæreticorum Armeniorum*. Incipit: Ἐγὼ ὁ δεῖνα ἢ ἡμεῖς &c. Uſus eſt Cotelerius Codice Græco Regio Pariſ. 1818. Poſt Balſamonem & in Bibliothecis Patrum præmittitur Latine Niconis ex *Epiſtola* ad ἔγκλειστον ſive incluſum monachum *de injuſta excommunicatione*. Incipit: *Scias autem pater*. Si eadem eſt qvam memorat Lambecius VI. pag. 31. illum oportet eſſe juniorem Niconem, qvoniam in illa mentio Nicolai Grammatici, qvi Patriarcha fuit CPol. ab A. 1084-1111. Fuit vero & alius Nicon junior, Monachus Rai-



Digitized by Google

thenſis Palæſtinus, qvi ſub Conſtantino Duca * circa A. 1060. collegit *Πανδέκτην τῶν ἑρμηνειῶν τῶν θείων ἐντολῶν τῦ Κυρίυ*, *Pandectem de interpretationibus mandatorum divinorum*, duobus diſtinctum libris & λόγοις ſive capitibus LXIII. Adhuc ineditus, dignus autem luce, in variis Bibliothecis ut Regia & Coisliniana MStus ſervatur. *Ornat*, inqvit Cotelerius, ** *Bibliothecam Regiam optimus liber*, *qui collectus eſt ex divinis Scripturis*, *ſacris Canonibus*, *teſtimoniis ſanctorum Patrum*, *aliisque monumentis Eccleſiaſticis, nec non legibus civilibus*. De Coislinianis Codicibus celeberrimus Montfauconus in Catalogo Bibl. Coislinianæ p. 111. & p. 197.

*Initio bujus libri a S. Nicone adornati præmittitur prologus boc titulo*, λόγος διαλαμβάνων περὶ τῆς ὑποθέσεως τῦ βιβλίυ τῶν ἑρμηνειῶν. *Principium ſic babet*, ἅυτη ἡ βίβλος τὰς τῦ Κυρίυ μὲν ἐντολὰς καὶ τὰς τούτων ἑρμηνείας περιέχει. *Deinde ſeqvitur proœmium in librum Niconis boc initio*: ἔδει μὲν ἡμᾶς, Φησὶν ὁ θεῖος Χρυσόςομος, μηδὲ δεῖσθαι. *Eſt totum opus ampliſſima collectio locorum Scripturæ*, *SS. PP. & Scriptorum Eccleſiaſticorum*, *itemqve Synodorum*. *Scriptores autem & Synodi unde loca deſumta fuere*, *bi ſunt*:

ALexander ad magnum Euſebium. (Macarius Alex.)
Ammonius ex interpretatione Actorum Apoſtolorum.
Anaſtaſius Sinaita.
Conſtitutiones Apoſtolicæ.
Athanaſius.
Barſanuphius.
Baſilius Magnus ἐκ τῶν παροιμιῶν.
Caſſianus.
Chronicon (fortaſſe Syncelli.)
Ex Chronico Imperatorum de tempore Baſilii Macedonis.
Clemens Rom.
Clementia ſeu Clementina.
Cyrillus Hieroſolymitanus.
Diadochus.
Didymus.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Alexandrinus.
Dorotheus.
S. Ephrem.
S. Epiphanius.
Eſaias Monachus.
Evagrius.
Euſebius Pamphili.
Ἡ Ἐυθυμιακὴ ἱςορία.

Genna-

* Prologus Niconis pandecti præmiſſus à juniore ſcriptore apud Montfaucon. pag. 189. καί τις ἕτερος μοναχὸς ἰδιώτης μὲν τῷ λόγῳ ἀλλ᾽ ὐ τὴν γνῶσιν -- ἐν οἴκῳ πεφυτευμένος Θεῦ κατὰ τὸ Μαῦρον ὄρος καλύμενον, σημείοις ἐνδιαπρέψας χρόνον ἐφ᾽ ἱκανὸν καθ᾽ ὃν καιρὸν δηλαδὴ Κωνςαντῖνος ὁ Δυκᾶς τὸ ἐπώνυμον τὺς τῆς βασιλείας ἐνεχειρίσθη οἴακας.

** Cotelerius in notis ad homiliam X. Clementin. Tom. 1. Patrum Apoſtol. pag. 707. Idem Niconem collectorem ineditum citat paſſim ut pag. 292. 312. &c.

Digitized by Google

Gennadius CPol.
Γερουλικόν.
Gregorius Thavmaturgus.
Gregorius Theologus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Dialogus, Papa.
Ignatius ad Polycarpum.
Incluſus ad S. Simeonem Thavmaturgum.
JoannesChryſoſtomus,ſæpiſſime.
εἰς τὰς μαργαρίτας.
Joannes Climacus.
Joannes Damaſcenus de hæreſibus.
Joannes Heſychaſtes.
Joannes jejunator.
Iſaac Syrus.
Iſidorus Peluſiota.
Lauſiaca hiſtoria.
Leges Civiles.
Macarius.
Macarius Alex. ad magnum Euſebium Alexandrinum.
Marcianus Bethlehemita.
Marcus.
Martyrium S. Anaſtaſiæ, S. Dionyſii Areopag. S. Eugeniæ.
Maximus.
Methodius CPolitanus.
Nicephorus CPol.
Nilus.
Nomocanon Baſilii.
Nomocanon Jejunatoris.
S. Orſiſius.
Petrus Alexandrinus, Canone XV.
Philo Judæus.
Philo Carpathius.
Pœmen ſive Paſtor.
Simeonis Epiſtola ad incluſum.
Synodus Nicæna, Laodicena, Neocæſar. Sardicenſis, Ancyrana, Antiochena, Gangrenſis, Carthaginenſis.
Chalcedonenſis.
CPol. in templo SS. Apoſtolorum.
Sexta, ſeptima ſive Nicæna ſecunda: Synodus nona.
Taraſius CPol. Epiſtola ad Adrianum Papam.
TheodorusStudita.
Ejus teſtamentum.
Theodoretus.
Theophilus Alexandrinus.
Timotheus Alexandrinus.
Vita S. Antonii, S. Charitonis, S. Cyrilli Alex. Danielis Stylitæ, S. Epiphanii. S. Marcelli Monachi & Acœmetæ. S. Joannis Chryſoſtomi. S. Joannis Eleemoſynarii. S. Joannicii. Joannis CPol. Neſtevtæ. S. Nicolai. S. Pachomii, S. Paiſii, S. Philemonis: S. Sabæ, S. Simeonis Archimandritæ, S Simeonis Thavmaturgi. S. Stephani junioris. S. Theodori Edeſſeni. Theodori τοῦ ἡγιασμένου.
Vita Sanctorum Ἀββάδων (Abbatum)

Ex eodem Niconis Pandecte qvædam publicavit Cotelerius Tom. 3. monument. Eccleſiæ Græcæ pag. 420-424. qvi etiam conſulendus in notis pag. 644. ſeq. ubi obſervat ab eo ſub Johannis Nicæni

nomine ex Epiſtola ad Zachariam Catholicum laudari, qvæ leguntur in Iſaaci Catholici invectiva in Armenios, de qva dixi ſupra pag. 173. Idem memorat ſcriptum hujus Niconis *de jejunio S Mariæ*, MS. in Codice Regio Pariſ. 3027. (olim 1326) hoc titulo: τοῦ ὁσιωτάτου Νίκωνος μοναχοῦ τῆς ἁγίας Θεοτόκου τῆς Ῥαιθοῦ εἴδησις περὶ τῆς πανσέπτου νηστείας τῆς παναγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Incipit: χρὴ εἰδέναι ὅτι ἡ τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου νηστεία οὐ κατὰ τάξιν ἐγγράφως κεῖται εἰς τὸ παρὸν τυπικὸν &c. Confer eundem Cotelerium p. 650. ſeq. *Geronticon* Niconis, ejusqve Gerontici ſermo XXIX. allegatur à celeberrimo Montfaucono p. 13. palæographiæ Græcæ, qvod non diverſum eſt à *narrationibus* ejus *Aſceticis* laudatis ab Allatio p. 746. de purgatorio. Εὐχὴ ἡμερινὴ τοῦ ἁγίου Νίκονος MS. memoratur apud Lambecium III. p. 35. Fuit etiam Nicon Agrigentinus, diſcipulus Aſclepiadis Medici, cujus mentio apud Stephanum Byz. in Δυῤῥάχιον. Nicon Sexti Fadii præceptor, cujus liber περὶ πολυφαγίας memoratur à Cicerone VII. 20. Epiſt. ad Trebatium: niſi ſit Micon Celſi, Pliniiq;. Nicon hypopſephius Chalcedonenſis laudatus à Nicolao Comneno. Et Nicon Epiſcopus martyr ſub Decio, de qvo Acta Sanctor. 23. Martii. Ut omittam Niconem de qvo Artemidorus IV. 82. &c.

VII. ANDRONICUS CAMATERUS Manuelis Comneni Imp. qvi ab A. 1143. ad 1180. præfuit, affinis, atqve ab eo auctus dignitate Sebaſti & præfectus Urbis ac Drungarius τῆς βίγλας ſive præfectus vigilum conſtitutus a) ſcripſit *Hoplothecam ſacram* & antirrheticos libros Latinis oppoſitos. Principium antirrheticorum citat Nic. Comnenus pag. 173. prænot. Myſtagogicarum, & pag. 282. *libri contra Latinos interrogationem centeſimam.* Partem libri in qvo Manuelis Imp. perſonam induens cum Cardinalibus Romanis de proceſſione Spiritus S. diſputat, diu poſt confutandam ſibi ſumſit *Jo. Veccus* ab A. 1274. ad 1282. Patriarcha CPol. in ἀντιῤῥητικοῖς τῶν ἐπὶ ταῖς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γραφικαῖς χρήσεσιν ἐπιστασιῶν Κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Καματηροῦ. Hæc ἀντιῤῥητικὰ in qvibus poſt Camateri ἐπιστασίας, Vecci reſponſio ſubinde ſubjicitur, Græce & Latine vulgavit Allatius in Græcia Orthodoxa Rom. 1652. 4. Tom. 2. pag. 287-521. Camateri ipſius ſcripta necdum lucem viderunt, nec qvæ in Bibl. Bavarica ſervata ſunt diſputatio ſub Manuelis Imp. nomine cum doctore Armeniorum Petro, & libellus de dua-

a) Vide Jo. Cinnamum lib. V. Jo. Veccum in Allatii Græcia Orthodoxa Tom. 2. pag. 288. Allatium de conſenſu lib. 2. c. XI. §. 5. pag. 660. ſeq. & 766.

duabus in CHriſto naturis. Hujus Andronici Camateri filius fuit *Joannes Ducas*, cui Euſtathius dedicavit commentarium ſuum in Dionyſium periegetem. Vide Cangii notas ad Cinnamum p.467.ſeq. & gloſſar. Græc. p. 1295.

ALEXANDRUM CAMATERUM in refutatione animadverſionum Joannis Vecci citat Nic. Comnenus pag. 242. Prænotion. myſtagog.

BASILIUS CAMATERUS, Patriarcha CPol. A. 1183-1186.

JOANNES CAMATERUS, ab A.1198. ad captam usqve A.1204. à Latinis urbem Patriarcha CPolitanus, qvem Ephræmus in chronologia Patriarcharum jambis ſcripta his verbis celebrat apud Allatium de conſenſu pag. 724. & notis ad Georg. Acropolitam pag. 222.

Ὁ Καματηρὸς εὐεπὴς Ἰωάννης
Ἴδρις σοφίας παντοδαπῆς καὶ λόγων
Ἐπίβολός τε δογμάτων τῶν ἐνθέων
Ἐκκλησίας ὢν λευΐτης χαρτοφύλαξ.

Hujus Synodicon de homicidis citat Nic. Comnenus p. 251. prænot. myſtagog. Aliud de nuptiis Conſobrinorum exſtat in Freheri Jure Græco Rom. lib.IV. pag.285. Epiſtola ad Innocentium III. qva unam & univerſalem, Romanam dici Eccleſiam pro miro habere ſe teſtatur, exſtat Latine inter Innocentii Epiſtolas libro 2. Epiſt. 208. Tom. 1. edit. Baluzianæ pag. 471. cum Innocentii reſponſione.

VIII. ALEXIUS ARISTENUS Nomophylax & magnæ Eccleſiæ CPol. Oeconomus ante Balſamonem & poſt Zonaram b) ſcripſit circa A. 1160. *ſcholia in Synopſin Canonum*, edita primum Græce & Latine à Gvil. Beveregio in Pandectis Canonum Oxon. 1672. fol. ex Codice MS. cujus titulus: Νομοκάνονον σὺν Θεῷ ἑρμηνευθὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου Νομοφύλακος κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ. Synopſis ipſa Ariſteno, ut volunt viri eruditi c) longe etiam antiqvior, ſub illius nomine prodierat in Gvil. Voëlli & Chriſtoph. Juſtelli Bibl. Canonica T. 2. pag. 673-709. Pariſ. 1661. fol. hoc titulo: ἡ ὑπὸ Ἀριστηνοῦ σύνοψις τῶν κανό-

b) Zonaram antiqviorem Ariſtenum facit Allatius p.419 de conſenſu.

c) Gvil. Beveregius prolegom. ad pandect. Canonum §. 27. ſeq. Guil. Caveus in Hiſt. literar. S. E. Ante Ariſtenum, Zonaram & Balſamonem epitomator Canonum ſatis antiqvus Græcus citatur ab Allatio de conſenſu pag. 191.

*κανόνων πάντων.* Seriem & ordinem qvi eſt in Codice Eccleſiæ univerſæ, ſecutus eſt, additis initio ſuæ collectionis Apoſtolorum Canonibus, & in calce Sardicenſibus, Carthaginienſibus, Trullanis, & S. Baſilii, ex tribus Epiſtolis illius petitis. Anteqvam editus eſſet, allegatur paſſim ab Antonio Auguſtino in notis ad veteres collectiones Decretalium. Ariſtenus conſultus Canonem Trullanum XXXVII. adverſus Patriarcham Nicephorum Hieroſolymitanum protulit, ut ad illum Canonem à Balſamone annotatum eſt. Ceterum in ſubſcriptionibus Concilii A. 1166. CPoli habiti, qvas edidit Allatius lib. 2. de conſenſu cap. 12. nullam Nicephori Hieroſolymitani mentionem reperio, ex qva Ariſtenum qvoqve illi Concilio interfuiſſe viri docti colligunt, ſed tantum Nicephori Cæſareæ novæ, & Nicephori Rhodi Epiſcopi. Alexium Ariſtenum Canoniſtam *libro de pœnitentia* citat Nic. Comnenus in prænot. myſtagog. pag. 410. *Notas ad librum Canonum Theodori Prodromi* pag. 278. *Explicationem Sacramentorum* pag. 309. *Notas ad titulum Baſilicon de probationibus* pag. 283.

IX. SAMONAS Archiepiſcopus Gazenſis in Palæſtina A. 1050. habuit *diſceptationem cum Ahmede Saraceno*, qvæ lucem vidit *Græce* una cum liturgiis S. Jacobi, Baſilii & Chryſoſtomi, Pariſ. 1560. fol. *Latine* in Liturgiis Sanctorum Patrum ex Claudii de Sainctes editione Antvverp. 1562. 8. & T. XVIII. Bibl. Patrum Lugd. pag. 577. *Græce & Latine* in auctario Bibliothecæ Patrum Ducæano Pariſ. 1624. T. II. pag. 277. & in Bibliotheca Patrum Morelliana Pariſ. 1644. 1654. Tom. XII. pag. 521-526. Pars prior hujus diſceptationis legitur etiam inter opuſcula Theodori Abucaræ Græcè & Latine edita, cap. XXII. ſub titulo Dialogi cum Saraceno, oſtendentis Panem myſtica benedictione fieri corpus CHriſti. Vide Mich. le Qvien ad Damaſcenum Tom. 1. pag. 655. & qvæ de Theodori Abucaræ opuſculis dixi Volum. IX. p. 180. Samonas ille à Saracenis poſtea religionis cauſa interfectus, unde eum Martyrem appellat Nic. Comnenus p. 407. prænot. Myſtagog.

X. THEORIANUS à Manuele Comneno Imp. religionis cauſa circa A. 1170. legatus ad Armenios miſſus, litteris tradidit *Dialogum cum Norſeſi Armeniorum Catholico* habitum, qvo ei Eutychianorum & Monophyſitarum errores diſſaſit. Hic prodiit Græce ex Bibl. Joannis Sambuci cum Jo. Leunclavii verſione Baſil. 1578. 8. p. 1-195. Ei ſubjuncta ſunt itidem Græce & Latine 1) Leonis I. Papæ Epiſtola ad Flavianum

Digitized by Google

num CPol. p.196-226. 2) Jo. Damaſceni Dialogus cum Manichæo a) pag.226-386. 3) Leontius Byz. de ſectis b) pag. 386-555. 4) Conſtantinus Harmenopulus de ſectis c) p.556--576. 5.) Ejusdem de fide Orthodoxa. d) p. 577-583. 6) S. Auguſtini de Trinitate, cum Græca verſione ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἐπιγραφομένου pag. 584-599. & 7) S. Hilarii de eodem argumento ex ſermone qvi poſt Pentecoſten in feſto S. Trinitatis recitatur, itidem cum Græca verſione pag.600-605. In margine notatur hoc fragmentum non exſtare inter Hilarii ſcripta qvæ Latine ſæpius lucem viderunt. Theoriani legatio ſive dialogus cum Armeniorum Catholico Græce & Latine recuſus in Auctario Bibl. Patrum Ducæano Pariſ. 1624. T.1. p.439. & in Bibl. Patrum Morelliana Pariſ. 1644. 1654. T.XI. Libellum apprime doctum vocat Allatius de conſenſu pag.668. qvi in libro de purgatorio pag.690. & 822. nonnulla affert ex Theoriani Philoſophi *Epiſtola ad Sacerdotes montana loca incolentes, de jejunio Sabbati, Divina communione, conjugio Sacerdotum & non radenda barba.* Hujus Epiſtolæ fragmentum falſo Chryſoſtomi nomine venditavit Bonacurſius Dominicanus, qvi poſtremis Thomæ Aqvinatis temporibus vivebat, in teſtimoniis Patrum qvæ in Codice Colbertino 3285. evolvit celeberrimus Vir Michael le Qvien qvi ſub nomine Stephani de Altimura Panopliam contra ſchisma Græcorum edidit. Vide panopliam hanc pag.321. & præfationem pag XVII.

XI. EUSTHATIUS CPolitanus Monachus S. Flori, ſive illius Monaſterii qvod ædi SS. Flori & Lauri in urbe CPoli vicinum erat. Ita enim malo cum celeberr. Bandurio e) verba τοῦ κατὰ Φλῶρον, apud Demetrium Chomatenum interpretari, qvam cum Cangio Diaconum ad Flori ædem. Deinde libellorum ſupplicum Magiſter f) Magiſter Rhetorum, g) hinc magnæ Eccleſiæ CPol. Diaconus, & ex deſignato Myrenſis Eccleſiæ Epiſcopo

 Archi-

a) de hoc dictum Volum. VIII. p.795. b) Vol.VII. p.451. & Vol. IX. p.166. ſeq.

c) ſupra p. 277. d) p. 278.

e) Demetrius Chomatenus in reſponſo pag. 317. lib. V. juris Græco Rom. Bandurius ad Antiquitates CPol. pag. 836. Cangius gloſſar. Græco pag. 1295.

f) Ἐπὶ τῶν δεήσεων, in inſcriptione Euſtathii commentariorum ad Dionyſium.

g) Cangii gloſſar. in ῥήτωρ, & in notis ad Zonaram pag.68. Allatius de conſenſu lib. 2. c. 8. §. 4.

Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, inſigni virtutis & eruditionis laude floruit temporibus Manuelis, Alexii, Andronici & Iſaaci Angeli Comnenorum, adhuc ſuperſtes A. 1194. Magnis laudibus mactatur à Niceta Choniate in Annalibus lib. VIII. pag. 238. lib. X. pag. 334. & à Michaële Pſello in Epiſtolis ineditis (ex qvibus nonnulla affert Cangius gloſſario Græco in ῥήτωρ.) Defunctum pro funere laudarunt *Euthymius & Michaël Choniates*, qvorum Orationes MStæ Oxonii in Bibl. Bodlejana Codice Barocc. 131. Euthymius inter alia celebrat *faſces Epiſtolarum* qvas ait ſe habere Euſtathii, manu ipſius exaratas. Epiſtolas Euſtathii ad Pſellum in Codice Regio evolvit Cangius pag. 1296. gloſſarii Græci. De *Commentariis* ejus editis uberrimis * atqve pereruditis *in Homerum* dixi lib. 2. cap. 3. & de Commentariis *in Dionyſium* periegetem, qvos Joanni Ducæ, Andronici Camateri (de qvo ſupra p. 286.) filio inſcripſit, lib. 4. cap. 2. In eodem qvem paullo ante memorabam Codice Barocciano habentur plura Euſtathii adhuc inedita, ut *Oratio in Manuelem Comnenum* Imp. *Supplicatio* ad eundem Imp. *nomine Civitatis Theſſalonicæ, cum ſiccitate laboraret. Leſſus in fratris ſui obitu.* In Catalogo MStorum Bibliothecæ Scorialenſis obſervavi memorari *Orationem* ab Euſtathio Theſſalonicenſi Archiepiſcopo habitam *ad eos qui in templo erant S. Demetrii μυροβλύτου, in principio indictionis* Anno 6702. (CHriſti 1194.) Euſtathii *Commentaria in Jo. Damaſceni Canones* ſive Hymnos citat Allatius de conſenſu utriusqve Eccleſiæ pag. 613. 614. & in diatriba de Georgiis p. 319. ſeq. Judice Henrico Stephano lib. de inſtituendis Græcæ Lingvæ ſtudiis pag. 14. *Euſtathius multo dignior eſt fide quam Moſchopulus & multo plus valuit judicio, valde tamen inclinata, jam ejus ætate, & magnas mutationes paſſa erat lingua Græca, ut ex multis ejus locis patet, & iis nominatim in quibus vocabula quædam commemorat ſermonis, quem ἰδιωτικὸν vocat.*

De aliis Euſtathiis dixi lib. V. cap. 21. Volum. VIII. p. 189. ſeq. Sed ibi notatis poſſunt addi:

Euſtathius *Anteceſſor* JCtus cujus ſcholia ad Novellas Leonis Imp. laudat Nic. Comnenus pag. 320. prænotionum myſtagogicarum.

Euſtathius *Armenius ὁ κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Εὐστάθιος* in qvem invectus Eunomius apud Gregor. Nyſſenum lib. 1. contra Eunomium pag. 296.

Sub

* Spes editionis Græcolatinæ commentariorum Euſtathii in Homerum, quam A. 1708. Pariſiis fecit publice V. C. Claudius Caperonierius, jam pridem videtur iterum evanuiſſe.

Digitized by Google

Sub Euſtathii *Antiocheni* nomine *Liturgiam* è Syriaco Latine verſam edidit V. C. Euſebius Renaudotus, T. 2. collectionis Liturgiarum Oriental. p. 235. Incipit: *DEus clemens & multa miſericordia*, Pariſ. 1716 4. Ὑπόμνημα *in Hexaëmeron* qvod Euſtathii nomen præfert, Diodoro Tarſenſi deberi ſuſpicatur vir eruditiſſimus M. V. la Croſe. Apud S. Maximum T. 2. p. 152. hoc Euſtathii dictum exſtat: θέλησίς ἐςι φυσικὴ λόγε τȣ͂ ἐν ἡμῖν κίνησις. Θέλησίς ἐςιν ὄρεξις λογική τε καὶ ζωϊκή. *Voluntas, naturalis eſt motus exiſtentis in nobis rationis. Voluntas appetitus eſt rationalis & animalis.* Alia de hoc Euſtathio Volum. VIII. pag. 166--189.

Euſtathius *Dyrrhachenus* ſub Manuele Comneno, vir doctus ſed ob hæreſin miſſus in exilium. Vide Allatii præf. ad excerpta Rhetorum & lib. 2. de conſenſu cap. 12. §. 5.

Euſtathius *Magiſter* Romanus qvi ſcripſit de Hypobolo ſive incremento dotis qvod poſt mortem mariti ultra dotem dabatur uxori MS. in Cod. Regio 2023. citat Cangius in ὑπόβολον. De eodem argumento Georgius Phobenus infra p. 721.

Euſtathius *Patriarcha* CPol. ab A. 1019. ad 1025. qvem cum Theſſalonicenſi Archiepiſcopo confundit Freherus in Chronologia Juri Græco Rom. præmiſſa, notatus eo nomine à Labbeo in protreptico ad Hiſtoriam Byzantinam, & ab Allatio de conſenſu pag. 613. Similiter falluntur qvi Scaligerum in Scaligeranis ſecuti, Euſtathio Theſſalonicenſi tribuunt libros de Iſmeniæ & Iſmenes amoribus, qvorum auctor eſt Euſtathius ſive Eumathius qvidam cognomento Macrembolites, dignitate protonobiliſſimus. De illis dixi Volum. VI. pag. 814. ſeq.

XII. NICOLAUS *Grammaticus*, * Patriarcha CPol. ab A. 1084. ad 1111. de cujus decretis atqve Epiſtolis Synodicis editis atqve ineditis Caveum conſulere juvabit. Carmen vero qvod verſibus politicis exſtat MStum in Bibl. Cæſarea *de jejuniis ac feſtis totius anni*, Nicolaum Patriarcham qvidem habet auctorem, Νικολάȣ Πατριάρχȣ ἁγίȣ ποίημα, incertum autem an Myſticum potius an Chryſobergen an Muzalonem, nam & hi fuere Nicolai Patriarchæ. Sed age hac occaſione & alios Nicolaos, qvi Græce ſcripſerunt, paucis perſeqvamur.



* Alius Nicolaus Grammaticus qvi ad Muſulmannorum religionem ſe contulit, ut ex Germani II. ab A. 1226. ad 1240. Patriarchæ CPol. ad eum Epiſtola notatum eſt ſupra pag. 213.

## Alii NICOLAI qvi Græce ſcripſerunt.

Nicolaus *ὁ μυρεψός, Alexandrinus* Medicus, cujus magnum opus de compoſitione medicamentorum Latine verſum à *Leonbardo Fuchſio* ſæpius lucem vidit Baſil. 1549. fol. Lugd. 1550 8. Francof. 1626. 8. atqve inter Medicos principes H. Stephani 1567. fol. Græce necdum editum in Bibliothecis ſervatur MS. hoc titulo: Νικολάου τὸ μέγα δυνάμερον ὃ περιέχει καὶ τὴν κατασκευὴν τῆς μυρεψικῆς τέχνης ἐν βιβλίοις κδ́, κατ᾽ ἀλφάβητον. Laudatur à Matthæo Silvatico in pandectis Medicinæ ſive Lexico, variis in locis, unde ante Annum 1300. ſcripſiſſe colligebat eruditiſſimus Cangius, ipſe vero laudat non Actuarium modo ſed & XXXII. 117. Meſuen Arabem, clarum medio ſæculo duodecimo. Ante Fuchſium longe imperfectior exſtabat Latina verſio Nicolai Rhegini Calabri, cum brevibus Jo. Agricolæ Ammonii notis, Ingolſt. 1541. 8. Atq; ſi Fuchſium audimus *non habet niſi unam aut alteram initio libri cum Græcis convenientem compoſitionem. Cætera omnes & ordine & medicamentorum commemoratione plurimum variant, ut ex collatione ipſa palam fiat hoc opus non eſſe Nicolai, ſed alterius cujusdam qui nonnulla ex Nicolao & diverſis aliis auctoribus in unum congeſſit librum.* Memoratur & Lugduni ac Pariſiis editum Nicolai Præpoſiti Diſpenſatorium ad Aromatarios ſive introductiones in Artem Apothecariam, qvem Nicolaum cum Myrepſo eundem eſſe conjicit G. Abraham Mercklinus in Bibl. Medica pag. 842. Sed de hoc non poſſum dicere, qvia in librum illum necdum incidi. Hoc novi, tanqvam diverſum referri à Tiraqvello lib. de Nobilitate pag. 383.

Theodorus ſive Nicolaus Andidorum Epiſcopus in expoſitione myſteriorum Miſſæ ad Baſilium Phytiæ Epiſcopum citatur ab Allatio de conſenſu p. 1142.

Nicolaus *Athenienſis* Metropolita, cujus explicationem Miſſæ ſive Divinorum officiorum laudat Nic. Comnenus in prænot. myſtagog. p. 26. 33. 399. Officium ſancti olei qvod in demortuos canitur, Allatius de libris Eccleſ. Græcor. p. 120. 128.

Nicolaus *Bubalius* Jatroſophiſta, qvi Epigrammate Græco decoravit Nic. Comneni Papadopoli, Cretenſis prænotiones Myſtagogicas A. 1697. fol. Neapoli editas.

Nicolaus *Bulgarus* Corcyræus doctus & accuratus vir in ſacram catecheſin, in primam partem ſacræ liturgiæ, (ubi de templo) laudatur ab eodem Comneno p. 178. 398. Nico-

Digitized by Google

Nicolaus *Callicles*, Archiater, ad qvem Theophylacti Bulgaror. Archi Epiſcopi Epiſtolæ.

Nicolaus *Chryſoberges* Patriarcha CPol. ab A.C. 983. ad 996. Cujus ſynodicon de teſtium auctoritate citat Nicolaus Comnenus pag. 285. prænotion. myſtagog.

Nicolaus *Cabaſilas*, de qvo ad Allatium libro de Nilis.

Nicolaus *Damaſcenus* de qvo dixi lib. III. c. XI. p. 306. ſeq.

Nicolaus *Doxopater*, Nomophylax & notarius Patriarchalis CPol. cujus ſcholia in Nazianzeni Carmina exſtant MSS. in Bibl. Cæſarea.

Nicolaus *Euboicus*, infra in Secundino.

Nicolaus *Heracleenſis* Archiepiſcopus.

Nicolaus *Hydruntinus* Μαΐϛωρ ἱδρῦσης qvod Magiſtrum Rhetorum interpretor. Sub Alexio IV. Angelo clarus circa ſæculi duodecimi initia, atqve interpretis functus officio eſt in diſputationibus cum Latinis religionis cauſſa habitis CPoli, Athenis vel Theſſalonicæ: varia ſcripſit contra Latinos per modum Dialogi, tria potiſſimum, qvæ Latine etiam verſa feruntur MSS. fortaſſe ut Allatius p. 704. de conſenſu notat, ab ipſo auctore, utriusqve lingvæ perito. Primum ſyntagma *de proceſſione Spiritus S.* in qvo Nicolai Methonenſis & Georgii Corcyrenſis inſiſtit veſtigiis, & Hugonem Etherianum oppugnat. Incipit: ὡμολόγηται ὅτι καὶ ὅλη Θεότης μονάς ἐϛι καὶ ἓν κατὰ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας. Secundum *de pane Cœna ſacra, fermentum ſcilicet à CHriſto diſcipulis eſſe præbitum.* Incipit: κοινωνικὸν μὲν ζῶον ὁ ἄνθρωπος καὶ τῆς ἰδίας φύσεως. Tertium *de Jejunio Latinorum in Sabbato; non eſſe miſſam perfectam in Qvadrageſima celebrandam, & de Conjugiis Sacerdotum, & aliis.* Incipit: ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη ὥς φησιν ὁ Ἀπόϛολος. Vide Allatium lib. 2. de Conſenſu cap. 13. §. 4. Idem *Scholion* ejus *de Celeſtino Papa & Celeſtio heretico* exhibet lib. 1. cap. 21. §. 3. p. 333. & ex libris jam memoratis & necdum editis fragmenta p. 352. 582. 626. 1208. & contra Hottingerum pag. 13. 241. &c.

Nicolaus *Lichina*, Monembaſiota, cujus meminit eruditiſſ. Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 60. Longe plures Nicolaos ſcribas ac librarios idem vir celeberrimus memorat in Palæographia Græca.

Nicolaus *Malaxus* Peloponneſius Archipresbyter & Protopapa Nauplii qvem libris Græcorum liturgicis multa aſſuiſſe arguit Allatius de conſenſu pag. 1160. & de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 219.

 Nico-

Nicolai *Meſarita* Epiſtolæ duæ A. 1203. ſcriptæ ad Theodorum Laſcarim, MSS. in Bibl. Cæſarea.

Nicolaus *Methonenſis* in Peloponneſo Epiſcopus & Metropolita multum Mich. Cerulario recentior, & ad duodecimum referendus ſæculum, nec confundendus cum Nicolao Cabaſila, * plura ſcripſit adverſus Latinos, maximam partem inedita adhuc, Librum primum *de primatu Papæ* citat Nic. Comnenus pag. 366. prænot. myſtagog. Librum ſecundum contra Latinos pag. 356. Ejusdem *Syllogismos de proceſſione Spiritus S.* qvorum initium: ὡμολόγηται ὅλε καὶ ὅλη ἡ Θεότης μονάς ἐςι καὶ τὸ ἕν. & alterum qvod incipit: ἐχρῆν μὲν μηδ᾽ ἀπολογεῖσθαι τοῖς ὄτω καινοφώνοις καὶ καινοπίςοις. Nec non tertium *de azymis* evoluiſſe ſe teſtatur Allatius lib. 2. c. 10. de conſenſu §. 2. pag. 627. cujus initium, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην ὦ Λατινόφιλε πρὸς σέ. Aliud ſcriptum de *proceſſione Spiritus S.* idem memorat qvod incipit, Βασιλεῦ ὀράνιε, Παράκλητε ἀγαθέ, ſed illud juniori cuidam Νικολάῳ λάμψαντι νέῳ Μεθώνης tribuendum ſuſpicatur, qvi ſcripſerit poſt Nicephorum Blemmydam. In Bibl. Bavarica aſſervati ſunt præter librum de proceſſione Spiritus S. Græcolatinum, *liber de S. Euchariſtia in pane fermentato conficienda. Liber de jejunio Latinorum in Sabbato & de Sacerdotum conjugio, & quod in Quadrageſima non ſit perfecta Miſſa celebranda.* In eadem Bibl. atqve in aliis obvia hujus Nicolai *diſcusſio Theologicæ inſtitutionis Procli*, Platonici Philoſophi. Ex ſcripto de proceſſione Spiritus S. petita videtur ejus Θεολογία περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ſive fragmentum *de SS. Trinitate* in Bibl. Cæſarea, incipit: τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια. *Orationem contra transgreſſores Legis Divinæ* citat Nic. Comnenus pag. 166. In Nicolai Hydruntini ſcriptis multa ad verbum ex Methonenſi repetita & expreſſa reperiri notavit Allatius de conſenſu pag. 705. & 627. Editum hujus Methonenſis neſcio an aliud qvicqvam exſtat qvam breve ſcriptum πρὸς τοὺς διστάζοντας καὶ λέγοντας ὅτι ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος καὶ οἶνος οὐκ ἐςι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, *de Corpore & Sanguine CHriſti adverſus eos qui dubitant an conſecratus panis & vinum ſint Corpus & ſanguis Domini.* Græce cum liturgiis SS. Jacobi, Baſilii & Chryſoſtomi Pariſ. 1560. fol. pag. 129-133. Latine in Liturgiis Claudii

de

* Allat. de conſenſu pag. 858. & 554.

de Sainctes' Antvverp. 1562. 8. pag.77. atqve in Bibliothecis Patrum ut Lugdunenſi Tom.23. pag.634. tum Græce ac Latine in auctario Ducæano Tom.2. pag.372.& in Bibliotheca Patrum Morelliana Pariſ. 1644. 1654. T.XII. pag. 516-520.

Nicolaus *Muzalo* Cypri pridem ArchiEpiſcopus & ex Abbate monaſterii Coſmidii Patriarcha CPol. ab A.1147. ad 1151. Vide Bandurium ad Antiqvitates CPol. pag.919.920. Hujus Synodicon qvomodo Sacramenta miniſtrari debeant, citat Nic.Comnenus pag. 310. prænot. myſtagog. Et aliud ne Laici teſtes ſint contra Clericos pag 285. & 245. Hunc Muzalonem teſtatur Balſamo ad can.63. Trullanum, cum in vitam S. Paraſceves à fabulatore qvodam inepte & inſulſe ſcriptam incidiſſet, eam flammis tradidiſſe, atqve Diacono cuidam rectius ſcribendam injunxiſſe.

Nicolaus *Myrepſus*, vide ſupra in Alexandrino.

Nicolaus *Myſticus*, Patriarcha CPol. ab A.895. ad 906. & ab A.911. ad 925. De qvo Acta Sanctor. ad XV. Maji Tom. 3. pag. 509. Hujus Epiſtolæ variæ in tomis Concil. & à Baronio editæ à Caveo enumerantur. Decreto de litteris Patriarchalibus gratis concedendis qvod exſtat in jure Græco Rom. lib.IV. pag.249. adde ejus Synodicon de gradibus matrimonii, qvod citat Nic. Comnenus pag. 283. prænot. myſtagog.

Nicolaus *Mytilenæus* Archiepiſcopus.

Nicolai I. Papæ Rom. ab A. 858. ad 867. Epiſtolæ exſtant Latine in T. VIII. Concilior Labbei & T.V. Harduin. Nonnullas etiam Græce verſas laudat Allatius ut *ad Michaëlem Imp.* p. 1212. de conſenſu. Et *ad Ignatium Patriarcham* p.1213. 1215.

Nicolai V. ab A. 1447. ad 1455. Papæ Romani *Epiſtolam ad* Imp. Græcorum ultimum, *Conſtantinum Palæologum* Græce reddita à Theodoro Gaza exſtat inter opuſcula aurea à Petro Corcyræo edita Græce & Lat. Rom. 1630. 4. Vide Lambec. III. p. 126. ſeq.

Nicolai *Patriarchæ* Monodia de excidio Theſſalonicæ ** citatur ab Allatio ad Georgium Acropolitam p.248. De qvatuor Patriarchis CPolitanis, Myſtico, Chryſoberge, Muzalo & Grammatico dixi ſuis locis.

Nicolaus *Pepagomenus* Orationem ſcripſit in *Iſidorum* Chium martyrem, è qva locum profert Allatius p. 69. ad Euſtathium Antiochen. atqve integram editurum ſe promiſit cum ſua verſione.

Nico-

* De Myſtici dignitate ſupra, p. 253. ** Facta A. 1430.

Digitized by Google

Nicolaus *presbyter* qvi ſubinde laudatur in Catenis Patrum Græcorum in libros ſacros. Fuit & Nicolaus presbyter ad qvem S. Chryſoſtomi Epiſtolæ.

Nicolaus *Sclengia*, ὁ Σκλεγγία circa A. C. 1430. ſcripſit adverſus Latinos *librum de proceſſione Spiritus S.* qvem ſcripta ad eum Epiſtola oppugnavit Eſaias Cyprius apud Allatium de Conſenſu lib. 2. c. 18. §. 16. p. 866. & in Græcia Orthodoxa pag. 396-399. Ex Sclengiæ ſcripto *adverſus Eſaiam* nonnulla producit Allatius de Conſenſu lib. 3. c. 17. §. 12. p. 1327. & lib. 2. c. 17. §. 3. p. 840. Integrum exſtat in Bibl. Regia Pariſ. Codice 1818. Incipit : τί δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἀποκρυθείην ἐγώ.

Nicolaus *Secundinus*, * Euboicus, qvi in Concilio Baſileenſi A. 1431. & in Ferrarienſi, tranſlato Florentiam A. 1438. ſeq. interpretem egit, & Latinorum varia in Græcam lingvam eſt interpretatus. Idem eſt de cujus verſione latina ſtrategici *Onoſandri*, qvam Alfonſo Regi Neapolitano dedicavit, dixi l. 3. c. 30. §. 11. *Plutarchus* de civili inſtitutione ( πολιτικὰ παραγγέλματα ) ex verſione Nicolai Sagundini ad Marcum Donatum Patricium Venetum, editus Brixiæ 1485. 4. Vertit & *Arrianum* de expeditione Alexandri.

XIII. De Variis SIMEONIBUS & Simeonum ſcriptis nec non de Simonibus ac Simonidibus exſtat præclara diatriba *Leonis Allatii*, edita Pariſiis 1664. 4. De plerisqve illorum etiam in aliis hujus Bibliothecæ locis jam mentionem feci, qvos hoc indiculo ſub unum conſpectum cogere juverit.

Simeon Antiochenus, infra in Setho.

*Simeon Blacchernita pingendis CHriſti & Sanctorum imaginibus celebris CPoli ſub Baſilio Porphyrogeneto, Romani filio.* Allat. pag. 200.

Simeon Cabaſilas Hierodiaconus ex Acarnania exul, vixit A. 1575. & Æſopi fabulas, Iſocratis Orationes, aliaqve in lingvam Græcobarbaram vertit. Vide Allat. pag. 194-196. & Volum. VI. hujus Bibl. pag. 693. 701.

Simeon calligraphus ſæculo XII. Allatius pag. 179. Alius Simeon vel Saba Coracus Rhodius id. pag. 181. Simonem Macroducam librarium qvi Jo. Actuarii methodum medendi deſcripſit, memorat Lambecius VI. pag. 115.

Simeo-

* Ita vocatur in MS. Joſephi Valettæ, pro qvo alii Sagundinum vel Saguntinum vocant. Vide Diarium Venetum ( Giornale de letterati d'Italia ) T. XIV. p. 375. ſeq. & T. XXIV. p. 80.

Digitized by Google

Simeonis Chryſographi Monachi *Χόλιον εἰς τὰ προκείμενα δύο κανόνια περὶ στιχμῶν* memorat Allat. pag. 194. incipit : *τὸν ἀστέρα τὸν Κύριον τῆς παραγενομένης συνόδου.*

Simeon Diaconus. Supra, Volum. VI. pag. 702.

Simeon Euchaitarum Epiſcopus, cujus Epiſtolas duas ad Joannem Monachum & *ἔγκλειστον* memorat Allatius pag. 179.

Simeon Hieromonachus & Epiſcopatûs Andri inſulæ Ephemerius, ſive vicarius, qvi circa A. 1575. vixit. Volum. VI. p. 697. Allat. p. 196.

Simeon Hieroſolymitanus Archiep. qvi *de azymis* contra Latinos ſcripſit. Incipit: *ἀνέγνωμεν ὦ φιλοχριστότατοι Λατῖνοι τὸ συσταλικὸν γραμματεῖον τῆς ἀζύμου θυσίας ὑμῶν.* Allat. pag. 180.

Simeon humilis, auctor Encomii in Simeonem Juſtum, qvod incipit: *τὴν πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἐμοδούλων λιμὴν μεγάλου τινός.* Allat. pag. 180. Idem cum præfecto S. Mamantis. Volum. VI. p. 558.

*Simeon juſtus, felix ſenex JESU Salvatore ſuo, quem cupide amplexus in pace obiit.* Allat. p. 1.--6.

Simeon Magiſter & Logotheta qvem Ariſteno facit ſupparem & ad A. 1170. refert præſtantiſſimus Caveus, minime diverſus eſſe videtur à Simeone Metaphraſte, qvem conſtàt floruiſſe circa A. 890. Nihil ſane credere impedit qvin vir hic laboris patientiſſimus *Synopſin Canonum* etiam ornandam & illuſtrandam ſcholiis ſibi ſumſerit, eandem qvam Ariſtenus, qvibus perditis * Synopſis ipſa ab Ariſteniana parum differens, tantum in fine contractior ſub Simeonis nomine Græce & Latine prodiit in Voëlli & Juſtelli Bibliotheca Juris Canonici Tom. 2. pag. 710-748. Simeon Logotheta *de moribus Eccleſiæ* citatur à Nic. Comneno pag. 398. prænot. myſtagog.

Simeon præfectus S. Mamantis in Xylocerco circa A. 1092. Allat. pag. 151-179. De hoc infra p. 299. ſeq.

Simeon Meſopotamita, cui in MS. Cæſareo tribuitur *homilia de eo quod ſemper in animo debemus habere diem exitus vitæ*, qvi in editis Simeoni Stylitæ tribuitur. Allat. pag. 24.

Simeon Metaphraſtes circa A. 890. de qvo Volum. VI. pag. 509-566. & Volum. IX. pag. 48-152. Allatius pag. 24-151. Magiſter & Logotheta, ſcriptor Annalium. Volum. VI. p. 352.

Simeonis Scholarii hieromonachi *ſyntagma Canonum pænitentialium* MS. in Bibl. Cæſarea. Pp Simeon

* Vide Beveregii prolegomena ad pandectas Canonum §. XXVII. Et de Ariſteno ſupra pag. 287.

Simeon Sethus Protoveſtiarius in palatio Antiochi CPol. circa 1072. Vol. VI. pag. 460. 158. Allat. pag. 181-184. De hoc infra.
Simeon Studites ſacrorum Canticorum auctor, de qvo Allatius p. 23.
*Simeon Studites alter, ſanctitatis laude à Simeone Abbate S. Mamantis in Xylocerco Orat. 32. celebratur.* id. infra p. 301.
Simeones Stylitæ tres, ſæculo V. & VI. de qvibus Volum. IX. p. 277-279. Allatius pag. 6-23.
Simeon Thaumaturgus, idem fortaſſe cum Simeone ſecundo Stylita Thaumaſtorita. Ejus Epiſtolam ad ἔγκλειστον qvendam memorat Allatius pag. 179. ſeq.
Simeon Theologus junior, à Metaphraſte diverſus, Allat. pag. 72. 153. idem cum præfecto S. Mamantis.
Simeon Theſſalonicenſis Archiep. A. 1429. Septemb. ſexto menſe ante captam ab Amurathe A. 1430. Martio Theſſalonicam defunctus. Allat. pag. 185-194. & de conſenſu pag. 862. ſeq. De hoc infra.
Simonactides Chius, coqvinariæ rei ſcriptor laudatus Polluci & Athenæo. Allat. p. 219.
Simon Ægineta ſtatuarius, Pauſaniæ lib. V. memoratus. Idem ut videtur de qvo Plinius, Clemens Alex. & Laërtius. Vide Franciſci Junii Catalogum Artificum pag. 199.
Simon ſive Timon Apollonides Nicænus qvem aliqvi ex male intellectis Laërtii verbis exſculpſere, nullus eſt. Vide Allatium pag. 203. ſeq. & qvæ in nova editione Laërtii IX. 109. recte notata ſunt.
Simon coriarius, Socratis diſcipulus de qvo dixi lib. 2. c. 23. §. 42. Allatius pag. 197. & ad Epiſtolas Socraticorum.
Simon Hippiatricus ſcriptor antiqviſſimus Xenophonti & aliis laudatus, de qvo Volum. VI. pag. 499. ſeq. Allat. pag. 198.
Simon Maccabæus ſacerdos maximus, auctor libri ſecundi Maccabæorum, ſi credimus Michaëli de Medina apud Allat. p. 200.
Simon Magus. Allat. p. 201. ſeq. Semo Sancus Deus id. p. 220.
Simon Medicus, Seleuci Nicatoris temporibus. Laërt. II. 123. Lucilii Epigramma Græcum in Simonem ineptum Medicum illuſtrat Giſb. Cuperus in Harpocrate pag. 157.
Simon (Athenæo Simus) μελοποιὸς patria Magneſius à qvo cantus genus σιμῳδία teſte Strabone lib. XIV. Allat. p. 199.
SIMON Petrus Apoſtolus. Allat. p. 200. ſeq.
Simon pictor (vel Simus potius) apud Plin. XXXV. 11.

Simon

Digitized by Google

Simon ῥητορικὰς τέχνας γεγραφώς. Laërt. II. 123.
Simon Sophiſta idemqve cum ad Remp. admotus eſſet rapaciſſimus, de qvo proverbium Σίμων ἁρπακτικώτερος. Allat. pag. 197.
Simon ſtatuarius. Laërt. II. 123. ſupra in Ægineta.
Simon Telchin ſive Telchinus cum Nicone Arni conditor, cujus invidia proverbio locum dedit de qvo Zenobius V. 41. οἶδα Σίμωνα καὶ Σίμων ἐμέ. Allat. pag. 196.
Simon Cretenſis, qvi ſe CPolitanum etiam appellat, Thebarum Archi Epiſcopus, ex Ord. Prædicatorum, circa A. 1350. Allat. pag. 202. ſeq. & de conſenſu pag. 774. ſeq. De hoc infra. Idem aliis Sacumæus vel Jatumæus, Jacumæus, Tacumæus deniqve.
Simonis (an Simonidis) threnus in Lyſimachum Eretrienſem. Harpocrat. in ταγῆναι.
Simonides Amorginus ſive Parius, Jambographus antiqviſſimus. Allat. pag. 206. ſcribitur Σημωνίδης pag. 220. Alter Ceus Poëta Lyricus antiqvus celeberrimus & tertius ejus nepos de qvibus dixi lib. 2. c. 15. §. 55. Allat. pag. 207-217.
Simonides Caryſtius ſive Erythræus, Poëta de qvo Allatius pag. 218. ex Svida.
Simonides Magneſius qvi carmine ſcripſit res Antiochi magni. Allat. pag. 217. ex eodem Svida.
Simonides Philoſophus tempore Joviniani Imp. Svid.
Simonides pictor. Plin. XXXV. 11.
Simonides cujus librum *de Syracuſis* Svidas in σαρδόνιος γέλως, & *de Sicilia* laudat Schol. Theocriti, idem ut videtur qvem *hiſtorias* ſuas *de rebus Dionis ac Bionis* ad Speuſippum miſiſſe ſcribit Laërtius II. 5. Incertum an alius qvi de Æthiopia ſcripſit, teſte Plin. VI. 29.
Simonides Zacynthius Rhapſodus, Athenæo memoratus. Allat. pag. 218.

XIV. Ex his video adhuc ſupereſſe dicendos mihi Simeones tres, & Simonem unum, qvorum notitiam præſenti loco ſubjicio, Allatium potiſſimum ſecutus, cujus doctiſſimis obſervationibus paucas meas adjungam.

SIMEON Præfectus Monaſterii S. Mamantis in Xylocerco a) CPoli



a) Allatius pag. 151. & 153. de Simeonibus Xerocercum appellat, ſed verius eſt Xylocercus ſive *circus ligneus*. Vide Cangii CPolin Chriſtianam lib. 1. pag. 49. & 107. ubi etiam de S. Mamantis æde, cujus Martyris memoriam colunt Græci 2. Sept.

CPoli qvem tanqvam Doctorem ſuum veneratus eſt Nicetas Stethatus ſive Pectoratus, & Græci juniorem Theologũ appellant, clarus circa A. C. 1050. adeoq; à Simeone Metaphraſte diſtinguendus. Laudes qvas in eum congerunt Hierotheus Monachus & presbyter, Præpoſitus Monaſterii Pulchri fontis, Alexius Philoſophus magnus Magiſter, Nicetas Diaconus magnæ Eccleſiæ, Baſilius primus à Secretis & conditor Monaſterii Evergetidis, Nicetas Stethatus & Simeon Theſſalonicenſis, apud Allatium p. 186-171. poſſunt videri. Qvi etiam p. 171-179. fuſe de eo, qvod hic Simeon auctor & fons fuit eorum, qvæ deinde ab Heſychaſtis & Palama circa dogmata in Eccleſia innovata ſunt, licet acriter defenſus à Niceta Stethato in oratione adverſus eos qvos vocat *ἁγιοκατηγόρους* ſive Sanctorum criminatores.

Hujus Simeonis *Orationes triginta tres* de Fide & Moribus tum Chriſtianis tum Monaſticis. *Librum* item *Divinorum Amorum*, ſive Laudum ſacrarum, nec non *Capita Moralia ducenta duodetriginta* qvæ Græce *πρακτικὰ* & *θεολογικὰ* ſunt inſcripta, è Bavarica & Auguſtana Bibliothecis ſimul collata *Jacobus Pontanus* ex Græcis Latina fecit, & Ingolſtadii cum aliis Auctoribus ab ſe è Græco in Latinum converſis edi curavit apud Adamum Sertorium anno 1603. 4. *Jacobus Gretſerus* addidit Notas, in iisqve præfatus eſt. Acceſſit cujusdam *Scholaſtici* Dialogus de Deo, ad eundem Simeonem. Recuſa hæc ſunt ex Pontani editione in Bibliothecæ Patrum Lugd. 1672. Tomo XXII. Antonii fratris mentio Orat. MS. 21.

Ut tamen Lectori ſatisfaciam, apponam hic, (inqvit Allatius pag. 153.) ſuo ordine, qvæ ipſe in variis Manuſcriptis Codicibus obſervavi; edita Latine ab ineditis notans, ut qvæ fuerit hujus Auctoris in ſcribendo facilitas, alii qvoqve, me præeunte, ſine labore internoſcant. Sit igitur,

I. Περὶ ἀγάπης, καὶ ποῖαι εἰσὶ τῶν πνευματικῶν ἀνδρῶν αἱ ὁδοὶ, καὶ αἱ πράξεις καὶ μακαρισμὸς πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν ἀγάπην. P. Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, θέλω πρὸς ὑμᾶς λαλεῖν τὰ συντείνοντα πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς.

II. Περὶ τοῦ φεύγειν τοὺς λοιμοὺς καὶ φθοροποιοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀποπέμπεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς ἀναστῆναι. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ δεῖν σκοπεῖν, εἰ τὰ τῶν μακαρισμῶν τοῦ Χριστοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἔχομεν· καὶ περὶ δακρύων, καὶ κατανύξεως. P. Πᾶς ὅστις εὑρεῖν βούλεται τὸν Θεὸν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. Inter editas per Pontanum Num. XXVIII.

II. Περὶ

III. Περὶ τῦ ὅτι χρὴ καλῶς ὑποτάσεσθαι, καὶ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν συνθηκῶν, ὧν πρὸς Θεὸν συνεθέμεθα· καὶ ὅτι ἐ δεῖ γογγύζειν ἐπὶ ταῖς παννυχέσιν ἀγρυπνίαις τῶν ὄρθρων. P. Αναμνησθέντες τῶν τῦ Θεοῦ προςαγμάτων, ὅτω λεγόντων, Μὴ κρίνετε.

IV. Περὶ μετανοίας καὶ κατανύξεως, καὶ ἐκ ποίων ταύτην ἔργων κτήσασθαι δυνατὸν, καὶ ὅτι ἄνευ δακρύων ἀδύνατον εἰς καθαρότητα καὶ ἀπάθειαν ἐλάσαι τινά. P. Επειδήπερ πατέρες καὶ ἀδελφοὶ, τῦ ἀγίυ πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν * τῦ Στουδιώτου τῶν θεοπνεύςων. Habetur inter editas Latine per Pontanum. Numero XXXII.

V. Περὶ μετανοίας, καὶ ὅτι ἐκ ἀρκεῖ ἡμῖν ἡ τῶν ἐνόντων μόνον διάδοσις, καὶ ἡ ἀπογύμνωσις τῶν ὑπαρχόντων εἰς κάθαρσιν ψυχῆς, ἐὰν μὴ καὶ τὸ πένθος κτησώμεθα. καὶ περὶ τῆς τῦ Αδὰμ ἐξορίας, καὶ ὅτι, εἰ μετενόησε παραβὰς, ἐκ ἂν τῦ παραδείσου ἐξέπεσεν· καὶ οἷον ἀγαθὸν εἰργάσατο αὐτῦ ἡ μετὰ τὴν ἔκπτωσιν μετάνοια. Καὶ περὶ τῆς δευτέρας τῦ Κυρίου παρυσίας, καὶ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν κατακρίσεως. Καὶ πρὸς τῷ τέλει ἔλεγχος τῶν ἐν κακίᾳ καὶ ὑποκρίσει ζώντων. P. Καλὸν ἡ μετάνοια, καὶ ἡ ἐξ αὐτῆς γενομένη ὠφέλεια. Habetur in editis Num. XXXIII.

VI. Περὶ ἐργασίας πνευματικῆς, καὶ τίς ἦν ἡ ἐργασία τῶν παλαιῶν ἁγίων· καὶ πῶς ταύτην κατορθῶσαι δυνάμεθα, ἵνα καὶ μέτοχοι ὥσπερ ἐκεῖνοι τῦ παναγίυ γενώμεθα Πνεύματος. P. Επειδήπερ μεγάλα τινὲς οἰόμενοι περὶ ἑαυτῶν ὡς ἐκ ὠφελον. In editis eſt Num. VII.

VII. Περὶ προσπαθείας τῆς εἰς τὺς συγγενεῖς, καὶ τίς ἡ ἀπάτη αὐτῆς· καὶ εἰς οἷον βόθρον καὶ δεσμὸν κατάγει τὺς κρατουμένους ὑπ' αὐτῆς· καὶ περὶ ἀπογνώσεως, καὶ τῆς ἐν ταύτῃ διαφορᾶς· τί ἐςι τὸ, Ο πιςεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιςήσας, κατακριθήσεται. P. Ως ὤφελόν γε ἂν σιωπᾶν ἠδυνάμην, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ κακὰ ἀποκλαίεσθαι.

VIII. Περὶ τελείας ἀγάπης, καὶ τίς ἡ ταύτης ἐνέργεια· καὶ ὅτι ἐὰν μὴ διὰ σπουδῆς ἐντεῦθεν ἤδη τῆς τῦ Πνεύματος μεθέξεως γενώμεθα μέτοχοι, ὐδὲ πιςοὶ καὶ Χριςιανοὶ δυνάμεθα εἶναι, ἀλλ' ὐδὲ υἱοὶ καὶ τέκνα Θεοῦ χρηματίσομεν. P. Εἰ ὁ τὴν ἀρετὴν ὑποκρινόμενος πρὸς ἀπάτην πολλῶν.

IX. Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ τίς ἐςιν ὁ πεινῶντα τὸν Θεὸν τρέφων, καὶ διψῶντα ποτίζων, καὶ καθεξῆς, καὶ πῶς τοῦτο τινὶ κατορθωθήσεται.



* Simeonis nomen in latina verſione non reperio.

Digitized by Google

σεται. ϗ ὅτι εἰ μή τις ϗ ἐν αὐτῷ ταῦτα πάντα ποιήσας ϗ θρέψει, ϗ ποτίσει Χριστὸν, οὐδὲν ὠφεληθήσεται ἐκ τοῦ ταῦτα μόνον ποιεῖν εἰς τοὺς πένητας, ἑαυτὸν δὲ ἄτροφον ϗ γυμνὸν παρορᾶν τῆς δικαιοσύνης τοῦ Χριστοῦ. P. Ἔδει μὲν μὴ τολμᾶν με πρὸς ὑμᾶς ὅλως φθέγγεσθαι.

X. Περὶ μετοχῆς Πνεύματος ἁγίου, ϗ ἁγιωσύνης, καὶ τελείας ἀπαθείας. ϗ ὅτι ὁ ἀγαπῶν τὴν ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὐδὲν ἐκ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ὠφελεῖται, κἂν πάσαις κατώρθωκεν. P. Οὐχ ὁρᾶτε πῶς οἱ τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ παριστάμενοι, αὐτοί τε δόξαν ἡγοῦνται.

XI. Ὅτι οὐ χρὴ τὸ τῆς νηστείας ὠφέλιμον ἐν τῇ πρώτῃ ϗ μόνῃ τῶν νηστειῶν ἑβδομάδι σπουδαίως τηρεῖν, ϗ ἀσπάζεσθαι· ἀλλὰ τὴν ἴσην ϗ τὴν αὐτὴν σπουδὴν ἐν πᾶσι ταῖς ἑβδομάσι τῶν νηστειῶν ἀναγκαῖον τοῖς σπουδαίοις διατηρεῖν. P. ἔδει μὲν ἡμᾶς τῇ παρελθούσῃ κυριακῇ τὰ νῦν μέλλοντα ῥηθήσεσθαι.

XII. Περὶ ἐγκρατείας ϗ ὑπομονῆς * εἰς τὴν ἐργασίαν τῶν ἀρετῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς νηστείας· καὶ περὶ σιωπῆς ϗ ὅπως δεῖ ἐν πάσῃ τῇ νηστείᾳ διάγειν τοὺς ἀγωνιζομένους ἐν ἀληθείᾳ. P. Ἐγὼ μὲν ϗ τῇ ψυχῇ ϗ τῷ σώματι ἐκ πλημμελοῦς, ϗ ῥαθύμου προαιρέσεώς τε καὶ διαθέσεως.

XIII. Περὶ τῆς Χριστοῦ Ἀναστάσεως, ϗ ὁποία τίς ἐστιν, ἢ πῶς ἐν ἡμῖν γίνεται ἡ ἀνάστασις τοῦ Χριστοῦ, ϗ ἐν αὐτῇ ἡ ἀνάστασις τῆς ψυχῆς· ϗ τί τὸ μυστήριον ταύτης τῆς Ἀναστάσεως. P. Ἤδη τὸ Πάσχα ἡ χαρμόσυνος ἡμέρα, ἡ πάσης εὐφροσύνης ϗ θυμηδίας.

XIV. Περὶ μετανοίας καὶ ἀρχῆς βίου μοναδικοῦ, καὶ πῶς τις ὁδῷ καὶ τάξει προβαίνων εἰς ἀρετὴν ἐν τῇ τῶν ἐντολῶν ἐργασίᾳ εἰς τελειότητα ἔρχεται. P. Ἄνθρωπος ὁ πάντων καταφρονήσας τῶν ὁρωμένων καὶ αὐτῆς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. Inter editas Num. XXVI.

XV. Περὶ ἐμπαθοῦς καὶ ἀπίστου ϗ πονηρᾶς διαθέσεως· ϗ τίς ἡ ἕνωσις τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτός· ϗ τίνα τρόπον ἐν αὐτοῖς αὐτὴ γίνεται. ϗ πρὸς τὸ τέλος καταδρομὴ τῶν ἀναξίως κατατολμώντων τῆς ἀρχιερωσύνης. P. Ἀεὶ μὲν ἀλλήλοις ἀντίκειται τῷ φωτὶ τὸ σκότος, τῇ πίστει ἡ ἀπιστία. Eſt in editis Num. XXVII.

XVI. Περὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τίς ἡ θεωρία τῶν μυστηρίων αὐτοῦ, καὶ ὅπως τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ ἀποκαλύπτονται. καὶ διήγησις ἐκ προοιμίων ἐπωφελὴς περί τινος ὑποτακτικοῦ λαβόντος Πνεῦμα ἅγιον ταῖς εὐχαῖς τοῦ πνευματικοῦ αὐτοῦ πατρός. P. Νεώτερός τις διηγήσατό μοι λέγων, ὅτι ὑποτακτικὸς τυγχάνων πατρὸς τιμίου. XVII.

* Ex Simeonis ſcripto de ſobrietate & attentione, locum Græce producit Allatius lib. 2. de conſenſu cap. 17. §. 1. p. 829.

XVII. Περὶ θεωρίας καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ πεφωτισμένης ψυχῆς. καὶ ὅπως ὁ ὑπὸ τῆς ἀγάπης καταχεθεὶς τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς βάθος ταπεινοφροσύνης ἐλάσας ἐνεργεῖται ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. P. Πολλὴ ἡ συγκατάβασις, καὶ ἡ φιλανθρωπία Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους. διὸ καὶ ἐκπληττόμενος.

XVIII. Περὶ μεθόδων τοῦ πονηροῦ, ὧν ὑποβάλλει τοῖς κουφοτέροις καὶ φιλοπρωτεύουσιν, ὁπόταν ποιμὴν ἐξ ἀνθρώπων γίνεται. Καὶ ὅτι χρὴ τοὺς μὲν ἀναξίως ἐπιπηδῶντας τῇ ἀρχῇ πάσῃ κωλύειν σπουδῇ, τοὺς δὲ πνευματικοὺς καὶ ἁγίους συνωθεῖν καὶ συνεργεῖν· καὶ πρὸς τῷ τέλει πρὸς τὸν ποιμένα. P. Εἰ λαοῦ καὶ ποίμνης ἡγούμενος κατεστάθης, σκόπησον καλῶς.

XIX. Ὅτι οὐ χρὴ ἐπὶ μόνοις τοῖς λόγοις καὶ ταῖς ὑποσχέσεσι θαῤῥεῖν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων τὸ πιστὸν βεβαιοῦσθαι τῶν λόγων αὐτῶν· καὶ οἷα τίς ἐστιν ἡ τῶν ἀληθινῶν διδασκάλων διάθεσις, καὶ ἀγάπη πρὸς τοὺς μαθητευομένους αὐτοῖς, καὶ ὁποῖα τὰ σπλάγχνα, καὶ ἡ φροντὶς αὐτῶν, καὶ ὅπως ὑπὲρ αὐτῶν ἐντυγχάνωσι τῷ Θεῷ. P. Τὴν ἀρχὴν τῆς ὑμετέρας πρός με φιλίας γινώσκει ἕκαστος.

XX. Περὶ ἀποταγῆς καὶ ἐκκοπῆς θελήματος, πρὸς τοὺς αἰτήσαντας γράψαι αὐτοῖς, πῶς ὀφείλει τις τὸν ἀσκητικὸν διανύσαι βίον, καὶ ὅτι καλὸν ἐπὶ τούτῳ ἐμπείρῳ χρήσασθαι ὁδηγῷ, ἤγουν πνευματικῷ πατρὶ εἰς τὸ μαθεῖν τὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς ἀσκητικῆς τέχνης τὴν δυσκατόρθωτον ἐργασίαν. Καὶ περὶ πίστεως τῆς εἰς τοὺς Πνευματικοὺς πατέρας, καὶ θεωρίας φωτὸς, ὑφ' οὗ πᾶσα φωτιζομένη ψυχὴ προσκόπτει εἰς ἀγάπην Θεοῦ. P. Ἀγαπητοί μου καὶ περιπόθητοι ἀδελφοὶ, πολλάκις ἠθελήσατε λόγον ὠφελείας ἀκοῦσαι.

XXI. Περὶ μνήμης θανάτου, καὶ οἷον ἀγαθὸν τέλος δέδωκεν ὁ τρισόλβιος αὐτοῦ ἀδελφὸς Ἀντώνιος, καὶ πρὸς τῷ τέλει ἐπιτάφιος πρὸς αὐτόν. P. Εὔχομαι τῷ ἐλεήσαντί με Θεῷ, τὰ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας πάντων.

XXII. Περὶ πίστεως καὶ διδασκαλίας· περὶ τῶν λεγόντων μὴ εἶναι δυνατὸν ἐν μέσῳ τῶν βιωτικῶν τὸ τέλειον φθάσαι τῶν ἀρετῶν. καὶ διήγησις ἐκ προοιμίων λίαν ἐπωφελής. P. Καλὸν ἡμᾶς ἀνακηρύττειν πάντας τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ.

XXIII. Περὶ μετανοίας καὶ φόβου Θεοῦ, καὶ ὁποῖον ἀγῶνα ἔχει ψυχῆς καὶ πόνον καρδίας ὁ μετὰ συντετριμμένου τοῦ σώματος μετανοῶν,

Digitized by Google

νοῶν, καὶ τίνα εἰσὶν ἃ λέγει, καὶ πρὸς τὸν Κύριον εὔχεται. Ρ. Ἀκούσατέ μου τὸν λόγον υἱοί μου ἔσχατοι, ἀγαπητοί μου, περιπόθητοί μου.

XXIV. Περὶ γνώσεως πνευματικῆς, καὶ ὅτι ὁ ἐγκεκρυμμένος τοῦ πνεύματος θησαυρὸς ἐν τῷ γράμματι τῆς θείας γραφῆς οὐ πᾶσιν εὔδηλός ἐστι, καὶ τοῖς βουλομένοις· ἀλλὰ μόνοις τοῖς τὸν διανοίγοντα τὸν νοῦν κτησαμένοις εἰς τὸ συνιέναι τὰς γραφάς. Ρ. Ἔοικεν ἡ πνευματικὴ γνῶσις οἰκίᾳ τινὶ μέσον τῆς κοσμικῆς καὶ ἑλληνικῆς γνώσεως κατεσκευασμένῃ. Habetur inter editas Num. XIX.

XXV. Περὶ ἀλλοιώσεως ψυχῆς τε καὶ σώματος τῶν ἐξ ἀέρος, τῶν ἐκ στοιχείων, τῶν ἐκ βρωμάτων, καὶ τῶν δαιμόνων ἐπιγινομένων ἡμῖν. Ρ. Ὀφείλει ὁ μοναχὸς μὴ μόνον τὰς ἐν τῇ ψυχῇ γενομένας ἀλλοιώσεις καὶ μεταβολὰς ἐπίστασθαι, καὶ νοεῖν. Eſt inter editas Num. XVIII.

XXVI. Περὶ ἀρχῆς βίου ἐπωφελοῦς καὶ σωτηρίου ἁρμοζούσης τοῖς ἄρτι τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ ἀποταξαμένοις, καὶ πρὸς τὸν μοναδικὸν ἀποτρέχουσι βίον· καὶ διδασκαλία εἰς Ἀρχαρίους λυσιτελεστάτη. Ρ. Πᾶς ἄνθρωπος ὁ ἄρτι τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ πᾶσιν ἀποταξάμενος.

XXVII. Περὶ τοῦ μὴ ἀμελῶς ἔχειν πρὸς τὴν ἐργασίαν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν, μηδὲ καταφρονεῖν μιᾶς καὶ μόνης αὐτῶν ἀλλ᾽ ἀγωνίζεσθαι τηρεῖν ὁμοῦ πάσας, ἵνα μὴ ὡς καταφρονηταὶ ἔξω τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθῶμεν. καὶ περὶ τοῦ ὑπομένειν γενναίως τοὺς πειρασμούς. Ρ. Οὐκ ἀκούετε τοῦ Κυρίου, καὶ τῶν Ἀποστόλων αὐτοῦ βοώντων, Ἐάν τις φησὶ τὸν νόμον ὅλον φυλάξῃ.

XXVIII. Περὶ τῆς ἐκ τοῦ Πνεύματος ἐγγινόμενης τοῖς ἀγωνιζομένοις, καὶ πρὸ τοῦ θανάτου ζωοποιοῦ νεκρώσεως, καὶ ὅτι οἱ ἐν τῇ χάριτι ὑπὲρ τοῦ νόμου γενόμενοι, τὴν τοῦ θείου φωτὸς χάριν γνωστῶς ἐν ἑαυτοῖς λαμβάνουσιν· οἱ γὰρ μὴ λαβόντες ἤδη τοῦτο τὸ φῶς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, μηδὲ καθορῶντες αὐτὸ, ἔτι ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ νόμου εἰσὶ, καὶ κριθήσονται ὑπ᾽ αὐτοῦ. καὶ ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν ἱερέα, τὸν δεσμεῖν καὶ λύειν ἄνωθεν λαβόντα τὴν ἐξουσίαν. καὶ ὅτι τῷ ἀληθῶς ἱερουργοῦντι, καὶ ὑπὸ τοῦ θείου καταλαμπομένῳ φωτὸς πάντες κατάδηλοι. αὐτοί τε οἱ Πνεύματι περιπατοῦντες Θεοῦ, καὶ οἱ μήπω τὸν χοϊκὸν ἐκδυνάμενοι ἄνθρωπον. Ρ. Βλέπετε πῶς ἀκούετε. Φησὶ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ Θεός, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. ἵνα τί φησιν.

XXIX. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν λέγειν, ὅτι ἀδύνατον νῦν εἰς ἄκρον ἐλθεῖν ἀρετῆς τὸν βουλόμενον, καὶ τοῖς πάλαι ἁμιλληθῆναι ἁγίοις. καὶ ὅτι πᾶς ὁ διδάσκων τῶν θείων γραφῶν ἐναντία, νέαν αἵρεσιν τοῖς πειθομένοις αὐτῷ δογματίζει. Ρ. Πολλοὶ καθεκάστην λέγουσιν ὧν ἀκούομεν καὶ ἡμεῖς λεγόντων. In editis XXX. XXX.

Digitized by Google

**XXX.** Περὶ μετανοίας, καὶ ἀρχῆς ἐπαινετοῦ βίου. ὅπως δεῖ τὸν μετανοοῦντα καθεκάστην ποιεῖν, ἐν ᾧ καὶ περὶ δαιμόνων ἅμα καὶ κατανύξεως. Ρ. Ἀκούσατέ μου τῶν λόγων τὴν δύναμιν, καὶ ὡς εἰς ἀγαθὴν οὖσαν ἡμῖν συμβουλὴν προσδέξασθαι ἀσμένως αὐτήν.

**XXXI.** Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ἕκαστον αὐτὸν ἐπισκέπτεσθαι, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐπιμελῶς ἐρευνᾶν· καὶ πῶς τὰ ἑαυτοῦ ἀντιπαρατιθέναι χρὴ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Χριστοῦ. Ρ. Ἐν τῇ προλαβούσῃ ΚΑΤΗΧΗΣΕΙ διὰ τὸ μὴ τὸν λόγον μηκύνειν ἐπὶ πολὺ τὰ κατηχηθέντα τότε ἐλλιπῆ κατελίπομεν.

**XXXII.** Περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι ὁ λέγων μὴ δύνασθαι τινὰ κατὰ τὴν παροῦσαν γενεὰν ἐν μετοχῇ τοῦ ἁγίου γενέσθαι Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ὁ διαβάλλων τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος, καὶ τῷ ἐναντίῳ ταύτας ἐπιφημίζων, αἵρεσιν νέαν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἀνακαινίζει. Ρ. Πᾶσα ἁμαρτία, φησὶ τὸ ἱερώτατον λόγιον τοῦ Σωτῆρος, ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· τῷ δὲ εἰς Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

**XXXIII.** Περὶ μετοχῆς Πνεύματος ἁγίου, καὶ ὅτι ἀδύνατον ἄλλως βεβαιωθῆναι τὰ ἔργα τῆς ἀρετῆς, εἰ μὴ δι' ἐπιδημίας τοῦ Πνεύματος, οὗ χωρὶς οὐδεὶς πρὸς ἀρετὴν κατευθύνεται, οὐδὲ ἄλλους ὠφελεῖν δύναται, ἢ ἀλλοτρίους δέχεσθαι λογισμούς. Ρ. Πῦρ ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ τοῦτο παρὰ πάσης τῆς θεοπνεύστου.

**XXXIV.** Ὅτι οὐκ ἀκίνδυνον τὸ διδόμενον ἡμῖν παρὰ Θεοῦ τάλαντον κατορύττειν. χρὴ γὰρ δημοσιεύειν αὐτὸ, καὶ τοῖς πᾶσιν ὑποδεικνύειν, καὶ τὰς εὐεργεσίας Θεοῦ εὐγνωμόνως ἀνακηρύττειν εἰς τὴν τῶν ἀκουόντων ὠφέλειαν, κἂν τινες ἀπαρέσκονται. Ρ. Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, καὶ τέκνα ἐν Χριστῷ, τί πρὸς τὰ κατηχηθέντα παρ' ἡμῶν ἐν διαφόροις πολλάκις λόγοις ὑπενοήσατε.

**XXXV.** Εὐχαριστία πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ ὧν ἠξίωται δωρεῶν, καὶ εἰσήγησις ὅπως τοῖς ἐκκεκαθαρμένοις τῇ καρδίᾳ Θεὸς ἀεὶ ἐπιφαίνεται. καὶ ἐν ποίοις τοῖς πράγμασι καὶ γνωρίσμασιν. Ρ. Εὐχαριστῶ καὶ προσκυνῶ, καὶ προσπίπτω σοι Κύριε τοῦ παντὸς, καὶ παναγιε βασιλεῦ.

**XXXVI.** Μερική τις φυσιολογία περὶ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, καὶ τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδάμ. Ρ. Ἃ μὲν οὖν ἀπολογήσασθαι καὶ εἰπεῖν ἔδει πρὸς τοὺς ἀντιδιατιθεμένους ἡμῖν.

**XXXVII.** Περὶ τῆς παραβάσεως καὶ ἐξορίας τοῦ Ἀδάμ. Ρ. Ἐπεὶ δὲ καὶ νόμον αὐτοῖς δέδωκεν, ἐντειλάμενος μὴ φαγεῖν μόνου τοῦ ξύλου.

XXXVIII. Περὶ τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως, καὶ τίνα τρόπον δι' ἡμᾶς ἐσαρκώθη. Ρ. Ὅτε δὲ ὁ κολοφὼν ἐπληρώθη τῆς ἄγαν κακίας.

XXXIX. Πῶς αὖθις ἡ κτίσις πᾶσα μέλλει ἀνακαινισθῆναι, καὶ γενέσθαι καινὸν οὐρανὸν καὶ καινὴν γῆν κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Ρ. Ἀλλὰ σκοπήσωμεν, πῶς ἡ κτίσις ἀνακαινισθήσεται.

XL. Ποία ἔσται ἡ ἐσχάτη λαμπρότης τῆς κτίσεως· ἐν ᾧ καὶ περὶ Ἀγγέλων, καὶ Ψυχῆς. Ρ. Καθαρθεῖσα δὲ εἰς φθορὰν, καὶ δουλείαν μετήχθη τῇ ματαιότητι.

XLI. Πῶς ἑνοῦνται τῷ Χριστῷ καὶ Θεῷ, καὶ ἓν γίνονται μετ' αὐτοῦ πάντες οἱ ἅγιοι. Ρ. Ἀρκούντως οὖν καὶ ἱκανῶς περὶ τούτων εἰπόντες.

XLII. Πῶς δεῖ πληρωθῆναι τὸν ἄνω κόσμον, καὶ ὁποῖός τίς ἐστιν, καὶ τίνα πληρωθήσεται τρόπον. Ρ. Ἀλλὰ πετάσατέ μοι τὰς ἀκοὰς καὶ τὸν ἡγεμόνα νοῦν.

6. Περιεκτικὰ ὡς δυνατὸν τῆς μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως κεφάλαια δώδεκα, ἅπερ τινὲς ἄρθρα καλοῦσι τῆς πίστεως, σαφέστερον συντεθέντα παρὰ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης Συμεὼν, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ θεῖον Σύμβολον, καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. *Continentia, ut fieri potuit ſolam Chriſtianorum fidem Capita duodecim, quæ nonnulli Articulos Fidei nuncupant, clariùs elucidata ab Archiepiſcopo Theſſalonicenſi Symeone; eaque comprehendere ſacrum Symbolum, & de comprehenſivis virtutibus.* P. Ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστις ὑπὲρ νοῦν οὖσα καὶ λόγου.

7. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὧν καινοτομοῦσι Λατῖνοι. b) *De iis circa quæ Latini innovant.* P. Πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὴν πίστιν ἀποσφαλῆναι, καὶ προσθήκην θεῖναι τῷ ἱερωτάτῳ Συμβόλῳ.

8. Ejuſdem plura referuntur ad Leges & Canones pertinentia à Manuele Malaxo in Nomocanone.

9. Canones etiam & Hymnos in Sanctos compoſuiſſe ex Eugenio c) colligo: Καὶ ᾠδαῖς ἱεραῖς τοὺς τῶν Ἁγίων χοροὺς, καὶ οἴκοθεν κατασέψαντος, ὧν τὸν βίον ἐζήλωσε, καὶ διήνυσε. *Et ſacris Cantibus Sanctorum Choros, & ex propriis exornavit, quorum vitam æmulatus confecit.* Horum tamen ipſe nihil vidi. *Hactenus Allatius.*

10. Simeonis Theſſalonicenſis *Chronicon* MS. in Philippico Imp. laudat Cangius in gloſſario Græco pag. 1606. niſi calami errore Theſſalonicenſem poſuit, atqve intellexit Chronicon Simeonis Logothetæ, qvod freqventiſſime citat alibi, ut in diſſ. de hebdomo pag. 128. 129. 153. 154. & notis ad Zonaram p. 28. 55. 70. & 79. & in appendice ad gloſſar. p. 4. 5. 6. 7. 22. 23. 36. 45. 56. 57. 58. 59. 72. 74. 75. 83. 84. 86. 90. 92. 100. 101. 103. 106. 110. 113. 114. 115. &c. De hoc dixi Volum. VI. p. 352. & 158. ubi etiam de Hiſtoria Chronica ad huc itidem inedita Simeonis Sethi, lingua Græcorum vulgari, ab origine Mundi ad Imperium usq; Conſtantini Ducæ, de qva ſupra, p. 325.

SIMON

b) Vide Allatium lib. de purgatorio pag. 33. & 264.  c) ubi ſupra, p. 326.

SIMON Cretenſis, qvi ſe maluit dicere CPolitanum, Ord. Prædicatorum Hieromonachus, non diverſus judice Allatio a) à Simone Tacumæo, b) Epiſcopo primum Gyracii & mox Thebarum Archiepiſcopo, clarus temporibus Joannis Cantacuzeni, qvi Imperium tenuit ab A. 1347. ad 1355. Scripſit *Epiſtolam ad Joannem Nomophylacem* de Conciliis qvæ Proceſſionem Spiritus S. à Filio definiverunt, cujus partes prolixas Græce & Latine exhibet Allatius libro de Synodo Photiana pag. 453-465. & in libro contra Hottingerum pag. 334-382. Incipit Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωλεῖ. Alterum ſcriptum ejusdem argumenti *ad Manuelem Olobolum*, Rhetorem qvi poſtea Monachum induens Maximus dictus eſt. Incipit: Τὸ Πνεῦμα ἅγιον φιλανθρωπότατον ὂν διὰ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος. Tertium, *ad Sophoniam* de eodem argumento, incipit: μέμνημαι ὡς ὅτε ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ἀπέσταλτο παρὰ τοῦ τρισμεγίστου. Apponit etiam Allatius c) Jambos ejus Græcos qvatuordecim ad Joannem Cantacuzenum, cum Imperio ſe abdicans Joaſaphi nomen inter Monachos ſuſcepiſſet A. 1355. ſic inſcriptos, Ἀρχιεπισκόπου Θηβῶν. Deniqve niſi alius is fuit, de Simone Jatumæo hæc habet Sixtus Senenſis lib. IV. Bibl. ſanctæ p. 378. *Simon Jatumæus, Epiſcopus primum Gyratii & mox Thebarum Archiepiſcopus, patria CPolitanus Græce Latine & Hebraice doctus & in Divinis Scripturis continua lectione exercitatus, totius novi Inſtrumenti ſeriem ex emaculatiſſimis Græcorum Codicibus ſuprema diligentia in unum redegit, ſubinde vero & in Hebræum & in Latinam vertit ſermonem, verbum de verbo fideliſſime interpretans. Demum has tres editiones in tribus per ſingulas paginas columnis tanta induſtria diſpoſuit, ut linea lineæ, & dictio dictioni ſibi e regione oppoſita tam ſenſu quam verbo aptiſſime reſponderet. Claruit anno Domini* 1400.

XIV. PETRUS Diaconus CPol. & Chartophylax circa A. 1092. cujus reſponſa canonica ad interrogationes propoſitas leguntur Græce cum Jo. Leunclavii verſione in libro VI. Juris Græco Romani p. 395-397. Alius Petrus Antiochenus circa A. 1050. ad qvem ſcripſit Mich. Cerularius, ut notavi ſupra p. 226. Petri ad Cerularium Epiſtolam MS. memorat Lambecius III. p. 160. dedit Græce & Latine Cotelerius T. 2. monument. p. 145-162. partem ediderat Allatius de purgatorio p. 695.



a) Allatius lib. 2. de conſenſu cap. 15. n. 11. & de Simeon. pag. 202.

b) Jatumæus apud Sixtum Senenſem in Bibl. ſancta, & Poſſevinum in Apparatu ſacr. Apud Caveum ad A. 1276. Jacumæus.

c) Allatius de Simeon. pag. 203.

Digitized by Google

& de Conſenſu p. 786. & p. 1113. à verbis p. 149. edit. Coteler. ὅσα δὲ σοι καὶ ἀπηξίωνται, ad extremum pag. 160. Dominici Gradenſis Archiep. Epiſtolam ad hunc Petrum cum Petri reſponſoria exhibet idem Cotelerius p. 108. & 112-135. Incipit hæc: πολλῆς ἡμῖν εὐφροσύνης. Profeſſionem fidei hic miſit ad Leonem IX. A. 1053. Alius junior *Petrus*, Mediolanenſium Epiſcopus, cujus λόγος ad Alexium Comnenum probans Spiritum S. ex Patre Filioqve procedere, exſtat Græce cum verſione Federici Metii, Thermularum Epiſcopi in Allatii Græcia Orthodoxa T. 1. p. 379-389. Alii Petri qvi Græce ſcripſerunt præter Apoſtolum, fuere Petrus Epiſcopus Alexandrinus, Martyr A. 311. & alter A. 380. defunctus & tertius S. Baſilii & Greg. Nyſſeni frater, Epiſcopus Sebaſtenus, de qvibus dixi Volum. VIII. p. 411. ſeq. Petrus Argivorum Epiſcopus cujus Oratio in SS. Anargyros Coſmam & Damianam Allatio inſpecta incipit: ἀστέρες μὲν αἰσθητοὶ τῷ στερεώματι. Petrus Manſur Damaſcenus, Monachus qvi circa A. 1157. vixit, variorum aſceticorum ſcriptor qvæ in Bibliothecis adhuc inedita deliteſcunt. Vide Lambecium IV. p. 200. Cavei diſſ. de dubiæ ætatis ſcriptoribus; & Michaelem le Qvien ad Joannem Damaſcenum T. 1. p. 653. Fuit & Petrus illuſtris, ad qvem ſcripſit S. Maximus & cujus apud Photium mentio Cod. 194. & Petrus Moggus Alexandrinus Epiſc. favens hæreſi Eutychis & defunctus A. 490. Petrus Fullo Epiſcopus Antiochenus, infamis additione ad triſagium A. 485. de qvibus Tillemontius T. XVI. memor. Petrus CPol. Epiſcopus Monothelita ab A. 655. ad 666. Petrus item Nicomedienſis de qvibus ſupra p. 198. &c.

XV. LUCAS CHRYSOBERGES Patriarcha CPol. ab A. 1155. ad 1169. à qvo in Jure Græco Rom. habemus decreta Synodalia XIII.

1.) *Ne fiant nuptiæ ſeptimi gradus.* Libri III. juris Græco Rom. p. 217.
2.) *De Clericis qvi ſe immiſcent ſæcularibus negotiis.* p. 220.
3.) *De præfectis in extraneo monaſterio tonſis* p. 222.
4.) *De indecoris & ſcenicis ritibus, ſanctorum notariorum feſto abrogandis.* pag. 223.
5.) *De depoſitione Joannis Amathuntis Epiſcopi irrita, qvod inaudita Cypriorum Eccleſia Synodo facta eſſet.* p. 223.
6.) *Ne eccleſiæ lædantur transactione Epiſcopi.* p. 223.
7.) *De iis qvi teſtificantur contra filium ſpiritalem.* p. 224.
8.) *De Epiſcopo per vim tonſo.* p. 224.
9.) *De jurejurando irregulari* (ἀκανονίστῳ) *non ſervando* p. 224.

10.)

10.) *De homicidio voluntario* p. 224.
11.) *De advocatis.* p. 225.
12.) *De infantibus captivis baptizandis & de infantibus Agarenorum* p. 226.
13.) *Ne clerici turpilucres fiant, aut medici.* p. 226.

XVI. NEOPHYTUS Presbyter & Monachus ἔγκλειστος ſive incluſus, circa A.C. 1190. cujus ſermones triginta MStos in Bibl. Colbertina exſtare teſtatur Cotelerius T. 2. monument. p. 679. qvorum qvintus eſt de monacho per dæmonem decepto A. 1185. Occurrunt etiam ſermones qvidam hujus Neophyti Morales MSti in Bibl. Coisliniana p. 404. Primus & ſecundus deſideratur.

3.) De baptiſmate. Incipit: πρῶτον περὶ πρώτης θείας φωνῆς καὶ ἐντολῆς.

4.) Sermo Apologeticus de Latrone. Incipit: Τὸν τοῦ κόσμου ἰσοστοίχειον λόγον.

Sex homiliæ in præcepta Salvatoris. 5.) Incipit: Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ συνεργείᾳ καὶ χάριτι.

6.) Incipit: Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει.

7.) Incip. ζητεῖ λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῖν ὁ ἕβδομος.

8.) Incip. ἧκε λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῖν ἁρμοδίως.

9.) Incip. Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ὑπεραγάθου καὶ παναγάθου.

10.) Incip. ἰδοὺ τὸ τέρμα τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου.

11.) Homilia parænetica de obedientia. Incipit: ὀφείλων, ἀδελφοὶ, συχνάκις ὑμῖν προσομιλεῖν.

Neophyti Monachi Catenam in Canticum Canticorum memorat Jo. Garnerius in auctario Theodoriti p. 185. b. Ejus Lamentationem de calamitatibus Cypri A. 1191. à Richardo Angliæ Rege * captæ Græce cum verſione ſua edidit Cotelerius T. 2. monument. p. 457-462. Incipit: νεφέλη καλύπτει ἥλιον. Alius & junior fuit ſæculo decimo tertio Neophytus Cypri Epiſcopus, de qvo ſupra p. 216. Memoratur & Neophytus ἔγκλειστος ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος, inter Patriarchas CPol. A. 1154. & alii qvatuor juniores hoc nomine, qvos ordine notatos habes Volum. VI. p. 760. Alius etiam ab his Neophytus Rhodinus, cujus *Synopſin doctrinæ Chriſtianæ* citat Allatius de conſenſu p. 248. 309. *Orationem I. de Sacramentis* p. 309. ubi Græcum & in Græcia diu



* Vide Allatium de conſenſu II. 13. p. 639. & Cangii familias Byzantinas in Iſaacio Comneno p. 184.

Digitized by Google

verſatum appellat. *Tractatum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ* & *librum ſecundum Panopliæ* p.1259. & 1340.

XVII. JOANNES *Citrius* ſive Citri in Macedonia Epiſcopus, clarus circa A. 1200. Latinis infeſtus, ſcripſit *de Conſuetudinibus & Dogmatibus Latinorum*, ex qvo nonnulla producit Allatius de Conſenſu p.1122. ſeq. 1167. Et contra Hottingerum p. 129. & aliis in locis. *Reſponſa* ejus XVI. ad totidem *interrogata Conſtantini Cabaſilæ*, Dyrrhaceni Archiepiſcopi exſtant cum Jo. Leunclavii verſione in Marqv. Freheri Jure Græco Romano lib. V. pag. 323 - 335. Longe plura autem occurrunt apud Diplovaticium in Synopſi juris Græci. Et *reſponſiones centum ad Cabaſilam* citat Nic. Comnenus in prænotionibus myſtagogicis p. 188. 205. 219. 220. easqve apud Græcos vim legis habere teſtatur p.212. *Reſponſa ad Heronem Diaconum* allegat p.411. Miratus tamen ſum qvod idem p.225. hunc Joannem Citrium rudem jurisprudentiæ hominem non dubitat vocare, idqve ait liqvere ex ejus reſponſionibus, qvem ipſe p. 143. ad eas ipſas reſponſiones provocans dixerat Græcorum Juris conſultiſſimum.

XVIII. Poſt ea qvæ de COSMA Hieroſolymitano ſupra p.217. ſcripſeram, incidi in volumen non adeo freqventer obvium, vulgatum ab Aldo, in qvo Coſmæ hujus nonnulla, qvod me tunc fugerat, Græce leguntur, qvorum notitiam hoc loco in lectoris gratiam ſubjungere juvat.

Aldus Manutius Romanus Danieli Clario Parmenſi, bonas litteras Raguſii profitenti inſcripſit, atqve Venetiis A. 1501. 4. edidit Prudentium & poëmata S. Proſperi, qvibus Latinis varia itidem ſacri argumenti, variisqve auctoribus ſubjecit Græce & Latine cum verſione proſaria ad verbum è regione poſita. Sunt autem hæc:

JOANNIS DAMASCENI *in Theogoniam* hymnus cujus Acroſtichis:

Εὐεπίης μελέεσιν ἐφύμνεα ταῦτα λιγαίνει
Υἱα Θεοῦ, μερόπων εἵνεκα τικτόμενον
Ἐν χθονὶ, καὶ λύοντα πολύστονα πήματα κόσμου
Ἀλλ' ἄνα ῥητῆρας ῥύεο τῶνδε πόνων.

Incipit: ἔσωσε λαὸν θαυματουργὸν Δεσπότης.

*Hymnus in Epiphaniam.* cujus Acroſtichis:

Σήμερον ἀχράντοιο βαλὼν θεοφεγγέϊ πυρσῷ
Πνεύματος ἐνθάπτει νάμασιν ἀμπλακίην.
Φλέξας παμμεδέοντος εὖς παῖς ἠπιόων δὲ
Ὑμνηταῖς μελέων τῶνδε δίδωσι χάριν.

Inci-

Incipit: *σείβει θαλάσσης κυματούμενον σάλον.*

*in Pentecoſtem.* Incipit: *Θείῳ καλυφθεὶς ὁ βραδύγλωσσος γνόφῳ.* Acroſtichis:

> Θεογενὲς Λόγε, Πνεῦμα παράκλητον πάλιν ἄλλον
> Ἐκ γενέτου κόλπων ἧκας ἐπιχθονίοις
> Οἷα πυρὸς γλώσσῃσι φέρον Θεότητος αὐλοῦ
> Σῆμα, τεῆς φύτλης καὶ χάριν ὑμνοπόλοις.

*in Diem Dominicum Paſcha.* Incipit: *ἀναστάσεως ἡμέρα, λαμπρυνθῶμεν λαοὶ, πάσχα, κυρίου πάσχα.*

*in Aſcenſionem Domini noſtri JEſu CHriſti.* Incipit: *τῷ Σωτῆρι Θεῷ τῷ ἐν θαλάσσῃ λαὸν ποσὶν ἀβρόχοις.*

*in transfigurationem D. N. JESU CHriſti* Hymnus, cujus Acroſtichis: *Μωσῆς Θεοῦ πρόσωπον ἐν Θαβὼρ ἴδε.* Incipit: *Μωσῆς ἐν θαλάσσῃ προφητικῶς ἰδὼν ἐν νεφέλῃ καὶ ἐν στύλῳ καὶ Θεῷ ἡμῶν τὴν δόξαν Κυρίου, ἀνεβόα τῷ λυτρωτῇ πάλαι πυρὸς ᾄσωμεν.*

*in annunciationem ſanctiſſ. Dei genitricis.* Incipit: *ἄκουε κόρη, παρθένε ἁγνή.*

COSMÆ Hieroſolymitani 1. *in Θεογονίαν* ſive *Nativitatem Domini* Canticum. Acroſtichis: *Χριστὸς βροτωθεὶς ἦν ὅπερ Θεὸς μένῃ.* Incipit: *Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε. Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν, ἀπαντήσατε, Χριστὸς ἐπὶ γῆς, ὑψώθητε.*

2. *in Epiphaniam.* Acroſtichis: *βάπτισμα ῥύψις γηγενῶν ἁμαρτάδος.* Incipit: *βυθοῦ ἀνεκάλυψε πυθμένα, καὶ διὰ ξηρᾶς οἰκείους ἕλκει.*

3. *in magnam ſecundam*, i. e. in primam diem hebdomadæ ſanctæ. Acroſtichis. *τῇ δευτέρᾳ.* Incipit: *τῷ τὴν ἄβατον κυμαινομένην θάλασσαν θείῳ αὐτοῦ προστάγματι ἀναξηράναντι.*

4. *in magnam tertiam.* Acroſtichis. *τρίτῃ τε.* Incipit: *τῷ δόγματι τυραννικῷ οἱ ὅσιοι τρεῖς παῖδες μὴ πεισθέντες ἐν τῇ καμίνῳ βληθέντες Θεὸν ὡμολόγουν ψάλλοντες, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.*

5. *in magnam quartam.* Acroſtichis. *τετράδι ψαλῶ.* Incipit: *τῆς πίστεως ἐν πέτρᾳ με στερεώσας ἐπλάτυνας τὸ στόμα μου ἐπ' ἐχθρούς μου.*

COSMÆ 6. *in magnam qvintam.* Acroſtichis. τῇ μακρᾷ πέμπτῃ μακρὸν ὕμνον ἐξάδω. Incipit: τμηθείσῃ τμᾶται πόντος ἐρυθρός. Ante tres poſtremas hymni ſectiones leguntur precum formulæ ad Dominum & ad Deiparam, ex qvibus poſtremum qvia brevis eſt, & de ſuperſtitione illorum temporum teſtatur, apponam. Τὴν πᾶσαν ἐλπίδα μου εἰς σὲ ἀνατίθημι μῆτερ τοῦ Φωτὸς, Φύλαξόν με ὑπὸ τὴν σκέπην σου. *Omnem ſpem meam in te repono, mater Luminis, ſerva me ſub protectionem tuam.*

7. *in magnam paraſcevem.* Acroſtichis. προσάββατόν τε. Incipit: πρὸς σὲ ὀρθρίζω, τὸν δι' εὐσπλαγχνίαν ἑαυτὸν τῷ πεσόντι κενώσαντα ἀτρέπτως.

8. *in magnum Sabbatum.* Acroſtichis. σάββατον μέλπω μέγα. Incipit: συνεχέθη ἀλλ' οὐ κατεσχέθη στέρνοις κητώοις Ἰωνᾶς.

9. *in Pentecoſtem.* Acroſtichis. πεντηκοστὴν ἑορτάζωμεν. Incipit: πόντῳ ἐκάλυψε Φαραὼ σὺν ἅρμασιν ὁ συντρίβων πολέμους ἐν ὑψηλῷ βραχίονι. ᾄσωμεν αὐτῷ ὅτι δεδόξασαι.

10. *in transfigurationem Domini noſtri JESU CHriſti.* Acroſtichis. Χριστὸς ἐνὶ σκοπιῇ σέλας ἄπλετον εἶδος ἧκε. Incipit: Χοροὶ Ἰσραὴλ ἀνίκμοις ποσὶ πόντον ἐρυθρὸν καὶ ὑγρὸν βυθὸν διελάσαντες.

11. *in diem Dominicum Palmarum.* Acroſtichis. ὡσαννὰ, Χριστὸς εὐλογημένος Θεός. Incipit: ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου νότιδος ἄμοιροι.

12. *in exaltationem Crucis.* Acroſtichis. σταυρῷ πεποιθὼς ὕμνον ἐξερεύγομαι. Incipit: σταυρὸν χαράξας Μωσῆς ἐπ' εὐθείας ῥάβδῳ τὴν ἐρυθρὰν διέτεμε.

13. *in occurſum ſive præſentationem ſecundum carnem, Domini & Salvatoris noſtri JESU CHriſti.* Acroſtichis. Χριστὸν γεγηθὼς πρέσβυς ἀγκαλίζεται. Incipit: χέρσον ἀβυσσοτόκον πέδον ἥλιος ἐπεπόλευσέ ποτε, ὡσεὶ τεῖχος γὰρ ἐπάγη.

MARCI Epiſcopi Idruntis Carmen *in magnum Sabbatum.* Acroſtichis. καὶ σήμερον δέ. Incipit: Κύματι θαλάσσης τὸν κρύψαντα πάλαι διώκτην.

THEOPHANIS *in Annunciationem ſanctiſſimæ Dei Genitricis.* Acroſtichis litteræ alphabeti. Incipit: ᾀδέτω σοι δέσποινα κινῶν τὴν λύραν τοῦ Πνεύματος Δαβὶδ ὁ προπάτωρ σου.

GEOR-

GEORGII SCHOLARII εὐχὴ εἰς τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον Θεόν. *Precatio ad unum & triumperſonarum DEUM.* Incipit : Θεὲ ἅγιε ἁγίων, παντοδύναμε, ἀΐδιε, κραταιέ. c. V. b. & d. III. E. ubi & precatio Ad Archangelum qvæ incipit : τῶν οὐρανίων στρατιῶν ἀρχιστράτηγε δυσωποῦμέν σε τὰ νῦν. Et alia de inventione capitis præcurſoris S. Joannis Baptiſtæ, cujus initium : ὡς θεῖον θησαύρισμα ἐγκεκρυμμένον τῇ γῇ.

Volumen claudit precatio matutina, meridiana & veſpertina, qvam integram hic apponam cum Aldi verſione.

## *Oratio ad Dominum noſtrum JEſum CHriſtum, matutina, meridiana & veſpertina.*

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Θεὲ ἀληθινὲ, βασιλεῦ ὕψιστε, ὑπεράγιε ὑπεράγαθε, εὔσπλαγχνε, Λόγε ἀΐδιε τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δημιουργὲ πάσης τῆς κτίσεως, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης καὶ ἀνακαινιστὰ δι' ἄκραν φιλανθρωπίαν, ὑπὲρ ἧς ἡμῖν σαρκὸς καὶ αἵματος ἐκοινώνησας, καὶ τὴν ἀπόῤῥητον ἐκείνην καὶ ὑπερφυᾶ μετῆλθες οἰκονομίαν ἀχράντως, εἰ τὰς ἁγίας καὶ ὑπερουρανίους δυνάμεις οὐδέποτε ἔλαβεν οὔτε λήψεται κόρος, ἀλλὰ ἀκαταπαύστοις φωναῖς νοεραῖς ἀνυμνοῦσι τὸ μεγαλεῖον καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς Θεότητός σου, διατί ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ καὶ γήϊνοι δοῦλοι σου, οἱ ὠνητοὶ τοῦ τιμίου σου αἵματος, κορεσθησόμεθα τοῦ ὑμνεῖν διανοίᾳ καὶ στόματι; καὶ εἰ ἡ φιλανθρωπία σου καὶ ἡ χάρις σου ἀκορέστως ἐνεργεῖ ἐν ἡμῖν ἀπὸ πρωΐας ἐπὶ ἑσπέραν, καὶ ἀπὸ ἑσπέρας ἐφ' ἑτέραν πρωΐαν, διατί ἡμεῖς οὐκ ἐν διαστήμασιν ὡρισμένοις εὐχαριστήσομέν σοι τῷ εὐεργέτῃ ἡμῶν; ἀλλὰ

Here Domine JEſu CHriſte, DEus vere, rex excelſe, valde ſancte, valde bone, miſericors, Verbum æterum inoriginis Dei & Patris, artifex omnis creaturæ, humanæ etiam renovator ob ſummam humanitatem, per qvam nobiſcum carnis & ſangvinis participaſti, & indicibilem illam & ſupernaturalem iniſti diſpenſationem immaculate. Si ſanctas & ſupercœleſtes poteſtates nunqvam cepit nec capiet ſatietas, ſed inceſſabilibus vocibus intelligibilibus laudant magnificentiam & ſplendorem Divinitatis tuæ, cur nos humiles & terreſtres ſervi tui, empti pretioſo tuo ſangvine, ſaturabimur laudando Te mente & ore ? Et ſi humanitas tua & gratia tua inſatiabiliter agit in nobis à mane ad veſperam, & à veſpera ad alterum mane, cur nos non in ſpatiis determinatis gratias agimus Tibi Benefactori noſtro? Sed parce nobis CHriſte bone

ne Judex, qvoniam ſeqvela temporalis hujus vitæ, & neceſſitates naturæ, & ordo hic in qvem nos conſtitutos eſſe voluiſti, dividunt, & non ſinunt animadvertere te indeſinenter, & lingva intacite laudare. Et propter hoc tanqvam primitias qvasdam diurnarum cogitationum & verborum noſtrorum, matutinum & meridianum & veſpertinum adducimus tibi cultum. Adoro igitur te meum Conditorem & Patrem una cum inorigine tuo Patre & vitæfico & Sanctiſſimo tuo Spiritu. Inclino genu cordis & corporis cum horrore & tremore tibi omnipotenti & tremendo & ſanctiſſimo Domino meo gratias ago pro omnibus qvæ feciſti & facis in me. Manu tua me formaſti, & anhelitu tuo vivificaſti, Providentia tua educaſti, manu tua veram fidem notam feciſti, myſteriis ſacræ tuæ Eccleſiæ erudiiſti, ornaſti me & temporalibus his bonis humanæ felicitatis, à periculis liberaſti, à morbis elevaſti, ad utile inviſibiliter adduxiſti: gubernas & foves ut pullum tuum, tanqvam facturam amoris tui. Sed qvid etiam audeo narrare beneficia tua? pelagus ſunt inexhauſtum, profunditas indeprehenſibilis, altitudo inviſibilis. Non ſic cito gratias ago ob antefacta, qvin deprehendat me ſeries beneficiorum novorum: & hoc ipſum,

σύγγνωθι ἡμῖν Χριστὲ εὐδιάκριτε. ὅτι ἡ ἀκολουθία τῆς προσκαίρου ταύτης ζωῆς καὶ αἱ ἀνάγκαι τῆς φύσεως καὶ ἡ τάξις αὕτη εἰς ἣν ἡμᾶς ταχθῆναι ἠθέλησας, μερίζουσιν καὶ οὐκ ἐῶσιν ἀναπολεῖν σε ἀδιαλείπτως κατὰ τὸν νοῦν, καὶ διὰ τῆς γλώττης ἀσιγήτως ὑμνεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἀπαρχήν τινα τῶν ἡμερησίων νοημάτων καὶ ῥημάτων ἡμῶν τὴν πρωϊνὴν καὶ μεσημβρινὴν καὶ ἑσπερινὴν προσάγομέν σοι λατρείαν. Προσκυνῶ σε τοίνυν τὸν ἐμὸν δημιουργὸν καὶ πατέρα σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ καὶ παναγίῳ σου Πνεύματι. Κλίνω γόνυ καρδίας καὶ σώματος μετὰ φρίκης καὶ τρόμου σοὶ τῷ παντοδυνάμῳ καὶ φοβερῷ καὶ ὑπεραγάθῳ δεσπότῃ μου. εὐχαριστῶ ὑπὲρ πάντων ὧν ἐποίησας καὶ ποιεῖς εἰς ἐμέ. τῇ χειρί σου με ἔπλασας, τῷ ἐμφυσήματί σου ἐζώωσας. τῇ προνοίᾳ σου ἐξέθρεψας. τῇ χειρί σου τὴν ἀληθῆ πίστιν ἐγνώρισας. τοῖς μυστηρίοις τῆς ἱερᾶς σου ἐκκλησίας ἐπαιδαγώγησας. Ἐκόσμησάς με καὶ τοῖς προσκαίροις τούτοις καλοῖς τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας. Κινδύνων ἀπήλλαξας, νόσων ἐξήγειρας. πρὸς τὸ συμφέρον ἀοράτως ὡδήγησας. κυβερνᾷς καὶ περιθάλπεις ὡς νοσσίον σου, ὡς ποίημα τῆς ἀγάπης σου. Ἀλλὰ τί καὶ τολμῶ διηγεῖσθαι τὰς εὐεργεσίας σου; πέλαγός εἰσιν ἀνεξάντλητον, βυθὸς ἀκατάληπτος, ὕψος ἀόρατον. οὐ φθάνω εὐχαριστῆσαι διὰ τὰ προ-

προγεγενημένα καὶ καταλαμβάνει με ὁρμαθὸς εὐεργεσιῶν καινοτέρων. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ δύνασθαί με εὐχαριστεῖν, πηλίκον δῶρόν ἐστιν; ὢ τῆς ἐμῆς ταπεινότητος. ὢ τῆς σῆς ἀγαθότητος, ὅτι ὃ μόνον ἔχω, ἀντὶ πάντων προσφέρειν σοι εὐχαριστίαν καὶ ὕμνον, καὶ τοῦτο σόν ἐστι δῶρον. ὢ τῆς ὑπερβαλλούσης ἀγάπης σου, ὅτι πάντα μοι ἐξέχεας τὸν πλοῦτον τῶν ἀγαθῶν σου. Μίαν οἶδα γνησίαν εὐχαριστίαν τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν θελημάτων σου. ἀλλ' ἐὰν μὲν ἡ τὸ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ σὰρξ ἀσθενής ἐστι. Σὺ τοῦτο, Κύριε, εἶπας. ἡ δὲ προθυμία τοῦ πνεύματος ἐκ τῶν προσκαίρων σβέννυται λογισμῶν. ἀλλὰ σὺ Κύριε δυνατὸς εἶ μόνος καὶ τὴν προαίρεσιν ἀνάψαι, καὶ τὴν σάρκα ἐνδυναμῶσαι. Οὕτως εὐχαριστήσω γνησίως, ἐὰν συναφθῇ μου ἡ βούλησις τῷ θελήματί σου, καὶ ἐὰν ὅλη μου ἡ καρδία προσκολληθῇ τῇ ἀγάπῃ σου. καὶ οὕτως ἀξίωσόν με εὐχαριστεῖν σοι Χριστὲ βασιλεῦ, υἱὲ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὲ ὑπεράγαθε. Ἀλλὰ τί λαλήσω πρὸς σὲ ὑπὲρ τῆς σήμερον; τί δὲ ὑπὲρ τῆς αὔριον; τί ἀγαθόν. βουλήσομαι ἐμαυτῷ ὅπερ οὐ σὺ βούλει καὶ πρὸ ἐμοῦ; καὶ τίς οἶδε τὸ ἐμὸν ἀγαθὸν εἰ σὺ καὶ μόνος αὐτὸ ποιεῖν δύνασαι. Καὶ σιωπῶντος τοίνυν ἐμοῦ ποιήσεις τὸ ἐμὸν ἀγαθόν. Εἰ δὲ καὶ παρακλήσεως χρεία πρὸς τὴν σὴν ἀγαθότητα, πρεσβεύει ὑπὲρ ἐμοῦ τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας σου, καὶ ὁ δεξάμενός σε προσηλωθέντα

poſſe gratias agere, qvantū donum eſt! O meam humilitatem, O Tuam bonitatem! qvoniam qvod ſolum habeo pro omnibus afferre Tibi gratiarum actionem & laudem, & hoc tuum eſt munus. O invictum amorem Tuum, qvoniam omnes mihi effudiſti divitias bonorum tuorum, ſolam novi legitimam gratiarum actionem, impletionem voluntatum tuarum. Sed ſi ſit ſpiritus promptus, caro infirma eſt. Tu hoc Domine dixiſti, ſed promptitudo ſpiritus extemporalibus extingvitur cogitationibus. Sed Tu Domine potens es ſolus, & voluntatem accendere & carnem fortificare. Sic gratias agam legitime, ſi ſimul adjungatur mea voluntas cum voluntate Tua, & ſi totum meum cor conglutinabitur amori tuo, & ſic dignare me gratias agere tibi CHriſte Rex Fili amoris DEI, & DEUS valde bone. Sed qvid loqvar ad Te pro hodierna die? Qvid autem pro craſtina? Qvid bonum volam mihi qvod non Tu vis vel ante me? Et qvis vidit meum bonum magis qvam Tu? Tu ſolus cognoſcis & vis vere meum bonum, qvi etiam ſolus ipſum facere potes. Et tacente igitur me facies meum bonum: ſi vero & prece opus eſt, ad tuam bonitatem precatur pro me myſterium adminiſtrationis Tuæ, & qvæ ſuſcepit te clavis fixum crux, & qvæ fu-



Digitized by Google

pernaturaliter ſervivit myſterio ſanctiſſima perimmaculata Virgo & Mater Tua, & cœleſtis diſciplinæ & vitæ tuæ æmulatores legitimi facti usqve ad mortem. Tot igitur precantibus pro me aperies & hodie ut ſoles manum tuam, & implebis me bonæ voltuntatis, & proteget me dextra tua. Si autem impediunt fontem humanitatis tuæ peccata mea, tamen dele hæc, deſpice, parce, mittantur in oblivionis profunditatem. Opus aſſiduum Tibi CHriſte Rex, remiſſio peccatorum, qvoniam intellectus noſter hominum acutius lumine eſt diſcurrens, & verbum lubicrum & opera ſylvoſa & ex obſcura hac pingvedine: & propterea non gloriabitur coram Te omnis caro. Tu autem ſolus Domine purus & impeccabilis exiſtens, & ſolus dimittere peccata noſtra potes. Cuſtodi JESU mi dulciſſime vitam longam feliciter & indolenter piorum Chriſtianorum, ſervorum vero tuæ bonitatis legitimorum: & poſt præſentem vitam qvam determinaveris menſuris & terminis qvibus noviſti ipſe, in æternam illam adduc vitamqve & regnum emancipatos non à noſtra dignitate ſed à tua bonitate. Fiat Domine Rex clemens, qvoniam Te decet omnis gloria, honor & adoratio, & inoriginalem tuum Patrem cum qvo in unitate Sancti-

*σταυρός. καὶ ἡ ὑπερφυῶς ὑπουργήσασα τῷ μυστηρίῳ παναγία ὑπεράμωμος παρθένος καὶ μήτηρ σου., καὶ οἱ τῆς οὐρανίου διδασκαλίας καὶ πολιτείας σου ζηλωταὶ γνήσιοι γεγενημένοι μέχρι θανάτου. Τοσούτων τοίνυν πρεσβευόντων ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀνοίξεις καὶ σήμερον συνήθως τὴν χεῖρα σου, καὶ ἐμπλήσεις με εὐδοκίας, καὶ ἀντιλήψεταί μου ἡ δεξία σου. Εἰ δὲ ἐμποδίζει τῇ πηγῇ τῆς φιλανθρωπίας σου τὰ ἁμαρτήματά μου, ἀλλὰ ἀπάλειψον αὐτὰ, πάριδε, σύγγνωθι. πεμφθήτωσαν εἰς λήθης βυθόν. Ἔργον ἀδιάλειπτόν σοι Χριστὲ Βασιλεῦ ἡ ἄφεσις τῶν πλημμελημάτων, ὅτι ἡ διάνοια ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ὀξύτερον φωτός ἐστι διατρέχουσα, καὶ ὁ λόγος ὀλισθηρὸς, καὶ τὰ ἔργα ὑλώδη, καὶ τῆς σκοτεινῆς ταύτης παχύτητος. Καὶ διατοῦτο οὐ καυχήσεται ἐνώπιόν σου πᾶσα σάρξ. Σὺ δὲ μόνος Κύριε καθαρὸς καὶ ἀναμάρτητος ὢν, καὶ μόνος ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν δύνασαι. Φύλαξον Ἰησοῦ μου γλυκύτατε τὴν ζωὴν ἐπιμήκιστον εὐτυχῶς καὶ ἀδιαλύπως τῶν εὐσεβῶν χριστιανῶν, δούλων δὲ τῆς σῆς ἀγαθότητος γνησίων. Καὶ μετὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἣν ἂν ὁρίσαις μέτροις καὶ ὅροις οἷς οἶδας αὐτός, εἰς τὴν αἴδιον ἐκείνην εἰσάγαγε ζωήν τε καὶ βασιλείαν, χειραγωγουμένους οὐχ ὑπὸ τῆς ἡμῶν ἀξίας, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σῆς ἀγαθότητος. Ναὶ Κύριε Βασιλεῦ ἀνεξίκακε, ὅτι σοι πρέπει πᾶσα δόξα,*

ξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, καὶ τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, μεθ' οὗ ἐν τῇ ἑνότητι τοῦ ἁγίου πνεύματος ζῇς τε καὶ βασιλεύεις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Spiritus vivisqve & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

XIX. Claudam hoc caput brevi qvam ſupra p. 325. promiſi de *Syntipa* Perſa & *Eraſto* obſervatione. Fertur nimirum liber moralis argumenti, ex Syriaco ut ajunt Græce, & alius ex Græco Latine verſus de ſeptem Philoſophis ſapientia ſua filium Regis ab illecebris & calumniis novercæ immunem ſervantibus. Prior adhuc ineditus laudatur ſubinde à Cangio in appendice ad gloſſarium Græcum ſub nomine *Syntipæ Philoſophi.* pag. 5. 10. 35. 41. 47. 52. 63. 74. 85. ſeq. 88. 103. 104. 108. &c. Titulus libri: πρόλογος τοῦ λεγομένου Συντίπα τοῦ φιλοσόφου, μεταβληθεὶς ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου ὡς εἶχεν αὐταῖς λέξεσιν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν. Διήγησις ἐμφιλόσοφος συγγραφεῖσα παρ' ἡμῶν περὶ τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως Κύρου καὶ τοῦ γνησίου τούτου παιδὸς καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ Συντίπα, καὶ περὶ τῶν τοῦ βασιλέως ἑπτὰ φιλοσόφων, καὶ τῆς μιᾶς αὐτοῦ πονηρᾶς καὶ ἀναιδοῦς γυναικὸς, καὶ πῶς τὴν κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως διαβολὴν κατεσκεύασεν ἡ μητρυιὰ αὐτοῦ. Ταύτην οὖν διήγησιν προϊσόρησε Μοῦσος ὁ Πέρσης πρὸς τῶν ἀναγινωσκόντων ὠφέλειαν. Incipit: βασιλεύς τις ἦν Κῦρος ὀνόματι, ᾧ καὶ ἦσαν γυναῖκες ἑπτά. MS. in Bibl. Cæſarea & Reg. Pariſ. & Venetiis in Bibl. S. Marci. Vide Montfauconi Diarium Italicum p. 40. & Neſſelium parte V. p. 171. In multis ſimilis eſt altera qvæ ex Græco verſa fertur Narratio de *Eraſto* filio Imp. Diocletiani, novercæ Aphrodiſiæ amoribus repugnante, ejusq; hinc odiis & inſidiis ſubducto per ſeptem ſapientia inſignes Philoſophos, Euphradigorum, Demiurgum, Ternum, Enoſcopum, Philanthropum, Agathum & Leucum. Hæc in variis lingvis & diverſo titulo legitur etiam typis exſcripta. Germanice ſæpius vidit lucem atqve inſcribitur: Die ſieben weiſen Meiſter. Gallice ante paucos annos Pariſ. 1709. 12. *Hiſtoire du Prince Eraſtus, fils de l'Empereur Diocletien.* Exſtat & Italice & Hiſpanice, ut vetuſtiorem Gallicam verſionem prætercam, Lugd. 1666. 8. *les Sept Sages de Rome, ou hiſtoire de Pontianus Empereur.*

# CAPUT XLIII.

## De JOANNE VECCO, GENNADIO & ſcriptoribus aliis Græcis, Romanæ Eccleſiæ faventibus vel cum Græca eam conciliare cupientibus.

JOANNES BECCUS ſive VECCUS, Græcis Βέκκος, Βέκος vel Βέκων a) ex Magnæ Eccleſiæ Chartophylace *Patriarcha CPol.* ab A. 1274. in locum exauctorati Joſephi, Galeſii Abbatis, usqve ad obitum Mich. Palæologi Imp. poſt qvem A. 1282. defunctum, Joſephus ſub Andronico iterum reſtitutus eſt, Joannes vero poſt id tempus iterum iterumqve relegatus b) in carcere A. 1298. obiit. Photianus primum, deinde lectis Nicephori Blemmydæ ſcriptis c) Λατινόφρων plurima ſcripſit, qvibus Latinæ Eccleſiæ dogmata ſive tueri ſive cum Græca conciliare anniſus eſt omni ſtudio, idem propter ingenium, eloqventiam atqve doctrinam & Imperatori Michaëli acceptiſſimus, & aliis admirandus. Ejus ſcripta multa interciderunt, certe non ſunt edita: nam qvæ ſingillatim ſcripſit *adverſus Methonenſem, adverſus Joannem Phurnem, adverſus Archiepiſcopum Bulgariæ, adverſus Georgium Moſchamparem*, atqve iterum adverſus eundem compoſitæ ἀντιῤῥήσεις, lucem necdum viderunt. Horum qvidem meminit ipſe apud Allatium Tom. 2. Græciæ Orthodoxæ pag. 8. ſeq. Vide infra, pag. 678. Eorum tamen omnium epitome vel nervus continetur, ut eſt credibile, in ſcriptis qvæ typis exſcripta habemus. Sunt autem hæc:

1. Περὶ τῆς ἑνώσεως καὶ εἰρήνης τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης ἐκκλησιῶν. *De unione Eccleſiarum veteris & nova Roma liber.* Incipit: τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀψευδὲς τοῦ Σωτῆρος. Græce cum Leonis Allatii verſione in hujus Græcia Orthodoxa Rom. 1652. 4. Tomo I. pag. 61-224. Singillatim in hoc ſcripto *Photium* oppugnat Veccus p. 154. ſeq.

2. Ex Vecci λόγῳ ſive libro περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης τὸ τοῦ σκανδάλου ἀλόγιστον καὶ ἐκ μόνης ἱστορίας ἀποδεικνύντος. *de Pace Eccleſiaſtica, ad abſurditatem ſcandali ex ſola hiſtoria demonſtrandam* ampla excerpta dat Allatius de ætatibus Ordinum pag. 165-169. & de purgatorio

a) Vide Jo. Boivini notas ad Nicephorum Gregoram pag. 752. & 728.

b) Pachymeres lib. IX. Allatius de conſenſu lib. 2. c. 15. §. 8. & de Georgiis infra pag. 675. ſeq. Vide etiam Lambecium lib. V. pag. 186. ſeq.

c) Nic. Comnenus prænot. myſtagog. pag. 202.

torio p.591--626. & Gvil. Beveregius Tom. 2. magni Synodici p.273-292. ubi multa de Synodo Photiana. Incipit: ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς.

3. Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τῶ ἁγίω Πνεύματ☉. *De Proceſſione Spiritus S.* capita XII. Tom. 1. Græciæ Orthodoxæ p. 225-359. Incipit: Καὶ ἐπεὶ πρὸ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγη τις ἀνέκυψε ζήτησις.

4. Epiſtola de profeſſione fidei ad Joannem XXI. Papam. Latine apud Allatium de Conſenſu lib. 2. c. 15. §. 5. p. 746-752. Incipit: *Principis boni optimum eſſe finem.*

5. Σημείωμα ſive *Synodalis ſententia* A. 1280. de loco Gregorii Nyſſeni (pro Spiritus S. proceſſione ex Patre & Filio) petito ex ejus homilia in *Pater noſter* qvæ incipit, ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωσῆς. Græce Latine Tom. 1. Græciæ orthodoxæ pag. 366-374. Hujus σημειώματ☉ initium, καὶ θρὶξ ἐμπεσοῦσα τῷ ὀφθαλμῷ.

6. Διαθήκη, *Teſtamentum* ab exule ſcriptum. Græce & Lat. Tom. 1. Græciæ orthodoxæ pag. 375-378. & lib. 2. de conſenſu cap. 15. §. 8. p. 763. Incipit: πολλὰ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς. Exſtat etiam in notis Petri Poſſini ad Pachymerem T. 1. p. 541. ſeq.

7. *Ad Alexium Agallianum*, magnæ Eccleſiæ CPol. Diaconum, *de Proceſſione Spiritus S. Epiſtola.* Incipit: ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν ποτε ἀκοῦσαι ᾠήθην τοιαῦτα. T. 1. Græciæ Orthodoxæ pag. 360-365.

8. Ἐπισημείωσις τῶν αὐτοῦ ἁπασῶν βίβλων καὶ γραφῶν συμφωνίας. *De omnibus ſuis libris & ſcriptionum ſuarum conſenſione, animadverſio,* ad Theodorum Sugdææ Epiſcopum, hunc enim malo intelligere qvam Theodorum Xiphilium magnum Eccleſiæ Oeconomum, cui promiſerat ſe de dogmatibus non ſcripturum neqve contradicturum qvicqvid alii dicerent, ὡς οὐ γράφοι, ὡς οὐκ ἀντιτύποι περὶ δογμάτων κἂν ἔτι λέγοιεν ἄλλοι, qvod deinde ſervare non potuit, ut refert Pachymeres lib. VI. Incipit: καὶ τὴν παροῦσαν δέξαι τὴν βίβλον, φίλον μοι ψυχῆς ἐνδιαίτημα, Κῦρι Θεόδωρε. Tom. 2. Græciæ Orthodoxæ pag. 1-10. Rom. 1659. 4.

9. Περὶ ἀδικίας ἧς ὑπέστη, τοῦ οἰκείου θρόνου ἀπελαθείς. *De injuſtitia qua affectus eſt, a proprio throno ejectus.* id. pag. 11-36. Incipit: ἐσιώπησα, μὴ καὶ εἰσέτι σιωπήσωμαι;

10. Λόγος ἀπολογητικὸς καὶ ἀντιῤῥητικός. *Oratio partim Apologetica de injuſtitia qua affectus eſt, partim Antirrhetica ad pravas expoſitiones nonnullarum ſcripto traditarum auctoritatum.* id. pag. 36-83. Incipit: Τὰ μὲν οὖν ἐφ' οἷς ἀδίκως τοῦ οἰκείου ἡμεῖς ἀπηλάθημεν θρόνου.

11. Ἀπολογία. *Apologia, nullo modo noſtras conſuetudines deſtrui, ſi Eccleſiarum unionem acceptamus, ſed ad conciliandam in CHriſto pacem multum conducere, quod inter ſe in aſſerendo dogmate conveniunt*, id. pag. 84-94. Incipit: πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω.

12. Τῶν πρὸς τὸν Σουγδαίας Θεόδωρον α΄, β΄, γ΄. *Ad Theodorum quem ipſe Sugdææ Epiſcopum ordinaverat, libri III. de proceſſione Spiritus S. ex Patre & Filio.* Primi initium: ἐπειδὴ τὸν Εὐαγγελικὸν ζυγόν. id. pag. 95. Secundi: Σὺ μὲν ἀγαπητὲ ἀδελφέ. pag. 117. Tertii, qvo *Photius* ſpeciatim oppugnatur, πάλιν σοὶ τὰ γράμματα πρὸς ἡμᾶς. pag. 133-148. Hos libros ex Allatii verſione Bartoldus Nihuſius ſubjunxit Latine Epiſtolæ ejusdem Allatii ad Boineburgium de conſenſione utriusqve Eccleſiæ, Mogunt. 1655. 8. Tertium Græce & Latine dederat Allatius ipſe ad calcem libri de purgatorio pag. 827-856. Rom. 1652. 8.

13. Τῶν πρὸς Κωνσταντῖνον α΄, β΄, γ΄, δ΄. *Ad Conſtantinum* (Meliteniotam de qvo dixi Volum. IX. pag. 198.) *libri IV.* de eodem argumento. Primi initium: Φθάνω μὲν τάξας καὶ οἷον διορισάμενος p. 149. Secundi: οὐδὲ τὴν δευτέραν σὴν ἀποπέμπομεν αἴτησιν. pag. 169. Tertii: Ναὶ, ναὶ τὰ ἐπηγγελμένα σοι. pag. 287. Qvarti: ἀπορεῖς καὶ πάλιν, καὶ οὐκ ἀποροῦμεν ἡμεῖς. p. 202-214.

14. Εἰς τὸν τόμον τοῦ Κυπρίου κατὰ τῶν νεοφανῶν αἱρέσεων αὐτοῦ σχεδιασθεὶς, λόγος α΄, β΄. *In tomum* Georgii *Cyprii* Patriarchæ CPol. Spiritum S. è Patre per Filium procedere negantis, *& novas ejusdem hæreſes, libri duo extemporales* ad Theodorum Sugdææ Epiſcopum qvem alloqvitur pag. 252. σὺ δὲ γνήσιε υἱὲ φίλτατέ μοι Θεόδωρε. Primi initium: ἔμελλεν ἄρα πολλὰς κατὰ καιρόν. pag. 215. Secundi: δεύτερος ἡμῖν οὗτος ὁ κατὰ τοῦ Κυπρίου ἀγών. pag. 252-286. Λόγον tertium contra Cyprium citat Nic. Comnenus pag. 356. prænot. myſtagog. & tertium ſuum τῶν τοῦ Κυπρίου αἱρέσεων ἔλεγχον memorat Veccus ipſe in animadverſione de libris ſuis Tom. 2. Græciæ Orthodox. pag. 7.

15. Ἀντιῤῥητικά, *Refutationes adverſus D. Andronici Camateri* ſub Manuele Comneno pridem *Drungarii Viglæ* ſive præfecti Vigilum (de qvo ſupra pag. 286.) *ſuper ſcripto traditis teſtimoniis de Spiritu S. animadverſiones.* Incipit: βουλόμενος ἡμᾶς τὴν Ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀεὶ προάγειν ἐπὶ τὸ βεβαιότερον. pag. 287-521.

16. Ἐπιγραφαὶ *Epigraphæ* ſive *præſcriptiones XIII. in dicta ac ſententias ſanctorum Patrum à ſe collectas de proceſſione Spiritus Sancti.* Incip. Ἔρη-

σεις

σεις διάφοροι γραφικαὶ συλλεγεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τῦ Υἱῦ. pag.522 641. Has Epigraphas Græce & Latine ediderat Petrus Arcudius Corcyræus in opuſculis aureis, Rom. 1630. 4. 1671. 4. una cum ſcriptis qvibusdam Gregorii Palamæ & adverſus Palamam Beſſarionis, nec non Demetrii Cydonii, & Maximi Planudæ. Habentur & MStæ in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium V. p. 186.

Memorat etiam Allatius p. 767. de conſenſu, Κεφάλαια τινὰ περὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος, *Capita quædam de Spiritu S.* Incip: εἶτα καὶ πάλιν οἱ αὐτοὶ καθ᾽ ἑξῆς. Nec non *Titulos de recens natis hæreſibus.* Incipit ἔμελλεν ἄρ᾽ ἀντ᾽ ἐπισκόπυ κατὰ λύκυ καὶ αἱρεσιάρχυ.

Nic. Comnenus pag. 14. prænot. myſtagog. citat Jo. Vecci *Orationem I. de inauguratione ſua* qvæ incipit; ἀκύσατε ἱερὸν συνέδριον, φίλοι συμπράκτορες, ἀρχιερεῖς ἀδελφοί.

*Orationem quartam de unione Eccleſiarum* pag 164. 207.

*Synodicon de Clericorum ordinatione*, apud Canonarcham, Chriſtophorum Campanam pag 292. *Synodicon de officio parochi* pag. 310. *Synodicum III.* pag. 145. *Synodicon* A. 1275. promulgatum *de capite corpori S. Mamantis abſciſſo* pag. 241.

*Epiſtolam Encyclicam* pag. 203. *paræneticam ad unionem* pag. 346.

II. GENNADIUS, a) qvi primus novæ Romæ Patriarcha poſt Imperii Græcorum Orientalis excidium * renunciatus eſt, ante ſuſceptam dignitatem, GEORGII SCHOLARII nomen habuit. Ita teſtantur auctores Hiſtoriæ Conſtantinopolitanæ apud Cruſium in Turco-Græcia. b) *Elegerunt*, inqvit, *Philoſophum Dominum Georgium, virum ſanctum & pium, Judicem Imperatorii Judicii, & electionem ejus juxta conſuetudinem acclamationibus comprobantes, conſtituerunt Patriarcham, appellantes Gennadium. Hunc*, ut ſcribit Malaxus, *Joannes Palæologus cum in Franciam ſeu Italiam proficiſceretur, ubi habita eſt octava Synodus*, c) *ſecum duxit tanquam ſapientiſſimum.* In Actis Græcis Florentinæ Synodi ſeſſ. 25. Georgii Scholarii verba ad Imperatorem referuntur, à qvo rogatus ſententiam de ſancienda cum Latinis concordia, reſpondit ſe jam editis orationibus expoſuiſſe qvæ ſibi mens eſſet, amplecti Romanæ Eccleſiæ doctrinam de capitibus inter utramqve Eccle-

a) Hæc qvæ de Gennadio CPol. ſeqvuntur petita ſunt ex eruditiſſ. Viri Euſebii Renaudoti obſervationibus ad Gennadii homilias de SS Euchariſtia, editis Pariſiis, 1709 4. pag. 40. ſeq. qvibus pauca qvædam per notas adjunxi. Ea Lector conferet cum iis qvæ de eodem Gennadio Allatius diatriba de Georgiis, hoc ipſo Volumine infra p. 760. ſeq. * A. 1453. b) p. 107. c) Florentina.

Eccleſiam controverſis, qvæ mox ſynodali definitione explicata ſunt. Earum qvoqve orationum mentio fit in Apologia Joſephi Methonenſis; & magna inter eruditos qvæſtio eſt, num de iis qvas habemus græce & latine in Bibliotheca Patrum, & in Conciliorum Collectionibus, intelligenda ſint Græcorum Actorum verba. Erat tunc Georgius Scholarius inter Laicos, Judexqve Primarius Aulæ Imperatoriæ; atqve adeo nihil mirum qvod in definitione ſynodica ſcribendo non adfuerit: nam ſoli Eccleſiaſtici ſubſcribebant, & ex Laicis præter Imperatorem nemo. Reverſus Conſtantinopolim Gennadius anno 1439. poſt abſolutam Synodum in magna apud Joannem Imperatorem Conſtantinumqve fratrem & ſucceſſorem dignitate vixit, usqve ad annum 1453. qvi imperio Græcorum Conſtantinopolitano ſupremus fuit. Qvid vero totis his annis tredecim Gennadio factum ſit, divinavit Allatius: neqve enim à Græco ullo autore didicit eum Catholicæ fidei, qvam Florentiæ cum aliis Græcis profeſſus fuerat, obſervantiſſimum, Schiſmaticos voce & ſcriptis confirmaſſe, præſertim vero Marcum Epheſium ſchiſmatis Anteſignanum, Latinoqve nomini infenſiſſimum. Qvia tamen ex variis actis & monumentis, qvorum pauca edita ſunt, reliqva ſervantur in Bibliothecis, intelligitur eodem tempore qvemdam Georgium Scholarium Marco Epheſio ſumma familiaritate conjunctum, multa adverſus Latinos ſcripſiſſe, Matthæus Caryophyllus, & eum ſecutus Leo Allatius, duos Gennadios, duos Georgios Scholarios effinxerunt, illum qvi concilio Florentino interfuit, Catholicum: alterum Schiſmaticum eſſe juſſerunt. Hic Monachus factus, Gennadii nomen ſimul cum habitu Religionis accepit; ille ex Laico factus Patriarcha poſt captam urbem, Gennadius qvoqve novo nomine appellatus fuit, qvi poſt annos qvinqve, depoſitis infulis patriarchalibus, in Monaſterium ſe recepit, atqve anno circiter 1460. diem ſuum obiit. Imo alium qvemdam Georgium Scholarium Corteſium extitiſſe ſuſpicatur Allatius, qvem autorem exiſtimat diverſorum adverſus Latinos operum; atqve ita tres Georgios Scholarios & Gennadios recenſet, ſed, ut infra videbitur, plane infeliciter. Hanc tamen ejus conjecturam ſecuti ſunt omnes ferme Theologi, donec R. Simon d) vir doctiſſimus docuit certiſſimis argumentis, unicum fuiſſe Gennadium. Qvia tamen hæc qvaſi in *παρέργῳ* ab eo ſcripta ſunt, cum brevitas operis non pateretur ut totam ex antiqvis monumenris qvæſtionem explicaret, ſupereſt ut qvantum licebit paucis eam expediamus. Gen-

d) lib. de transſubſtantiatione contra Tho. Smithum. A. 1685. 12.

2. Gennadius ſane qvi Georgii Scholarii nomen habuit, patria ut videtur Conſtantinopolitanus, doctrina, eloqventia & juriſperitia magnam ab ineunte ætate famam apud ſuos conſecutus, in Aulæ Imperatoriæ miniſterio fuit, anteqvam Joannes Palæologus in Italiam proficiſceretur. Tunc vero Judicis primarii munus ſuſtinebat, κριτὴς τῆς βασιλικῆς κρίσεως, ut non ſolum Hiſtoria Politica & Eccleſiaſtica apud Cruſium, ſed varii etiam opuſculorum tituli teſtantur. Negotiorum ipſe moleſtiam conqveritur ad Philelphum ſcribens, his verbis: ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐν τῷ δικάζειν θορύβων οὐδ' ἀναπνεῖν σχεδὸν συγχωρούμενος, καὶ ἄκων ἐξαμαρτάνω τι πρὸς τοὺς φίλους. *Sed judiciorum tumultu oppreſſus, vix reſpirare ut concedatur, etiam invitus nonnihil erga amicos delinqvo.* Qvod etiam in aliis qvibusdam ab amicos epiſtolis, & in orationibus apologeticis non obſcure deſignat. Interea cum doctiſſimis Italis *Franciſco Philelpho*, *Ambroſio Camaldulenſi*, *Marco Lipomano* Patritio Veneto litterarum commercium habebat, qvarum plures extant haud inelegantes in codice regio 2955. paucæ in Colbertino 4958. verum ſumma Librariorum negligentia, ſine die & conſule, aut loco unde miſſæ ſunt, adeo ut hiſtoriæ Gennadii mediocrem omnino lucem afferant. Philelphus ipſe Græco qvodam carmine teſtatur ſe admodum juvenem in ejus adhuc juvenis familiaritatem veniſſe, Conſtantinopoli, cum eſſet.

| | |
|---|---|
| *Ὃν μοὶ ὄντι νέῳ νεαρὸν πάνυ, δῖα θεάων* | *Quem juveni mi olim, juvenem Byzantis in urbe* |
| *Ἐν Βύζαντος ἔρῳ ἥψατο Καλλιόπη.* | *Calliopes Dia conciliavit amor.* |

Ad noſtrum enim Gennadium pertinet hoc Philelphi * carmen, non, ut cenſet Allatius, e) ad neſcio qvem Georgium Scholarium Gennadium Metropolitam Phaſorum. Argumento eſt qvam mox laudavimus epiſtola, qvæ in regio codice octava eſt, qva Philelpho ſcribit Imperatori ſummopere placuiſſe ſcriptas ab eo litteras, cujus perſpectam haberet erga ſe humanitatem. Utebatur familiariſſime Georgius Scholarius *Luca Notara* Magno Duce, Imperatoris Joannis Palæologi genero, ad qvem exſtant aliqvot non inelegantes Epiſtolæ, & Ducis ad Scholarium; Imperatoris ejusdem fratre *Conſtantino Palæologo*, qvi imperavit ultimus Chriſtianorum, ad qvem ſcripta eſt ſecunda Epiſtola

 regii

* Philelphus Conſtantinopolim juvenis profectus eſt, Emmanuelis Chryſoloræ filiam duxit. *V. Poggium de Philelph. Epiſt. ad Juſtinianum l. 1.* e) infra, p. 769.

Digitized by Google

regii codicis; *Theodoro Deſpota* eorum fratre, qvem funebri oratione laudavit, qvæ exſtat in eodem codice; & aliis præcipuæ dignitaris viris. Inter Eccleſiaſticos colebat præ cæteris *Marcum Epheſium*, ad qvem extat decimaqvinta, qva ſignificat mittere ſe defenſionem doctrinæ Ariſtotelis contra Gemiſtum Plethonem, tum etiam Nomophylacem, Chartophylacem *Paiſium* Cretæ ut videtur Archiepiſcopum, & alios non paucos. Ad hos extant Epiſtolæ de privatis plerumqve negotiis, omnes ſine die & conſule. Plures opinor interciderunt, qvia elegantiores tantummodo ſelectæ videntur fuiſſe, ut antiqvis Demoſthenis, Iſocratis, Libanii, & aliis præcipuorum autorum adjungerentur, ut in codice Colbertino; reliqvæ perierunt, ut multa alia Gennadii opera, qvia autor nunqvam ea, ut videtur, colligenda curavit; ſed poſt ejus obitum, à ſtudioſis in codices relata ſunt qvæcumqve tam Conſtantinopoli qvam in Monaſteriorum Bibliothecis deliteſcebant.

3. Trigeſimo ætatis anno Georgius Scholarius votum fecit amplectendæ ſolitariæ vitæ, qvod tamen nonniſi paulo ante captam urbem, & poſt Joannis Palæologi mortem perſolvit. Ita de ſe ſcribit in Apologia ad Conſtantinum. *Quod*, inqvit, *ego nondum trigeſimum annum egreſſus firmiter ſtatuerim & voverim Chriſto, magiſtratum ut incommodum quiddam negotium abdicare, & ad privatam vitam, qvam CHriſtus nobis deſignavit, declinare tanquam multæ philoſophiæ, ſpei quoque futurorum, & uno verbo boni cujuſcumque pleniſſimam, nullus arbitror meorum civium ignorat.* Cauſam cur tamdiu diſtulerit, fuiſſe refert parentum curam, qvos in ſenili ætate deſtituere absq; impietate vix poterat, & qvasdam alias.

4. Itaqve ſub Joanne Palæologo Georgius Scholarius Imperialis Judicis munus ſuſtinens, cum procurandæ concordiæ inter Latinam & Græcam Eccleſiam cauſa Imperator in Italiam proficiſceretur, f) in ejus comitatu Ferrariam primo, mox Florentiam venit. Ita teſtantur autores fermè omnes, & Acta Græca Concilii. Ferrariæ, ut videtur, ſcriptæ ſunt Epiſtolæ duæ, una Venetiàs ad Marcum Lipomanum, ad Ambroſium Camaldulenſem altera. In prima ſcribit optaſſe ſe ad eum proficiſci, *ſed fortuna quadam*, inqvit, *me ad Imperatorem currere cogens, aureis Venetiis commorari non ſinit; neque lepores hujus urbis & gratias deguſtare, in qua Lipomanus optimus primarium locum obtinet; ſed ſtatim atque exſcenſum fecimus, iter ad Imperatorem per flumen inſtituimus*, nempe fortaſſis qvia ſerius

f) A. 1438.

Digitized by Google

rius advenerat. In altera ad Ambroſium, qvem non alium eſſe exiſtimamus qvam Camaldulenſem, ita ſcribit: *At quandoquidem cum Imperatore qui te plurimum diligit, nos quoque unionis deſiderium ad tuam urbem transfert, aut potius ipſe ex tali deſiderio nobis tranſmigrandi neceſſitatem impoſuit; reliquis quidem ſufficit tuam adire urbem, & habere illic delicias, ſpectacula, ædes magnificas, & alia domeſticis non inferiora. Nobis vero angulum aliquem concede tui monaſterii, quod in cara urbe cariſſimum habes & ornas. Ita eos qui te maxime diligunt, tuorum tibi conjunctiſſimis non immerito præferes, tuncque facilius una eſſe nobis licebit, neque morbos cauſabimur, neque tantum ex infelicitate noſtra dolorem capiemus. Quod ſi aliquando rurſus, minus tamen omnino quam nunc, te à nobis disjungunt publicorum negotiorum curæ, hanc abſentiam monachorum illic viventium virtus & ſapientia ſolabuntur. Quos quidem ſub tali patre & rectore ad virtutem provectos, utiliſſimos & jucundiſſimos accedentibus fore confido, adeo ut ſinguli ipſorum ſufficiant non habentibus patrem.*

5. Non alieno ab eccleſiaſtica concordia animo Scholarium fuiſſe præter ea qvæ ſupra dicta ſunt, ſuadet particula Epiſtolæ ad Magnum Ducem, qvam aliena interpretatione corrupit Allatius, * dum eam ex Græcia ſcriptam exiſtimavit, cum ex Italia miſſa fuerit. *Nunc vero ſcito nos præclara omnino tranquillitatis initia experiri:* qvæ verba ad eccleſiaſticæ concordiæ ſpem videntur referenda. Sed qvæ legitur act. 25. Florentini Concilii in Græcis actis Georgii Scholarii Reſponſio, ejusmodi eſt, ut viro pio pacisqve ſtudioſiſſimo digniſſima videatur. Rogatus enim ab Imperatore ſententiam de Unionis decreto, ita reſpondit. ** *Optime & potentiſſime Imperator, quam ego quidem habuerim & nunc habeam ſententiam de propoſita Unionis materia, indicat ſermo à me utcumque compoſitus, & huic noſtræ Synodo oblatus, quo ſacros hosce adhortabar Patres ad Unionem & auxilium rebus Conſtantinopolitanis ferendum. Teſtantur etiam duo libelli, quos antea compoſitos, nunc præſenti Synodo trado, quorum alter conſilium dat ut fiat, & quomodo fieri debeat Unio, & exponit quicquid aliud ad hanc materiam ſpectat: alter vero quæſtionem ipſam tractat, eſtque illi ſcopus oſtendere Doctores Eccleſiæ inter ſe concordes eſſe non rationibus ac demonſtrationibus humanis, ſed ſacræ Scripturæ & Doctorum eorundem ſententiis.* Eosdem libros oblatos Synodo fuiſſe teſtantur eadem Acta paulo ſuperius. *Poſt orationem Beſſarionis obtulit nobis Scholarius Dominus Georgius tres Orationes pro Unione deliberativas, cohortans animansque nos ad amplectendam Unionem.* Vulgo



* infra, pag. 766.

** *Ex verſ. Caryoph. p. 478. edit. Par.*

go exiſtimant illas ipſas Orationes eſſe qvæ cum actis Concilii, & ſeorſim ſub Georgii Scholarii nomine editæ ſunt, contra qvam ſenſit Matthæus Caryophyllus, qvi hanc vulgarem opinionem ſolidiſſimis rationibus confutavit, adverſus qvas Allatiana defenſio nihil aut parum facit. Sed de his, qvia operoſior qvæſtio eſt, dicetur ubi de Operibus Scholarii diſputandum erit. Id habet autem Caryophylli ſententia commodi, qvod ſi ſuppoſitas Scholario g) fuiſſe à Græcis concordiæ ſtudioſis orationes iſtas ſtatuimus, nulla ferme ſupereſt de uno vel geminis Scholariis & Gennadiis controverſia. Qvi enim fœtum hunc celeberrimo apud Græcos ſchismatis tenaciſſimos autori ſuppoſuit, potuit etiam nullo negotio Actis græcis inſerere qvæ illic ad illarum auctoritatem confirmandam leguntur. Nam ſi hæc pauca verba excipiuntur, & Marci Epheſii Epiſtola qvæ ante paucos annos ab Allatio edita eſt, vix qvicqvam in illius ſæculi monumentis occurrit, unde Gennadium ſive Scholarium conſtet Eccleſiarum ſanciendæ concordiæ navaſſe operam, cum in eadem diſrumpenda deinceps ad extremam usqve ætatem pertinaciſſime occupatus fuiſſe videatur.

6. Sive igitur, ut fieri omnino potuit, Georgius Scholarius Græcos Florentiæ ad unionem hortatus fuerit, ſive ſecus egerit, id enim plane obſcurum eſt, reverſus cum Joanne Palæologo Conſtantinopolim, adjunxit ſe Marco Epheſio in oppugnanda unione qvæ Florentiæ ſancita fuerat. Atqve illo, ut videtur, temporis intervallo ſcripſit Georgius multa adverſus Latinos opuſcula, qvæ extant in variis Bibliothecæ Regiæ codd. nempe *Homiliam ad* Λαλινόφρονας *de Purgatorio*, & *Reſponſionem ad eorum objectiones; De Proceſſione Spiritus Sancti*, & alia qvædam, de qvibus dicetur ſuo loco. Hac occaſione Georgius Scholarius in Joannis Palæologi offenſionem incurrit, graviter commoti qvod unionem tanto labore à ſe procuratam, & cujus beneficio auxilia ab Italis in ſummo rerum ſuarum diſcrimine neceſſaria ſperabat, Scholarius voce, ſcriptis & auctoritate qvæ erat apud populares ſuos præcipua, diſturbare conaretur. Teſtis ipſe in Oratione apologetica ad Conſtantinum Imperatorem, ita támen ut Joanni ſimulatam potius indignationem qvam ſinceram aſcribat. *Deinde*, inqvit, *optimo illo Imperatore indignationem præ ſe ferente ob verorum dogmatum defenſionem, committendum non exiſtimavi, ut qvibus fabula ignota erat, videretur quod me ira Imperatoris ad Chriſti jugum compelleret,*

g) Hoc neutiquam credibile videtur, & à Gennadio ipſo ejusque amicis & inimicis continuo falſitatis convictum fuiſſet.

Digitized by Google

*leret, & quod invitus ad tranquillam vitam confugerem.* Illam enim cauſam aſſignat cur vivo Joanne votum monaſticæ vitæ diu ante conceptum non impleverit.

7. Eo etiam regnante, poſt reditum ex Italia ſcripſit Orationes in homiliarum modum multas, qvæ legabantur concionis loco, vel ſcribebantur, poſtqvam viva voce erant declamatæ, ut ex inſcriptione qvæ occurrit in noſtro codice colligimus. Etſi enim Laicus usqve ad ſuſceptam patriarchalem dignitatem Georgius Scholarius vixerit, vix tamen dubitare licet eum coram Imperatore & Senatu ſingulis ſextis feriis ex ſuggeſtu concionatum fuiſſe, non qvod magiſtratus ille qvem gerebat, eccleſiaſticam qvamdam dignitatem adjunctam haberet, ſed qvia in Imperatorio triclinio veſpertinis & pomeridianis horis declamabat, non ex ambone, aut mane inter ſynaxes; hoc enim Sacerdotum ſecundum eccleſiaſticam diſciplinam munus erat, & ſimiles Leonis Philoſophi & aliqvot aliorum Laicorum Orationes extant.

8. Teſtatur ipſe Scholarius reconciliatum tandem ſibi fuiſſe extremo vitæ tempore Joannem Imperatorem, jamqve ſibi non obſcure faventem vitam cum morte commutaſſe. Qvamvis porro apud Latinos omnes autores & Græcos Unioni addictos legamus Imperatoris animum à concordia qvam Florentiæ ſubſcriptione firmaverat, nusqvam fuiſſe alienatum; diſſentiunt tamen Schiſmatici ferme omnes. Ita legitur in titulo Pſeudoſynodi Conſtantinopolitanæ, in Addendis apud Allatium. * *Quæ*, inqvit, *habita fuit poſt exactam Pſeudoſynodum Florentinam unius & dimidii anni intervallo, & poſt obitum Joannis Palæologi qui cum Latinis ſentiebat, ab Italis ſub ſpe auxilii deluſus, ante tamen obitum orthodoxo dogmati aſſenſum præbuerat.* Tunc Scholarius domeſticis rebus ordinatis erat mox ſeſe in Monaſterium recepturus, cum propoſitum mutare coactus eſt. Obiit eodem circiter tempore Marcus Epheſius paulo ante mortem Joannis Palæologi. Georgius morientis ſupremas voces excepit, & in ejus verba juravit, Deo & Angelis in teſtimonium advocatis, ſervaturum ſe veterem fidem, & contra Florentinam unionem perpetuo ex amici & præceptoris ſui ſententia pugnaturum. Hæc ipſe ſcribit in Epiſtola ad Conſtantinopolitanos tanqvam notiſſima: mortuum vero oratione laudavit, qvæ extat in variis codicibus. Extant qvoqve in codicibus Regiis extrema Marci Epheſii morituri ad Scholarium verba,



* *Add. ad l. 3. De perp. conſ. p. 1380. & ſeq.*

Digitized by Google

ba, qvibus ipſi Græcæ Eccleſiæ & ejus dogmatum defenſionem commendat: h) Scholarii qvoqve reſponſio, qvæ huic Epiſtolæ plane conſentanea eſt.

9. Joanni Palæologo ſucceſſit Conſtantinus frater Imperatorum Conſtantinopolitanorum poſtremus, exeunte anno J. Ch. 1448. apud qvem ſtatim Scholarius accuſatus eſt, qvaſi Eccleſiaſticis, apud qvos plurimum poterat, autor fuiſſet procraſtinandæ coronationis qvæ eccleſiaſtico ritu cum variis precibus celebrari ſolebat. Neqve negabat plane Georgius Scholarius differendam eſſe, donec Eccleſiæ & Reipublicæ conſuleretur; ſed non alio, id ajebat, feciſſe animo, qvam ut labefactatam majorum fidem reſtaurandam curaret, tam Fidei qvam Imperatori conſulens, ab hominum vero nefariorum conſiliis alieniſſimus, qvippe qvi novum Imperatorem ſingulari amore complecteretur, & ab eo in melius res ſuas commutatum iri ſperaret, cujus gratia adverſam, ut ſciebant omnes, fortunam fuiſſet expertus. Cum vero Conſtantinus imminentem ſibi, & qvæ poſt annos vix qvinqve conſecuta eſt, cladem metuens, auxilia ab Italis poſtularet, qvæ Nicolaus V. Pontifex Romanus non aliter pollicebatur, qvam ſi Florentinam Unionem confirmaret, & ad eam amplectendam Græcos præſertim Eccleſiaſticos & Monachos compelleret, miſſæ ſunt à Pontifice legationes aliqvot Conſtantinopolim. Prima videtur fuiſſe Epiſcopi Cortonæ, qvi cum Græcis Theologis ſæpius diſputavit, annis circiter qvatuor ante captam urbem. Græcorum partes tuebatur Georgius Scholarius, qvi diſputationes ſcripto complexus eſt, & variis opuſculis Latinos refellendos ſuſcepit. Meminit ipſe in Epiſtola ad Conſtantinopolitanos ſcripta 29. Novembris anno 1452. in qva ſcribit perſeverare ſe in ea doctrina qvam expoſuerat in diſputationibus habitis adverſus Cortonæ Epiſcopum, *ad demonſtrationem,* inqvit, *ejus quæ apud nos eſt veritatis, & multis variisque operibus quæ ſcripta pro patria fide divino munere, ut etiam in confeſſione fidei ſuæ, vel potius Catholicæ Eccleſiæ, quam ante annos tres elaboratam* publicaverat.

10. Eo circiter tempore Georgius ob Unionis odium, qvo omnia Imperatoris conſilia vehementer turbabat, ſibi ut videtur metuens, ſæculo renuntiavit, & in Monaſterium Omnipotentis, urbi proximum ſe recepit. Scripſit ſimul valedictoriam Orationem ad Conſtan-

h) Hæc Marci Epheſii ultima verba cum Gennadii reſponſione edidit Renaudotus ex Cod. Reg. 2963. Græce, addita Latina verſione, p. 70-75. ad Gennadii homilias de Euchariſtia.

Digitized by Google

ſtantinum, qvæ extat in Codice Regio, qva non ſolum criminationes adverſariorum conatur diluere, ſed ſæpe in ſuis laudibus nimius, res geſtas pro majorum religione tuenda, ſuſceptosqve labores in cœlum tollit, ita ut vanitatis & proterviæ, in qva accuſatus eſt, culpa non vacet. Cum hanc Orationem ſcriberet, adhuc Laicus in Monaſterio Omnipotentis reſidebat, unde migrans in Cardianeti, illic ſchema ſive habitum religioſum accepit. Ita docet nos hujus Orationis inſcriptio in regio codice. Videtur autem ſimul accepiſſe nomen Gennadii juxta vulgarem apud Græcos conſuetudinem, ut qvi mundo per vitæ monaſticæ profeſſionem renuntiarent, etiam nomen antiqvum qvaſi per alteram nativitatem mutarent: mox enim Gennadius vocari cœpit, atqve adeo ante qvam Patriarcha deſignaretur, contra qvam ex Malaxo Hiſtoria Politica, & qvibusdam aliis autoribus docuit Allatius. * Qvo ſolo argumento, etſi nullius ponderis, totam de duobus Gennadiis diſputationem ſuperſtruxit. Unde etiam refellitur altera ejus hiſtorica obſervatio circa Gennadii profeſſionem monaſticam, qvam abdicata Patriarchali dignitate, & qvinqvennio poſt captam urbem factam exiſtimat, cum novennio plus minus abdicationem præceſſerit. Nec enim Malaxi & Theodori Zygomalæ qvi Hiſtoriam Politicam concinnavit, tanta eſt auctoritas, ut autorum æqvalium teſtimonia labefactet. Nam Michaël Ducas ante captam urbem Gennadii Monachi nomine deſignat eum, qvi antea Georgius Scholarius dicebatur.

11. Cum Gennadius ſæculo valedixiſſet, miſit Imperator ad Nicolaum Papam Briennium Leontarem. Iſidorus Cardinalis Ruſſiæ paulo poſt à Nicolao V. Legatus Conſtantinopolin venit anno 1452. ut Ducas in Hiſtoria ** docet, qvo nemo melius Eccleſiaſticas res illius temporis videtur explicaſſe. Is igitur Legatum Conſtantinopolin appuliſſe ſcribit menſe Novembri, anno ſecundum Græcos 6961. qvi erat Chriſti 1452. habitis de Eccleſiarum concordia ſermonibus, Imperatorem & qvosdam Eccleſiaſticos conſenſiſſe ut Unio Florentina obſervaretur, Eccleſiaſticorum & Monachorum plures & præcipuos ab ea fuiſſe alieniſſimos. *Nibilominus*, inqvit, *qui Henotico obtemperare videbantur Clerici, Sacerdotes & Diaconi, Imperator & Senatus in magnam Eccleſiam convenerunt, ut concordibus animis & unitis divinam Liturgiam celebrarent, ſinceraque mente vota Deo redderent. Tum etiam Schismatici ad Pantocratoris Monaſterium currunt, Gennadium antea Georgium Scholarium adeunt, conſiliumque ab eo*

* infra p.764. ** *Ed. reg. p.* 142.

*ab eo quomodo ſe gerere debeant petunt. Is incluſum ſe cella tenebat; accepta ergo charta, ſententiam ſuam conſiliumque rogatus, ſcripto aperuit, quo talia continebantur. Miſeri Romai, quare aberratis*, &c. qvæ apud Ducam leguntur. *Hæc & alia plura cum ſcripſiſſet, cella ſuæ januæ à cunctis poſtea lecta clavo affixit, iterumque intra eam ſe concluſit.* Scilicet ex variis & aliis hujus temporis actis & epiſtolis intelligitur poſt habitas cum Epiſcopo Cortonæ & aliis Latinis de Unione diſputationes, Gennadius ſe in cellam receperat, neqve prodibat in vulgus, ita fortaſſis jubente Conſtantino, vel cogente potius, ne Unionem, qvam ſive per diſſimulationem, ſive ſincero animo conabatur procurare, viri apud plebem & Eccleſiaſticos acceptiſſimi auctoritas diſturbaret. Qveſtus eſt ipſe ſæpe intentatas minas; atqve ea potiſſimum cauſa fuiſſe videtur ſervati per annos admodum duos ſilentii ſtatim poſt ſuſceptum religioſum habitum. Eo temporis intervallo ſcripſit Orationem contra ſimoniacam hæreſim ad Conſtantinum duobus ante excidium urbis annis, cujus titulus in cod. Reg. talis eſt: *Γενναδίου μοναχοῦ τοῦ Σχολαρίου κατὰ τῆς σιμονιακῆς αἱρέσεως, ἤτοι ἀπιστίας. ἐγράφη δυοῖν ἔτεσι πρὸ τῆς ἁλώσεως, καὶ ἐπέμφθη τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἀλλ' ἐκεῖνος οὐδὲ ἓν βελτίων ἦν. Gennadii Monachi, qui & Scholarius, contra ſimoniacam hæreſim, ſive infidelitatem. Scripta eſt oratio duobus annis ante captam urbem, & miſſa Imperatori Conſtantino, ſed ille nihilo melior effectus eſt.* Epiſtolam item ad eumdem, cujus initium eſt: *ἀλλ' οὐκ ἔξεστι μοναχοῖς, ἄριστε βασιλεῦ, σπανίοις καὶ δυσπορίστοις τρέφεσθαι βρώμασιν. verum non licet monachis, optime Imperator, raris nec facile parabilibus alimentis uti*: qvæ officii tantum cauſa ſcripta videtur, ut de miſſo fortaſſis munuſculo gratias ageret. Extat decima in Cod. Reg.

12. Scripſit etiam Homilias qvasdam; ſed controverſiis eccleſiaſticis plane ſe non immiſcuit usqve ad adventum Cardinalis Ruſſiæ. Nam paulo anteqvam adveniret, ſcripſit Gennadius ad Ἁγιορείτας, hoc eſt *ſancti montis Atho Monachos*, Epiſtolam hortatoriam, ut in antiqva fide, omiſſa Synodi Florentinæ definitione permanerent; qvam epiſtolam miſit per ejusdem montis Monachos duos Anaſtaſium & Simonem, ut ipſe in cujusdam epiſtolæ fragmento teſtatur. Scripſit etiam ad Imperatorem 12. Martii, eodem ut videtur anno, vel 1453. paulo ante cladem. Orationem qvoqve recitavit coram eo, magna nobilium civium freqventia, in Monaſterio Pantocratoris ſeu Omnipotentis, *περὶ τῆς ἁλώσεως τοῦ θείου καὶ τῆς οἰκόθεν παρασκευῆς, de*

*pla-*

*cando numine & interiori præparatione*, 15. Novembris anni 1452. forte anteqvam Legatus veniſſet: nam Imperatorem omnino dehortabatur Gennadius ab Unione Florentina obſervanda; qvod præſente Legato nec ipſe auſus fuiſſet, nec paſſus Imperator. Cum vero, ut ſupra ex Duca dictum eſt, fruſtra plerisqve reclamantibus renovata eſſet Unio, ſtatim eam voce & ſcriptis Gennadius impugnavit. Extat ea de re Opuſculum virulentiſſimum hoc titulo: *Γενναδίου ἐλαχίστου Σχολαρίου ἐπὶ τὴν δι' ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίαν καὶ ἄλογον καὶ ἀσύνδετον καινοτομίαν τῆς πίστεως. Gennadii minimi Scholarii de ea qva per Dei deſertionem facta eſt vana, inepta & inconcinna fidei innovatione.* Scriptum fuit in Monaſterio Pantocratoris, in qvod veniſſe Gennadium intelligimus, Imperatore ita jubente, exiſtimante illum ſi Latiniſmum, ut vocant, amplexus fuiſſet, reliqvis ut idem facerent ſtatim perſuaſurum; ſed contrarium proſus accidit; neqve enim à ſententia ſua removeri Gennadius potuit, nec efficere ut negotium Unionis omitteretur, qvæ ut ex Scholio Cod. Reg. diſcimus, in eodem Monaſterio perfecta eſt uno menſe poſtqvam Gennadius Orationem ſuam recitaſſet. Unde turbatis jam omnino rebus, & Turcis urbem obſidione cingentibus, Unionem liberius cœpit impugnare, & Latiniſmo inſultare petulantius.

12. Interea cum, ut ſcribit Ducas, cella ſe iterum concluſiſſet, & neminem admitteret, ſcripſit Epiſtolas duas unam ad Conſtantinopolitanos omnes Eccleſiaſticos, 27. Novembris datam, cujus titulus eſt: *Γεννάδιος ὁ ἁμαρτωλὸς, τοῦ Θεοῦ δοῦλος καὶ ἐλάχιστος, τοῖς εὐγενεστάτοις πολίταις τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἅπασιν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς· Gennadius peccator, Dei ſervus & minimus, nobiliſſimis civibus Conſtantinopolis, omnibus tam ſacris Ordinis qvam ſaecularibus.* Hæc ita incipit: *Γινώσκετε πάντες καλῶς.* Alteram ad Eccleſiaſticos, qvæ eodem tempore data videtur, & miſſa dicitur *ad magnum Eccleſiarcham*, Syropolum ſcilicet autorem Hiſtoriæ Synodi Florentinæ, *magnum Chartophylacem Agallianum, quando Eccleſiaſtici convenire juſſi ſunt in palatium Xylocerci, & celebrata eſt Liturgia, cum omnia ex ſententia Cardinalis & trium Pontificum anni iſtius geſta eſſent* 15. Nov. In ea *excuſat ſe qvod non venerit, teſtaturqve ſe cum millies expoſuerit ſententiam de hoc Unionis negotio ſuam, diſplicereqve ſibi illam vehementer, tam Imperator qvam reliqvi omnes intelligant in eadem perſiſtere.* Mox unionem & Latinæ Eccleſiæ fidem vehementer exagitat.

13. Scripſit præterea, ut Ducas obſervat, brevem contra Latiniſmum qverimoniam; ſed qvæ ab illo autore refertur, differt ab



Digitized by Google

altero ejuſdem exemplo, qvod ſuppeditat Codex Regius in hæc verba: *O pauperes, perdidiſtis omnia, & nunc tandem abjicitis pietatem turpiter & abſqve conſcientia. Cum enim deberetis ad Deum confugere in præſenti rerum ſtatu, à Deo ſeparamini. Ego innoxius ſum, teſtemqve habeo Deum, ejus Sanctos & vos ipſos, qvod nihil unqvam neglexerim. Et nunc ita me Deus juvet, malam unionem facitis, peribitis. Calumniamini me, & minas intentatis; ſed etiam ſi mortem qvam minamini inferatis, ego ad illam ſubeundam paratus ſum. Qvid enim juvat vivere, ut videam Dei tam manifeſtam erga vos derelictionem? Domine, ne ſinas hos homines in talem ruinam præcipitari, ne juſtificetur orthodoxa fides in Oriente, in Occidente & in Inſulis contra noſtram urbem, ita ut qvia illam & te neglеximus, pereamus. Juſtifica potius illam, ita ut non pereamus. Da illis aures ad audiendum, qvandoqvidem eſt qvi verbis ſignificet voluntatem tuam, aut me eripe, Domine; à præſenti vita citius, anteqvam videam talis impudentiæ fructus vindemiantem. Non negabo te, amica Orthodoxia, neqve te mendaciter diſſimulabo, auguſta Traditio, qvousqve ſpiritus meus in hoc corpore permanebit. Ne me igitur amplius tentetis, ô homines: etenim nunqvam ejusmodi unionis particeps ero, qvia neqve ſic cum Latinis uniti eritis, & à Deo ſeparati, infamiam æternam ſuſtinebitis.* Neqve tamen velim in dubium revocari qvod à Duca relatum exemplar eſt, qvod qvisqve per otium poteſt cum altero comparare. Affixum autem pependit à prima menſis Novembris, ut inſcriptio docet, poſt Cardinalis adventum, ut habet codex MS. Iis qvoqve poſtremis temporibus, aut ſaltem ultimo Conſtantini anno, alia ſcripſit Gennadius adverſus *Λατινόφρονας*, ut duodecim Capitula ad Imperatorem Conſtantinum miſſa per Papam Ignatium, alia ad Magnum Ducem: Metropolitarum ſubſcriptiones, ſive ſynodales definitiones adverſus Florentinam Unionem, & diverſas Apologias Legato aut Epiſcopo Cortonæ pro Græcis contra Latinos datas, qvæ non alium qvam Gennadium autorem videntur habuiſſe.

14. Qvantus fuerit Græcorum Schiſmaticorum, præſertim Monachorum & Monialium, adverſus Henoticos furor, narrat Ducas, * & variis exemplis confirmat. Omnes Gennadium qvaſi Ducem & Magiſtrum ſeqvebantur, ex cujus ſententia à Latinorum & Henoticorum communione ſeparati, non modo turbas in Eccleſiis, ſed tota paſſim urbe ſeditionem fecerunt. Qvæ dum à Turcis obſideretur, Gennadius ſæpe vaticinatus eſt apud ſuos imperii ruinam & urbis cladem, non aliam tot malorum cauſam aſſignans qvam qvod paternam fidem prodidiſſent, & Latinis hæreticis fuiſſent per Legatum reconciliati.

15. Ca-

* Ducas p. 142.

Digitized by Google

15. Capta eſt urbs 29. Maji an. 1453. & eodem anno Gennadius, qvo nullus Græcis acceptior, Sultani Muhamedis juſſu electus eſt Patriarcha, ut Malaxus Hiſtoria Politica, Phranzes & alii docent. Fugerat cum aliis, & extra urbem ſe receperat, atqve eo intervallo temporis qvod ab urbis excidio ad ejus electionem effluxit; Monodiam ſcripſerat, qva publicam deploravit calamitatem. Extat illa in variis codicibus, & partim edita eſt in Turco-Græcia & in Bibliotheca Patrum. Qva ratione ad thronum Patriarchalem aſſumptus fuerit, refert ipſe in Epiſtola, cui titulus, *τοῖς ἀπανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, *ad omnes fideles in CHriſto JEſu*, cum dignitatem abdicavit. *Multi*, inqvit, *eo die liberabantur ab iis qvi prius qva ſe ratione eriperent neſciebant. Ego vero pondus inutile, in victorum hoſtium manibus eram, cum ſemel amicos exoraſſem, & iis nolentibus ſuccurrere, DEO omnia commiſiſſem. Ego qvidem non mediocri pecunia redemiſſem licentiam latendi alicubi, & communes calamitates cum peccatis meis deplorandi. Sed huic Domino latitantem manifeſtaverunt, hunc ipſum eſſe vociferantes qvem oporteret animarum noſtrarum curam gerere, ſimul laudibus ad cœlum tollentes, qvem latentem ſalvare oportebat, ſi vere talem eſſe ipſi apud ſe exiſtimaſſent, non ejusmodi labyrinthis includere. Statim itaqve raptus ſum ex remotiori loco, & ingredior urbem magis infeliciter, qvam cum ex ea egreſſus eram. Sed transferente Domino, jubeor monaſterium plane deſertum & conculcatum regere, & liberator absqve pecunia fieri Monachorum qvi ſimul degerent, Monachorum qvi prius malitia & tumultu omnia impleverant, qvi etiam nunc plusqvam opus erat prætexentes Chriſtianorum calamitates, occaſionem explendi concupiſcentiam nacti, infamia qvidem ſacrum olim ordinem, ſcandalo ſpectatorum animas, omni malo totum orbem repleverunt. Deinde ædificare cogor, templa everſa à fundamentis excitare, & neceſſaria providere iſtis, utinam Chriſtianis, qvi ſingulis in locis reperti, qva ratione ſecundum legem patriam viverent, Deumque colerent non curabant. Deinde coacta eſt Synodus multorum Epiſcoporum ex Europa & Aſia confluentium, quorum ſuffragiis ego primum Diaconus, deinde Presbyter, deinde Epiſcopus & Patriarcha conſtituor.*

16. Qvæ in Patriarchali munere conſtitutus Gennadius geſſerit, vix aliunde habemus, qvam ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Græcobarbara. * Cum Turcæ S. Sophiæ templum & Patriarcheium occupaſſent, ipſe ad SS. Apoſtolorum Monaſterium ſe recepit, vaſtum & jam ſolitudine horridum, unde eodem aut ſeqventi anno fugit, veritus ne cædis commiſſæ erga Turcam, cujus cadaver intra muros repertum erat,



* *Turcogr. lib. 2. p. 108.*

pœnæ à Chriſtianis exigerentur. Videtur porro Gennadius urbe profugiſſe, nam tres *βιαίας ἀνόδους*, ſive violentos in urbem regreſſus commemorat in aliqvot opuſculorum titulis juxta antiqviſſimum Regium Codicem. Ter autem urbe exceſſit, ſemel cum hoſtis irrumperet, iterum poſt cædem qvæ intra muros SS. Apoſtolorum patrata eſt; tandem depoſito patriarchali munere, cum ſe recepit in Monaſterium Prodromi ad Menœceum montem, unde compulſus eſt in urbem redire, & tunc aliqvas Homilias ad populum habuit. Hinc emendanda qvæ ante paucos annos prodiit Philippi Cyprii Patriarchalis Hiſtoria, qvi ſtatim Patriarchas Conſtantinopolitanos ad Pammacariſtæ habitaſſe ſcribit contra Hiſtoricorum omnium fidem, ut & multa alia qvæ hunc autorem ſive potius conſarcinatorem ſæpe hallucinatum eſſe demonſtrant.

17. Cum ex fuga rediiſſet, ſed qvo anno neſcitur, habuit Gennadius orationem, ſive diſputationem illam celebrem, qvæ græce, latine, imo & turcice, ſed Græcis litteris edita eſt, *περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνθρώπων*. Occaſionem narrat Hiſtoria Græco-barbara. * *Eo tempore*, inqvit, *idem Sultanus ipſemet intravit Patriarcheium, cumqve in templo Pammacariſtæ veniſſet, in ſacellum ingreſſus eſt, ubi hodie armarium rerum ſacrarum eſt, & cum Patriarcha Gennadio libenter ſermones contulit. Tunc omni metu poſito, univerſam ei Patriarcha veritatem fidei Chriſtianæ aperuit, ſcripſitqve pro numero qvæſtionum ejus capita viginti. . . qvæ & dedit Sultano.* Subjiciuntur autem hæc capitula loco citato, cum Turcica interpretatione Acumatis ſive Achmetis Berrœæ Præfecti. At in noſtro codice non per qvæſita & reſponſa hæc Apologia ſcripta eſt, ſed continua oratione, qvalem coram Sultano Gennadius habuit, anteqvam compendiariam illam Chriſtianæ fidei expoſitionem ſcripto complecteretur. Edita eſt qvoqve oratio ipſa multoties, ** tum ſeorſim, tum in Bibliotheca Patrum.

18. Paulo poſtqvam hanc Orationem habuiſſet Gennadius, Patriarchali ſe dignitate abdicavit, ægre obtenta à Sultano venia: mox epiſtolam ſeu potius prolixam orationem Apologeticam ſcripſit *ad omnes fideles in CHriſto JEſu, τοῖς πανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ.* Narrat qvomodo poſt prædictam ſæpius urbis & totius imperii cladem comminationemqve divinæ vindictæ ob ſuſceptum Latiniſmum, capta urbe in hoſtium manus venerit, & ex fuga retractus, Patriarcha renuntiatus fue-

* *Turcogr. lib. 2. pag.* 109.   ** infra p. 773. & Volum. VI. p. 697.

fuerit, licet invitus: cui tandem muneri, ſtatim atqve per Sultanum licuit, renuntiandum ſtatuerit, tum qvia deſtitutus eſſet eorum auxilio, qvi oneris partem ſecundum Eccleſiaſticas leges ſuſtinere debuerant, tum ob impenſos inaniter labores in auferendis ſcandalis, & componendis ſimultatibus. Varias etiam calamitates refert, qvas ab invidis fuiſſet perpeſſus, qvi Patriarchatum non obſcure ambientes, multa ipſi negotia faceſſebant: ſignificat tandem ſe dignitati renuntiare, ut jam ſibi ſoli vacet, pœnitentiamqve in tranqvilla & ſolitaria vita de peccatis ſuis agat. Hæc eſt illa *παραίτησις*, qvam in codice Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ deſcriptam fuiſſe memoriæ & autoritatis cauſa docet Hiſtoria Eccleſiaſtica apud † Cruſium.

19. Mox recepit ſe Gennadius in Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ in monte Menœcæo prope Serras vel Pherras, ut ſcribitur in Cod. Regio, cum annos qvinqve & menſes aliqvot Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præfuiſſet, atqve ita ejus abdicatio ad annum 1459. refertur. Videtur tamen aliter ſtatuendum; nam titulus Orationis qvam habuit Gennadius in funere Theodori Sophiani, ſui ex fratre nepotis, docet pronuntiatam fuiſſe 28. Septembris anno 6965. ſecundum Græcos, hoc eſt anno Chriſti 1457. à Gennadio Monacho. At vulgo non ita appellatur in titulis eorum opuſculorum qvæ in Patriarchatu ſcripſit. Qvæ conjectura confirmatur altera ſatis veriſimili. Nam in Monaſterio Joannis ſive Prodromi, multa Gennadius elaborate ſcripſit, qvæ, ſi ſecundum Panvinii & Genebrardi Chronologiam, obiit anno 1460. unius anni intervallo vix poterat abſolvere: tales ſunt tractatus de Exiſtentia & Natura animarum, de Purgatorio, de Prædeſtinatione ad Joſephum Theſſalonicenſem, tres alii de Prædeſtinatione ſermones, epiſtolæ ad Theodorum Brennum ſive Briennium, & alia nec pauca nec extemporalia. Unde cum nemo huc usqve ex certis Græcæ Hiſtoriæ monumentis annum Gennadii ſupremum deſignaverit, ſi qvis eum ultra annum 1460. vitam produxiſſe ſtatuat, non inaniter videbitur conjectari. Nam in Regio Cod. Homilia de tranſitu B. Mariæ Virginis ſcripta Conſtantinopoli dicitur in Monaſterio Pammacariſtæ, cum tertio in urbem redire coactus fuiſſet anno *οβ'*, hoc eſt, ut nemo non intelligit, 6972. ſecundum Græcam Chronologiam, qvi annus reſpondet anno Chriſti 1464. cujus certus character eſt indictio 12. qvam huic anno adjunctam habet Canon annorum expanſorum ab Allatio editus,

 in

† Pag. 120.

in opere de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum. * Scripſit etiam opuſculum περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, poſt abdicatam dignitatem in Menœcæo monte & Monaſterio Prodromi an. mundi 6966. qvi eſt J. Ch. 1458. Itaqve jam ab anno 1458. aut 1457. ſi vera eſt inſcriptio Orationis in funere Sophiani, Gennadius Monachus vocabatur, & Patriarcha eſſe deſierat: cum, ſi Malaxo & Hiſtoriæ Barbaræ fides habenda eſt, non ante 1459. privatam vitam repetiiſſe videatur. Tum etiam non recte ſtatim eum obiiſſe ſcribunt, cum annos ut minimum qvatuor ſupervixerit. Atqve hæc ſunt qvæ de Gennadii vita & rebus geſtis in tanta hiſtoriæ recentioris caligine obſervare potuimus.

20. Multa ſcripſit Gennadius præter ea qvæ variis locis dudum edita ſunt. Nam qvæcumqve tribus ſuis Georgiis ſive Gennadiis Allatius attribuit, hunc noſtrum Autorem habent; ſed plura longe in Bibliothecis deliteſcunt, qvorum indicem qvi leviter inſpexerit, mirari deſinet virum doctiſſimum parum acuratam in iis recenſendis criticen exercuiſſe. Vix enim qvartam eorum partem viderat, & plerumqve alienis oculis. Neqve tamen etſi plura & certiora deſignamus, omnia Gennadii opera exiſtimabimus explicuiſſe. Sparſa ſi qvidem & disjecta hinc inde ſcrinia à ſtudioſis poſt illius mortem collecta ſunt, atqve ita non mirum eſt qvædam intercidiſſe. Homiliæ ante Patriarchatum ſcriptæ, Conſtantinopoli repertæ ſunt poſt captam urbem, qvædam Theſſalonicæ & Callipoli, ut alia ejusdem ſcripta, qvæ deinceps recenſebuntur, omittam: adeo ut mirari nemo jure qveat qvod nonnulla perierint in tanta Reipublicæ & Eccleſiæ Græcæ calamitate.

21. Ex iis qvæ ſupra expoſita ſunt, manifeſtum eſt Georgium Scholarium *Philelpho*, *Lipomano*, *Ambroſio Camaldulenſi* Latinis hominibus conjunctiſſimum, Græcis vero *Luca Notara*, *Theodoro Deſpota*, & aliis, eumdem Judicis primarii munus in aula Joannis Palæologi ſuſtinuiſſe, Florentiam in ejusdem Imperatoris comitatu veniſſe animo promto & alacri ad procurandam utriusqve Eccleſiæ concordiam, ita tamen ut ab Epiſcoporum & Patriarchæ nutu penderet, cum Laicus inter eos ſententiam dicere non poſſet. Eo fortaſſis animo apud Imperatorem expoſuit qvid ſibi factu optimum videretur, & conſilium de amplectenda Unione dedit, qvod refert Græcorum actorum Scriptor: cujus idcirco fides vacillare non debet. Sylveſter enim Syropulus ** Latinismi non ſuſpectus, refert formulam concordiæ circa qvæſtionem de Proceſſio-

* Pag 1522. ** *Hiſt. Concilii Flor. p.* 243.

ceſſione Spiritus ſancti, qvæ à Georgio Scholario compoſita, coram Imperatore & Græcorum præcipuis lecta fuerit. Orationum qvæ cum iisdem actis circumferuntur, nulla in noſtris codicibus memoria eſt, neqve illarum meminit Sylveſter Syropulus, & eas Georgio Scholario Matthæus Caryophyllus abjudicat. Etſi enim non indiligentiæ ſolum nomine, ſed perpetuo adverſus Latinos odio ſuſpectiſſimus Syropulus eſſe debeat; nemo tamen Græcæ recentioris hiſtoriæ vel mediocrier peritus, cujusdam Critici præpoſterum judicium qvo homini fidem omnem abjudicat, ſeqvendum exiſtimabit. Sed Allatio potius credet, qvi Sylveſtrum agnoſcit autorem unum ex aſſeclis Patriarchæ, non eum tamen qvalem è cerebro ſuo effinxit temerarius interpres, * *linguam, & mentem Synodi Græcorum, doctum, elegantem, antiquis Græciæ luminibus comparandum*, cum peſſime ſcribat & ſemibarbare. At ille Georgium Scholarium in Synodo cum Marco Epheſio Unionem impugnaſſe non refert, atqve ita Actorum Græcorum fidem non impugnat, cum eo tamen Florentia ſe proripuiſſe teſtatur peracta Synodo. Nullus interea occurrit ſive apud Græcos autores editos ſive manuſcriptos alter, qvem Caryophyllus & Allatius deſignant, Georgius Scholarius qvi Conſtantinopoli ſubſtiterit, cum Joannes Palæologus & Joſephus Patriarcha, ſimul cum Græcis aliis, Ferrariæ & Florentiæ Unioni ſanciendæ operam darent.

22. Marco Epheſio utebatur familiariſſime noſter Georgius; duos autem ejusdem nominis & cognominis eodem tempore, ſumma doctrinæ, præſertim vero Philoſophiæ Platonicæ & Ariſtotelicæ, laude floruiſſe, iisdem amicis uſos, cum circa Religionis negotium vehementiſſime diſſiderent, id qvidem fieri vix potuiſſe nemo non videt. At ex meris conjecturis ita ſtatuere, ut Caryophyllus & Allatius fecerunt, ſine ullis autorum teſtimoniis, confuſa & inſuper habita temporum ratione, abſurdum prorſus eſt & excuſatione caret. Neqve enim, ut ita apud ſe haberent, cæterisqve ſuadere conarentur, alia cauſa fuit, qvam qvod Georgium Scholarium qvi Florentino Concilio cum Purpuratis Aulæ Conſtantinopolitanæ interfuit, ex ſuaſoria oratione qva Joannem Palæologum hortatus eſt ad Unionem, Catholicis adjunxerint, qvem deinceps Conſtantinopolin reverſum non agnoſcunt. Tunc enim contraria prorſus ſenſiſſe illum, certis argumentis ex hiſtoria illorum temporum conſtat, maxime vero ſcriptis in Latinos acerbiſſimis, qvæ

* *Rob. Creyghtonus in Præfat. ad Syropuli Hiſtoriam.*

qvæ tam ſingulares Georgii Scholarii autoris notas præ ſe ferunt, ut benignam nullam interpretationem aut falſæ inſcriptionis accuſationem admittant. Hoc autem ſolo argumento tota Allatianarum diſputationum ſtrues nititur, tam in opere *De perpetuo conſenſu*, qvam in *Diatriba de Georgiis*, & in *Exercitationibus adverſus Robertum Creyghtonum.* Qvod argumentum cogit nos ut de fide Georgii Scholarii ſive Gennadii qvæſtionem inſtituamus, tanqvam inſtitutæ diſputationi neceſſariam.

23. Statim vero fatendum eſt non plane conſtare qvæ Florentiæ circa Unionem Georgii Scholarii ſententia fuerit præterqvam ex citatis Actis Act. 25. qvæ non qvibusdam Regiis Codd. ſolum, ſed libris vetuſtis conſentiunt anteqvam Græca Romæ prodirent, atqve adeo falſitatis aut interpolationis ſuſpicione vacant. Eum enim reconciliandis in priſtinam concordiam Eccleſiis faviſſe haud mediocriter, non Actorum ſola fides confirmat. Ea ſive Xanthopulum ſive alium autorem habeant, præſtant ſane ſalebroſis Syropuli narrationibus, tum naturali qvadam ſimplicitate & nitore orationis, tum etiam rerum geſtarum hiſtoria qvæ ab Actis Latinis raro diſſentit, cum monumentis eccleſiaſticis utraqve lingua extantibus, tam editis qvam MSS. nullo negotio poteſt conciliari. Ex illorum autem teſtimonio, ex Epiſtola ad Magnum Ducem, & altera ad Ambroſium Camaldulenſem, non dubitamus aſſerere Scholarium cum Græcis aliis præſertim Patriarcha Joſepho Unioni faviſſe, & Imperatorem ſcripta oratione hortatum fuiſſe, ut illa ſecundum propoſitam à Pontifice Romano definitionis formulam componeretur. Orationes tamen illas ſecundum Caryophylli ſententiam aut falſas, aut admodum interpolatas eſſe, non immerito ſuſpicamur. Nam in plerisqve exemplaribus mentio captæ urbis interſeritur, cujus clades cum nonniſi poſt annos duodecim conſecuta ſit, locum illic non habebat. Ita etiam ſuadent alia non pauca, qvæ in his Orationibus à viris doctis obſervata ſunt. Hac occaſione propenſioris in Latinos animi videtur Marcus Epheſius, arctiſſima cum Scholario amicitia conjunctus, ſcripſiſſe ad illum epiſtolam, qvam edidit Allatius, * communicatam à viro cl. Emerico Bigotio, qvi eam ex Ambroſianæ Biblioth. Mediolanenſis cod. deſcripſerat, & qvam integerrimam nacti ſumus in optimo codice MS. Biblioth. Reg. ὅσης ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς ἡνίκα τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐγένου, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς καὶ πατρίου φρονήματος, καὶ τῇ καταδικασθείσῃ παρὰ τῶν ἀδίκων κριτῶν συνη-

* *Allatius in Creyghtonum. p.* 88.

συνηγορήσας ἀλήθεια, τοσαύτης ἐκ τῆς ἐναντίας λύπης καὶ κατηφείας ἐνεπλήσθημεν, ἀκούσαντες μεταθέσθαί σε πάλιν καὶ τἀναντία φρονεῖν τε καὶ λέγειν, καὶ τοῖς κακοῖς οἰκονόμοις συντρέχειν ἐπὶ τὰς μεσότητας καὶ οἰκονομίας. *Quantum voluptatis & lætitiæ nobis attuliſti, cum rectam fidem, & piam patriamque ſententiam amplexatus es, & condemnata ab injuſtis indicibus, veritatis patrocinium ſuſcepiſti; tantum è contrario mœrore & triſtitia repleti ſumus, cum ad aures noſtras pervenit, te rurſum alterata facie pugnantia tenere loqvique, & cum peſſimis œconomis unà confluere ad procuranda media unionis & diſpoſitionis.* Ita vertit Allatius; melius dixiſſet; *ad media qvædam & temperamenta*: id enim, ut ex Actis conſtat, ſatagebant Imperator & Patriarcha, Beſſarion, Iſidorus & alii, qvorum in numero tunc erat Georgius Scholarius, ut ſalva doctrina, integraqve diſciplina, qvas à Majoribus acceperant, concordia cum Latinis coaleſceret.

24. Qvod vero Synodum Florentinam deſignet Epheſius, probant ſubſeqventia Epiſtolæ verba. Ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως ὡς οὐκ ἐπὶ τἀναντία γέγονεν ἡ μετάθεσις, μεσότητα δέ τινα καὶ οἰκονομίαν περισκοποῦμεν. οὐδέποτε διὰ μεσότητος, ἄνθρωπε, τὰ ἐκκλησιαστικὰ διωρθώθη. μέσον ἀληθείας καὶ ψεύδους οὐδέν ἐστιν. *Forſan aſſeres non in contraria mutationem factam, medium vero qvoddam & temperamentum inveſtigamus. Nuſqvam, mi homo, ejusmodi mediis res eccleſiaſticæ in melius reformatæ ſunt: medium inter veritatem & mendacium nullum eſt.* Citat verba Gregorii Theologi de Synodis Arianorum, qvas Caiphæ Concilium vocabat, ubi Chriſtus condemnatus eſſet, mox addit: Ἆρ' οὐ προσήκει ταῦτα τῇ νῦν ἡμετέρᾳ συνόδῳ, καὶ πάνυ μὲν οὖν φαίην ἂν ἔγωγε. Et infra: Καὶ ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ ὄντως ἱστὸς ἀράχνης ὁ παρ' αὐτῶν συντεθεὶς καὶ ὀνομασθεὶς ὅρος. *Nonne hæc conveniunt huic nunc congregatæ noſtræ Synodo, & omnino ſane mea quidem ſententia. . . Telam aranearum texunt, vere enim aranea tela eſt, compoſita & ab ipſis nominata definitio.* Hortatur fugere Sodomam & Gomorrham: reprehendit qvod dignitatis & divitiarum amor, & alia mundana commoda eum perverterint, jubet cogitare qvam cito finem acceptura ſint, & judicium ſubeundum. Ὥσπερ ἡ ψευδώνυμος σύνοδος ἀπαιτήσεται τὸ αἷμα τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν, τῶν σκανδαλισθέντων ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς πίστεως, τῶν τὴν ἀφόρητον βλασφημίαν καὶ ἀσυγχώρητον ταῖς ψυχαῖς ὑποδεξαμένων τὴν κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ εἰς δύο τολμώντων ἀρχὰς ἀναφέρειν τὴν αὐτοῦ ὕπαρξιν, τῶν ὑπαχθέντων τοῖς ἀθέσμοις καὶ

λαἵνικοῖς ἔθεσιν. *Ille etiam Pſeudoſynodus rationem reddere cogetur ſanguinis pereuntium animarum, eorum qui ſcandalizati fuerunt in myſterio fidei, qui intolerabilem blaſphemiam & irremiſſibilem contra Spiritum ſanctum amplexi ſunt, quique audent ad duo principia ejus ſubſiſtentiam referre, qui illegitimis Latinorum ritibus abduci ſe paſſi ſunt.*

25. Hanc Epiſtolam Florentiæ ſcriptam oportuit ſtatim atqve Scholarius Orationem illam exhibuiſſet, cujus in Actis Græcis mentio eſt, vel ſaltem paulo poſtqvam Conſtantinopolin Græci redierunt. Neqve intereſt qvod uterqve Epheſius & Scholarius Florentiæ ſimul eſſent. Sed Epheſium veriſimile eſt qvo plus haberet ponderis ejus Oratio, eam ſcripto comprehendiſſe. Sane tam perſpicue Synodum Florentinam deſignat, ut Allatius ipſe, qvi nodos ejusmodi ſæpius reſcindere qvam explicare ſolet, aqvam ſibi hærere non diffiteatur, ſed recurrit ad ſuum illum Scholarium ſive Gennadium ſchiſmaticum, ad qvem datam arbitratur, nulla ratione fultus, qvam qvod ſi ad Scholarium qvi cum Imperatore ad Concilium venit, ſcripta ſit, concidit tota duorum Gennadiorum fabula. At cum liqvido appareat non alium hoc loco deſignari, qvam virum doctiſſimum, philoſophum, in ampliſſima dignitate conſtitutum, qvi ad concordiam reliqvos hortatus fuerit, qvod de ſuo Gennadio ſchiſmatico ne ſuſpicatur qvidem Allatius, hæc in larvam illam cadere non poſſunt, Gennadium nempe alterum, qvi obſcurus in cella, ſolo in Latinos odio commendatus, ante captam urbem diem ſuum obiiſſe dicitur.

26. Verum etſi Scholarius Florentinam Unionem oratione laudaverit, non tamen eam ſubſcriptione firmavit, cum Laici non ſubſcripſerint. Atqve ita nihil propemodum egiſſe ſibi viſus eſt, qvaſi oratoris potius more ſententiam dixiſſet Imperatori perjucundam, Græcorumqve afflictis rebus commodiſſimam. Atqve ita Conſtantinopolin reverſus, Marco Epheſio reconciliatus eſt, & à Latinis Henoticisqve abalienatus, unde in Joannis Palæologi offenſionem incurrit, qvod habemus ex ejus Apologetica ad Conſtantinum Orationem, qvæ Allatio nunqvam viſa eſt. Nulla tota intervallo temporis, qvod inter Florentinæ Synodi finem, & Joannis Palæologi obitum interceſſit alterius Georgii, ſive Gennadii mentio eſt, ſed tantum hujus noſtri qvi conjunctiſſime cum eo vixit, qvi ſuos ei pro Ariſtotele contra Gemiſtum libros dicavit, qvi morienti adfuit, & Deo teſte, multis præſen-

Digitized by Google

ſentibus Eccleſiæ ſuæ adverſus Latinos defenſionem in ſe recepit, qviqve tot libros edidit qvibus Unio Florentiæ facta convelleretur, qvi Græcos Antiſtites adhuc Laicus à coronando Conſtantino deterruit, & tandem in Monaſterium ſe recepit paulo ante captam urbem. Qvæ omnia ex ſola ad Conſtantinum epiſtola tam perſpicue demonſtrantur, ut in obſcurum alterum Gennadium cadere neqvaqvam poſſint, qvem Florentiam iviſſe, Unioni faviſſe, Philoſophum, Judicem primarium, Notaræ amiciſſimum, Italis doctis conjunctiſſimum, Marci Epheſii diſcipulum, & perneceſſarium fuiſſe nemo unqvam ullo idoneo teſtimonio probare poteſt, multo minus id qvod Allatius palmarium argumentum habet, Scholarium non niſi poſtqvam dignitatem abdicaſſet, monaſticam vitam profeſſum eſſe.

27. Qvia vero illum in eadem ſemper, qvam Florentiæ ſignificaverat, concordiæ cum Latinis ſanciendæ ſententia fuiſſe exiſtimavit, non mirum ſi qvem Latino nomini infenſiſſimum eſſe negare non poterat, alium fuiſſe exiſtimavit. Alius nempe factus eſt dum mutavit ſententiam, tot Græcorum Antiſtitum exemplo, qvi Unioni ſubſcripſerant, qvod Scholarius non fecerat. Qvo vero circa Florentinam Synodum animo fuerit, nemo jam conjecturis aſſeqvi divinando debet, ſed ejus orationibus credere. Præcipua eſt valedictoria ad Conſtantinum, in qva non aliam inimicis ſuis calumniandi cauſam fuiſſe teſtatur, qvam qvod innovationi per Definitionem ſynodalem factæ totis viribus obſiſteret. Idem probant varia adverſus Latinos & Latinophronas ſcripta, diſputationes cum Cortonæ Epiſcopo, & alia qvæ vel ſupra deſignata ſunt, vel in Notitia ejus operum deſignabuntur: tum qvæ ſub Iſidori Cardinalis adventum, & in ipſa obſidione ſcripſit, tandem Oratio codici magnæ Eccleſiæ inſerta, cum Patriarchale munus depoſuit. Priores enim demonſtrant eum qvi Judicis primarii dignitate ornatus, Florentiam in Imperatoris comitatu profectus eſt, ipſum eſſe qvi tantas contra Latinos & Florentinam Unionem turbas excitavit: poſteriores eumdem Patriarcham primum deſignatum, ex qvo Conſtantinopolis in Turcarum poteſtatem venit, omnes inter ſe conſentiunt, & lucem alteræ alteris fœnerantur, ut inſititium illum nullo neqve loco neqve tempore conſiſtere patiantur.

28. Operæ pretium eſt ipſius Gennadii de ſeipſo ſcribentis verba referre ex inedita Epiſtola ad Cives ſuos Eccleſiaſticos & Sæculares, ſcripta ſex ante captam urbem menſibus. Poſtqvam initiò qveſtus



Digitized by Google

eſt peti ſe variis inimicorum calumniis, intentari minas, *non alia*, inqvit, *ratione, niſi quod nolumus ſeparari à patria traditione, & ſimul cum ipſis impudentes contra Deum eſſe. Niſi deſidero pacem Eccleſiarum, & concordiam Chriſtianorum omnium, ſed veram, ſpiritualem, eccleſiaſticam, juſtam & ſalutarem, vita mea pace careat. . . De primo autem capite, nempe quod Religionem attinebit, dico & teſtor quod hanc ego ſanctam matrem Eccleſiam cum aliis tribus ſanctiſſimis Patriarchis habui ſemper & habeo tanquam veram Matrem Orthodoxorum Chriſtianorum, in qua, ſicut initio prædicationis Evangelicæ, juxta Domini prædictionem fidei probatio efficaciter perficitur, ex omnibus apoſtaſiæ incurſibus. Omnia etiam hujus Eccleſiæ dogmata amplector tanquam divina, veriſſima & ſalutaria, quorum unum eſt, quod Spiritus ſanctus ex Deo & Patre procedit ſive ſubſiſtit, quemadmodum habetur in Symbolo omnium generalium Conciliorum. Neque enim ex Patre & Filio, ut Latinorum Symbolum dicit, & Florentina Synodus inauditis explicationibus exponit. Amplector factam contra Beccum Latinophronem ſanctam & magnam Synodum, & eam firmiter inter Oecumenicas collocandam cenſeo, quia Schismatici abſentia Oecumenicæ Synodo qualitatem non aufert. Ejuſdem terribilem ſententiam cum ſententiis & anathematiſmis trementer ſuſcipio, tanquam ſacram & divinam ſententiam, quæ de Latinorum dogmatibus, & de Papæ commemoratione convenientia decreta ſtatuerit. Perſiſto in ea promiſſione qua me obſtrinxi beato Epheſino Epiſcopo, cum ad Deum migraturus eſſet, coram Deo, Angelis & hominibus, & diſputationibus quas habui adverſus Epiſcopum Cortonæ ad demonſtrationem veritatis quam profitemur, ut etiam diverſis operibus quæ pro patria fide, divino munere publicavi: confeſſione quoque fidei meæ, vel potius Catholicæ Eccleſiæ, quam ante biennium accurate elaboratam evulgavi: ſubſcriptionibus etiam quas cum Eccleſiaſticis Viris, eadem nobiſcum ſentientibus ſcripto firmavimus Legati tempore, & deinde poſt Legationem domini Bryennii, cujus particeps nullo modo fui, cum nuſquam Papæ commemorationem ſuſcipere ſtatuiſſemus, quandiu circa præcipua fidei dogmata diviſi & diſcordes eſſemus ab eo ſecuti prædictæ Synodi definitionem, patrum noſtrorum magiſtrorumque omnium.*

29. Idem in epiſtola ad Sylveſtrum magnum Eccleſiarcham, & ad Agallianum Chartophylacem, reliqvosqve Eccleſiaſticos ſcripta cum Liturgia publice celebraretur poſt renovatam Unionem cum Iſidoro Cardinale Ruſſiæ Legato Apoſtolico, poſtqvam excuſavit ſe qvod vocatus ire ad Synodum renuiſſet, *Ad quid porro hæc ſynaxis habita eſt? Nempe quia ex quo Unio per populum facta eſt, (Vah! nam diviſio eſt à Deo) Eccleſiaſticorum conſenſum obtinere geſtiunt. Relinquite me horum inexpertum, meam enim*

*enim de hoc negotio ſententiam millies dominus noſter Imperator, & ejus Conſiliarii, & vos omnes perſpexiſtis. Ante hos ſiquidem dies miſi ad eum per venerabilem Monachum & Sacerdotem D. Ignatium Capitula duodecim de hoc argumento, quæ & ipſi vidiſtis. Ego vero aliud quid ab eo quod nunc dico, nunquam dicam, quandoquidem Florentinam illam Synodum eo loco habeo, quo apud Deum eſt, & veritas docet, Chriſtianique omnes legitimi Eccleſiæ Orientalis filii juxta ſanctorum Patrum ſententiam & conſcientiam ſuam ſentiunt; & ut clarius dicam, eam Synodum talem exiſtimo, qualis pſeudo-œcumenica illa ſub Conſtantio fuit, quæ Conſubſtantiale, ut ſibi videbatur, ſuſtulerat. Quoniam item mea ſententia eſt, quod qui Papæ commemorationem facit, aut facienti communicat, etiam conſilio aut adhortatione, talis apud me eſt; qualis is quem damnavit ſancta & magna Synodus Conſtantinopoli congregata, quæ Latinorum doctrinam examinavit, Beccumque tunc, & qui eadem cum illo ſentiebant, depoſuit. Neque exiſtimo leve quiddam eſſe Papæ, aut alterius cujusquam Epiſcopi commemorationem. Sed ſpiritualis paria ſententium communio, & perfecta ſubordinatio erga legitimos Paſtores in commemorarione illa conſiſtit. Synodi vero & ſancti Patres definiunt, ut a quorum opinione abhorremus, eorumdem communionem fugere nos oporteat. Multa alia ejusmodi definiunt vobis haud ignota. Præ omnibus vero Dominus dixit: Alienum non ſequentur, ſed fugient ab ipſo quia non norunt vocem alienorum. Abſit quoque ut Eccleſiam meam, quæ ſancta eſt Orthodoxorum mater, faciam hæreticam, ſuſcipiens Papæ commemorationem, quamdiu Papa ea confitebitur & credet, quorum cauſa à noſtra Eccleſia non ſuſcipitur. Si quis enim nunc confiteatur eum recte diſpenſare verbum veritatis, fatetur is majores ſuos fuiſſe hæreticos. Sententia igitur mea talis eſt, fuit & erit, eroque extra communionem Papæ, & omnium qui illi quocumque modo communicant, ut Patres noſtri, quorum pietatem imitari nos decet, cùm nec ſanctitatem nec ſapientiam illorum habeamus.* Hæc ſane oratio non eſt Latini hominis, aut ejus qvi in Romanorum ſententiam tranſierit. Eſt autem ejus qvi in Aula vixerat, qvi Florentiam profectus erat, qviqve Patriarcha poſt captam urbem ſtatim creatus eſt; qvod non ſolâ probat Codicum MSS. fides, ſed vel una Epiſtola ad omnes fideles valedictoria cum dignitatem deponeret, abunde confirmat.

30. Porro qvæcumqvæ de duobus Gennadiis ſive Scholariis à Caryophyllo aut Allatio diſputata ſunt, præter ea qvæ carptim delibavimus, non tanti videntur eſſe, ut ad ſingulare examen revocanda ſint. Id enim non niſi prolixa & tædioſa commentatione poteſt abſolvi, ſed absqve ullo operæ pretio. Nam cui ſemel perſpecta fuerit brevis,

 qvam

Digitized by Google

qvam ex certis monumentis delineavimus, Hiſtoriæ Gennadianæ ſynopſis, is ſtatim intelliget, in qvibus & qvoties hallucinatus fuerit vir doctiſſimus. Mirari vero ſatis non poſſumus eum, cum primum in opere *de Perpetuo Conſenſu*, a) edito anno 1644. contentioſum hunc de duobus Gennadiis funem ducere cœpiſſet, deinde paulo poſt Diſſertationi de Georgiis b) totam ſuam verbotenus diſputationem inſeruiſſet, poſt años triginta non ſecundis aut tertiis vel trigeſimis curis meliorem factam in opere contra Creyghtonum c) recoctam, iterum dediſſe, ita ut verba ipſa, jocos, ſales religioſiſſime, ne mutato qvidem apice, ſervaverit. Qvi itaqve unam harum Diſſertationum novit, ambas alteras noverit.

31. Fefeliit virum doctiſſimum Caryophylli d) judicium de duobus Gennadiis; qvæ opinio cum ad aſſerendum Catholicæ Eccleſiæ Gennadium commodiſſima videretur, eam, qvo ſe duceret non ſatis prævidens, ſecutus eſt non alio fine, qvam ne periret autoritas apologeticarum pro Florentina Synodo Orationum, qvæ tanti non erat, ut totam idcirco Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ recentioris ſeriem conturbari neceſſe foret. Caryophyllo duplicem Gennadium cur primus ſomniaret, ratio nulla erat, niſi qvod ex Collectore Bibliothecæ Patrum Margarino Bigneo didicerat, qvo nemo fortaſſis in ferenda de Veterum ſcriptis ſententia infelicior fuit, ex Bellarmino & aliis, qvorum Critice in exſcribendis aliorum commentariis tota conſtabat.

## GENNADII SIVE GEORGII SCHOLARII, OPERUM NOTITIA.

QVÆCUMQVE à Gennadio ſcripta ad nos pervenerunt, aut ante Patriarchatum ſcripſit, aut in ipſo Patriarchatu, aut depoſita dignitate cum privatus in Monaſterium S. Joannis-Baptiſtæ prope Serras ad Menœceum montem ſe recepiſſet. Hunc ordinem ejus operum qvi vitæ ſeriem ſeqvitur, qvidam MSS. codices repræſentant, qvi tamen id habet incommodi, qvod de multis non ita liqvet, ut qvando ſcripta ſint certo habere poſſimus, qvo in genere ſunt Homiliæ complures, & minutiora qvædam opuſcula. Sed tamen hunc ordinem, qvia commodior eſt, ſeqvemur.

1. Georgius Scholarius adhuc Laicus, circa Florentini Concilii tempora ſcripſit *Epiſtolas* ut videtur bene multas, qvarum ſelectæ qvædam

a) lib. 3. c. 5. ſeq. b) infra p. 760. ſeq. c) p. 94. ſeq. d) præf. ad Gennadii Apologiam pro V. capitibus Concilii Florentini, Rom. 1628. 4.

dam ſuperſunt in Cod. Regio 2955. hoc titulo, *ἐκ τῶν ἐπιστολῶν Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τοῦ ὕστερον Γενναδίου*, *Ex Epiſtolis Georgii Scholarii qui Gennadius poſtmodum fuit.* 1 nemini inſcripta. 2 Imperatoris fratri. 3 Magno Chartophylaci. 4 Marco Lipomano, Florentia Venetias miſſa. 5 Ambroſio Camaldulenſi. 6 Magno Duci: ibidem qvoqve ſcripta, ut videtur, non ex Græcia, ut ſuſpicatus eſt Allatius * qvi illius meminit. Extat qvoqve in Cod. Colbertino 4958. 7 Anonymo de privatis negotiis. 8 Philelpho Mediolanum Conſtantinopoli ſcripta, ut exiſtimo, & ante profectionem Italicam, aut poſt reditum; nam in ea dolet eripi ſibi per ſtrepitum judiciorum, occaſiones ad amicos ſcribendi. 9 Principi, *πρίγκιπι*, ſive is ſit Theodorus Deſpota, ſive Conſtantinus qvi poſtea Imperator ultimus fuit. 10 Imperatori Conſtantino, qvam ſcripſit jam Monachus, gratias agens de munuſculis miſſis. 11 Paiſio Cretæ, ut conjicimus, Archiepiſcopo, cui perpetuos pro Chriſto labores & liberationem ex carcere gratulatur. 12 Lemnum de turbis Conſtantinopolitanis. 13 Imperatori Trapezuntis de miſſa ad Italos legatione. 14 Nomophylaci in Peloponneſum. 15 Marco Epheſino, præfixa opuſculo adverſus Gemiſtum Plethonem pro Ariſtotelis defenſione. 16 absqve titulo, de privatis negotiis. Has Epiſtolas omnes repræſentat codex MS. Bibliothecæ Regiæ, ſelectas ut videtur ex aliis pluribus, qvaſi digniores qvæ in codicem referrentur. In Colbertino adjunctæ ſunt veterum aliqvot epiſtolis, unde ſtyli potius gratia, qvam ad hiſtoriam illuſtrandam videntur collectæ, ut etiam paucæ aliqvot Lucæ Notaræ Magni Ducis, Theodori Deſpotæ, & qvorundam aliorum Imperii Conſtantinopolitani Procerum.

2. Florentiæ ſcripſit *Orationes*, qvæ cum Actis Concilii circumferuntur; ſi tamen illius ſunt; potuit ſane eas ſcripſiſſe, ut ex Actis liqvet: nam ad eorum ſententiam qvi Unionem cum Latinis ſuaderent, acceſſiſſe Georgium Scholarium veriſimile eſt, imo certum, niſi qvis Acta falſitatis accuſet, qvod certis argumentis probare difficile eſt. Confirmat Actorum fidem Epiſtola Marci Epheſini ex Cod. Florentino & qvæ extat in Regio 2953. producta ab Allatio, e) qva in Scholarium invehitur, qvod aliqvam cum Latinis concordiam fieri poſſe exiſtimaſſet. Verum non pauca in has Orationes irrepſiſſe fatendum eſt, qvæ annotare prolixioris eſſet operæ. Editæ ſunt & Romæ cum Concilio Florentino in fol. Græce-Latine, Jo. Matthæo Caryophyllo interprete, & in 4. tum in edi-

* *De conſenſu p. 692.* e) ſupra p. 360. 361.

editione Romana Conciliorum an. 1612. tom. 4. Extare ait Allatius in Codd. MSS. Scoriacenſi, Bavaricis duobus, Altempſiano, & Ant. Auguſtini. Habentur qvoqve in Codd. Regiis, & in † Cæſarea Bibliotheca n. 61. inter Græcos Hiſtoricos.

3. *Apologia* pro qvinq; capitibus *Concilii Florentini* ſerius ſcripta, edita eſt Romæ 1577. in fol. cum eodem Concilio Græce: & Latine, Fabio Benevolentio interprete, in 4 1579. & Græce-barbare verſa à Jo. Mattheo Caryophyllo, 1628. 4. & Latine aliqvoties in Bibliotheca Patrum. Eam Caryophyllus Gennadio abjudicat, qvem refellit Allatius. Illorum rationes ad examen revocare prorſus inutile videtur. Nam cum ex iis qvæ à nobis de Gennadio dicta ſunt, conſtet eum ſtatim atqve Conſtantinopolin reverſus eſt, Marco Epheſino reconciliatum, operam omnem in pervertenda Unione contuliſſe, fruſtra qværeretur qvo tempore hanc Apologiam edidit, qvæ non niſi poſt cladem urbis, atqve adeo in Patriarchatu ſcripta cenſetur, ab iis qvi illam Gennadio artribuunt: nunqvam enim reſumptum ſemel in Latinos odium depoſuit, imo perpetuis accuſationibus in eos invectus eſt, & in ea ſententia ad finem usqve vitæ perſeveravit. Si ergo illius opus hæc Apologia cenſenda eſt, ſcriptam fuiſſe oportuit aut Florentiæ, aut ſtatim poſt reditum. Sed ſi qvis ita ſtatuat, eamdem interpolatam fuiſſe fateatur neceſſe eſt, adſuta de calamitatibus Conſtantinopolitanis ſatis longa lacinia.

4. Orationes hæ extant, εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Μεταμόρφωσιν, *in JEſu CHriſti Domini noſtri Transfigurationem.* Scripta ut habetur in Cod. Regio 2955. cum adhuc ſæcularis eſſet, ſub Joanne Imperatore, reperta Theſſalonicæ poſt captam Conſtantinopolin.

5. In Feſto τῶν εἰσοδίων προσφωνητικὸς, lecta hæc Oratio in Monaſterio Peribleptі primum, præſente Conſtantino Imperatore.

6. Alia absqve titulo, πάλιν μὲν Ἰουδαῖοι, in eodem Codice.

7. In Commemoratione Decollationis S. Joannis Baptiſtæ. Oratio extat in eodem Cod. in noſtro, ſub titulo Gennadii Monachi, incipit: Ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης καὶ Βαπτιστὴς, omittitur ab Allatio.

8. Alia, εἰς τὴν μετὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *in Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem.* Gennadii Monachi in eodem Cod. & in noſtro, incipit, Οἱ λαμπρότατοι τῆς ἐκκλη-

† *V. Lambecium l. 8. p. 505. & ſeq.*

*κλησίας φωστῆρες.* Scripta eſt autem in Monaſterio S. Joannis Baptiſtæ. Extat in Codd. Regiis 2955. & 2959. & in noſtro: ejus non meminit Allatius.

9. Alia de Tranſitu B. Mariæ Virginis, *ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.* Extat in eodem Regio Codice, & in 2959. Ex ejus titulo colligitur ſcriptam fuiſſe in Monaſterio Pammacariſtæ, nempe Conſtantinopoli, lectam *in feſto dormitionis B. Mariæ, in tertio, inquit, noſtro ad urbem violento reditu,* Indict. 12. an. 72. hoc eſt anno mundi ſecundum Græcos 6972. cui reſpondet Indictio 12. J. C. 1464. Atqve ita falluntur qvi annum 1460. ſupremum Gennadio fuiſſe nullo fundamento affirmant. Videntur autem verba iſta manu ipſius Gennadii ſcripta, incipit, *Ἡ μὲν τοῦ ἔτους ἀρχή*, habetur qvoqve in noſtro cod.

10. Alia, *de ſecundo Adventu Domini noſtri, & de Reſurrectione corporum.* *Περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως.* Extat in eod. Cod. Reg.

11. Alia, *ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου, de Parabola Publicani & Phariſæi*, cujus initium eſt, *τὸν τῆς ὑπερηφανείας κρημνόν.* Extat in Cod. Reg. 2958. & in noſtro, neqve hanc vidit Allatius.

12. Alia, *ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ ἀσώτου, καὶ περὶ μετανοίας, de Parabola Prodigi, & de Pœnitentia.* Incipit, *ὁ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων γογγυσμός.* In eodem cod Reg. & noſtro: non meminit Allatius.

13. Alia hoc titulo, *τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀοιδίμου Πατριάρχου Κυρίου Γενναδίου ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ ἐν τῷ παλατίῳ, ἔτι ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν σχήματι τυγχάνοντος. Beatiſſimi & venerandi Patriarchæ domini Gennadii Homilia dicta in ſancta & magna Paraſceve in Palatio, cum adhuc in ſæcularium habitu eſſet.* Extat in eodem cod. 2958.

14. Alia ſub hoc titulo, *Θεωρία περὶ τῶν ἐν τῇ εὐαγγελικῇ παραβολῇ ταλάντων, de parabola talentorum in Evangelio, conſideratio.* Hujus initium, *ὁ τὰ πέντε τάλαντα πεπιστευμένος.* In eod. cod.

15. Homilia de corpore & ſanguine Domini, qvam huc usqve in ſolo noſtro codice * reperimus hoc titulo prænotatam: *Ἐκ*



* Ex Codice Monaſterii Brunduſini edidit Clariſſ. Renaudotus p. 1-35. Latinamque verſionem addidit. Pariſ. 1709. 4.

τῶν ὁμιλιῶν αἱ ὁμιλούμεναι ἐν τῷ δυςυχεῖ παλατίῳ κατὰ παρασκευὴν ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοςῇ, εὑρημένων μετὰ τὴν ἅλωσιν. Εγράφοντο δὲ μετὰ τὸ ἀγράφως ὁμιληθῆναι παρακλήσει φίλων. αὐτὴ δὲ ὡμιλήθη ἐν τῇ παρασκευῇ τοῦ Λαζάρου. Ομιλία περὶ τοῦ μυςηριώδους σώματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ. *Ex Homiliis quæ pronuntiatæ fuerunt in infelici palatio, ſingulis ſextis feriis in magna quadrageſima inventis poſt captam urbem. Scriptæ autem fuerant poſtquam viva voce fuiſſent pronuntiatæ amicorum hortatu. Porro hæc pronuntiata eſt in Paraſceve Lazari. Homilia de ſacramentali corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

16. Alia de eodem argumento brevior, ſcripta ut videtur Conſtantinopoli poſtqvam Patriarcha renuntiatus eſſet, in qva alterius meminit. Eam in nullo codice reperimus, ſed eam tranſtulimus ex Opere Meletii Syrigi adverſus Cyrillum Lucarin, ubi refertur.

17. Multas præter enumeratas à nobis Homilias ſcripſiſſe Gennadium teſtatur ipſe in Epiſtola qvadam, in qva de ſuis operibus ad amicum ſcribit. Ἔτι δὲ ὁμιλίαι αἱ σχεδιασθεῖσαι, ἵνα μετὰ τὰς ἀπὸ ςόματος γενησομένας ὁμιλίας τῷ λαῷ ἀναγινώσκωνται αὐτὰς· ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καθ᾽ ἑκάςην κυριακὴν ἐκ διαδοχῆς μετὰ τὸ ἄριςον συναγομένων τῶν ἐνοριτῶν ἐν ἑκάςῃ ἐκκλησίᾳ, πᾶν ἀναγκαῖον σχεδὸν περιέχουσαι. *Item Homiliæ compoſitæ, ut poſt eas quæ viva voce pronuntiandæ ſunt Homilias, in Eccleſiis populo prælegerentur per ſingulas Dominicas ſucceſſive poſt prandium, congregatis Enoritis, ſive montis accolis in una quaque Eccleſia, quidquid fere neceſſarium eſt continentes.*

18. Homiliis adjungi poſſunt, *Oratio contra ſimoniacam hæreſim*, ſcripta biennio ante captam urbem ad Conſtantinum Imp. Κατὰ τῆς σιμωνιακῆς αἱρέσεως ἢ ἀπιςίας, initium, Τὰ ἐκ ἀθέων τούτων βαρβάρων, in Cod. Reg. 2955. & noſtro.

19. Περὶ διαφορᾶς τῶν συγγνωςῶν καὶ θανασίμων ἁμαρτημάτων. *De * differentia peccatorum venialium & mortalium.* Inc. Ὁ μὲν ἀκριβέςερος, in eodem Reg. Codice.

20. Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι νῦν θαύματα ὡς πρότερον. *De eo quod nulla nunc ut olim miracula fiant.* in Cod. Reg. 2959. initium, Ζητοῦσί τινες.

Opera Gennadii Theologica varia ſunt, præter ea qvæ adverſus Latinos ſcripſit, de qvibus agetur poſtremo loco.

21. Primum inter opera Theologica locum tenet, *Expoſitio fidei Chriſtianæ coram Turcarum Imperatore Muhamede facta, & ſcripto comprehenſa,*

* MS. in Bibl. Cæſarea Viennenſi Cod. Theol. 296. Lambec. V. p. 257.

*benſa.* Hujus duplex editio eſt, altera prolixior, altera brevior. Primæ titulus in noſtro & Regiis Codd. talis eſt. Γενναδίου μοναχοῦ καὶ πατριάρχου τῶν τοῦ Χριστοῦ πενητῶν, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεδόθη δὲ τῷ Σουλτάνῳ αἰτήσαντι μετὰ τὰς ἐνώπιον αὐτοῦ διαλέξεις ἐν τῷ πατριαρχείῳ τότε γεγενημένας· καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο συντομώτερον ἐξεδόθη. Ἡρμηνεύθη δὲ ἀμφότερα ἀῤῥαβικῶς, καὶ οὕτως ἐδόθησαν. *Gennadii Monachi & Patriarchæ Chriſti pauperum de ſola via ad ſalutem hominum. Datum vero eſt hoc opus Sultano petenti, poſt habitas coram eo diſputationes in Patriarchio, & deinde aliud brevius editum eſt: ambo autem Arabice interpretata ſunt, & ita publicata.* Arabice cum interpretatum ajunt, Turcice intellige, neqve enim ullum Arabicæ verſionis veſtigium in Codd. MSS. Extat illud in plerisqve codicibus. De eo Allatius p.402. * Brevius alterum opuſculum idem eſt qvod edidit Turco-Græciæ lib.2. Martinus Cruſius, cum verſione Turcica, qvæ ut titulus habet, facta eſt ab Ahmeto Judice Berrhœæ, patre Mahmouti Chelebi Scribæ Imperatorii. Ejuſdem exemplar ſimul cum Turcica verſione elegantiſſima manu ſcriptum, ſed Græcis literis, & fortaſſis idem qvod aut Imperatori, aut primario alicui Turcæ deſtinatum fuit, habetur in Bibliotheca Regia n.2961.

Editum qvoqve eſt anno 1556. in Hæreſiologia, translatum Latine à Gregorio Hermonymo Spartano Helmeſtadii gr. lat. 1611. 4. in Bibliotheca Patrum tom.4. pag.950. De eo videnda qvæ ſcribit Poſſevinus Apparatu ſacro; qvamqvam falſo ſuſpicatur à Græcis ſubtracta qvædam fuiſſe qvæ ad proceſſionem Spiritus ſancti à Patre & Filio pertinerent. Id enim non ex collatione MSS. codicum, ſed conjectando tantum colligit, qvia Gennadium, qvi ipſi Catholicus videbatur, ea ſilentio præteriiſſe non exiſtimabat. Sed qvam inanis hæc conjectura ſit, ex ſuperius dictis manifeſtum eſt.

22. Contra Judæos ſcripſit per modum dialogi librum hoc titulo, Ἔλεγχος τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης ἔκ τε τῆς γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων καὶ πρὸς τὴν χριστιανικὴν ἀλήθειαν παράθεσις ἐν σχήματι διαλόγου. *Confutatio erroris Judaici ex Scriptura & rebus geſtis, & ad Chriſtianam veritatem Cohortatio, per modum dialogi.* Colloqvuntur Chriſtianus & Judæus. Initium eſt: Βούλει διαλεχθῶμεν ἐφ' οἷς πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα Χριστιανοί τε καὶ Ἰουδαῖοι. Extat in Cod. Reg. 2954. & 2959. & in noſtro ſimiliter. In utroqve ſcriptus dicitur, ἐν τῇ τρίτῃ μου βιαίᾳ πρὸς τὴν πόλιν ἀνόδῳ. In meo additur, καὶ δόξα ἐκεῖθεν ἐλευθερίω-



* infra p. 773.

θερώσαντί με τρίτον ἤδη Θεῷ, *ſcriptus in tertia mea ad urbem violenta profectione, & gloria Deo tertium inde me liberum abire ſinenti.* Non viderat Allatius, qvi ex Bibliotheca Roberti Conſtantini titulum citat pag. 408. opus non contemnendum, ſatisqve prolixum, foliorum circiter ſexaginta in eodem Regio.

23. Ejusdem, Ἐκ τῶν περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητειῶν αἱ σαφέστεραι, *ſive Collectio Prophetarum de Chriſto quæ magis perſpicua ſunt.* Incipit, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, in noſtro cod. & in Reg. 2959. Non meminit Allatius.

24. Κατὰ Αὐτοματιστῶν καὶ Ἑλληνιστῶν, ἤτοι πολυθέων, καὶ ὅτι Θεὸς εἷς ἐστι καὶ δημιουργὸς τοῦ παντὸς ἐν τριάδι ὑποστάσεων. *Contra Automatiſtas & Helleniſtas, ſive multorum Deorum opinionem tenentes, & quod unus Deus ſit conditor univerſi in trinitate hypoſtaſeon.* Incipit: Οἴεσθαι μὲν μὴ εἶναι Θεόν. Scriptum fuit opus in Monaſterio Prodromi in monte Menœceo: habetur in codd. reg. 2955. 2958. 2959. & in noſtro.

25. Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις περὶ τῆς θεότητος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Interrogationes & reſponſiones de Divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti*: ex diſputatione habita cum Primariis duobus Turcis, qvi miſſis litteris ex Monaſterio Ferras eum venire juſſerant. Extat in cod. reg. 2955. Πρὸς τῷ τέλει τοῦ Μαίου.

26. Περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, ἢ νόμος εὐαγγελικὸς ἐν ἐπιτομῇ. *De primo Dei cultu, ſive lex Evangelica compendio explicata.* Opus dividitur in capita 40. ſcriptum eſt rogante qvodam familiari Monacho, raptim anno 6966. J. C. 1458. in Monaſterio S. Joann Baptiſtæ in Menœceo monte poſt abdicatam dignitatem, Μετὰ τὴν τοῦ πατριάρχου ἀποκατάθεσιν, ut habet idem Cod. Regius. Incipit, Δυοῖν οὐ τῶν τοῖς εὐσεβοῦσι λατρειῶν. Extat in Codice Reg. 2955. & 2959.

27. Περὶ τῆς θείας προνοίας καὶ προορισμοῦ. *De Divina Providentia & Prædeſtinatione.* Initium eſt, τὴν ἐξ ἀϊδίου περὶ τῶν ὄντων καὶ γινομένων γνῶσιν.

28. Περὶ προορισμοῦ δεύτερον, *de Prædeſtinatione ſecundum.* Initium, Κλινοπετὴς ἐδεξάμην. Is libellus editus eſt 1. Auguſtæ Vindelicorum à Davide Hœſchelio, an. 1603. 4. Iterum cum verſione latina à Carolo Libertino Societatis Jeſu Theologo, Uratislaviæ Anno 1681. 4. Scriptus fuit ad Joannem Archiepiſcopum Theſſalonicenſem in eodem Monaſterio.

29. Περὶ

29. Περὶ τοῦ θείου προορισμοῦ τρίτον. *De divina Prædeſtinatione tertium*, ad eundem. Incipit, Πολλὴν οἶδά σοι χάριν.

30. Περὶ τοῦ θείου προορισμοῦ τέταρτον. *De divina Prædeſtinatione quartum.* Ad magnum Oeconomum dominum Theodorum Agallianum. Σὺ μὲν καλῶς ποιῶν φίλτατε. Qvatuor illi de Prædeſtinatione libri ſcripti videntur poſtqvam privatus factus in monaſterium ſe recepiſſet. Extant ſimul in Codd. Regiis 2955. & 2959.

31. Ὅπως ἡ θεία πρόνοια καὶ ὁ θεῖος προορισμὸς οὐκ ἀναιρεῖ τὸ χρήσιμον τῶν εὐχῶν. *Quod divina Providentia & divina Prædeſtinatio non aufert precum utilitatem*, in Cod. Reg. 2958. Incipit, ὁ περὶ τῆς θείας προνοίας λόγος, eod. Reg 2958.

32. Περὶ τῆς ἐν τῷ δεσπότῃ ἡμῶν Χριστῷ ἀνθρωπότητος. *De humanitate J. C. D. N.* Incipit, Ζητοῦσί τινες. Ibid.

33. Περὶ ἀναστάσεως. *De reſurrectione.* Init. Τὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως ὄνομα. Ibid.

34. Περὶ τοῦ δεσποτικοῦ καὶ θείου αἵματος. *De dominico & divino ſanguine*, ad Dionyſium Hieromonachum. Init. Ἐζητομένου ἤδη τῷ μεγάλῳ πατρὶ Γρηγορίῳ. Ibid.

35. Περὶ τῶν Ἀγγέλων πρὸς τὴν τοῦ Ἀργυροπούλου γνώμην ἀντιφερόμενον. *De Angelis contra Argyropuli ſententiam.* Incipit, ὁ Θεὸς φῶς ὂν ἀκρότατον. Ibid.

36. Εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν τό, Ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών. *In illud Apoſtoli, Exinanivit ſemetipſum, formam ſervi accipiens.* Ibid.

37. Λύσις διαφόρων εὐαγγελικῶν ἀποριῶν. *Solutio diverſarum ex Evangelio difficultatum.* Ibid.

38. Περὶ τῶν ἐμφερομένων ἐν τῇ θείᾳ εὐχῇ ῥημάτων, ἤγουν Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς. *De verbis in divina prece contentis, Domine Jeſu Chriſte fili Dei, miſerere nobis.* Ibid.

39. Περὶ τῶν καρπῶν τοῦ πνεύματος. *De fructibus ſpiritus.* Ibid.

40. Ἔκφρασις τοῦ, μάρτυρες στεφανῖται. *Expoſitio Hymni Eccleſiaſtici*, qvi ita incipit. Ibid.

41. Ἐκ τῶν ἐμμέτρων εὐχῶν τοῦ αὐτοῦ, ὦ πάτερ ἄμβροτε. *Hexametri verſus ad Deum.* Ibid.

42. Περὶ τοῦ πῶς διακρίνονται αἱ θεῖαι ἐνέργειαι πρός γε ἀλλήλας

λήλας ϗ τὴν θείαν ὀσίαν ἧς εἰσὶν ἐνέργειαι. *Quomodo divina operationes diſtinguuntur tam inter ſe quam inter divinam eſſentiam.* Ibid.

43. Περὶ τῶν φαῦλα πραττόντων πότερον ἄκοντες πράττουσιν ἢ ἑκόντες. *De iis qui mala committunt, num volentes aut nolentes agunt.* Incipit, Ζητητέον ἂν εἴη, in eod.

44. Syneſii Oratio metrica, ſoluta ratione expreſſa, cod. 2955.

45. Ὕμνος μετὰ δεήσεως. Incipit, Τολμῶντα με, μέγιστε βασιλεῦ. Ibid.

46. Περὶ τȣ̃ καιροῦ καὶ τȣ̃ τρόπου τῆς ὑπάρξεως τῶν νοερῶν καὶ ἀθανάτων ψυχῶν. *De tempore & modo exiſtentiæ animarum intelligentium & immortalium*, amico cuidam. Inc. Ἐπειδὴ πυνθάνη, τιμιώτατε καὶ φίλτατε ἡμῖν ἐν Χριστῷ. Extat in Codd. 2953. 2958. & in noſtro. Allatius per denſam umbram deſignavit, qvam vide pag. 405.

47. Περὶ τῶν ψυχῶν μετὰ τὴν ἐκ τῶν σωμάτων ἀνάλυσιν διαθέσεως ἐπιβεβαιωτικὸν συγγράμματος, ὃ προεκόμισεν αὐτοῖς ὁ Σαββάτιος τȣ̃ μακαρίου Θεσσαλονίκης κυρίου Συμεών. *De animarum poſtquam corporibus ſoluta ſunt ſtatu & conditione, ad confirmationem ſcripti Symeonis Theſſalonicenſis, quod ad ſe attulerat Sabbatius* ad eumdem qvi ex Sina monte ad Gennadium venerat. In noſtro cod. p. 4. Non vidit Allatius.

48. Ad Joannem opinor Theſſalonicenſem de eodem Epiſtola prolixa. Extat in noſtro codice pag. 12. inc. Ἥδιστα μέν σοι ἀποκρινόμεθα. Nec vidit Allatius.

49. Πρὸς τὸν πανιερώτατον Μηδείας Κύριον Θεοφάνην, περὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς δεύτερον. *De anima humana & rationali ad ſanctiſſimum Mediæ Metropolitam, ſecundo.* Hujus Theophanis extant in cod. 2958. ubi hic tractatus habetur, Epiſtolæ tres, una ad Ignatium Monachum cum adhuc eſſet Oeconomus, altera ad magnum Eccleſiarcham, tertia ad Archiepiſc. Epheſinum.

50. Περὶ τοῦ βιβλίου τοῦ Γεμιστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἑλληνικῆς πολυθείας: *De libro Gemiſti*, * *& contra Græcam ſuperſtitionem, ad Joannem Exarchum.* Extat. cod. 2955 & 2959. Ἐπαινοῦμέν σου τὴν.

51. In ſingularem claſſem referendæ ſunt Orationes qvædam funebres. Extat in Reg. Cod. 2955. & in noſtro, hoc titulo. Τȣ̃ σοφωτά-

* Extat Plethonis opuſculum in Bibliotheca Vienneuſi, deque eo Lambecius lib. 7. p. 162. ex Allatio p. 176. ſcribens tanto odio in Gemiſtum exarſiſſe Gennadium, ut libros omnes ejus flammis abolendos curaverit, V. Allat. de Georgiis p. 391.

Digitized by Google

φωτάτου καὶ ἁγιωτάτου Κυρίου Γενναδίου τῷ βασιλεῖ Κωνςαντίνῳ, ἐπὶ τῇ κοιμήσει τῆς ἀοιδίμου Δεσποίνης τῆς αὐτοῦ μητρὸς παραμυθητικός. *Sapientiſſimi & ſanctiſſimi Domini Gennadii ad Imperatorem Conſtantinum in morte veneranda Deſpœnæ matris ejus conſolatoria Oratio.* Incipit, Ἡ μακαρία καὶ ἀοίδιμος μήτηρ τοῦ κράτους σου.

52. Ἐπιτάφιος Θεοδώρου δεσπότου. *Oratio in funere Theodori Deſpotæ fratris Imperatoris*, inc. τῷ μὲν τοῦ κρατίςου βασιλέως ἡμῶν ἀδελφῷ τρίτος μὲν ἐξήκει κειμένῳ, in Cod. Reg. 2955.

53. Τοῦ σοφωτάτου διδασκάλου Κυρίου Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου, μετέπειτα δὲ καὶ ἀοιδίμου Πατριάρχου Κωνςαντινουπόλεως κυρίου Γενναδίου μονῳδία ἐπικήδιος ἐπὶ τῷ μακαριωτάτῳ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ Κυρίῳ Μάρκῳ Ἐφέσου, μετὰ κόσμον Εὐγενικῷ. *Sapientiſſimi Doctoris D. Georgii Scholarii, deinde venerandi Patriarchæ Conſtantinopolitani D. Gennadii Monodia funebris de beatiſſimo Patre & Doctore Marco Epheſino, qui in mundo Eugenicus dictus eſt.* Incipit, φεῦ νῦν, ὦ πάροντες, ἡμῖν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες οἴχονται. Extat in Cod. Reg. 2958 & aliis.

54. Ἐπιτάφιος τῷ μακαρίῳ Θεοδώρῳ τῷ Σοφιανῷ ἐν τῇ ἱερᾷ μονῇ τοῦ Βατοπεδίου ταφέντι, ὃν εἶπεν ἐξ ὑπογυίου ὁ θεῖος αὐτοῦ Γεννάδιος μοναχὸς ἐν τῷ ταφίῳ σεπτῷ κη, ς η ξ ϛ ἔτους. *Oratio funebris Beati Theodori Sophiani in ſacro Monaſterio Batopedii ſepulti, quam ex tempore pronuntiavit avunculus ejus Gennadius Monachus ad ſepulchrum 28. Septembris an.* 6956. J. C. 1457. Extat in noſtro cod. Inc. Ἀλλὰ ζῶντος μὲν ἔτι τὴν ἐνταῦθα ζωήν.

Seqvuntur ea qvæ hiſtorica vocare poſſumus, qvamvis pleraqve ad inimicitias acerrime cum Latinis ſuſceptas pertineant.

55. Ὅτι ἀνεχωρήθη τοῦ παλατίου καὶ τῆς μονῆς τοῦ Παντοκράτορος, ἐν ᾗ πρῶτον ᾤκει κοσμικὸς, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸ τοῦ Χαρδιανήτου κοινόβιον, καὶ ἡτοιμάζετο πρὸς τὸ μοναχικὸν σχῆμα. *Cum receſſiſſet ex Palatio & Monaſterio Omnipotentis, in quo prius habitabat cum ſæcularis eſſet, abiitque in Cœnobium Chardianeti, præparareturque ad habitum monaſticum.* Inc. Πολλάκις προςειρηκώς σε, γαληνότατε βασιλεῦ. Extat in Cod. Reg. 2955. Miſſa eſt autem ad Conſtantinum Imperatorem ſtatim fere poſt mortem Joannis Palæologi.

56. Γενναδίου ἐλαχίςου Σχολαρίου ἐπὶ τὴν δι' ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίαν καὶ ἄλογον καὶ ἀσύνδετον καινοτομίαν τῆς πίστεως. *Gennadii minimi Scholarii de ea, quæ derelicto Deo facta eſt vana, irrationali & inconcinna fidei innovatione.* Inc. Τίς δώσει μοι πτέρυγας. ibid. Inventum eſſe Callipoli

poli exemplar, unde Regium deſcriptum eſt, taſtatur marginalis ejusdem Nota.

57. Ejusdem Epiſtola ſcripta ſex menſibus ante captam urbem, τοῖς εὐγενεστάτοις πολίταις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅπασιν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς. *Ad nobilisſimos cives omnes Conſtantinopolitanos Eccleſiaſticos & Laicos.* Ibid.

58 Ejusdem Θρῆνος, ſive *Lamentatio*, ſcripta in Menœceo monte 20. Junii, Ind. 8. hoc eſt, niſi error codicem occupavit, anno 1445. atqve adeo ſeptennio circiter ante captam urbem, Inc. Ἰοὺ τῆς ὀδύνης. Ibid. & cod. 2959.

Qvæ ſeqvuntur huc usqve non reperta à nobis, recenſet ipſe Gennadius in Epiſtola ad Amicum.

59. Συμβουλευτικὸς λόγος, ὃν ἀνέγνων ἐν τῷ Παντοκράτορι ἐνώπιον τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ὅλης τῆς πόλεως, περὶ ἱλεώσεως τοῦ θείου καὶ τῆς οἴκοθεν παρασκευῆς, τῇ ιε. Ὀκτωβρίου. *Conſilium quod legi in Pantocratoris Monaſterio coram Imperatore & tota urbe, de placando Deo & domeſtico belli apparatu 15. Octobris.*

60 Νεαρὰ ἢ χρυσόβουλλος, ἣν ἐσχεδίασα ἵνα γένηται παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἀναιρετικὴ τῶν θεοστυγῶν παραβάσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων, δι' ἃς ἐκ Θεοῦ τοσούτοις ἔτεσι πιεζόμεθα. *Novella ſive bulla aurea quam compoſui, ut ab Imperatore promulgaretur ad tollendas Deo odibiles transgresſiones eccleſiaſticarum & divinarum legum, propter quas à Deo tot annis affligimur.*

61. *Alia quæ promulgari debebat Eccleſiaſtica Novella ad renovationem legum eccleſiaſticarum & divinarum ſingularum transgresſionum ſpecies, & earum emendationes continens.* Ἡ ἐκκλησιαστικὴ νεαρὰ, ἥτις ὤφειλε γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς ἀνανέωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων δεινῶς καὶ πολυειδῶς πατουμένων, ἥτις καὶ ἐσχεδιάσθη, τὰς παραβάσεις καὶ τὰς διορθώσεις κατὰ μέρος περιέχουσα.

62. Oratio ad Imperatorem ſcripta 12. Maji.

63. Varia ſcripta ad Magnum Ducem. Duodecim Capitula ad Imperatorem miſſa per Ignatium. Alia ad Agioreitas ſive Monachos montis Atho, miſſa anteqvam Cardinalis Rusſiæ Conſtantinopolin adveniret, per Athanaſium & Simonem Monachos. Hæc diverſa ſcripta ipſe Gennadius commemorat.

64. *Epiſtola ad omnes fideles* τοῖς ἁπανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Extat in cod. Reg. 2955.

65. *Alia*

65. *Alia miſſa ad magnum Eccleſiarcham Sylveſtrum Syropulum, Magnum Chartophylacem Agallianum, & alios quosdam Eccleſiaſticos, cum celebrata eſt Liturgia præſente Cardinali, poſtquam omnia circa religionem diſſidia per eumdem Cardinalem Iſidorum compoſita ſunt.* Initium eſt. Ἅγιοι πατέρες, ἐγὼ ἤθελον ἐλθεῖν. Extat in eodem cod.

Gennadio eidem, qvi & Georgius Scholarius in iisdem titulis appellatur, varii adverſus Latinos tractatus tribui ſolent. Hos qvidem Allatius alteri ſuo Gennadio ſchismatico attribuit, qvem cum non alium ab hoc noſtro fuiſſe oſtenſum fuerit, idcirco MSS. codicum fidem ſecuti, præſertim Regii unius, qvi Sylveſtri Syropuli magni Eccleſiarchæ, cui Gennadius probe notus erat, manu eleganter ſcriptus eſt anno 6958. Ind. 11. hoc eſt anno 1448. vivente adhuc Gennadio, imo ante captam urbem cum nondum eſſet Patriarcha, noſtro vindicamus.

66. Περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς λόγοι δύο. *De Purgatorio libri duo.* Extant Cod. Reg. 2958. Prior initio mutilus eſt. Opus elegans nec contemnendum, qvicqvid dicat Allatius.

67. Κεφαλαιώδης ἀπόκρισις πρὸς τοὺς παρὰ Λατίνων εἰρημένους λόγους περὶ τοῦ αὐτοῦ Πουργατορίου. *Summaria reſponſio ad objectiones Latinorum circa idem Purgatorium.* Ibid. Initium, Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε.

68. Ejusdem *ad Joannem Theſſalonicenſem de Purgatorio Epiſtola*, in noſtro cod. incipit, Αὐτοσχεδιάζω σοι.

69. Ejusdem Σύντομον κατὰ τῆς δόξης τῶν Λατίνων. *Breve ſcriptum contra Latinorum opinionem*, in eod. cod. Reg.

70. *De Proceſſione Spiritus ſancti contra Latinos tomi duo.* Primus ſcriptus eſt ante captam urbem poſt diſputationes cum Legato Papæ Epiſcopo Cortonenſi, & aliis Latinis habitas coram Joanne Imperatore. Extat is liber in Bibliotheca Regia n. 2956. pertinuitqve ad Antonium qvemdam Pyropolum Medicum, mortuo jam Gennadio, ut teſtantur Jambi Joannis cujusdam Dotheiani ad finem libri. Hujus operis initio hæc autor manu propria inſcripſerat: Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου. Συνετέθη μετὰ διαλέξεις πέντε καὶ δέκα γενομένας ἐν τῷ παλατίῳ μετὰ τοῦ παπικοῦ πρέσβεως καὶ ἐπισκόπου Κορτώνης, καὶ διδασκάλου τῆς παρὰ Λατίνοις θεολογίας, παρόντος καὶ τοῦ Κυρίου Γρηγορίου τοῦ Πατριάρχου, καὶ τοῦ Καρδιναλίου, καὶ πολλῶν Λατίνων καὶ ὀρθοδόξων, ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Ἰωάννου καὶ τοῦ μακαρίτου δεσπότου Θεοδώρου. Παρακληθεὶς γὰρ τὰ συμπεράσματα τῶν διαλέξεων ἐκείνων, ἐν τῷ δὲ



Digitized by Google

συνέταξα τῷ βιβλίῳ, ὃ μεταγραφὲν εἰς πολλὰ καὶ διαδοθὲν πανταχοῦ καὶ παρὰ Λατίνοις νῦν εὑρισκόμενον. Ἦν δὲ τότε ὁ συγγραψάμενος καθολικὸς Σεκρετάριος τοῦ βασιλέως Ἰωάννου, καὶ καθολικὸς Κριτὴς τῶν Ρωμαίων, καὶ διδάσκων ἐν τῷ τρικλινίῳ τοῦ βασιλέως κατὰ παρασκευὴν ἑκάστην, παρούσης τῆς συγκλήτου καὶ πλείστης τῆς πόλεως τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ εἰς δόξαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα διδόντος. *Georgii Scholarii. Compoſitum eſt hoc opus poſt collationes quindecim factas in Palatio cum Legato Papali Epiſcopo Cortonæ, & quodam Theologiæ apud Latinos Doctore, præſente quoque domino Gregorio Patriarcha, Cardinale, & multis aliis Latinis & Orthodoxis coram Imperatore Joanne & Theodoro Deſpota felicis memoriæ. Hortantibus autem plurimis harum diſputationum concluſiones in hoc libro collegi, qui poſtea tranſcriptus, & quacumque miſſus, etiam apud Latinos reperitur. Autor vero erat univerſalis Secretarius Imperatoris Joannis, Generaliſque Græcorum Judex, docens in triclinio Imperatoris ſingulis ſextis feriis, præſente Senatu & magna Civium frequentia, verbum Dei ad ejusdem gloriam Dei qui omnia donavit.* Hæc ſola inſcriptio totam de duobus Gennadiis Allatianam diſputationem refellit.

71. *Secundus tomus adverſus Latinos de Spiritu ſancto*, * non eodem tempore ſcriptus, ſed paulo ſerius, miſſusqve ad Joannem Comnenum Imperatorem Trapezuntinum, cui autor illud inſcripſit, adjecta Epiſtola, qva rogat ut librum non prius aliis communicet, qvam aut ſe obiiſſe, aut aliis communicaſſe compererit. Extat in cod. reg. 2957. Scriptus manu Sylveſtri Syropuli Diaconi & magni Eccleſiarchæ, vivo Gennadio, nempe anno 6956. ut ſupra diximus, A.C. 1444. & cod. 2963.

72. Ejusdem Dialogus prolixior adverſus Latinos de proceſſione Spiritus ſancti, in qvo præſertim agit de recentiorum inter Latinos Doctorum, præſertim Thomæ & Scoti, de proceſſione Spiritus ſancti doctrina. Dialogi perſonæ, Olbianus, Eulogius, Benedictus. Init. Ἀλλὰ καιρός ἐστιν ἐπισκέψασθαι, ὦ εὐλόγιε, εἰ βούλει τὰ Λατίνων διδασκάλοις τοῖς νεωτέροις περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἠπορημένα τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Θωμᾷ καὶ τῷ Σκότῳ. Extat Cod. Reg. cod. 2963.

73. Legatus huic de Spiritu ſancto Dialogus, in eodem.

74. Le-

* Extat in Biblioth. Vienn. n. 277. teſte Lambecio l. 5. pag. 225. qui alteri Scholario tribuit, ſecutus Allatium.

Digitized by Google

74. Ejuſdem Gennadii Epiſtola, Τῷ τιμιωτάτῳ ἐν μοναχοῖς Κυρίῳ Μαξίμῳ τῷ κατὰ κόσμον Σοφιανῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐνασκουμένοις τῇ ἁγίᾳ μονῇ τοῦ Σινᾶ, ὁσιωτάτοις ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς. *Venerabiliſſimo inter Monachos domino Maximo, qui cum ſæcularis eſſet, Sophianus vocabatur, & omnibus vitam monaſticam exercentibus in ſancto Monaſterio Sinà, ſanctiſſimis Sacerdotibus, & aliis Monachis.* Incipit: Αἱ γραφαὶ τῆς σῆς εὐλαβείας. Agitur in ea de variis diſciplinæ capitibus, occaſione eorum qvæ non recte illic ſe habere circa eos qvi ad viſitanda loca ſacra montis Sinai confluebant, à Joachimo & Gregorio Monachis didicerat. De Epiſcopo dignitatem abdicante, qvod abſqve Patriarchæ licentia negat poſſe fieri: an abſqve Diacono celebrare Epiſcopus poſſit, qvod licere ait in ſacello, ſeu παρεκκλησίῳ, & factum ab Euthymio & Matthæo Patriarchis, non publice in Eccleſia: De Epiſcopo Bosniæ, qvi multos ex Latinæ religionis hominibus ad fidem Eccleſiæ Græcæ adducebat: De Chartzeca Principe, qvem ad eamdem adducere idem Epiſcopus conabatur: Ne in Liturgia commemoratio ejus publice fiat, qvia adhuc σκεπάζεται τὸν χριστιανισμὸν, Chriſtianiſmum diſſimulat. Verum aſſerit licere in gratiarum actione ad menſam, præſente ipſo orare pro eodem. Ἐν δὲ τῇ εὐχαριστίᾳ τῆς τραπέζης ἡμῶν παρόντος εἰ θέλετε εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς διαφυλάξαι τὴν ζωὴν τοῦ αὐθέντου Χαρτζεκά. Qvis ille fuerit, aut qvinam nomine Κουδουγέρων, qvi ut videtur illius ſubditi erant, intelligendi ſint, neſcimus. Tum de Latinis & Armeniis ad loca ſacra adorandi cauſa venientibus definit, * non repellendos, etiamſi Heterodoxi, & ſchismate ab Eccleſia Græca diviſi ſint: nec tamen dandam ipſis Euchariſtiam, ſed ἀντίδωρον, ſeu panem benedictum, niſi proprias opiniones ſuas abjuraverint. De ſimonia: eam deplorat tanqvam malum, qvod temporum calamitate tolerari potius debeat, qvam idcirco obedientiam Epiſcopis negari, ne ſcandalum generetur, ex qvo Epiſcopalis Ordinis, mox ipſius religionis contemtus naſcatur: ferendum eſſe qvod emendari non poſſit: ſe ſaltem neminem pecuniis ordinaſſe, imo propriis ſumtibus Epiſcopos feciſſe multos, qvos ex captivitate redemerit: mali initia, ante qvinqvaginta annos fuiſſe: ſufficere ut Epiſcopos obſervent, ſintne Orthodoxi, & nihil alienum ab Eccleſiæ Græcæ fide docentes: minutiis circa ritus & officia eccleſiaſtica non attendendum.



* Locum ex hac Epiſtola Græce & Latine vulgavit Renaudotus p. 77-79. Pariſ. 1709. 4.

75. Epiſtola hæc eadem eſt qvam refert extare Lambecius in Bibliotheca Vindobonenſi ad qvemdam Monachum: nam verbis iisdem incipit. Sed qvod aliam recenſet ad Joachimum Monachum Sinaitam de controverſiis qvibusdam partim ad Patriarcham Hieroſolymitanum, partim ad Armenios & Latinos loca ſacra inviſentes ſpectantibus, veremur ne vitioſum exemplar viro diligentiſſimo fraudi fuerit. Nam de eo Joachimo loqvitur Gennadius Epiſtola ad Maximum Sophianum, à qvo, ut à Gregorio didicerat ea qvæ Sinaitarum pacem turbabant. Cum igitur eos ſtatim remiſiſſet mandatis inſtructos, ut plenius de eo argumento apud Sinaitas loqverentur, ad Joachimum de eodem ſcribendi cauſa nulla erat. Sed non raro parum felix in conjectando Lambecius fuit, qvod ſeqventi exemplo manifeſtum erit.

76. Hiſtoriam enim rerum inter Latinos & Græcos Ferrariæ & Florentiæ geſtarum, ſcriptam à Gennadio fuiſſe, qvæ in Cæſarea Bibliotheca ſervetur, ſcribit l. 8. pag. 509. Codicem ait eſſe chartaceum, centum & ſedecim annorum (ita ſcribebat an 1679.) *quo continetur Pſeudohiſtoria Concilii Ferrarienſis & Florentini à Gennadio Scholario Monacho Schismatico Græco; & Eccleſiæ Occidentalis perpetuo ac infenſiſſimo hoſte, qui ante Monachatum Georgius Scholarius appellatus fuerat, & ante oppugnationem Conſtantinopolis per Turcas obiiſſe videtur, maligne atque injurioſe conſcripta.* Qvem titulum ſibi ipſe Lambecius conſarcinavit ex falſiſſimis conjecturis Allatii. In cod. vero MS. ita exhibetur: Γενναδίου Σχολαρίου τὰ ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντα τῇ ὀγδόῃ ἱστορικῶς τῇ Φλωρεντίᾳ. *Gennadii Scholarii acta Florentiæ in octava Synodo hiſtorice conſcripta*: qvi titulus niſi Typographorum culpa eſt, vitio non caret, & inertiam ſcriptoris indicat, vel potius poſſeſſoris. Nam ſæpiſſime in codd. MSS. reperiuntur tituli ſcripti aliena manu, qvorum nulla, niſi aliunde confirmetur, fides apud Criticos eſſe ſolet. Specimen vero à Lambecio exhibitum eſt ejusmodi. Ἡ εἰς τὴν Φεράραν εἰσέλευσις σὺν Θεῷ. Μετὰ δὲ τὸ σάββατον τῆς τυροφάγου, εἰσῆλθεν ὁ Πατριάρχης εἰς τὴν Φεράραν μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Γεωργίου. Καὶ πρῶτον μὲν ἐῤῥαντίσατο, (ita leg. pro ἐξαντίσατο, voce nihili) καὶ αὐτὸς καὶ ὁ Πατριάρχης διὰ τοῦ ῥαντιστηρίου. Εἶτα ὑπέδειξαν αὐτῷ οἱ ἐκεῖσε Λατινομοναχοὶ εὐμεγέθη καὶ εὐτραφῆ χεῖρα, τοῦ ἁγίου Γεωργίου λέγοντες εἶναι, ὑπὸ σανίδος κοιλανθείσης περιεχομένην, &c. Non viderat, opinor, Lambecius Hiſtoriam ejusdem Concilii à Sylveſtro Syropulo ſcriptam,

Digitized by Google

ptam, etſi editam anteqvam octavum ipſe ſuum librum publicaret, annis integris decem & octo. In ea porro, hæc verba qvæ ſola nobis exhibuit ſpeciminis loco, leguntur p. 89. editionis qvæ unica eſt, Hagæ-Comitis an. 1660. fol. ut etiam in authentico & autographo exemplari ipſius Syropuli manuſcripto: unde exemplum deſcriptum à Claudio Sarravio habuit Iſaacus Voſſius, ab eo Robertus Chreygthonus, infidus juxta & imperitus interpres, qvo nemo fortaſſis unqvam in interpretando infelicius nugatus eſt, adeo ut ne qvidem autori nomen ſuum conſtare paſſus ſit: tanta & tam inepta commentatus, ut Syropulum in Sguropulum verteret, contra manum autoris, & omnium illius temporis Actorum fidem. Qvam ergo Hiſtoriam Gennadio Græculus qviſpiam imperitus, & eum ſecutus Lambecius, adſcripſit, ea Syropuli eſt, ut etiam poſtrema verba ab eo citata indicant. Ἐξ ὧν πέπεισμαι ὡς ἐὰν παραχωρήσει ποτὲ ὁ Θεὸς, συςῆναι τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ κακῶς γεγονυῖαν ἕνωσιν. qvæ leguntur extrema pag. 350. Nullius vero autoritatis eſt ſubſcriptio Theodoſiii, Notarii Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, qvi anno mundi 7071. Chr. 1563. librum tranſcripſit, ἐκ πρωτοτύπου παλαιοῦ, cum autographum ipſum habeat Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. Mirum ſane fuiſſet inter tot tamqve diverſa Gennadii opera, qvæ in MSS. codd. leguntur vel indicantur, & Notitia opuſculorum qvam habemus ab ipſo Gennadio ſcriptam, non extare ullam tam prolixi operis memoriam: præſertim cum in Orationibus contra Unionem, & diſputationibus adverſus Latinos, tam multiplex illius citandi eſſet occaſio. Hæc porro à nobis neceſſario dicenda erant, ne cui fraudem faceret Lambecius.

*Hactenus Euſebius Renaudotus V. C.*

III. GREGORIUS Mammas Meliſſenus Imperatorum Joannis & Conſtantini Palæologorum à Confeſſionibus, & ex Hieromonacho atqve Protoſyncello Patriarcha CPol. ab A. 1445. usqve ad illud tempus qvo urbis excidium prævidens abdicato ſacro munere in Italiam A. 1451. aufugit atq; poſt Romæ ſepultus eſt. De illo Allatius adverſus Creyghtonum Exerc. VIII. & Petrus Arcudius lib. 2. Concordiæ de ſacramentis cap. 15. p. 112. ſeq. Scripta ejus qvæ mihi innotuere hæc ſunt:

1. *Ad Imperatorem Trapezuntium* Oratio ſive Epiſtola de ſacris dogmatibus. Incipit, ἡμεῖς ὦ θειότατε βασιλεῦ. Edita Græce & Latine ab Allatio Tom. 1. Græciæ Orthodoxæ p. 419-468. Rom. 1652. 4.

2. *Antirrheticus adverſus Marci Epheſii Epiſtolam* qvam ad omnes Chriſtianos ille pro non recipienda Synodo Florentina ſcripſit. Incip. Τὸ μὲν προοίμιον τȣ̃ αἰδεσίμȣ Ἐφέσȣ. Prodiit cum Jo. Matthæi Caryophylli verſione ad calcem Actorum Concilii Florentini Rom 1612. 1638. & T. ult. Conciliorum Binii A. 1618. p. 691. & T. XIII. Labbei p. 740. & T. IX. Harduin. p. 601.

3. *Apologia adverſus Marci Epheſii* ὁμολογίαν ſive *Confeſſionem*, incipit ὁ, τῆς Ἐφεσίων πόλεως. Adhuc inedita, ſed lecta Arcudio.

4. *Confutatio Marci Epheſii capitum adverſus Latinos ſyllogiſticorum.* Usqve ad caput XVII. Gregorius, cætera Gregorio operi immortuo Beſſario abſolvit.

5. Meminit etiam Gregorius compoſuiſſe ſe *Apologiam pro quinque Capitibus Florentini Concilii*, illamqve diverſam eſſe ab eorundem qvinqve capitum defenſione, qvæ Gennadii ſive Georgii Scholarii nomine legitur, Arcudius probat non contemnendis argumentis.

Cum hoc Gregorio non confundendus Gregorius Chius, hieromonachus & ipſe ac protoſyncellus recens ſcriptor Græcus Latinis infenſus, cujus ſynopſin dogmatum Eccleſiaſticorum editam Venetiis A. 1635. 8. citat Allatius in Conſenſu III. 17. & 18. pag. 1297. 1299. 1302. 1341. 1346. & de qvo dictum in diatriba de Georgiis, infra p. 817.

IV. NICEPHORUS BLEMMIDES Abbas doctrina auctoritate & virtute egregius qvi A. 1255. delatum Patriarchæ CPol. munus conſtanter reſpuit, hoc loco mihi eſt commemorandus qvoniam Jo. Veccus profeſſus fuit ſe lectis ejus ſcriptis permotum eſſe ut à Photianis partibus ad Λατινόφρονας accederet, qvemadmodum ſupra dictum p. 340. De eodem Blemmyda conſulendi Jo. Boivinus ad Nicephorum Gregoram p. 728. Stephanus de Altimura ſive Mich. le Qvien in panoplia contra ſchiſma Græcorum p. 360. ſeq. Allatius ad Georgium Acropolitam pag. 254. & contra Creyghtonum pag. 611. ſeq. & de Conſenſu pag. 712. ſeq. qvi p. 717. ſeq. vulgavit *Epiſtolam* ejus *Encyclicam* de pellice Imperatoris Michaëlis Palæologi Marceſina in Gregorii Thaumaturgi irrumpente monaſterium & à Blemmyda Abbate repulſa. *Orationem* ejus *de Veritate* citat Nicolaus Comnenus p. 356. prænot. Myſtagog. & *Orationem I. de myſteriis* pag. 173. & 258. *Exegeſis in Pſalmos & Cantica S. Scripturæ* MSta in Bibl. Coisliniana Pariſiis, & apud illuſtrem virum Scipionem Maffeum Veronæ, qvi in Epiſtola ad V. C. Apoſtolum Zenum (Giornale de letterati d' Italia Tom. VI. p. 478.) teſtatur *Geographiam* Blemmydæ MStam extare

tare in Bibl. Regia Taurinenſi. Hæc addere licebit iis qvæ de hujus viri ſcriptis notare me memini Volum. VI. pag. 341. ſeq. *Ex libris duobus de Spiritu S.* qvos Allatius Tom. I. Græciæ Orthodoxæ Græce & Latine edidit, non utrosqve dicatos Theodoro Laſcari (ut contra Græcos libro qvarto affirmat Manuel Caleca,) ſed priorem Jacobo Bulgariæ Epiſcopo inſcriptum reperit etiam Pachymeres libro VI. Hiſtoriæ, perinde ut in ſuo Codice Allatius.

V. ESAIAS CYPRIUS, cujus Epiſtola adverſus Nicolaum τὸν Σκλεγγίαν, pro probanda proceſſione Spiritus S. è Patre & Filio edita eſt Græce & Latine ab Allatio T. I. Græciæ Orthodoxæ p. 396--399. Incipit: καὶ ὁ γράψας καὶ ὁ διδάξας τὰ τεμάχη ἐκεῖνα. Vixit temporibus Joannis Palæologi, circa A. 1430.

VI. AGAPIUS Cretenſis Monachus in monte Atho circa A. 1640. vixit, ſcripſitqve librum qvi ex Græcis & Latinis collectus ſcriptoribus vulgari Græco & Arabico idiomate fertur & ἁμαρτωλῶν σωτηρία, *peccantium ſalus* inſcribitur, atqve auctoris ſumtibus illo qvo dixi Græco vulgari idiomate editus eſt Venetiis apud Antonium Julianum A. 1641. 4. Ex qvo aliqva produxit Antonius Arnaldus in opere de perpetua Eccleſiæ fide circa Sacramentum Euchariſtiæ, nec non Rich. Simon ad Gabrielem Philadelphienſem pag. 131. ſeq. 286. 291. ſeq. atqve in Epiſtolis ſelectis Gallice editis Tomo ſecundo Epiſt. 7. pag. 46. & Epiſtola 11. pag. 69. & 75. Arabicæ verſionis meminit Michael Nau in vera effigie Eccleſiæ Romanæ Græcæqve p. 125. Ejusdem Agapii qvoqve exſtant νέος παράδεισος ſive vitæ Sanctorum Venet. 1641. 4. & Θαυμάσια τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου *miracula ſanctiſſimæ Deiparæ*, item idiomate Græcobarbaro ſcripta atqve edita, ex qvarum partis tertiæ pagina 429. locum produxit Rev. Joh. Wulferus ad tractatum Mishnicum Schekalim p. 117. In Hendreichii pandectis Brandenburgicis legas Agapium Cæſareenſem, Euſebii Cæſar. vitam ſcripſiſſe teſte Sozomeno ac Caſſiodoro. Sed in Caſſiodori Hiſtoria tripartita IV. 13. Agapii nomen male irrepſit pro Acacii, qvod ex Socrate II. 4. reponendum. Agapio in Cæſareenſi Epiſcopatu Euſebius ſucceſſit. Fuit & Agapius Manetis diſcipulus * de qvo Petrus Siculus in Hiſt. Manichæor. & qvi de ejus ſcriptis & erroribus conſulendus Photius Cod. 179. Præterea Agapius Maſſalianus de qvo idem cod. 52. nec non Agapius Philoſophus Athenienſis, Procli diſcipulus de qvo Svidas, & non diverſus fortaſſe ab eodem Agapius Medicus ac Rhetor clarus Alexandriæ & CPoli de qvo idem Svidas & ex Damaſcio Photius Cod. 242.

VII. GE-

* Vide Volum. IX. p. 436.

Digitized by Google

VII. GEORGIUM PACHYMEREM licet ſchiſmatis propugnatorem arguit Allatius de Gregoriis infra p.718. tamen in Græcia Orthodoxa Tom. 1. pag. 390-395. Græce & Latine edidit ejus ſcriptum *adverſus eos qui dicunt* ὅτι διὰ τῦτο λέγεται Πνεῦμα Υἱῦ, διὰ τὸ ὁμοούσιον, ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ' αὐτῦ τοῖς ἀξίοις. *Ideo dici Spiritum Filii, quod habeat eundem atque ille naturam, vel quod dignis ab eo ſuppeditatur.*

In eodem Tomo I. pag. 469-536. exhibet GEORGII TRAPEZUNTII librum ad Joannem Cubocleſium, *de proceſſione Spiritus S.* Incipit: ὤκνυν μὲν πρότερον πρός σε γράφειν. Nec non ejusdem ad Hieromonachos & Sacerdotes Inſulæ Cretæ, *de proceſſione Spiritus S. & de una ſancta & Catholica Eccleſia.* pag. 557-582. Incipit: Σίμων ἱερομόναχος. Hunc Trapezuntium Græcis Λατινόφροσι adſcribendum nemo dubitat de cujus cæteris ſcriptis infra p. 723. ſeq. qvemadmodum de Pachymeræ pag. 704. ſeq. DE PETRI MEDIOLANENSIS ſcripto qvod in eadem Græcia Orthodoxa Tom. 1. legitur, dixi hoc ipſo Volumine pag. 330. & de NICETÆ Byzantini Volum. VI. pag. 430. De CONSTANTINI MELITENIOTÆ, Volum. IX. pag. 198. De GEORGII METOCHITÆ Diaconi, Allatius de Georgiis infra pag. 671.

*MAXIMI* CHRYSOBERGÆ * Monachi Oratio ad Cretenſes *de Proceſſione Spiritus S.* cum Latina Allatii verſione claudit volumen ſecundum Græciæ Orthodoxæ p. 1074-1088. Incipit: βυλόμενόν με ὦ ἄνδρες Κρῆτες. Non putem ab hoc diverſus fuit Maximus ille qvi Nilum Damylæ adverſarium & Græcorum dogmatum contra Latinos propugnatorem eſt expertus circa A. C. 1400. ipſe variarum Epiſtolarum ad Conſtantinopolitanos aliosqve Chriſtianos auctor. Vide Volum. VIII. pag. 770.

JOANNIS CUBOCLESII *Orationem de Proceſſione Spiritus S.* citat Nic. Comnenus pag. 306. prænot. myſtagog. Is Georgio Trapezuntio æqvalis, ſæculo decimo qvinto ſcripſit.

Sub ſæculi tertii decimi initia clarus NICETAS Theſſalonicenſis, de cujus *dialogis ſex de proceſſione Spiritus S.* dixi Volum. VI. pag. 434. Confer Stephani de Altimura Panopliam adverſus ſchisma Græcorum pag. 323. ſeq. & Allatium libro de proceſſione Spiritus Sanctus pag. 618. 619.

VIII. DEME-

* De Luca Chryſoberge ſupra p. 330.

VIII. DEMETRIUS *ὁ Κυδώνη*, ut in Codicibus MSS. Cæſareis, Regis Chriſtianiſſ. & Coisliniano & apud Cantacuzenum IV. 16. *Δημήτριος ὁ Κυδώνη*, & IV. 39. *παρόντος τοῦ Κυδώνη*, videtur ita cognomine potius appellatus quam *Cydonius* à Cydonia Cretæ in qua commoratus ſit ut viſum Lambecio lib. V. p. 185. Ob ſimilem cauſam ab aliis dictus Theſſalonicenſis a) vel Byzantinus: corrupte Verderio *Sydon* & Jo. Jacobo Friſio atque Poſſevino *Sidonius*. b) Joannem Cantacuzenum, cui Imperium gerenti carus ac familiaris fuerat, A. 1355. una cum Nicolao Cabaſila comitatus eſt, cum ille purpuram monaſtico habitu permutaret. Poſtea *Mediolanum venit*, Volaterrano teſte, *ubi litteris Latinis pariter & Theologiæ operam dedit. Poſtremo revertens in Creta ſubſtitit, ubi erogatis in pauperes bonis in quodam ibi Cœnobio perſancte, citra tamen profeſſionem vixit.* Superfuit adhuc A. 1384. cum Manuel Palæologus habenas capeſſivit Imperii, & ad illum Imperatorem litteras dedit. *Niphonem* Hieromonachum eundem eſſe cum hoc Demetrio, notavit Clariſſ. Caveus parte ſecunda Hiſtor. literariæ ſcriptorum Eccleſ. ad A. 1357.

Ex ejus ſcriptis exſtant. 1) *Epiſtolæ* ex quibus una ad Nicephorum Gregoram & altera ad Philotheum Patriarcham (qui ab A. 1362. ad 1376. fuit) CPolitanum edita eſt Græce & Latine à V. C. Joanne Boivino ante tomum primum Hiſtoriæ Nicephori Gregoræ. Pariſ. 1702. fol. Duas ad Philotheum MStas in Codice Regio 1334. memorat Labbeus p. 99. Bibl. novæ MSS. Alias XXX. ſervat Biblioth. Coisliniana p. 428. ſeq. decem ad Manuelem Imperatorem, tres ad Cabaſilam, tres ad Georgium Philoſophum, duas ad Caloferum, ſingulasque ad Deſpotam, Protoſebaſtum, magnum Domeſticum, Oeneotem, & ſcribas Imperatoris, præterea ſingulas ad Iſidorum Glabam Epiſc. Theſſalonicenſem, Alexium Caſandrenum, Prochorum fratrem, Phacraſam magnum primicerium, Aſtram & Aſanam. Unam denique ſine inſcriptione. Eſt etiam in Bibl. Regis Galliæ teſte Labbeo p. 296. Bibl. novæ MSS. Epiſtola pro Caucadeno Theodoro, ad quendam qui plurimum poterat apud Imperatorem. Alias tredecim MStas ſervat Bibliotheca Cæſarea, dignas ſupplemento Corpo-

Ccc

a) ὁ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, in Codice MSS. Epiſtolar. Cæſareo apud Lambecium lib. V. p. 184. Sic & Volaterranus lib. XV. commentar. Urbanor. *Demetrius Cydonius Theſſalonicenſis vir doctus æque ac ſanctus, Græca Latinaque facundia præditus.* Sed Allatio p. 856. de conſenſu utriusque Eccleſiæ, eſt Byzantinus.

b) Vide Lambecium lib. 1. p. 145.

Corporis Hiſtoriæ Byz. inſeri judice Lambecio V. p. 184. ex quibus novem ſunt datæ ad Manuelem Palæologum Imp. (qui fuit ab A. 1384. ad 1419.) cæteræ ſingulæ ad Chium Medicum, ad magnum Chartophylacem, Joannem Tarchaniotam & Deſpotam Theodorum. Illæ novem ad Manuelem Imp. habentur etiam in Codice Barocciano 90. Neſcio noſterne Cydo ſive Cydones intelligatur, ubi inter MSS. Iſaaci Voſſii memorari videas Gabrilopuli ad Cydonem & Cydonis ad Gabrilopulum Epiſtolam; cum canonibus ad captandas umbras æquales & inæquales. In Catalogo Bibl. Leidenſis p. 397.

2. *Monodia* ſive comploratio ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσοῦσι de civibus qui diſſidio, ſeditione ac tumultu inteſtino Theſſalonicæ A. C. 1343. ſub Imperio Joannis Cantacuzeni perierunt. Græce & Latine exſtat inter ſcriptores poſt Theophanem in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ p. 385--392. edente Franciſco Combefiſio Pariſ. 1685. fol. De illo tumultu Gregoras XIII. 10. & Joannes Cantacuzenus ipſe III. 94.

3. Συμβουλευτικὸς *Oratio ad Græcos deliberativa*, de periculo quod à Turcorum potentia & odio illis tunc imminebat, & de modis hoc avertendi illique occurrendi per concordiam cum Latinis, eorumque ſubſidium, nec non per fortem conſtantiam & cautam virtutem. Scripta hæc Oratio profecto Romam Imperatore eſt *Joanne Palæologo*, non Manuelis F. ut viſum Combefiſio p. 1281. quem ſequuntur Bibliothecæ Patrum Lugd. editores T. XXVI. p. 515. D. ſed filio Andronici Palæologi Jo. Cantacuzeni genero, cujus profeſſionem fidei A. C. 1369. Romæ editam ad Urbanum V. exhibet Allatius libro 2. de conſenſu utriusque Eccleſiæ cap. 17. p. 843. ſeq. Græce & Latine. Demetrii vero illam quam dixi Orationem utraque lingua edidit Combefiſius T. 2. auctarii novi p. 1221.--1281. Incipit: πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες. Latine ex Combefiſii verſione exſtat T. XXVI. Bibl. Patrum, Lugd. p. 515.

4. *De Callipoli*, clauſtro Cherſonneſi & Thraciæ, (quam A. 1357. jam a Turcis captam c) non diu poſt virtute aliorum Græci receperant) *non tradenda Murati* eam pro pace petenti. Incipit: ἔδει μὲν ὦ ἄνδρες. Græce & Latine in T. 2. auctarii novi Combefiſiani p. 1284.--1318. Et Latine T. XXVI. Bibl. Patrum p. 523.

5. Περὶ

c) Vide Io. Leunclavii pandectas Turcicos ad illum annum.

5. Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον*, *de morte contemnenda* oratio, quam Latine vertit *Raphaël Seilerus* Auguſtanus, & ex Jo. Jac. Fuggeri Bibliotheca cum Hermiæ irriſione primum edidit Græce & Latine Baſil. 1553. 8. Incipit: τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν. *Hieronymus Wolfius*, qui A. 1577. notas addidit, teſtatur in Codice Bibl. Fuggerianæ exſtitiſſe libellum ejusdem argumenti auctore *Nemeſio*, Νεμεσίου λόγος ὡς ἄλογός ἐστιν ὁ θανάτου φόβος, e quo magna pars hujus orationis ſit transſcripta usque ad verba p. 485. τοσαῦτα ἡμῖν εἰρήσθω. Continet autem præter hoc, quod promittit titulus, inſignia argumenta pro confirmanda animorum immortalitate, & egregias adhortationes ad vitam ita inſtituendam, ut ne beſtiarum more ſi vixerimus, non communem cum beſtiis interitum in morte, ſed graviora poſt mortem ſupplicia horrere cogamur. Utor editione, quæ lucem vidit Baſileæ 1577. 8. in faſciculo ſcriptorum d) cui titulus eſt: *Doctrina recte vivendi ac moriendi*, & qui prelo iterum ſubjectus fuit ibidem 1586. 8. Cum Æneа Gazæo olim editam elegantem & Philoſophice Chriſtianam diatriben vocat Barthius pag. 3000. Adverſar. reſpicit autem editionem Tigurinam A. 1559. fol. ubi inter Theologorum Græcorum veterum Orthodoxorum ſcripta Conrado Geſnero curante edita occurrit poſt Canones Apoſtolorum, Ignatii Epiſtolas, Athenagoræ Apologiam & librum de reſurrectione atque Theophraſtum Æneæ Gazæi Græce & Latine cum Seileri verſione, ſubjunctam habens Hermiæ irriſionem & Agapeti paræneticum.

6. *Homilia in S. Laurentium.* Incipit: οἱ σώφρονες τῶν ἐραστῶν. MS. in Codice Barocciano XC.

7. *Homilia alia*, cujus initium: τοῖς ὑπὲρ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. MS. in eodem Codice.



* In Codice Cæſareo inſcribitur: Δημητρίου τοῦ Κυδώνη λόγος ὅπως ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος, ἀποδεικνύων. Lambec. V. p. 210.

d) Scripta cætera ſunt: 1) Pars Theæteti *Platonis* cum Adolfi Occonis verſione Latina. 2) Libellus *Ariſtoteli* tributus de virtutibus cum verſione Iuſti Velſii. 3) *Georgii Gemiſti* Plethonis liber de virtutibus quatuor, cum verſione Adolfi Occonis & commentario Anonymi, quem Hieron. Wolfium eſſe conſtat, nec non Virtutum exactiore diviſione per Simonem Grynæum. 4) Ex *Nemeſii* libro de natura hominis capita de voluptate & ægritudine, cum verſione Nicaſii Ellebodii. 5) *Platonis* Antiochus cum ejusdem Hieron. Wolfii verſione & notis, qui non dubitavit poſt quinque alios interpretes hunc libellum de integro transferre.

Digitized by Google

8. *Solutio argumentorum quorundam circa incarnationem CHRISTI.* MS. in eodem Codice. Incipit: τὰ δὲ ἀνωτέρω πρὸς τῦτο.

9. *In Pentecoſten, de Spiritu S.* Incipit: οἱ μετὰ τὺς γενναίυς ἀγωνιςὰς εἰςιόντες. Meminit Allatius de conſenſu utriusque Eccleſiæ p. 857. Sermones in Pentecoſten Geſnerus memorat p. 195. Bibliothecæ.

10. *In Annunciationem B. Virginis*, homilia quæ incipit: ὅσαι τῶν πόλεων εὐ-λογίαν τοῖς βασιλεῦσιν. MS. in Codice Barocciano 90. Oxoniæ in Bibl. Bodlejana & in Bibl. Cæſarea, nec non in Regis Galliæ & Codice Coisliniano CCCXV. fol. 591. ubi notatur, eam non legi in Eccleſia, ſed ab ea improbari ἐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενον διὰ τὸ τῇ καθολικῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι.

11. *Proœmium*, cujus initium: ὅσοις ὁ Θεὸς ἄρχειν ἑτέρων καὶ βασιλεύειν. MS. in Bibl. Coislinianæ eodem Codice p. 701. Proœmia duo in Chryſobullum monaſterii in Didymoteicho MS. Regis Galliæ Cod. 1759. teſte Labbeo p. 83. Bibl. nova MSS. & 296.

12. *Ad Barlaamum* Hieracenſem ab A. 1342. Epiſcopum (non ab A. 1303. ut Caniſius) *de proceſſione Spiritus S.* cum Barlaami reſponſione ex MS. Codice Bavarico edidit Latine H. Caniſius T. VI. Lection. Antiquar. Ingolſtad. 1604. 4. unde recuſa eſt T. XXVI. Bibl. Patrum Lugd. 1677. p. 10. Incipit: *Cum olim tu partibus noſtris dimiſſis.* Confer Bzovium ad A. 1332. num. 5.

13. *Liber contra Gregorium Palamam*, in quo illius errores ex commentariis illius excerptos digerit refellitque. Edidit Græce cum verſione ſua & notis Petrus Arcudius in opuſculis aureis Theologorum Græcorum, Rom. 1630. 4. recuſis ibidem 1671. 4. Etiam Joannis Cypariſſiotæ libri octo contra Palamam in Codicibus quibusdam tribui ſolent Demetrio Cydonio.

14 *Liber de Proceſſione Spiritus S.* adverſus Maximum Planudem in capita duodecim diſtributus, prodiit Græce & Latine in eadem Arcudii collectione, una cum aliis ſcriptis quibusdam Jo. Vecci, Beſſarionis Cardinalis, & Maximi Planudæ.

15. *Alius liber ejusdem argumenti* diviſus in capita XLI. & rogatu amici cujusdam compoſitus. Incipit: ἐπὶ πολλῶν τῆς σῆς φιλομαθίας. MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium V. p. 183.

16. *Alius liber ejusdem argumenti* pro S. Thoma Aquinate adverſus elenchos Nicolai Cabaſilæ. Meminit Allatius lib. 2. de conſenſu cap. 18. §. 5. qui etiam obſervat laudari a Gennadio reſp. ad VI. ſyllogiſmum

mum Marci Epheſii contra Latinos. Incipit: ἡ μὲν κατὰ Λατίνων προθυμία τῶ ἀνδρὸς. Occurrit etiam MS. in Codice Barocciano 90. & in Bibl. Cæſarea, una cum Epiſtola Demetrii Cydonii ad amicum communicari ſibi illud opuſculum petentem, quæ incipit: τὴν μὲν ὅσαν αἰτίαν εἰ βόλει μαθεῖν. Ut teſtatur Lambecius loco laudato.

17. Neſcio præterea ubi exſtent Demetrii Cydones *Dialogi* Poſſevino memorati T. 1. Apparat. Sacri pag. 419.

18. *Contra Eunomium, de Divinitate Filii*, quod laudat Volaterranus lib. XV. Commentar. Urban. & fuit in Bibl. Scorialenſi.

19. *Liber de vita doctrina & miraculis Thomæ Aquinatis.*

20. *Chronographiæ ſacræ compendium* & *Genealogia CHriſti*, Servatoris noſtri ab Adam usque ad ejus Adſcenſionem, arbore ſucceſſionum expreſſa, quæ memoratur in Alexandri Barvoëtii Catalogo MSS. Bibl. Scorialenſis, & incendio illius Bibliothecæ A. 1671. periit.

## *Græce vertit è Latino*

21. *Richardi* Florentini, Monachi Dominicani clari circa A. C. 1300., *Confutationem Alcorani Muhamedici*, quam cum Latina verſione Bartholomæi Piceni edidit Theodorus Bibliander in Syntagmate Scriptorum Anti-Muhamedanorum, Baſil. 1543. fol. Recuſa Romæ 1606. 8. memoratur in Catalogo Bibliothecæ Barberinæ p. 322. Vide, ſi placet, quæ de hoc opere dixi Volum. VI. hujus Bibl. p. 691.

22. Etiam *Alcoranum* ipſum in Græcam Lingvam transtuliſſe fertur Demetrius apud Geſnerum in appendice Bibliothecæ, edita Tiguri A. 1555. fol.

23. Ex *Auguſtini* ſermonibus capita quædam transtuliſſe, Geſnerus & alii memorant.

24. *S. Thomæ* Aquinatis ſummam adverſus Gentes.

25. Ejusdem Summæ Theologicæ partem I. & II. MSS. in Bibl. Vaticana & Cæſarea.

26. Librum *de contemtu mundi.*

27. *Anſelmi* Cantuarienſis librum de proceſſione Spiritus S. contra Græcos. Incipit: οἱ μετὰ τὰς γενναίως ἀγωνιςὰς πιςεύοντες. Meminit Allatius p. 857. de conſenſu.

28. Ejusdem Anſelmi Epiſtolam de tribus quæſtionibus, ac præſertim de

fermento & azymo, ad Valerianum ſive Waleraunum, Nurembergenſem Epiſcopum. Incipit: *εἰδότι βραχέα λέγω.* Meminit Allatius loco laudato.

## ALII * DEMETRII,

### circiter centum.

DEmetrius *Adramytenus*, Grammaticus infra, Ixion.

Demetrius *Ætolicus* de quo Strabo lib. X.

Demetrius *Alabaldus*, ex quo excerpta de notis ponderum & menſurarum edidit Dionyſius Gothofredus in Auctoribus Latinæ Linguæ pag. 1526.

Demetrius *Alexandrinus* Mathematicus cujus *γραμμικὰς ἐπιστάσεις* laudat Pappus Alexandrinus p. 95. Idem fortaſſe quem de quaternario numero allegat Plinius XXVIII. 6.

Demetrius, Sophiſta *Alexandrinus* Favorini amicus, Galeno laudatus Peripateticus de quo Menagius ad Laërtii, V. 84. Hic fortaſſe auctor libri *περὶ ἑρμηνείας* qui fertur ſub nomine Demetrii Phalerii ut notavi lib. 4. c. 31. Ejus *τέχνας ῥητορικὰς* Laërtius loco laudato memorat.

Demetrius, *Alexandrinus* Epiſcopus ab A. C. 190. ad 231. qui cyclum Paſchalem & jejunia Eccleſiæ ſuæ tradidit, de quo Photius Cod. 118. Eutychius & alii: ex recentioribus Jobus Ludolfus ad hiſtoriam Æthiopicam commentario p. 383. & 437 ſeq. atque Euſebius Renandotus in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum p. 20. ſeq.

Demetrius *Amiſenus* in Sidena Ponti regione, Ratheni F. Mathematicus quem laudat Strabo XII. p. 548.

Demetrius *Amphipolites*, Platonis diſcipulus. Laërt. III. 43. & 46.

Demetrius *Anagnoſtes* cujus Grammatica Græca MS. Florentiæ in Bibliotheca monaſterii S. Mariæ, in Codice decimi quarti ſæculi.

Andreas Demetrius recentis ætatis ſcriptor qui Belgica Lingua ſcripſit: der Griecken opganck en oderganck. Dordraci 1599. 4. Res geſtas ducum veterum Athenienſium & Lacedæmoniorum usque ad Alexandrum Magnum perſequitur, quales à Cornelio Nepote, Plutarcho & aliis vetuſtis ſcriptoribus traduntur.

Deme-

* Demetrios varios collegerat ante me Jo. Jonſius lib. 2. c. 18. & Menagius ad Laërtium lib. V. ſect. 83. ſeq. quarum obſervatis plura mea adjunxi.

Demetrius *Antigoni* citatur á Stephano Byz. in κύπρος.

Demetrius *Apameus* ſive *Apameenſis*, Medicus Cœlio Aureliano pluribus locis laudatus, qui ejus περὶ σημείων citat lib. V. cap. 9. de morbis chronicis.

Demetrius. Dianæ ſervus *architectus* templi Epheſini, cujus mentio apud Vitruvium præf. libri ſeptimi.

Demetrius *Aſpendius* Apollonii Solenſis diſcipulus, Peripateticus. Laërt. V. 83.

Demetrius *Attaleus* ſive *Attalenſis* Medicus quem laudat Cœlius Aurelianus II. 2. de morbis chronicis, & ejus *librum ſignorum* III. 18. acut.

Demetrius *Bithynus* Diphili F. Panætii Stoici diſcipulus. Laërtius V. 84. Ejus Epigramma in Myronis bovem, Anthologiæ lib. IV. cap. 7.

Demetrius Bithynus Medicus laudatus Galeno IV. 7. de compoſitione medicam. ſecundum genera.

Demetrius *Byzantius* ſcriptor librorum de Poëtis & Poëmatibus, Peripateticus, de quo Voſſius in Hiſt. Græcis & Menagius V. 83. ad Laërt. Hunc Jonſius lib. 2. c. 18. pag. 209. putat eſſe Demetrium Peripateticum, de quo Plutarchus in Catone minore pag. 791. 793. Harduinus vero Demetrium quo uſus eſt Plinius libro 17.

Demetrius Byzantius qui libris XIII. ſcripſit Gallorum διάβασιν ſive expeditionem ex Europa in Aſiam, & aliis libris VIII. Antiochi & Ptolemæi geſta Libyæque ſub ipſis adminiſtrationem. Laërt. V. 83.

Demetrius *Calatianus*, quem de terræ motibus ſcripſiſſe ait Strabo lib. 1. p. 60. de Aſia & Europa libros XX. Laërt. V. 83.

Demetrius *Cantacuzenus* qui manu ſua ſcripſit Codices aliquot Græcos circa A. 1474.

Demetrius *Carthagenienſis* Rhetor antiquiſſimus. Laërt. V. 83.

Demetrius *Chalcedonius* in proverbia Salomonis MS. Labbe p. 79. & 386. Bibl. nova MSS.

Demetrius *Chalcocondyles* Grammaticus A. C. 1510. octogenario major defunctus Mediolani.

Demetrius *Chartophylax* ad Novellas Leonis & Conſtantini citatur à Nic. Comneno p. 382. prænot. myſtagog.

Demetrius *Chlorus*, Grammaticus qui citatur à Sexto Empirico lib. 1. contra Mathemat. ſect. 84. & ab auctore ſcholiorum ad Nicandri theriaca. Deme-

Demetrius *Chomatenus*, Bulgariæ Metropolita paullo ante captam A. 1204. à Latinis CPolin clarus, cujus reſponſiones quædam de jure Canonico exſtant in Jure Græco Romano lib. V. de gradibus cognationis p. 311. ad interrogata Conſtantini Cabaſilæ Metropolitæ Dyrrhaceni pag. 316. & de matrimonio cum conſobrina ejus, quam quis antea vitiaverit, ad Stephanum fratrem germanum, p. 410. Reſponſa ad Solitarium citat Nic. Comnenus p. 248. prænot. myſtagog. qui in præf. virum Juriſconſultiſſimum appellat.

Demetrius *Chryſoloras*.

Tres, Chryſoloras cognomine, eodem fere tempore fuiſſe notandum eſt (ut docet Allatius contra Creyghtonum p. 3. ſeq.) Manuelem, Demetrium & Joannem. *Manuel* * ſcriptore Paulo Jovio in elogiis, poſt ſeptingentos annos in Italiam Græcas literas reportavit, & Byzantio emiſſus à Joanne Imperatore, Europæ Reges adiyit, pereunti Græciæ maturam opem imploraturus; Sed Græcia præſenti metu liberata, quod Tamberlanus terror Orientis Bajezetem Ottomannum vivum cepiſſet, in Italia pedem ſiſtit, & Venetiis primum, & mox Florentiæ, Romæque, ac demum vocante Galeatio Principe, Ticini Græcarum literarum ingentibus præmiis ſtudium excitavit, tanta felicitate, ut ex ejus Schola ſummæ laudis ingenia prodierint. Inter quæ fuerunt Leonardus Aretinus, Franciſcus Barbarus, Pallas de Noferi, Strozzius Franciſcus, Gvarinus Veronenſis, Philelphus & Poggius. His adde Nicolam Nicolum, Petrum Paulum Vergerium, Albertum Rubeum, Leonardum Iuſtinianum, Philippum Ugolinum, Ambroſium Camaldulenſem, Andream Dominicum Florentinum, Antonium Corbinellum, Jannoctium Manettum, ſive ut eum vocat Leander Albertus, Janettum Manettum. Poſtremo cum Conſtantiæ Synodus ad tollendum Pſeudo-Pontificium controverſiam indicta, tantum ſpectaculi cupidum

* Hujus Manuelis Chryſoloræ elogium in Roberti Creyghtoni præf. ad Synodum Florentinam Silveſtri Syropuli, qui Sect. 2. c. 7. Manuelis etiam meminit, licet in Latina verſione *Michael Chryſoloras* exhibeatur. Videndi præterea Iſaacus Bullart Academ. des ſciences T. 1 pag. 265. Paulus Freherus theatro Virorum doctorum p. 1423 ſeq & Viri Clariſſimi qui Hiſtoriam Concilii Conſtantienſis tradiderunt Latine quidem Hermannus ab Hardt prolegom. p. 10. ſeq. & Gallice Iacobus Lenſant lib. 2. p. 125. Andreæ Iuliani oratio dicta in Chryſoloræ funere & edita ab eodem Lenſantio ad calcem Poggianorum p. 327. Idem denique Hermannus ab Hardt in memoria Chryſoloræ Byzantini, qui A. 1390. Græca ſtudia in Occidente ſuſcitavit primus; & Weſſeli Groningenſis, Helmſt. 1718. 8.

pidum exciviſſet, Conſtantiæ interiit, ibique tumulatus eſt in Prædicatorum Monaſterio ante Aram, cujus legitur hoc Epitaphium: *Manuel Chryſoloras Miles Conſtantinopolitanus ex vetuſto genere Romanorum. Qui cum Conſtantino Imp. migravit, Vir doctiſſimus, prudentiſſimus, optimus, qui tempore Generalis Concilii Conſtantienſis diem obiit ea exiſtimatione, ut ab omnibus ſacerdotio dignus haberetur, die XV. April. conditus eſt Anno MCCCCXV.*

*Ille ego* ** *qui Latium priſcas imitarier artes*
*Exploſis docui ſermone ambagibus, & qui*
*Eloquium magni Demoſthenis & Ciceronis*
*In lucem retuli Chryſoloras nomine notus,*
*Hic ſitus, emoriens peregrina ſede quieſco.*
*Huc me Concilii deduxit cura, trium dum*
*Pontificum Eccleſiam vexaret ſchiſma per orbem.*
*Roma meos genuit majores, me bona tellus*
*Byzantina tulit, cineres Conſtantia ſervat.*
*Quo moriare loco, nil refert. Undique cœlum*
*Pœnarumque locus menſurâ diſtat eâdem.*

Notat Jovius, nulla opera præter *Artis Grammaticæ Regulas*; † gravioris doctrinæ monumenta reliquiſſe. Ego ipſius *comparationem veteris & novæ Romæ*, nec non *Epiſtolas*, alteram ad Joannem Chryſoloram, alteram ad Demetrium Chryſoloram, Græce ſcriptas elegantiſſime, editasque a Petro Lambecio in poſtrema Codini impreſſione de Antiquitatibus Conſtantinopolitanis, Pariſ. 1665. fol. nec non *tractatum de proceſſione Spiritus Sancti* contra Græcos, brevem, ſed ſatis acutum & ſolidum legi. Incipit: Ῥωμαίοις γράφων ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φησίν. His adde *Verſionem Græcam Liturgiæ S. Gregorii Papæ*, de qua infra p. 700

Alius eſt *Joannes* Chryſoloras, ad quem exſtant Epiſtolæ Manuelis Chryſoloræ, & Nicephori Gregoræ de Ecclipſibus Solaribus; cujus illud eſt principium: Τὴν μὲν παροιμίαν, ἀεί τι Λιβύη, φάσκουσαν. An aliquid ſcripſerit, clam me eſt. Et forte ille eſt, cujus meminit Georgius Phranza non ſine laude; quamvis addat, eum ſententiarum Barlaami, Monachi Calabri ſectatorem, a Gregorio Palama fuiſſe oppreſſum, lib. 1. cap. 12. *Quod Joanni Chryſoloræ eadem ſentienti, dicendique ac diſputandi ſimiliter bene perito perinde fecit.* Et ſupra de Calabro ſcripſerat: *Perſvaſibilia verba, & nugas Calabri Palamas veluti aranearum telas discuſſiſſe.* Etſi quæ de



** Horum verſuum auctor Æneas Sylvius. † Confer quæ notavi Volum. VI. p. 484.

de Joanne dicit Protoveſtiarius, ad Manuelem referat Jacobus Pontanus. Hic Joannes ſocer fuit (non Emanuel Chryſoloras, ut Voſſio & aliis perſuaſum) Franciſci Philelphi viri clariſſimi. (Vide Giornale de' letterati d'Italia T. XIV. p. 319. ſqq.) Ad eundem Joannem Epiſtola Michaelis Apoſtolii CPoli data, MS. in Bibl. Cæſarea.

Tertius eſt *Demetrius* Chryſoloras, φιλόσοφος, καὶ περὶ τὴν ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην, ἄλλως δὲ καὶ φίλος τοῦ σοφοῦ βασιλέως Μανουὴλ, *Philoſophus & Aſtronomicæ ſcientiæ operam navans, alio etiam nomine ſapientis Imperatoris Manuelis perneceſſarius.* Hic interrogatus an aliquid ſciret ex artis peritia circa futurum, reſpondit: ὡς ὁ ἕβδομος Παλαιόλογος μέλλει ποιήσειν τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἕνωσιν, καὶ μέλλει γενέσθαι καὶ πολὺ κακὸν εἰς τοὺς Χριστιανούς. *Septimum Palæologum initurum concordiam cum Latinis, & poſtmodum magnam calamitatem Chriſtianis maxime exitiabilem futuram.* Syropulus ſect. 3. cap. 8. Hic Demetrius ſcripſit *Dialogum* in quo colloquuntur Thomas, Nilus, Cydones, Chryſoloras, *adverſus Demetrium Cydonium* † qui pro Thoma Aquina calamum adverſus Nilum Cabaſilam ſtrinxerat, incipit: Μέγας μὲν ὁ τῶν ὁμοφύλων καθ' ἡμῶν πόλεμος καὶ πολὺ τῶν ἀλλογενῶν ἰσχυρότερος. Exſtat & *alter adverſus Latinos dialogus* cujus titulus: οὐ δίκαιον ἐστι ὀρθοδόξοις ἑτέρων ὀρθοδόξων κατηγορεῖν ἐν οὐδενὶ πράγματι. Incipit: τί δὲ τὸ κατηγορεῖν, ὦ Θεοδόσιε, καὶ τίνες οἱ τούτῳ χρώμενοι. *Item tractatus ex libris Nili contra Latinos de proceſſione Spiritus S.* qui inſcribitur: κατὰ Λατίνων λόγος συνοπτικὸς ἀφ' ὧν ἐποίησεν ὁ ἁγιώτατος Νεῖλος ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης οὗ καὶ τὰς λύσεις καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἐνστάσεις καὶ τοὺς συλλογισμοὺς αὐτοῖς σχήμασιν ἀποδεικνὺς ἐν συντόμῳ κατὰ συλλογισμῶν ἕκαστον. Incipit: ἀρχαία δόξα τῇ ἐκκλησίᾳ. Legitur etiam ipſius *in S. Martyrem Demetrium* laudatio non inelegans, Incipit: Δημήτριε τὸ γλυκὺ πρᾶγμα καὶ θαυμαστὸν ὄνομα. Edita etiam eſt ejuſdem *Epiſtola ad Barlaamum* Epiſcopum Giracenſem Latina, *qua ponens omnia dubia de proceſſione Spiritus S. petit ab eo ſcire per quas ipſe cogitationes ex opinando, quod ex ſolo Patre Spiritus S. procedit, reverſus eſt ad tenendum, quod etiam ex Filio procedit*, foratſſe ab eodem Barlaamo. Latina facta, mihi enim usquedum Græcam videre non contigit. Epiſtolæ reſpondit ipſe Barlaamus, & legitur reſponſio in Bibliotheca Patrum editionis Colonienſis. Legitur

† Antirrheticum Demetrii Chryſoloræ adverſus Demetrium Cydonium citat Allatius contra Hottingerum p. 49.

Digitized by Google

tur præterea Demetrii Chryſoloræ alia *ad Antonium Aſculanum Epiſtola* dubitantem ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν κρεῖττον τοῦ μὴ ὄντος, πῶς ὁ Κύριος εἴρηκε περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη. Incipit: Ἀποροῦντί σοι ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος κρεῖττον. Hæc Allatius, adverſus Creyghtonum p. 3. ſeq. & de conſenſu p. 861. Demetrii Chryſoloræ *Epiſtola centum ad Manuelem Palæologum Imp.* MStæ in Bibl. Bodlejana. Vide Catalogum MStorum Angliæ p. 14. Plura de Demetrii hujus Theſſalonicenſis ſcriptis, ut de *homiliis*, & de *Epigrammate in Theodorum Deſpotam funebri*, Rob. Gerus in appendice ad partem ſecundam Hiſtoriæ literariæ ſcriptorum Eccleſiaſticorum præſtantiſſimi Cavei, ubi notat illam *diſceptationem cum Antonio Aſculano* habitam coram Manuele Imp. de verbis CHriſti *melius eſſe Judæ ut natus non eſſet*, cum tamen ens non ente præſtet, Latine exſtare ex verſione Georgii Trombæ, vulgatam Florent. 1618. 4.

Demetrius *Chytras*, Cynicus tempore Conſtantii Imp. vide Henr. Valeſium ad Ammiani Marcellini XIX. 13.

Demetrius *Cnidius* citatur à Scholiaſte Apollonii.

Demetrius, *Comœdiæ* veteris Poëta. Laërt. V. 85. De ejus dramatibus dixi lib. 2. c. 22.

Demetrius *Conſtantinopolitanus*, vide infra, *Pepagomenus*. Etiam inter Epiſcopos CPolitanos ante Conſtantinum Magnum a quibusdam Demetrius memoratur, qui aliis Domitius eſt, frater ut ajunt vel filius Probi Imp. vide Lambecium VIII. p. 215. ſeq. & Stephanum de Altimura p. 181. panopliæ.

Demetrius *Corinthi* verſatus Cynicus, cujus mentio apud Lucianum adverſus indoctum p. 388. Idem ut videtur quem patria Sunienſem vocat in Toxari T. 2. p. 51.

Demetrius *Cumanus*, in numo Goltziano.

Demetrius *Cydones*, de quo ſupra.

Demetrius *Cynicus* Senecæ, Eunapio & aliis laudatus de quo Jo. Jonſius III. 7. p. 248. & Godfridus Olearius ὁ μακαρίτης ad Philoſtratum p. 163. & quæ dixi lib. 3. cap. 12. Fuere & alii duo Cynici Demetrii juniores, ſupra in *Chytras* & *Corinthius*.

Demetrius *Cyrenæus*, cognomento στάμνος ſive amphora, Grammaticus, cujus meminit Laërtius V. 84.

Demetrius Syncellus, Metropolitanus *Cyzicenus*, ſcriptor Hiſtoriæ Byz. laudatus à Joanne Scylitza & Cedreno: ex quibus colligas

gas ſub Mich. Paphlagone floruiſſe medio ſæculo XI. Ejus expoſitionem de Jacobitarum & Chatzitzariorum hæreſi Græce & Latine edidit Combeſiſius T. 2. Auctarii novi p. 261. Latine exſtat T. XII. Bibl. Patrum Lugd. p. 813. Ejusdem de nuptiis prohibitis, Græce & Lat. in Jure Græco Rom. lib. VI. p. 392. Reſponſum de eo qui uxorem occiderat, citat Nic. Comnenus p. 278. prænotionum myſtagog.

Demetrius Diaconus qui in monte Atho libros Græcos manu ſua deſcripſit circa A. C. 1432. Vide Clariſſ. Montfauconi Bibl. Coislinianam pag. 113.

Demetrius Theſſalonicenſis *Diaconus* CPol. cujus Epiſtola ad Philippum Melanchthonem (quem præceptorem ſuum appellat) data Anno. 1559. legitur in Martini Cruſii Turco Græcia lib. IV. pagina 263. Idem p. 264. teſtatur per hunc Demetrium miſſam fuiſſe Græcam verſionem Auguſtanæ Confeſſ. compoſitam à Melanchthone ad Joaſaphum Patriarcham CPol.

Demetrius Dianæ ſervus, de quo Vitruvius VII. 1.

Demetrius *Epheſius* Eupatoris F. in numo Goltziano.

Demetrius *Epicureus* Protarchi Bargyleitæ diſcipulus, patria Lacedæmonius laudatus Straboni, aliisque: de quo dixi ad Sextum Empiricum pag. 161.

Demetrius *Erythræus* tempore Luculli & Mithridatis Grammaticus, Laërt. V. 84. Svidas in Τυραννίων. Mox apud eundem Laërtium V. 85. Demetrius Erythæus alter memoratur ποικιλογράφος ἄνθρωπος, quem hiſtorica & rhetorica ait ſcripſiſſe.

Demetrius *Eucerus* Antiochi Gripi filius, Rex Damaſci, de quo Joſephus.

Demetrius *Euthydemi* Bactrianorum Regis F. de quo Strabo lib. XI.

Demetrius *Gadarenſis* Pompeji libertus, in cujus gratiam poſt Hieroſolyma occupata Gadaram inſtauravit ut narrat Joſephus lib. 1. de bello Judaico cap. 5. Meminit illius Seneca de tranquillitate c. 8. & Plutarchus in Catone Uticenſi.

Demetrius *Gemiſtus* Diaconus, magnæ Eccleſiæ CPol. protonotarius cujus διάταξιν ſive ordinem ordinationum & liturgiæ Patriarchalis in Eccleſia CPol. Græce & Latine exhibet, atque eruditis notis illuſtrat Iſaacus Habertus in Pontificali Græcorum. Pariſ. 1643. fol.

Lau-

Digitized by Google

Laudatur, Cangio, teſte in libro Sacramentorum Eccleſiæ Græcæ, Cod. Reg. 2411.

Demetrius Grammaticus Tarſenſis apud Plutarch. de Oraculor. defectu, p. 417. Alios vide in Ixione, Magnete, Scepſio, Trœzenio.

Demetrius cognomento *γραφικὸς* egregius pictor. Laërt. V. 83.

Demetrius Hypatus ad quem Theodori Studitæ Epiſtolæ.

Demetrius Jamborum Poeta amarulentus, Laert. V. 85.

Demetrii, qui *Joannis* Deſpotæ ſeu Principis Moldaviæ ſcriba fuit, Epiſtola ad Joaſaphum Patriarcham CPol. poſt A. 1550. ſcripta legitur in libro quarto Turco Græciæ Martini Cruſii.

Demetrius Ixion, Adramytenus e Myſia Grammaticus, de quo viri docti ad Laert. V. 84.

Demetrii *καταιβάτου ἱερόν*. Clemens Alex. p. 36. protreptici.

Demetrius *Laco*. ſupra, Epicureus.

Demetrius Romanus genere, patria *Lampenus* ex Lampe Aſiæ, qui ad Manuelem Comnenum miſit ſcriptum in quo Arii ſententiam propugnabat. Vide Joannem Cinnamum libro IV. p. 273. ſeqq. edit. Cornelii Tollii, & Allatium de conſenſu p. 689.

Demetrius *Lentares* qui aliquot Codices Græcos manu ſua deſcripſit circa A. 1475.

Demetrius ad quem Libanii Rhetoris Epiſtolæ.

Demetrius *Magnes*, pro quo apud Dionyſium Halicarnaſſ. in Dinarcho T. 2. p. 112. editur *Δῆμος ὁ Μάγνης*, ſcripſit *περὶ συνωνύμων πόλεων*, teſte Plutarcho in Demoſth. Stephano Byz. in *ἀλαβῶν*, Harpocratione & Svida in *Μεθώνη*. Ejusdem *περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων*, in quibus Callimachi *πίναξι* uſus fuerat, laudant idem Harpocrationa in *ἰσαῖος*, Laertius, Athenæus &c. Vide Voſſium de Hiſtoriis Græcis, Meurſium in Bibl. Græca & Jonſium de ſcriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, Menagium p. 225. ad Laertium.

Demetrius *Martyr* Theſſalonicæ ſub Maximiano, cujus memoriam recolunt Græci & Latini VIII. Octobr. De illo Photius Cod. 255. & plura Græcorum ſcripta quæ laudavi Volum. IX. pag. 71. ſeq. Omitto alios Demetrios martyres minus celebres, quorum memoria tamen in Martyrologiis vel Menologiis 25. Jan. 1. 8. 12. 21. 30. April. 6. 11. 25. 29. Maj. 18. Jun. &c.

Demetrius *Mathematicus*. Supra in Amiſeno, & Alexandrino. Ex his eſt qui de quaternario numero ſcripſit teſte Plinio XXVIII. 6.

Demetrius *Medicus*, ſupra in *Apameenſi*, *Attalenſi*, *Bithyno*.

Demetrius Marci Antonini Imp. archiater cujus mentio apud Galenum lib. 1. de antidotis c. 1.

Demetrius *Megas* Siculus, poſtea à Dolabella patrono ſuo P. Cornelius dictus, cum quo vetuſtum hoſpitium magnamque familiaritatem ſibi fuiſſe teſtatur Cicero XIII. 36. ad familiares.

Demetrius *Mileſius* in veteri Inſcriptione apud Gruterum pagina DCCCCII.

Demetrii *Moſchi* Laconis de Helena & Alexandro poëma Græce, & Pontico Virunio interprete Latine in 4. Hic ſæculo decimo quinto vergente vixit, Grammaticus Orator & Poëta non contemnendus. Vide H. Stephanum de infidis Græcæ Linguæ Magiſtris p. 143. & 151.

Demetrius Nauplii Dux circa A. 1461. ad quem Georgius Amyrutzius ſcripſit adverſus Synodum Florentinam. infra, p. 818.

Demetrius Neronis principatu à tota ſeplaſia accuſatus apud Conſules ob caritatem annonæ illatam. Plin. XXXIII. ult.

Demetrius *Nicanor* Rex, de quo Joſephus.

Demetrius *Odeſſenus*, qui ſcripſit de rebus Odeſſi patriæ ſuæ in Ponto Civitatis. Steph. in ὀδησσός.

Demetrius *Pepagomenus* de podagra, arthritide & id genus morbis ad Mich. Palæologum (qui ab A. 1282. imperitavit) liber Michaeli Pſello ab aliis tributus, MS. inter libros Iſ. Voſſii, Lugduni Batavorum. Prodiit Græce Pariſ. 8. & cum latina verſione ibid 1558. 8. apud Guil. Morellum. Gallice etiam Federico Jamotio interprete & ex Gallico Latine à Jo. Borgeſio Belga, Audomari 1619. 8. Alius Demetrius *Pepagomenus* qui Codicem MS. Græcum de re accipitraria, qui exſtat in Bibl. Laurentiana Florentiæ, ſcripſit A. 1454. teſte celeberrimo Montfaucono p. 98. palæographiæ Græcæ. De ejus Hieracoſophio dixi lib. 1. cap. 25. §. 6.

Demetrius Ciceroni V. de fin. c. 19. in quibusdam Codd. *Phalericus*, aliis *Phalereus* à Phalero Atticæ, diſcipulus Theophraſti, Athenarum princeps doctrina & eloquentia clariſſimus de quo dixi lib. 3. cap. 11. & de libro περὶ ἑρμηνείας qui ſub ejus ambulat nomine, & rectius fortaſſe refertur ad Demetrium Alexandrinum, lib. 4. c. 31. Plura de hoc Demetrio Phalereo etiam Laertius lib. V. 75. ſeq.

Demetrius Phalereus interpres Nicandri Stephano Byz. laudatus in κορόπη.

ῥόπη, niſi vocabulum *Phalereus* eſt gloſſema, ut viſum Jonſio p. 210. & Demetrius Chlorus intelligendus.

Demetrius Phallyræus CPolitanus, vir doctus, qui Romæ vixit circa A. 1654.

Demetrius *Pharius* quem præter Strabonem p. 315. & Polybium lib. VII. laudat Plutarchus Arato p. 1059. D.

Demetrius Phyſicus allegatur à Plinio Hiſt. VIII. 17.

Demetrius pictor, Laert. V. 83.

Demetrius Platonis diſcipulus, ſupra in Amphipolite.

Demetrius *Platonicus* junior de quo dixi lib. 3. c. 3.

Demetrius Poeta cujus hosce verſus memorat Laertius V. 85.

Ζωὸν ἀτιμήσαντες ἀποφθίμενον ποθέουσι
Καί ποθ' ὑπὲρ τύμβοιο καὶ ἀπνόου εἰδώλοιο
Ἄστεα νεῖκος ἐπῆλθεν ἔρειν δ' ἐστήσατο λαός.

*Contemnunt vivum, quem mox poſt funera quærent,*
*Et ſuper exanimi nonnunquam umbra atque ſepulchro*
*Contendere urbes amplæ, populique potentes.*

Demetrii Poliorcetæ vitam ſcripſit Plutarchus.

Demetrius *ὁ πύκτης, pugil, ἐν τῷ περὶ διαλέκτου* citatur ab Etymologia magno in *μάλωψ*.

Demetrius *Ratheni* F. ſupra in Amiſeno.

Demetrius Raules Cabaces. Ejus Epiſtola ad filium Manuelem Græce & Latine edita ab Allatio contra Creyghtonum p. 617. ſeq. differens de gente Metochitarum, ex Gemiſti Plethonis Philoſophi teſtimonio. Citat etiam Georgii Pachymeris Hiſtoriam.

Demetrii *Sagalaſſenſis* Παρθενικά, Lucianus de ſcribenda hiſtoria T. 1. pag. 625.

Demetrius *Salaminius*, cujus apud Stephanum Byz. mentio in *Καρπασία*.

Demetrius *Satyricus*, Tarſenſis. Laert. V. 85.

Demetrius *Scepſius* Grammaticus, Cratetis & Ariſtarchi æqualis, qui *τρωϊκὸν διάκοσμον* libris triginta enarravit, ſæpe laudatus Straboni & Athenæo. Idem auctor *Αἰγυπτιακῶν* quæ citat Athenæus lib. XV. p. 680. Fortaſſe & Παμφυλικῶν, quorum meminit Tzetzes ad Lycophronem v. 440. & libri de regibus Judæorum, allegati à Clemente 1. Strom. p. 337. Idem Clemens Demetrii librum ſecundum

dum *Ἀργολικῶν* citat in protreptico p. 30. Vide quæ viri docti ad Laertium V. 84.

Demetrius *Serbus* circa A. 1475.

Demetrius *Sguropulus* ſive *Syropulus*, ad quem una & altera Theodori Gazæ Epiſtola lecta Allatio p. 18. contra Creyghtonum.

Demetrius Megas *Siculus*, P. Cornelii Dolabellæ libertus, de quo ſupra ex Cic. XIII. 36. Epiſt. ad familiar.

Demetrius *Smyrnæus* Rhetor. Laert. V. 84.

Demetrius *ſtatuarius*, cujus ex Polemone meminit idem V. 85. Plin. XXXIV. 8.

Demetrius *Sunienſis*. ſupra, *Corinthius*.

Demetrius *Syncellus*. Vide in Cyziceno.

Demetrius Syracuſius Diodoti F. in inſcriptione Goltziana.

Demetrius *Syrus*, Ciceronis Magiſter, teſte ipſo in Bruto.

Demetrius *Tarſenſis* Grammaticus Plutarcho laudatus lib. de oraculorum defectu. Demetrii Tarſenſis σατυρογράφε meminit Laertius V. 85.

Demetrius *Thalaſſius* inter ICtos Græcos à Nic. Comneno laudatus.

Demetrius Theſſalonicenſis Martyr, de quo Photius Cod. 255. ſupra in Martyre.

Demetrii alii *Theſſalonicenſes* duo, de quibus ſupra, *Cydonius* & *Diaconus*.

Demetrius *Tornicius* qui tanquam ex perſona Iſaacii Angeli Comneni circa A. 1193. ad quendam Epiſcopum ſcripſit de proceſſione Spiritus S. Incipit. τὸ μέγα τῆς πρωτοβεστιαρίου σαλὸν αὐτοῦ ἀντίγραμμα πρὸς τὴν δι᾽ αὐτοῦ ἀποκομισθεῖσαν. MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi memorat Allatius p. 705. de conſenſu utriusque Eccleſiæ.

Demetrius Τραγῳδιῶν ὑποκριτής. Heſych. Δημήτριος. Acroni δραματοποιός, ad hæc Horatii lib. 1. Sat. 10. *Demetri, teque Tigelli Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras.*

Demetrius *Triclinius* clarus ante annos trecentos, cujus exſtant Scholia in Sophoclem, de quibus ſupra lib. 2. c. 17. p. 634. Nec non in Theogoniam Heſiodi. Vide Neſſelium parte IV. p. 21. Idem recenſuit Empedoclis ſphæram, ut dixi lib. 2. c. 12. §. 9.

Demetrius *Træzenius* Grammaticus laudatus ab Athenæo p. 139. & ab auctore certaminis Homeri atque Heſiodi.

Demetrii *Zeni*, Zacynthii Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών, verſibus Græcis politicis lucem vidit Venet. 1529. 8.

IX. BESSA-

IX. BESSARIONIS, a) viri magni atque eruditiſſimi laudes digna Oratione perſecutus eſt Baptiſta Platina, quæ apud Bzovium ad A. 1472. n. 31-38. legitur. Mihi in præſenti ſatis eſt notaſſe, quod ille patria Trapezuntius & Monachus Ordinis S. Baſilii & Archiepiſcopus Nicænus Græcæque Eccleſiæ antea promachus, primum ſtudio conciliandi, deinde ubi hoc non videt ſuccedere, Latina dogmata adverſus Græcos ſuos defendendo Romanas partes ſtrenue & conſtanter ſectatus fuit, ſummosque ab his tulit honores primus Græcorum inter Cardinales cooptatus A. 1439. ab Eugenio IV. & à Pio II. Patriarchæ CPolitani ornatus titulo A. 1463. * Epiſcopus præterea Tuſculanus conſtitutus, futurus etiam poſt Pium II. A. 1664. defunctum Pontifex maximus, niſi parum officioſa ut ajunt Nicolai Perotti admiſſionalis ſui moroſitate b) Cardinalium animos a ſe alienaſſet. Diem obiit Ravennæ 15. Nov. 1472. redux è Gallia in quam à Sixto IV. legatus fuerat: Romæ ad SS. Apoſtolos ſepultus, ubi A. 1466. vivus & ſpirans ſibi monumentum ** poſuit. Vel in purpura mores ſemper Græcos retinuiſſe, barbamque prolixam deraſæ tunc ex more gentis Romæ ſemper objeciſſe, (quod effigies ejus etiam apud Lambecium c) teſtatur) & domum ejus patens ac clemens aſylum ſapientiæ Græcæ profugæ poſt expugnatam CPolin fuiſſe, Græci ipſi d) celebrant.



a) De Beſſarione præter Bzovium & Odoricum Raynaldum, atque in Cardinalium vitis Ciacconium, in promtu eſt conſulere Jovii elogia, Gaddium de ſcriptoribus non Eccleſ. Varillaſium libro IV. anecdotor. Florentin. Bullartii Academ. T. 1. p. 9. Boiſſardi imagines T. 1. p. 136. H. Warthoni auctarium ad Guil. Cavei Hiſt. literar. ſcriptorum Eccleſ. Hendreichii pandectas Brandenb. &c.

* Bzovius ait hoc factum eſſe A. 1453. à Nicolao V. Sed malui ſequi Raynaldum & alios, qui hoc ad A. 1463. referunt.

b) Menagius in lectionibus Italice editis ad carmen ſeptimum Franciſci Petrarchæ p. 10. Svite du Menagiana p. 127. ſeq. Bernardus Moneta (de la Monnoye) in Tomo IV. Menagianorum p. 127. ſeq.

** Apud Lambec. VI. p. 275. & in Monumentis illuſtrium virorum Gisberti à Zyl. p. 56. *Beſſario Epiſcopus Tuſculanus S. R. E. Card. Patriarcha CPol. nobili Græcia ortus oriundusque ſibi vivens poſuit Anno Salutis MCCCCLXVI.*

Τοῦτ' ἔτι Βησσαρίων ζῶν ἤνυσα σώματι σῆμα
Πνεῦμα δὲ φευξεῖται πρὸς Θεὸν ἀθάνατον.

c) Lambecius VI. de Bibl. Vindob. p. 274.

d) Nic. Comnenus prænot. myſtagog. p. 348.

## *Scripta Beſſarionis Græca.*

1. *Oratio de unione ineunda.* Incipit: τῶν μεγάλων πραγμάτων οὐ τὰ τέλη μόνον. Græce & Latine in Actis Concilii Florentini T. XIII. Labbei p. 35-46. & T. IX. Harduin. p. 27.--35.

2. *Oratio dogmatica de unione.* Incipit: Τὴν μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ. Græce & Latine Beſſarione ipſo interprete in Actis Concilii Florentini T. IV. Binii p. 557. T. XIII. Labbei p. 391-455. & Harduini T. IX. p. 319-372. Confer Allatium III. 3. de conſenſu p. 931.

3. *Phyſicæ demonſtrationes de DEo*, de immortalitate animæ & de incarnat. CHriſti MSS. in Bibl. Bodlej.

4. *Contra Marcum Epheſium*, cum ad priora ejus capita XVII. Latinis oppoſita reſpondiſſet Gregorius Protoſyncellus, & cætera abſolvere per fata fuiſſet prohibitus. Vide Arcudium lib. 2. de concordia p. 113. Allatium p. 932. & Lambecium lib. V. p. 174.

5. *Epiſtola ad Thomæ Palæologi filiorum pædagogum* Anconam miſſa Roma 9. Auguſt. 1465. ſervata à Phranza III. 27. & à Iac. Pontano notis ad Phranzam p. 309. Græce, deinde à Meurſio Græce & Latine editam, nec non ex Meurſii editione à Labbeo, ut dixi Volum. VI. p. 241. Incipit: εὐγενέστατε ἄνερ καὶ ἡμῶν φίλτατε φίλων, ἐδεξάμην καὶ πρότερον,

6. *Epiſtola ad Alexium Laſcarim Philanthropenum* dicta *Antidotus*, de ſucceſſu *Synodi Florentinæ* & *de proceſſione S.* Incipit: Σὺ μὲν οὐ τὰ ἀνθρώπινα μόνον. Græce & Latine ex duplici verſione, Beſſarionis ipſius altera, altera Arcudii edita à Petro Arcudio in Opuſculis aureis Theologicis vulgatis Romæ 1630. 4. & recuſis 1671. 4. Latine exſtat in Conciliis Labbei T. XIII. p. 1228-1262. & Harduini T. IX. p. 1043-1077.

7. *Apologia adverſus Gregorium Palamam* pro *Joannis Vecci* Patriarchæ CPol. libro adverſus reſponſiones Græcorum de proceſſione Spiritus S. à Filio. Græce & Lat. in iisdem Opuſculis.

8. *Epiſtola catholica ſive encyclica ad Græcos Eccleſiæ CPol. ſubjectos*, in qua ſe Oecumenicum Patriarcham nominat, Confer Allatium de Conſenſu p. 289. 353. 928. Exſtat cum duplici verſione, Beſſarionis ipſius & altera Arcudii, notisque Græce & Lat. in iisdem Opuſculis ab Arcudio editis. Latine ex Beſſarionis verſione apud Odoricum Raynaldum ad A. 1463. n. 58. ſeqq.

9. Re-

Digitized by Google

9. *Reſponſio ad quatuor argumenta Maximi Planudæ de Proceſſione Spiritus S. ex ſolo Patre.* In iisdem opuſculis.

10. *Epiſtola encyclica de azymo* citatur à Nic. Comneno p. 161. prænot. myſtagog.

11. *Epiſtola ad Gennadium Scholarium* id. p. 233. 244. 285. 340. *Ad Theodorum Gazam.* MS. Lambec. VII. p. 162. ſeq. *Ad Palæologos* Epiſtola Græcobarbara citatur ab Iſ. Haberto p. 155. ad Pontificale Eccleſiæ Græcæ. *Ad Michaëlem Byz.* à Cangio in Appendice ad Gloſſarium Græcum p. 16. *Ad* eundem *Michaëlem Apoſtolium* Lambec. V. p. 175. & Allat. de conſenſu p. 938. & *ad Andronicum Calliſtum.* infra p. 747. *Ad Gemiſtum Plethonem* de quatuor quæſtionibus Platonicis, περὶ τῦ ἀνυποςάτυ, περὶ τῦ μεθεκτῦ καὶ ἀμεθέκτυ, περὶ τῆς τῶν ὄντων συνωνυμίας ἢ ὁμωνυμίας. MS. Lambec. VII. p. 162. ſeq. *Ad filios Gemiſti Plethonis de obitu & laudibus Patris.* infra p. 757. & Allat. p. 937. de conſenſu. Epiſtolæ quatuor *ad Philantropenum* citantur ab eodem Allatio p. 930. & Nic. Comneno p. 17. 323. 350. prænot. myſtagog. Alias Epiſtolas MStas memorat Neſſelius, parte IV. p. 131. Labbeus p. 99. 183. Bibl novæ MSS.

12. *De primatu Papæ.* Allatius de conſenſu p. 966. & infra p. 775.

13. *De S. Trinitate explicatio* MS.

14. *Profeſſio fidei Chriſtianæ contra omnes hæreſes*, diviſa in capita XXI. MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. p. 226. Incipit: Α᾽ Πιςεύομεν ὅτι ἐςὶ Θεὸς δημιυργὸς πάντων.

15. *Monodia in obitu Manuelis Palæologi*, Imp. A. 1419. defuncti, ex Nic. Perotti Archiep. Sipontini verſione legitur apud Abr. Bzovium ad A. 1472. n. 56. *Jambi in obitum Theodoræ* Conſtantini Palæologi uxoris, apud Allatium de conſenſu p. 955. Habuit & varias Beſſario Orationes, ut in funere Cleopæ Palæologæ apud Labbeum p. 71. & quas memorat Geſnerus: & Conciones quam plurimas teſte Platina. Etiam laudes Patriæ ſuæ & ad Græcorum Imperatorem de uxoris obitu ſcripſit Conſolationem teſte Trithemio c. 821. de Scriptor. Eccleſiaſticis.

16. Πρὸς τὰ Πλήθωνος πρὸς Αριςοτέλην περὶ ὐσίας. *Ad dicta Plethonis in Ariſtotelem de ſubſtantia.* Meminit Geſnerus in Bibl. & Allatius p. 387. de Georgiis. Infra p. 747.

17. Περὶ τῦ τῆς ἱερᾶς εὐχαριςείας μυςηρίυ, καὶ ὡς τοῖς τῦ Κυρίυ ῥήμασι μάλιςα τελειῦται, *de ſancto Eucharistia myſterio, & quod per Verba Domini maxime fit conſecratio*, contra Marcum Epheſium. Græce MS.

MS. in Bibl. Cæſarea. Incipit: ὑπὲρ ἱερῶ τῆς συνάξεως καὶ εὐχαριςίας. Vide Lambecium V. p. 173. Latine prodiit in Bibliothecis Patrum & noviſſima edit. Lugdunenſi T. XXVI. p. 787. Quod vero clariſſ. Warthonus Allatium p. 932. de conſenſu ſecutus ſcripſit Græce & Latine prodiiſſe cum Liturgiis Patrum, Pariſ. 1560. fol. error eſt, nam nec Græce nec Latine ibi habetur Beſſarionis ſcriptum, habetur autem ſcriptum Marci Epheſii quod Beſſario oppugnavit.

## *Latine ſcripta.*

18. *Contra Calumniatorem Platonis* (Georgium Trapezuntium) libri IV. Venet. apud Aldum 1503. & 1516. fol. Vide infra p. 722. 730.

19. *De natura & arte*, ſive an natura & ars conſulto agant. Adverſus eundem Trapezuntium. Ad calcem jam dictorum IV. librorum.

20. *Orationes quatuor ad Principes Italiæ* de Chriſtianorum clade in Chalcide Eubœæ, periculis Italiæ poſt expugnatum Hydruntum imminentibus: de ſedandis diſcordiis & bello in Turcas decernendo & perſvaſio ex Demoſthenis Olynthiaca. Inter Nic. Reuſneri conſultationes atque Orationes Turcicas IV. Voluminibus A. 1596. 4. editas Volumine II. p. 197. 203. 215. 229.

21. *Declaratio aliquorum quæ in Oratione dogmatica* (ſupra n. 2.) *continentur*, quæ Græcis notiſſima, Latinis ignota ſunt. Incipit: *notandum primo*. Apud Labbeum T. XIII. Concil. p. 455. & Harduin. T. IX. p. 374.

22. *De proceſſione Spiritus S. ad Paulum II. Pontificem.* Et ad eundem *de errore Paſchatis*. MS. Venetiis in Bibl. S. Marci.

23. *Epiſtola ad Chriſtophorum Morum, Venetorum Principem* data A. 1469. qua Bibliothecam ſuam legat ædi S. Marci. Exſtat ad calcem Philobyblii Richardi Angvavillæ de Buri, Epiſcopi Dunelmenſis cum Epiſtolarum Philologicarum centuria editi ex Bibliotheca Goldaſti Francof. 1610. 8. & cum Herm. Conringii præfatione Lipſiæ 1674. 8. Eadem Beſſarionis Epiſtola primo loco legitur inter Epiſtolas Principum collectas ab Hieron. Ruſcelli & ex Italico Gallice factas per E. Belleforeſtum. Ejuſdem argumenti litteræ Beſſarionis ad Senatum Venetum exſtant apud Petrum Juſtinianum Hiſt. Venetæ libro VIII. De Bibliotheca Beſſarionis quæ Venetiis etiamnum aſſervatur, vide iter Italicum eruditiſſ. Mabillonii p. 33. & præclari Montfauconi

coni Diarium Italicum p. 41. ſeq. Indicem librorum utraque lingua qui omnes ferme manu exarati ſunt, dedit Jo. Philippus Thomaſinus in Catalogo MSS. Bibl. Venetarum edito Utini 1650. 4. p. 35-55. longe perfectiorem quam exhibuerant Poſſevinus in Apparatu & Gregorius Sozomenus. Numerus Voluminum 980. Confer Lambecium III. p. 380. 381.

24. *In illud* Joannis XXI. 23. *Si eum volo manere*, contra Trapezuntium. Vide infra p. 731. Hoc ſcriptum etiam Græce perinde ut liber de natura & arte exſtat MS. Venetiis in Bibl. S. Marci inter Beſſarionis libros. Vide Thomaſini Catalogum p. 33.

## *Latine verſa è Græco.*

25. *Libri quatuor Xenophontis de dictis & factis Socratis*, ad Julianum Epiſcopum Cardinalem Tuſculanum. In variis Xenophontis editionibus, & ſeparatim Lovanii 1533. 4.

26. *Ariſtotelis Metaphyſicorum libri XIV.* cum Beſſarionis verſione exſtant in variis Philoſophi editionibus, etiam in tomo poſtremo editiopis eximiæ Ariſtotelis Græcolatinæ Duvallianæ. Prodiit quoque hæc interpretatio Pariſiis 1516. fol. apud H. Stephanum avum & ad calcem librorum contra calumniatorem Platonis.

27. *Theophraſti Metaphyſica*, Ariſtotelis Metaphyſicis plerumque ſolita ſubjungi, ut dixi lib. 3. cap. 9. §. 14.

28. *Correctio interpretationis librorum Platonis de legibus à Georgio Trapezuntio compoſita.* Ad calcem librorum adverſus calumniatorem Platonis.

X. LEONI ALLATIO Chio, Bibliothecario Vaticano, ingenii & induſtriæ laudibus cumulatiſſimo, qui A. 1669. 19. Januar. octogenario major Romæ diem obiit, tam multa debent hæ litteræ, atque ſpeciatim etiam hæc noſtra Bibliotheca, ut indictum eum prætertire nefas merito judicem. Vitam ejus ſcriptam à *Stephano Gradi*, qui illi in præfectura Bibliothecæ Vaticanæ ſucceſſit, memorari video in Diario Veneto, Giornale de letterati d' Italia T. XX. p. 418. Voluit etiam Allatii vitam Rev. *Jo. Georgius Meuſchenius* præmittere novæ, quam nuper parabat editioni libri Allatiani de erroribus magnorum virorum in dicendo. Sed donec illæ lucem videant conſulere interim de hoc præclaro viro juvabit Petri Bælii dictionarium Hiſtoricum & Lud. Ellieſium du Pin Tomo XVIII. Bibliothecæ ſcriptorum Eccleſ. Gallica lingva

 editæ,

Digitized by Google

editæ, Italicoque vulgata idiomate elogia Laurentii Craſſi nec non Hieronymi Ghilini: & Germanico Adolphi Clarmundi vitas T. VI. p. 74. Jo. Paſtricius præfectus Collegii Rom. de propaganda fide quem Allatius morti vicinus librorum ſuorum heredem inſtituit, Jo. Mabillonio a) narravit ipſum unico calmo uſum fuiſſe ad Græce ſcribendum, quod expeditiſſime faciebat, per annos quadraginta, & eo tandem amiſſo tantum non illacrymaſſe. Idem per omnem vitam ſacris ordinibus & conjugio pariter abſtinuit, itaque ab Alexandro VII. interrogatus cur ſacerdotium non ſuſciperet, reſpondit, ut ſemper ad conjugem ducendam eſſet paratior: cur vero tandem conjugem non duceret? ut ad ſacerdotium expeditior foret. MStos ejus Codices hereditate crevit Collegium Græcorum Romæ, ut notavit illuſtris Scipio Maffejus in Epiſtola ad Clariſſimum Blanchinum, Diarii Veneti T. XXVI. p. 122. Quomodo Palatinam Bibliothecam Vaticanæ intulerit, operæ pretium eſt ex ipſius Allatii verbis cognoſcere lib. de Synodo Photiana p. 288. *Bibliothecam Palatinam & multitudine MSS. Codicum tum Græcorum tum Latinorum aliarumque etiam lingvarum, & ſingularium Codicum copia fuiſſe celeberrimam non nego. Eam tamen à milite Bavaro ſpolium factam (A. 1622) Maximilianus tum Bavariæ Dux tropæum miſit Gregorio XV. Pontifici Max. qui ad eam avehendam Leonem (Allatium) transmiſit, & Leo bona fide juſſis obtemperans per hyemem & per medios hoſtes Urbem Heidelbergam non ſine diſcrimine & vitæ alea penetrans conſervatam à milite Tillio & Henrico de Meternich ſibique traditam, impenſis Pontificiis integram ne minima quidem illius chartula deperdita Romam invexit in Vaticanam, in qua nunc perbonorifice cuſtoditur uniuscujusque commoditati, ſicuti & Vaticana ipſa.* Et in notis ad Euſtathii Hexaëmeron p. 151. *dum Bibliothecam Palatinam Heidelbergæ ſpolium factam & tropæum miſſam Gregorio XV. à Maximiliano utriusque Bavariæ Duce Romam transvebendam curarem, quam tandem Dei munere & tanti Principis gloria ope ac beneficiis ſanam incolumemque transvexi.*

In ſcriptis Allatii cum eruditionem ſingularem, doctrinæque copiam & infinitam, ineditorum præcipue monumentorum Græcorum notitiam & lectionem mirari omnes neceſſe ſit, duo inprimis reprehendi ſolent non ſine ratione: unum eſt quod Græcus in gratiam Urbani VIII. diſſenſum Græcorum ab Eccleſia Romana nimium quantum ex-

a) Mabillonius itinere Italico, p. 61.

extenuavit, ut non Proteſtantes ſolum b) ſed ex ipſis Romanæ etiam Eccleſiæ addictis ſcriptoribus c) non diffitentur viri doctiſſimi: alterum, quod conviciis & maledictis in diſſidentes & quos hæreticos vocat ac ſchiſmaticos nullum facit modum, licet ipſe in diatriba de Georgiis p. 325. præclare: *Satis erat ſine iſtis contumeliis de erroribus admonere.* Scripta ſua ipſe enumerat Allatius in elencho edito Romæ 1659. 8. & in apibus urbanis & ante librum de templis Græcorum nec non in calce libri de menſura temporum antiquorum: haud contemnenda etiam Chriſtophori Hendreichii pandectarum Brandenburgenſium ſcriptoris & Adolphi Clarmundi in illis tradendis exſtat induſtria. Sed ecce tibi paulo pleniorem diſtinctioremque & accuratiorem editorum illius monumentorum elenchum.

## I. Scriptores veteres ab Allatio editi, verſi, illuſtrati.

1. *Socratis, Antiſthenis & aliorum Socraticorum Epiſtolæ*, cum verſione & notis & Dialogo de ſcriptis Socratis, Pariſ. 1637. 4. De his confer ſi placet quæ dixi lib. 2. c. 10. § 35.
2. *Philo Byzantius de ſeptem orbis ſpectaculis.* Cum verſione & notis. Rom. 1640. 8. & Tomo VIII. theſauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani. Vide lib. 3. c. 24. §. 4.
3. *Monumentum Adulitanum* Ptolemæi Evergetæ, Græce & Latine Rom. 1631. 4. & Lugd. Bat. 1674. 8. Vide lib. 3. cap. 24. Notæ quas promiſit Allatius, haud viderunt lucem.
4. *Salluſtii Philoſophi Opuſculum de Diis & Mundo* Græce & Latine, additis notis Lucæ Holſtenii, Rom. 1638. 12. Lugd. Bat. 1639. 8. & in Tho. Galei opuſculis Mythologicis, Ethicis & Phyſicis, Cantabrig. 1671. 8. Amſt. 1688. 8.
5. *Procli Diadochi Paraphraſis in Claudii Ptolemæi libros IV. de ſiderum effectionibus*, Græce & Latine Amſt. 1635. 8.
6. *Vita Homeri*, ſcripta a Proclo & aliis duobus Anonymis. Græce & Latine ante librum de patria Homeri, Lugd. 1640. 8. & Tomo X. Theſauri Antiquitatum Græcar. Gronoviani.

7. S.

b) Herm. Conringius præfat. ad Metrophanem Critopulum, B. Elias Veilius, nec non Hottingerus in Hiſt. Eccleſ. & contra Allat. & Frid. Spanhemius T. 2. Opp. p. 486. &c.

c) Rich. Simon Hiſt. Critique de la creance du levant p. 10. 20. &c.

7. *S. Methodii* Convivium Virginum, Græce & Latine cum notis & diatriba de Methodiis, Rom. 1656. 8.

8. *Euſtathii* Antiocheni & Martyris in Hexaemeron commentarius ac de engaſtrimytho diſſertatio adverſus Origenem, item Origenis de eadem Engaſtrimytho, cum verſione atque in Hexaemeron notis & Allatii ſyntagmate de Engaſtrimytho, Lugd. 1629. 4. Latine ex Allatii verſione recuſa ſine notis in Tomo XXVII. Bibl. Patrum edit. Lugd. A. 1677. Diſſertatio de Engaſtrimytho Græce & Lat. una cum Allatii ſyntagmate, in tomo VIII. Criticorum Sacrorum Anglorum. Vide quæ notavi Volum. VIII. p. 169. ſeq.

9. *S. Nili* Aſcetæ, Epiſtolæ MLXI. diſtributæ in quatuor libros, Græce & Latine, Rom. 1668. fol. addita de Nilis diatriba.

10. *Excerpta Varia Græcorum Sophiſtarum & Rhetorum*, Rom. 1641. 8. in quibus varia *Adriani* Sophiſtæ, *Heracliti* & *Anonymi* περὶ ἀπίστων, *Libanii* nonnulla & *Nicephori Baſilacæ*, *Severi* Alexandrini, *Theodori* Cynopolitæ, *Callinici*, *Iſaaci Comneni* Porphyrogennetæ, & *Anonymi*: nec non verſus retrogradi *Leonis* Philoſophi, & Epigrammata Græca *Nicolai* Metropolitæ Corcyrenſis, *Jo. Geometræ*, *Em. Phile* & *Man. Pſelli.* De Heraclito & Anonymo περὶ ἀπίστων accuratius dixi lib. 1. cap. 22. De cæteris lib. 4. c. 30. p. 409. ſeq. Cætera novem, quæ moliebatur adhuc Allatius volumina *Variorum antiquorum*, lucem non vidiſſe dolendum eſt.

11. Σύμμικτα ſive varia ſcripta *Jo. Phocæ* Cretenſis, *Epiphanii* Hieroſol. *Perdiccæ* aliorumque de quibus dixi lib. V. cap. 5. volumine ſexto hujus Bibl. p. 705. ſeq. & lib. IV. cap. 2. §. 18.

12. *Euſtratii* presbyteri *liber de vita functorum ſtatu*, (laudatus pridem a Photio Cod. 171.) & Græce ac Latine primum editus ab Allatio poſt librum de purgatorio p. 329.--581. Rom. 1655. 8. atque ex Allatii verſione Latina recuſus in Bibl. Patrum T. 27. edit. Lugd. 1677. p. 362. Vide lib. III. c. 6. §. 29. p. 152. & Vol. IX. p. 431. ſeq.

13. *Mich. Pſelli* Encomium in Simeonem Metaphraſtem & Officium, *Simeonis Metaphraſtæ* Oratio in lamentationem S. Deiparæ, & Epiſtolæ IX. Græce ac Latine cum diatriba de Simeonibus pag. 221.--261. Pariſ. 1664. 4.

14. *Catena SS. Patrum in Jeremiam Prophetam & Threnos*: expoſitio item *S. Joannis Chryſoſtomi*, nec non Homiliæ VIII. *Origenis* & *Maximi* Confeſſoris Quæſtio in eundem Prophetam, Græce & Latine cum

Mich.

Digitized by Google

Mich. Ghiſlerii in Jeremiam commentariis, Lugd. 1633. fol. 2. Volum.

15. *Græcia Orthodoxa* 2. voluminibus, Rom. 1652. & 1659. 4. in quo opere Græce & Latine exhibentur Latinis faventia ſcripta, *Tomo priore* quidem Nicephori Blemmidæ, Joannis Vecci, Patriarchæ CPol. Petri Mediolanenſis Epiſcopi, Georgii Pachymeræ, Eſaiæ Cyprii, Jo. Argyropuli, Gregorii Protoſyncelli, Patriarchæ CPol. Georgii Trapezuntii, Joannis Archipresbyteri Pluſiadeni, Hilarionis Monachi, Nicetæ Byz. & contra Gregorium Palamam Gregorii Acindyni aliorumque ſine nomine. *Tomo poſteriore*, Joannis Vecci, Conſtantini Meliteniotæ, Georgii Metochitæ & Maximi Chryſobergæ. De ſingulis ſupra hoc Volumine cap. 43. ubi etiam de Jo. Vecci libris tribus ad Theodorum Sugdææ Epiſcopum, quos ante Græciæ Orthodoxæ editionem Latine ex Allatii verſione vulgavit Nihuſius, librum tertium Græce & Lat. Allatius ipſe ad calcem libri de purgatorio.

16. *Georgii Acropolitæ*, magni Logothetæ hiſtoria, *Joëlis* Chronographia compendiaria & *Joannis Canani* narratio de bello CPol. cum verſione & notis, atque diatriba de Georgiis & eorum ſcriptis, Pariſiis 1651. fol.

17. Variæ Lectiones ad *Conſtantini Manaſſis* breviarium Hiſtoricum, ad calcem Manaſſis Græce & Latine editæ a Car. Annibale Fabrotto, Pariſ. 1655. fol.

18. *Mantiſſa ad Opera S. Anſelmi*, Epiſcopi Cantuarienſis, Lugd. 1630. fol. Hic eſt Anſelmus, cujus ſcripta de proceſſione Spiritus S. contra Græcos laudat Hildebertus Cenomanenſis Epiſtola IX. & XIII. Græce vertit Demetrius Cydones.

19. *Libanii* Orationes variæ ineditæ ad Fed. Morellum Lutetiam miſſæ, quas ille Allatii nomine diſſimulato ſub Codicis Romani titulo publicavit.

*Deſiderantur* Tiberius Sophiſta, Herodianus, Lesbonax Romanus, Michael Apoſtolius & alii de figuris Rhetoricis.

Photii Patriarchæ, Nicolai Patriarchæ CPol., Simeonis Logothetæ, Theodori Ancyrani, Nicetæ Magiſtri & aliorum recentiorum Græcorum Epiſtolæ.

Himerii Sophiſtæ Declamationes XX. Choricii Sophiſtæ, Zoſimi Gazæi, Libanii Sophiſtæ, Michaelis Pſelli & aliorum, etiam Sanctorum Patrum Orationes ineditæ.

Longinus cum nova verſione & notis cenſoriis.

In Ariſtotelis hymnum, Hermiæ dictum, Commentarius.

Arriani Ponti Euxini Periplus.

Joannis Lydi Chreſtomathia de menſibus.

Joannis Antiocheni Archæologia.

Theodori Lectoris hiſtoria Eccleſiaſtica tripartita ex Socrate, Sozomeno & Theodoreto libri II. qua innumera jam dictorum trium ſcriptorum loca corriguntur.

Conciliorum Ferrarienſis & Florentini Acta pleniora, notis & animadverſionibus illuſtrata. Quæ enim Romæ Latine A. 1638. fol. vulgavit Horatius Juſtinianus, ea pleraque ex ſuis delibata ſchedis & ſe non nominato edita queritur Allatius p. 71. ſeq. contra Creyghtonum. Juſtiniani Acta recuſa ſunt in Conciliis Labbei T. XIII. p. 825. & Harduini T. IX. p. 669.

In Pſelli libellum de mirabilibus auditionibus ſchediaſma.

Hiſtoria Georgii Abbatis, qui Hamartolus vocari gaudet, ab exordio Mundi ad Imperium Michaelis Theophili.

Joannis Chryſoſtomi & Photii Patriarchæ CPol. explicationes in Evangelia Matthæi, Joannis & Lucæ, nunquam antea editæ, Græce & Latine.

Vetus Tacito lectio reſtituta.

Notæ in B. Alanum de complanctu Naturæ.

Leonardi Aretini de Rep. Florentinorum Græce, cum Latina Allatii verſione.

Jo. Canabutius de Inſula Samothraciæ & Diis Troicis.

## II. Conciliandis Græcorum & Romanæ Eccleſiæ dogmatis atque inſtitutis.

Lingua Græcorum vernacula:

20. *Enchiridion de proceſſione Spiritus S.* Rom. 1658. 12.

21. *De Symbolo S. Athanaſii.* ibid. 12.

Latine:

22. *De Eccleſiæ* * *Occidentalis atque Orientalis perpetua conſenſione* libri III. cum diſſertatione *de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum* ad D. Paulum Sfondratum, Clericum regularem, & *de miſſa Præſanctificatorum*

* In his libris videtur Allatius complexus, quæ in Apibus Urbanis p. 178. promiſit: De differentiis Græcorum & Latinorum in Ceremoniis Eccleſiaſticis & Fide; De Schiſmate Græcorum Hiſtoriam, & Hiſtoriam Eccleſiæ Orientalis.

Digitized by Google

*rum apud Græcos* ad Bartoldum Nihuſium, cum hujus annotationibus de Communione Orientalium ſub ſpecie unica. Colon. (Amſtelodamenſibus typis) 1648. 4. Hæ Nihuſii annotationes prodierant ſeparatim, Mogunt. 1644. 8.

23. Epiſtolæ tres ad Bartoldum Nihuſium 1. *de liturgia S. Jacobi*, 2. *pro aſſerenda Græcorum communione ſub ſpecie unica* & 3. *de lignis S. Crucis.* In Tomo I. συμμίκτων p. 176. 204. 224.

24. *De ætate & interſtitiis in collatione ordinum etiam apud Græcos ſervandis*, ad eminentiſſ. Principem Franciſcum Mariam Brancatium, E. R. Cardinalem. Rom. 1638. 8.

25. *De utriusque Eccleſiæ, Occidentalis atque Orientalis perpetua in dogmate de purgatorio conſenſione.* Adjuncta ejusdem diſſ. *de perpetua Eccleſiæ Occidentalis atque Orientalis tum in dogmate tum in ritibus conſenſione* ad D. Jo. Chriſtianum L. B. de Boineburg. p. 581. Epiſtola ad D. Bartoldum Nihuſium Epiſcopum Myſſienſem, in qua agitur *de Communione Græcorum ſub ſpecie unica* p. 859. & *textum Græcum Maccabæorum de ſacrificio pro mortuis* 2 Maccab. 12. *dicere quod exprimit textus Latinus.* p. 887. Rom. 1655. 8. & Nihuſio curante Francof. 1656. 8. ſed in qua editione loca Græca omnia reſciſſa ſunt.

26. *Joannes Henricus Hottingerus, fraudis & impoſturæ manifeſtæ convictus.* Rom. 1661. 8. adverſus ea quæ de Græcis ille in ſæculo XVI. Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ ſcripſerat.

27. *Vindiciæ Synodi Epheſinæ & S. Cyrilli de proceſſione ex Patre & Filio, Spiritus S.* Rom. 1661. 8.

28. *De octava Synodo Photiana* & *J. Henr. Hottingeri* diſſ. Apologeticæ de Eccleſiæ Orientalis atque Occidentalis tam in Dogmate quam in ritibus diſſenſu, & Juvenis Ulmenſis (*D. Eliæ Veielii*) exercitationis Hiſtorico Theologicæ de Eccleſia Græcanica hodierna refutatio, Rom. 1662. 8.

29. *In Rob. Creyghtoni* apparatum, verſionem & ad notas Hiſtoriam Synodi Florentinæ à Sylveſtro Syropulo ſcriptam, & Hagæ Com. 1660. fol. Græce & Latine editam, Exercitationes. Rom. 1674. 4.

## III. Hiſtoriæ litterariæ illuſtrandæ.

30. *De patria Homeri* liber, Lugd. 1640. 8. & in theſauro antiquitatum Græcarum Jac. Gronovii T. X. p. 1553. Lugd. Bat. 1701. fol.

31. *Dialogus de ſcriptis Socratis*; Pariſ. 1637. 4. ad examen revocatus à Godfrido Oleario τῷ μακαρίτῃ in ſchediaſmate de ſcriptis Socratis edita Lipſ. 1696. 4. & recuſa in latina quam idem vir doctiſſimus compoſuit verſione Hiſtoriæ Philoſophicæ Tho. Stanlei, Lipſ. 1711. 4. p. 198.

32. *De Methodiis, & eorum ſcriptis diatriba* ad calcem Methodii Convivii virginum Rom. 1656. 8. & me curante recuſa poſt Tomum ſecundum operum S. Hippolyti, Hamburg. 1718. fol.

33. *De Nilis*, ad calcem Epiſtolarum S. Nili Rom. 1668. fol. & cum notis recuſa in volumine quinto hujus meæ Bibliothecæ.

34. *De Georgiis*, ad calcem Georgii Acropolitæ, inter ſcriptores Hiſt. Byzantinæ Pariſ. 1651. fol. & recuſa, me curante non ſine auctario in hoc ipſo volumine Bibliothecæ Græcæ decimo.

35. *De Jo. Damaſceno & ejusdem ſcriptis* diatribam Allatii vulgavit V. C. Mich. le Quien ante tomum primum editionis luculentæ operum Damaſceni Pariſ. 1712. fol. profeſſus eam eſſe petitam ex opere Allatiano non edito de Libris Apocryphis. *Catalogus operum Damaſceni* Joanni Auberto ab Allatio ſuppeditatorum exſtat in hujus συμμίκτοις T. 2. p. 440. Confer quæ notavi Volum. VIII. p. 777.

36. *De Simeonum ſcriptis diatriba* Pariſ. 1664. 4. cum Franciſci Combefiſii manipulo Originum rerumque CPolitanarum. Hanc Allatii diatribam non quidem recudendam curavi, maximam partem tamen cum inſigni auctario & quam pluribus novis obſervationibus, inprimis quod ad præcipuam ejus partem de Simeone Metaphraſte ac Vitis Sanctorum attinet, locupletatam dedi in hac Bibliotheca Volum. IX. p. 48. ſeq. cætera Volum. X. p. 296. ſeq.

37. *De Pſellis & eorum ſcriptis.* Rom. 1634. 8. & me curante recuſa tomo quinto hujus Bibl. Græcæ, cum auctario & notis.

38. *De libris Eccleſiaſticis Græcorum* ad Gabrielem Naudæum diſſertationes duæ, quarum una divinorum Officiorum potiores & uſitatiores libri percenſentur, altera Triodium, Pentecoſtarium & Paracletice examinatur. Pariſ. 1644. 4. una cum ejus obſervationibus variis de rebus Eccleſiaſticis Græcorum de Narthece veteris Eccleſiæ & recentibus Græcorum templis. Eædem diſſertationes duæ recuſæ in tomo quinto hujus Bibliothecæ.

39. *Apes Urbanæ*, ſive de viris illuſtribus qui ab Anno 1630. per totum 1632. Romæ adſuerunt, ac typis aliquid evulgarunt. Rom. 1633.

8. &

8. & me curante Hamburgi 1711. 8. cum Jo. Imperialis Muſeo Hiſtorico.

40. *Vita Julii Cæſaris Lagallæ*, Philoſophi Romani, cum Gabrielis Naudæi præfatione Pariſ. 1644. 8. & recuſa in Guil. Bateſii vitis Lond. 1681. 1704. 4. p. 575. Laudat Janus Nicius Erythræus pinacotheca 1. p. 222. qui etiam de Allatio videndus pinacotheca 3. p. 132.

41. *Dramaturgia*, diviſa in ſette indici. Rom. 1666. 12. Italice.

Deſiderantur ſæpe promiſſa ab Allatio, ſed nunquam edita opera *Bibliotheca de ſcriptoribus Græcis profanis. Bibliotheca de ſcriptoribus Græcis Eccleſiaſticis. Hiſtoria Aſtrologica. De Philonibus diatriba, de Theodoris, Nicetis, Conſtantinis nec non de Leonibus. De Libris Apocryphis. De Academiis orbis & earum inſtitutione. De Melodis Græcorum*, & quam p. 350. de Georgiis promittit *diatriba de Græcis qui Latine ſcripſerunt.*

## IV. Alia Varii generis.

42. *Animadverſiones in Antiquitatum Etruſcarum fragmenta* ab Curtio Inghiramio edita & *Alfonſi Cicarelli* libros auctoresque ab eo confictos. Pariſ 1640. 4. Rom. 1648. 4. Etiam ſub Bennonis Durckundurcki Slavi nomine Apologiam contra Spentum, Academicum Sepultum, hoc eſt eundem Inghiramum edidiſſe Allatium Coloniæ 1642. 12. neſcio an falſo, notavit Adolphus Clarmundus T. VI. vitarum p. 79.

43. *De menſura temporum antiquorum, & præcipue Græcorum*, exercitatio. Colon. 1645. 8.

44. *De Solea veteris Eccleſiæ*, ad Fabium Chiſium, Epiſcopum Neritonenſem, T. 1. συμμίκτων p. 154-174.

45. *De rebus Eccleſiaſticis Græcorum obſervationes variæ, de narthece veteris Eccleſiæ* ad Gaſparem de Simeonibus & *de recentiorum Græcorum templis*, ad Joannem Morinum. Pariſ. 1644. 4. ad calcem diſſertationum de libris Eccleſiaſticis Græcorum. Et cum diatriba *de Græcorum hodie quorumdam opinationibus* ad Paulum Zacchiam, Colon. 1645. forma octava majore, edente Bartoldo Nihuſio. Adde Epiſtolam Allatii ad Morinum, quam edidit Rich. Simon ad Gabrielem Philadelphienſem p. 274. & poſt vitam Jo. Morini, in Eccleſiæ Orientalis Antiquitatibus, n. LXVIII. p. 482

46. *De erroribus magnorum virorum in dicendo*, diſſertatio Rhetorica ad Jo. Franciſcum Slingelandum. Rom. 1635. 8.

47. *Confutatio fabulæ de Joanna Papiſſa ex monumentis Græcis.* Urbano VIII. jubente ſcripta Rom. 1630. 4. Colon. 1645. 8. & editio quarta in tomo quarto *συμμίκτων* p. 415.—434. Elogia virorum doctorum ſcriptum illud celebrantium ſubjiciuntur libro Allatii de Synodo Photiana, pagina 689—696.

48. *Julii Cæſaris Lagallæ*, Peripatetici Romani, *de cælo animato diſputatio.* A. 1622. 4.

49. *Ædificationes Romanæ* Pauli V. procuratæ viarum & aquarum á Lælio Biſcia, Cardinali. Patavii 1644.

50. *Poëmata varia Græca* ut Jatrolaurea Gabr. Naudæi Pariſini, Latine reddita à Barthol. Tortoletto & Jo. Argolo Rom. 1633. Græca Metaphraſis Odæ Pindaricæ Urbani VIII. parænetica ad virtutem, præfixa Apibus urbanis. 1633. Eridanus Græco elegiaco carmine ad Card. Antonium Barberinum, Latine redditus à Barth. Tortoleto. 1635, Urbani VIII. ſtatua, Græco carmine jambico. 1640. Natales Homerici carmine elegiaco, quod latine expreſſit Andreas Bajanus. 1640. cum libro de patria Homeri. Licetus & in Natales Delphini Gallici Hellas carmine Græco Jambico cum metaphraſi Latina Guinonis de Souvigny, Blæſenſis. 1641. 1642. Carmina Græca in Chriſtinam Svecorum Reginam 1656. 4.

*Deſiderantur*, Homerus à calumniis vindicatus. Exercitationes contra recentiorum calumnias in antiqui ævi ſcriptores & lumina. De poëtica exercitationes adverſus hypercriticos recentiores. De fine temporum. De fine vitæ Joannis Evangeliſtæ. De Ptolemæis, Ægypti Regibus. De Magnete libri III. De Mandragora lib. I. De conſcribendis Epiſtolis. De officiis Monaſteriorum Græcorum. De Muſica recentiorum Græcorum. Anachroniſmus Carmine elegiaco. Carminum Græcorum ſylva.

XI. Allatio non male jungetur JO. MATTHÆUS CARYOPHILUS, ex Creta oriundus, qui relicta Græcia Romam & ipſe petiit, & in Collegio Græcorum educatus, Cardinalibus Aldobrandino & Ludovico Ludoviſio, qui Gregorii XV. fratris filius fuit, nec non Franciſco Barberino inprimis commendatus fuit, unde creatus Archiepiſcopus Iconienſis, utriusque linguæ peritia & inſigni carminis pangendi facultate, nec minus zelo pro Romanis partibus adverſus Græcos à Latinis diſſidentes Allatio haud diſſimilis; diem obiit circa A. 1633. Laudatur ab Erythæo Pinaco-

nacotheca I. p.223. & Allatio in apibus urbanis p. 162.& de Conſenſu p. 999. ſeq. Scripta ejus hæc mihi innotuere:

1. *Notæ ad exercitationes Iſ. Caſauboni in Baronium*, inſertæ Andreæ Evdæmono Joannis defenſioni Annalium Baronii lib. 2. c. 3. p. 125-134. Coloniæ 1617. 4. parum emendate excuſæ.
2. *Noctes Tuſculanæ & Ravennates*, complectentes Latina pleraque, non pauca etiam Græca epigrammata & carmina brevia in feſtos dies & martyrum memorias per totum annum, pulchra, pia, ingenioſæque venæ & fœcundæ varietate jucundiſſima Rom. 1621. 8. ad Ludovicum Cardinalem Ludoviſium.
3. *S. Nili junioris*, Roſſanenſis Calabri qui circa A. C. 980. clarus monaſterium Cryptæ ferratæ condidit, *Vita* a contubernali ac diſcipulo ſcripta, Græce & Latine. Rom. 1624. 4. incipit: ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ.
4. *Confutatio Nili Theſſalonicenſis de Primatu Papæ*, Græce & Lat. Pariſ. 1626. 4. Confer quæ ad Allatium diatriba de Nilis, Volumine quinto hujus Bibliothecæ. *Confutatio adverſus Barlaamum*, neſcio an edita.
5. *Epiſtolæ Themiſtoclis*, Græce & Latine. Rom. 1626. 4. De his dixi lib. 2. c. 10. §. 34.
6. *Concilii Florentiniii Hiſtoria* Theodoro Xanthopulo, magno ſcevophylace ſcriptore, quæ Græce lucem viderat Rom. 1577. fol. Caryophilus autem Latinam verſionem & *Georgii Scholarii* Orationes III. de pace ad Græcos, *Joſephi* Epiſcopi Methonenſis reſponſionem ad libellum Marci Epheſini Epiſcopi & *Gregorii* protoſyncelli Apologiam adverſus Marci Epheſini Epiſtolam adjunxit, Græce & Lat. Rom. 1612. & 1638. fol. inter Concilia generalia, typis Congregationis de propaganda Fide. Et in Conciliis Binii Tomo ultimo, nec non Labbei Tomo XIII. & Harduini Tomo IX. & ſeparatim Romæ 1629. 4. duobus Voluminibus.
7. Liber qui ſub *Gennadii* nomine circumfertur, *pro defenſione Concilii Florentini*, vulgari Græciæ recentis ſermone donatus, Rom. typis Congregationis de propaganda fide 1628. 4. præmiſſa præfatione in qua Gennadios duos fuiſſe, unum Romanis partibus addictum, alterum Græcorum dogmatum propugnatorem diſputat. Quam ſententiam Allatio etiam perſvaſam, confutat V. C. Euſebius Renaudotus ſupra p. 343. ſeq.

8. E-

8. Ἔλεγχος τῆς ψευδοχριστιανικῆς Κατηχήσεως Ζαχαρίου τοῦ Γεργανοῦ ἀπὸ τὴν ἀρτην. Refutatio LXX. blaſphemiarum comprehenſarum in Pſeudo-Chriſtiana Catecheſi, edita à Zacharia Gergano, Græco. Ad Urbanum VIII. Romæ typis Congregat. de propaganda Fide 1631. 4. ſermone Græcorum vernaculo, cum Latina verſione. Adverſus eundem Gerganum *Demonſtratio errorum ejus in diſp. de proceſſione Spiritus S.* ibid.

9. *Ἀποδοκιμασία καὶ κατάκρισις Cenſura Confeſſionis* fidei Calvinianæ quæ nomine *Cyrilli* Patriarchæ CPol. circumfertur Rom. 1631. 8. Latine & Græce. Et idiomate Græco vulgari, ibid. 1632. 8. atque iterum lingua Græca puriore & probata, 1671. 8.

10. *Bellarmini* Cardinalis *Doctrina Chriſtiana* in linguam vernaculam Græcorum converſa. Romæ 1631. 8.

11. In adornanda verſione *Homiliarum Origenis in Jeremiam* Prophetam, editarum cum Catena Patrum & Balth. Corderii S. I. Commentariis Lugd. 1627. fol. Corderius non diffitetur adjutum ſe ab Allatio & Caryophilo.

12. Catenam Græcam *Procopii in Cantica Canticorum*, cum Latina Caryophili verſione jam diu transmiſſam ad typographos Lugdunenſes, teſtatus eſt Allatius A. 1633. in apibus urbanis: ſed necdum lucem illa vidit, quod ſciam: quemadmodum etiam adhuc premitur editio ejusdem Catenæ & Commentariorum ejusdem Procopii in Octateuchum, quam Lipſiæ cum verſione & notis ſuis adornavit deſideratiſſimus noſter Godfr. Olearius ὁ μακαρίτης.

13. Nec vulgatæ ſunt eidem memoratæ Allatio quam plurimæ *Græcorum Patrum Orationes in laudem B. Virginis & aliorum Sanctorum*, à Caryophilo verſæ in Latinam lingvam.

14. *Apologia brevis adverſus Catumſyrti capita pro Severo*, citatur à Nic. Comneno p. 203. prænotionum myſtagogicarum.

15. *Tractatus de octava Synodo & ejus defenſio*, id. 254.

16. *Libellus de menſa & antimenſiis*, id. p. 325.

XII. PETRUS ARCUDIUS Corcyræus, Presbyter & Philoſophiæ ac Theologiæ Doctor à Gregorio XIV. primum deinde à Clemente VIII. a) miſſus ad Ruthenos ſive Ruſſos Romanorum ſacris erudiendos & promovendam Ruſſorum cum Romana Eccleſia concordiam totos viginti

a) Vide Jan. Nicium Erythræum Pinnacothec. 1. p. 225. ſeq. Andream Sauſſæum continuatione Bellarmini de ſcriptoribus Eccleſ. cap. CX. Barthold. Nihuſium programmate ad Abrahamum Ecchellenſem p. 257. ſeq. Frid. Spanhem. fil. T. 2. Opp. p. 487.

ginti annos b) in illo negotio conſumſit & auctoritate Regis Poloniæ Sigiſmundi III. cum ipſius legatis ſecure iter fecit. Deinde Romam redux Scipioni Borgheſio Cardinali, Pauli V. ſororis F. ſtudium ſuum addixit, liberaliterque ab eo habitus poſtremum vitæ triennium in Collegio Græcorum Romæ exegit. In ſcriptis ſuis perinde ut Allatius & Caryophilus hoc habet propoſitum, ut Græcos ſuos invitos licet Romanis conciliet & ſubjiciat. Vixit adhuc A. 1633. quo ab Allatio in apibus urbanis celebratur, ſed in opere de conſenſu III. 7. §. 13. jam ſepultum Romæ in Eccleſia S. Athanaſii ſuæ nationis, commemorat. Ibidem reprehendit in eo quod ardentior in eos quos putat ſectarios injuriis ſæpe maluit quam rationibus tutari ſententiam, & digreſſionibus paſſim rem & orationem perturbat, *ſtylo Græco, quo ſibi nimium plaudebat, infelicior, quicquid dixerit Balthaſar Auſideus.* V. C. Euſebius Renaudotus ad Gennadii CPol. homiliam de S. Euchariſtia p. 39. *Nemo Catholicus etſi Allatii, Arcudii, Caryophili & aliorum bene de Eccleſia meritorum memoriam cum charitate complectatur, in eorum verba jurandum ſibi arbitratur, aut nihil in eorum ſcriptis deſiderat. Imo qui ſe in Græcas litteras abdiderunt, Codicesque ipſos ſerio tractaverunt, deſiderant illorum diligentiam & prudentiam, nec raro candorem & bonam fidem. Teſtes tot Catholicorum libri editi ab annis triginta, in quibus Arcudius vapulat tanquam perpetuus Eccleſiæ Græcæ calumniator, Allatio non parcitur, Caryophilus & alii Hellenomaſtiges ſæpe refelluntur.* Scripta Arcudii ſunt:

1. *De concordia Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione libri VII.* qui poſt primam editionem Romanam recuſi ſunt Pariſiis 1619. fol. & 1672. apud Joannem du Puis in 4. Opus ab auctore dicatum Sigismundo III. Poloniæ Regi.
2. *De purgatorio*, utrum detur & an per ignem ſit. Rom. 1622. & 1632. 4.
3. Alius *de purgatorio igne* liber *adverſus Barlaamum* Monachum. Rom. 1637. 4. cum Pantaleonis Ligaridii apologia pro Arcudio.
4. *Breviarium rituum & cerimoniarum Græcorum*, Romæ, 8. Græcè. *Euchologium*



b) Arcudius ipſe præf. ad Concordiam de Sacramentis. De Ruthenorum quorundam A. 1596. facta acceſſione ad ſacra Romana, vid. Baronii hiſtorica relatio excuſa Coloniæ A. 1598. 8. & ad calcem tomi VII. Annalium Baronii. Thomas à Ieſu Carmelita de procuranda omnium gentium ſalute lib. 6. parte 3. T. I. Opp. p. 140. ſqq. Rich. Simon T. I. Bibl. choiſie c. 41. Spondanus ad A. 1595. n. 14. &c.

*logium* Arcudii à Catumſyrto impugnatum memorat Nicolas Comnenus p. 396. prænot. myſtagog. & Jacobus Goar p. 742. ad Evcholog. ubi Catumſyrtum animo ubique invidia vel indignatione perturbato in Arcudium ferri non diffitetur.

5. *Opuſcula aurea Theologica* quorundam Clariſſ. Virorum poſteriorum Græcorum, qui extingvendæ Græciæ inſtar poſtremi ſplendoris impetu quodam divino cum pietatis tum doctrinæ fulſerunt circa proceſſionem Spiritus S. Rom. 1630. 4. & 1671. 4. Sunt illa ſcripta quædam *Jo. Vecci*, *Gregorii Palamæ*, *Beſſarionis* Card. *Demetrii Cydones* & *Maximi Planudæ* ſuis locis à me commemorata, quæ ab Arcudio exhibentur cum Latina verſione, additis etiam ad pleraque notis. Vide Allatii apes p. 216. Pandectas Brandenburgicas Hendreichii pag. 255. Lud. El. du Pin T. XVII. Bibl. Eccleſiaſticæ pag. 56. & Diarium Romanum, Giornale de' letterati di Roma Anno 1671. pag. 832.

6. *Reſponſionem ad librum Gabrielis Severi Philadelphienſis de ſacramentis* citat Nic. Comnenus p. 139. prænot. myſtagog.

7. *Reſponſionem ad Catumſyrtum.* id. p. 336. Fuit etiam Antonius Arcudius cujus eſt νέον ἀνθολόγιον, & Franciſcus Arcudius infra p. 476. 786.

XIII. JO. BAPTISTA CATUMSYRTUS Rheginus Calaber Italo Græcus ex Deutereo Canonicus & Vicarius Generalis Craſſatenus in Hetruria, annoſus & emeritus Profeſſor ab Arcudio plerumque diſſentit in tractatu I. & II. *de vera Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis Concordia*, Ven. 1632. 1634. 4. Oppugnatur ab Iſaacio Haberto ad Eccleſiæ Græcæ ἀρχιερατικὸν p. 357. ſeq. 388. ſeq. &c. A ſede Apoſtolica damnatum Catumſyrtum & palinodiam canere coactum ſcribit Nic. Comnenus prænot. myſtagog. p. 137. 217. qui p. 287. etiam *librum* ejus *contra Arcudium pro Gabriele Severo*, & *impugnatum* ab eo *Evchologium Arcudii* p. 396. & Jo. Matthæi Caryophili apologiam brevem adverſus Catumſyrti capita pro Severo p. 203. commemorat.

XIV. NIC. COMNENUS PAPADOPOLI, Cretenſis, Abbas S. Zenobii S. Theol. Philoſophiæ ac Juris utriusque Doctor, & in Academia Patavina Canonum ſacrorum interpres. Hoc uno neminem è Græcis novi, qui poſt Allatium inedita Græciæ recentis ſcripta vel diligentius excuſſerit, vel plura evolverit, laudetque, quanquam unicam antum ejus lucubrationem vidi, ſed eruditiſſimam ſummoque ſtudio ela-

elaboratam, quam Latine vulgavit Patavii 1696. fol. & dicavit Protoſebaſto, Imperatoriæ nobilitatis viro Conſtantino Cantacuzeno, celſiſſimi Wallachiæ Principis avunculo. Præmittitur & altera præfatio ad Joannem Franciſcum Cardinalem Albanum, poſtea Clementem XI. Pontificem Maximum, in qua profitetur ſe ſenſim inſinuare, *ut in Græcia ſchiſmatici multi ſint, Græciam nunquam fuiſſe ſchiſmaticam.* Operis quod evolvi, & quo me Lubecæ cum verſarer donavit Rev. & meritiſſimus Eccleſiæ Lubecenſis præſul D. Georgius Henricus Gœzius, titulus eſt: *Prænotiones myſtagogicæ ex jure Canonico, ſive reſponſa ſex in quibus una proponitur commune Eccleſiæ utriusque Græcæ & Latinæ ſuffragium, de iis quæ omnino præmittenda ſunt ordinibus ſacris, atque obiter & Græcia adverſus calumniatores defenditur, & præcipuæ Photianorum ineptiæ refelluntur.* Acerrime ubique hos quos vocat Photianos inſectatur, præcipue multus eſt in oppugnandis Maximo Margunio & Georgio Coreſſio: paſſim quoque Latinos perſtringit ſcriptores Græcis ut ipſe putat iniquos atque ipſum Baronium, usque ad contumelias in Græcos ferocem ut loquitur p. 144. Bellarminum quoque Græcis plurima debere quorum nomina diſſimulet, paſſim jactat, quod ego vix crediderim, Manueli Calecæ, a) Beſſarioni, b) Gennadio, c) Vecco, d) Georgio Metochitæ e) & Diplovatacio, f) ex quibus aliquorum ſcripta fortaſſe ne oculis quidem vidit Bellarminus quæ exſcripſiſſe eum Comnenus arguit. Etiam à Græco Andrea Evdæmono Joanne amico plurimum opis atq; auxilii ſemper Bellarminum accepiſſe ſcribit p. 244. b. Cretæ natum & altum ſe neque ex infima plebe, g) præceptore uſum Bartholomæo de Caregno, h) & Silveſtro Mauro i) utrisque Jeſu ſociis: Leonis Allatii funeri ſe interfuiſſe narrat k) & ex ejus hereditate accepiſſe Combefiſii notas MSS. in S. Athanaſium. l) Annos XXVIII. Italiam pervagari. m) Non pauca ſe debere celebrat Nicolao Bubulio iatroſophiſtæ conterraneo ſuo & rei Græcæ ſcientiſſimo: n) uſum etiam Bibliotheca Archiepiſcopi Philadelphiæ relicta Venetiis ab Archiepiſcopo Geraſimo Blacho: o) ſed & ipſum ſe Bibliothecam termille librorum ad uſum memoriæ ſuæ compegiſſe p) & bismille amplius Latinorum legiſſe autores, *quorum Criticon*, inquit, *ſint modo fata nobis propitia, dabo* q). Latinos enim etiam legendos monet, licet Græcus, quia Græci ſint je-



a) p. 49. b) p. 45. 48. 53. 54. 342. 366. c) p. 244. 330. 331. 350. 420.
d) p. 305. 346. e) p. 344. f) p. 45. g) p. 387. h) p. 373.
i) p. 196. k) p. 28. l) p. 138. m) p. 156. n) p. 29. & 429.
o) p. 44. p) p. 29. q) p. 240.

juniores, p. 259. Ex ſcriptis ejus inprimis doleo vel non editum eſſe vel ad me non perveniſſe ejus *Teſtimonium Græciæ ſapientis*, quod paſſim allegat, ut p. 181. 184. 186, 240. Memorat præterea *tractatum* ſuum *de probationibus*, p. 183. *de præſumtionibus* p. 217. *Phyſicos commentarios* p. 294. *reſponſa dogmatica* p. 308. *reſponſum de proceſſione Spiritus S.* p. 151. 207, *An adulterum occidere liceat jure privato.* p. 201. *De hæreticis.* p. 193. *De poteſtate uſurarum* p. 200. *De Officiis.* p. 73. *Ad titulum de teſtibus* p. 194. *Reſponſum tertium in cauſa teſtamenti Spanopuli* p. 339. Novi etiam exſtare editam Comneni hujus reſponſionem ad Epiſtolam Joannis Hokſtoni Angli r) Venet. 1703. 8. ſed in eam necdum incidi.

XV. ALOYSIUS ANDRUZZI * Cyprius, Philoſ. ac Theologiæ Doctor & in Bononienſi Archigymnaſio Profeſſor, Venetiis nuper admodum A. 1713. Græce & Latine apud Balthaſarem Julianum in 4. edidit & Cardinali Laurentio Caſono dicavit librum hoc titulo: *Vetus Græcia de S. Romana Sede præclare ſentiens, ſive reſponſio ad Doſitheum Patriarcham Hieroſolymitanum.* Opus diviſum in tres libros, quorum primo inſtituit probare Petrum à CHriſto fuiſſe conſtitutum principem Apoſtolorum & univerſæ Eccleſiæ Paſtorem. Secundo, contendit Petro fuiſſe ſemper eſſeque ſucceſſorem in Eccleſia tam quod ad munus quam quod ad poteſtatem attinet: ſolumq; Pontificem Romanum hunc eſſe genuinum ſucceſſorem Petri, quod ex Concilio tertio, ſexto & ſeptimo probandum in ſe ſuſcipit, quorum auctoritas nec Doſitheo inficianda videatur. Tertia pars denique Doſitheo oppugnando & Pontificum Apologiæ deſtinata eſt. Ediderat autem Græce Doſitheus Jaſſii in Moldavia A. 1694. tribus in fol. Voluminibus collectionem variorum ſcriptorum Græcorum qui Pontificum Romanorum poteſtatem oppugnant, primoque volumini fecit titulum τόμος καταλλαγῆς, alteri τόμος ἀγάπης & tertio τόμος χαρᾶς *reconciliationis, amoris, gaudii.* Ejusdem Aloyſii *conſenſus Græcorum Latinorumque Patrum de Proceſſione Spiritus S. e Filio*, contra eundem Doſitheum, Clementi XI. Pontifici Max. dicatus prodiit Rom. 1716. 4.

XVI.

r) Argumentum Epiſtolæ Hockſtoni & reſponſionis Comneni habes in Diario Pariſino, Journal des Savans 1706. p. 770.

* Journal. literaire T. VI. p. 490. Giornale de' letterati d' Italia T. XV. p. 257. XXVIII. p. 448. Vide & III. p. 513. ubi de ejus diſſ. antiquaria.

Digitized by Google

XVI. MANUEL CALECA Græcus, a) e familia Joannis Calecæ, ab A. 1333. ad 347. Patriarchæ CPol. b) pro Latinis adverſus Græcos ſuos ſcripſit, atque inter Monachos Ordinis Prædicatorum c) perinde ut Pantaleo nomen profeſſus eſt ſuum, vixitque non tempore Concilii Lugdunenſis A. 1274. d) ſed poſt errores à Palama diſſeminatos quem prolixo volumine refellit, adeoque circa A. 1360. ut recte H. Warthonus in appendice ad Caveum. Scripta ejus ſunt:

1. *Libri IV. adverſus errores Græcorum de proceſſione Spiritus S.* de quo opere Petavius lib. VIII. dogm. Theol. de Trinitate c. 1. *Manuel Calecas auctor eruditus & Catholicus, cujus habeo volumen egregium pro Latinis adverſus Græcos, in quo de proceſſione S. Spiritus uberrime, accuratiſſimeque diſputat, nihil ut hoc de argumento ſcribi poſſit doctius & ſubtilius.* Præter Petavium loca ex eo Græce producit Allatius lib. de purgatorio pag. 12. ſeq. & de conſenſu pag. 577. 614. 855. 1332. 1333. 1360. Typis exſcriptum hoc opus Latine tantum hactenus vidit lucem ex verſione quam Martini V. Papæ juſſu compoſuit *Ambroſius Camaldulenſis*, ediditque ex Bavarica Bibl. *Petrus Stevartius* cum notis, Ingolſtad. 1616. 4. cum iisdem notis recuſos in Bibl. Patrum T. XVI. edit. Colon. & T. XXVI. edit. Lugd. p. 383. Libro quarto multa etiam alia capita quibus Latina Eccleſia à Græcis reprehenditur vel ab ea diſſentit, Caleca breviter perſequitur ac perſtringit.
2. Περὶ ὐσίας καὶ ἐνεργείας *de eſſentia & operatione DEI*, liber adverſus Tomum Gregorii Palamæ in Synodo CPolitana probatum, Græce & Latine editus cum notis à *Franciſco Combefiſio* Tom. 2. auctarii noviſſimi Bibl. Patrum p. 1.--67. Pariſ. 1672. fol. Latine ex Combefiſiii verſione T. XXVI. Bibl. Patrum Lugd. p. 321. Tomum ipſum A. 1351. in Synodo ſub Joanne Cantacuzeno Imp. & Calli-



a) Caleca ipſe ſub extremum libri IV. contra Græcos.

b) Combefiſius Bibl. Concionatoriæ T. I. p. 28.

c) Combefiſ. T. 2. Auctarii noviſſ. ad Caleeam de eſſentia & operatione p. 1. & 118. ex teſtimonio Ioannis Cardinalis à Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 2. c. 93. Confer præfat. Combefiſii, recuſam in Bibliotheca Patrum T. XXVI. edit. Lugd. p. 320. G.

d) Petrum Galeſinium qui Calecam Lugdunenſi illi Concilio ſcribit interfuiſſe in vita S. Bonaventuræ c. 14. refellit Allatius lib. 2. de Conſenſu utriusque Eccleſiæ c. 18. §. 6. Roberto Conſtantino in nomenclatore inſignium ſcriptorum dicitur *Cyrmanoa Caleca* pro κῦρ Μανουὴλ, ubi librum ejus de Theologia & Spiritu S. commemorat.

Calliſto Xanthopulo Patriarcha CPol. promulgatum Græce & Latine vulgavit Combefiſius p. 135.---176.

3. Περὶ πίστεως καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν τῆς καθολικῆς πίστεως. *De Fide, deque principiis Catholicæ Fidei*, liber inſignis in decem capita diſtributus, in quo nitorem ſtyli, perſpicuitatem & ſoliditatem doctrinæ ex Patrum maxime traditione laudat *Combefiſius*, qui Græce & Latine edidit in eodem auctario noviſſimo T. 2. p. 174-285. cum notis. Unde recuſus Latine, omiſſis notis eſt in Tomo XXVI. Bibl. Patrum Lugd. p. 345. Idem Calecæ ſcriptum in duos diviſum libros latina verſione donaverat *Jacobus Pontanus*, quam editurum ſe promiſit Labbeus T. 2. de ſcriptoribus Eccleſ. p. 45. Idem opus Græce legiſſe ſe ſumma cum animi delectatione, teſtatur Allatius, ex MS. Mediolani in monaſterio S. Ambroſii A. 6910. qui fuerit CHriſti 1402. fortaſſe non multo poſt ejusdem Calecæ ætatem exaratum. Idem laudans Arcudius p. 7. Calecam virum vocat *ſane antiqua Græcia dignum, & Catholicum.* Idem *vir magna & doctrina & fide* vocatur à Franciſco Turriano libro de VI. &. VIII. Synodo.

4. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος *de S. Trinitate* tractatum opulentiſſimum Allatius vidiſſe ſe teſtatur p. 855. de conſenſu, adhuc quod ſciam ineditum. Incipit: τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν ἦν.

5. Λόγοι Θεολογικοὶ, *Orationes Theologicæ*, è quarum ſexta profert quædam p. 435. ſeq. contra Creyghtonum.

6. *Oratio de S. Stephano Protomartyre.* Citat idem lib. de Synodo Photiana p. 542. meminitque libro de Simeonibus p. 115. Incipit: ὥσπερ ὁ ἥλιος πανταχοῦ.

7. *In Circumciſionem Domini.* Incipit: τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι. Idem Allatius lib. de Simeonibus p. 112.

8. *Grammatica* MS. in Bibl. Colbertina Cod. 1992. Itaque per Manuelem Grammaticum in Catena Macarii Chryſocephali in Lucam intelligi hunc Manuelem Calecam, ſuſpicatur Rev. Wolfius noſter in diſſ. de Catenis Patrum p. 32.)

XVII. PANTALEON Græcus & ipſe atque magnæ Eccleſiæ CPol. Diaconus & Chartophylax, inde Λατινόφρων atque Dominicanorum Ordini ſe adſcribens A. 1252. CPoli in ædibus fratrum Prædicatorum compoſuit libellum, Calecæ à quibusdam perperam tributum *de Græcorum erroribus*, quem Latine vulgavit Petrus Stevartius depromtum

tum ex Bavarica Bibliotheca, & ſine nomine auctoris edidit in Auctario ſuo, Ingolſtad. 1616. 4. p. 555. unde recuſum habes in T. XXVI. Patrum Lugd. p.467.-471. Pantaleonem eſſe auctorem notavit Combefiſius præf. ad Auctarium noviſſimum, cui quare non aſſentiar cauſam nullam video. Unde etiam apparet falli Margarinum de la Bigne, cui Pantaleo ad ſæculum VIII. nec minus Jodocum Coccium, à quo ad A. 850. rejicitur. Cætera Pantaleonis ſcripta ſunt:

2. Homilia *εἰς τὰ ἅγια φῶτα*, *in ſacra lumina*, incipit: *τὴν τῆς πανηγύρεως χάριν*; exſtat Græce & Latine in micropresbytico p. 587. Baſil. 1550. fol. & in Orthodoxographis utrisque A. 1555. & 1569. & in auctario Ducæano Bibl. Patrum Tomo II. Pariſ. 1624. & in Bibl. Patrum Morelliana T. XII. atque Latine in cæteris Bibl. Patrum editionibus.

3. *In exaltationem S. Crucis*, Incipit: *πάλιν ὑψοῦται σταυρὸς, πάλιν ἡ κτίσις ἀγάλλεται.* Græce & Latine edita à Gretſero T. 2. de Cruce p. 150. Ingolſtad. 100. 4. & Latine in Bibl. Concionatoria Combefiſii, atque in Bibl. Patrum T. XII. edit. Lugd. p. 747. Græce obvia etiam hæc homilia in Tomo VII. Chryſoſtomi editionis Savilianæ p. 661. Etonæ 1612. fol.

4. *In transfigurationem JEſu CHriſti*, *homiliæ II.* prior incipit: *οἱ μὲν εὖ εἰδότες ἀθλεῖν*, altera: *αὐγὸς μὲν ἑωθινοῦ φωτὸς προηγούμενοι.* Utramque Græcè & Latine primus vulgavit Combefiſius in auctario novo Bibl. Patrum T. 1. p. 1760. 1768. Pariſ. 1648. fol. Deinde Latine ex verſione Combefiſiana, T. XII. Bibl. Patrum Lugd. p. 748. 749. Poſteriorem, quam elegantiorem Combefiſius & fortaſſe alterius ſcriptoris eſſe judicat, MSta quædam tribunt Cyrillo.

5. Pantaleonis Diaconi & Chartophylacis magnæ Eccleſiæ *Narratio de miraculis S. Michaëlis*, Latine edita à Lipomannio & Surio 29. Sept. Græce exſtat in variis Bibliothecis, & citatur à Meurſio, Cangioque in gloſſariis, meminit & Allatius de Simeonibus. Incipit: *μεγάλα τε καὶ πολλὰ καὶ ποικίλα καὶ τῆς ἀσωμάτου.*

*6. Ora-*

a) Alius junior Pantaleon Ligarides ſive Ligaridius Græcus & ipſe cujus epiſtolam ad Allatium allegat Nic. Comnenus p. 244. prænot. myſtagog. ubi virum doctum & Orthodoxum vocat, licet pag. 246. non admodum æquum Latinis. Ejus apologia pro Arcudio adverſus Barlaamum prodiit Rom. 1637. 4. Alius Pantaleo Logotheta ad quem Theodori Studitæ Epiſtolæ.

6. *Orationes ſive homiliæ panegyricæ per totum annum* in XII. menſium dies Dominicos & feſtos MStæ fuerunt CPoli apud Jacobum Marmoretum Principem, ut ex ejus Catalogo MSS. apud Poſſevinum appendice ad Apparatum pag. 48. jam notavit præſtantiſſimus Caveus.

XVIII. ANDREAS EUDÆMON JOANNES, Cydonius ſive Cretenſis*, ex Imperatoria Palæologorum familia oriundus, ſed in Italia ac Romæ præſertim educatus & Græcorum ſuorum pro partibus Latinis acris adverſarius, Societati Jeſu nomen dedit circa A. 1582. & Romæ obiit A. 1625. Præter ſcripta illius, quæ in Bibliotheca Jeſuitica Philippi Alegambe, & Nathanaëlis Sotwelli commemorantur, & in quibus nihil intermiſit quod ſplendida bilis ipſi adverſus Caſaubonum, Danæum, Rob. Abbotum, Brightmannum, aliosque doctores Reformatos ſuggeſſit, vel in criminationibus à ſocietate ſua removendis laboravit, hoc loco tantum meminiſſe juvat quod a Nic. Comneno pag. 243. prænot. myſtagog. proditum reperio, eum compoſuiſſe *refutationem* Græci hominis, *Zachariæ Gergani*, nec non ſcripſiſſe *librum de moribus Græcorum*, quod argumentum eſſe libri primi ab ipſo elaborati adverſus Calvinum, ab eodem Comneno didici p. 249.

XIX. JOANNES PLUSIADENUS Archipresbyter non diu poſt Concilium Florentinum A. 1439. habitum compoſuit *Dialogum de differentiis inter Græcos & Latinos & pro Concilio Florentino.* Ex eo plura Allatius p. 617. 753. ſeq. 1106. ſeq. de conſenſu: & de purgatorio p. 27. 78. &c. Integrum ex Bibl. Ambroſianæ Codice edidit Græce & Latine T. 1. Græciæ Orthodoxæ pag. 583-654. Colloquntur *pius* ſive Catholicus, Manuel Mongus: *Rhacendyta*, Bulgares. *Publicanus*, Joannes Damaſcenus, & *unus è duodecim Sacerdotibus qui unionem amplexi fuerant*, Joannes Pluſiadenus, præſentibus *auditore* Georgio Phaliero, *teſte* Joanne Tzurdune & *Dicæocrita* Antonio Sagredo. Incipit: ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἐγκειται.

Hic idem *Epiſcopus* deinde *Methonenſis*, poſt ſuſceptum Epiſcopatum JOSEPHI nomen adſcivit ut notat Allatius p. 933. de Conſenſu & ad calcem Tomi I. Græciæ Orthodoxæ, teſtatus ſub nomine Joſephi Pluſiadeni, Epiſcopi Methonenſis extare *Conciones in dies Quadrageſimales jejunii*, dialecto Græcorum communi conſcriptas & teſtimoniis Latinorum Patrum refertas. Hujus Joſephi Methonenſis *Apologeticus pro Syno-*

* Infra p. 721.

*do*

*do Florentina adverſus Marcum Epheſium* ſæpe editus cum Caryophili verſione ad calcem Actorum illius Synodi, ut Tomo ult. edit. Conciliorum Binianæ p. 667. & Labbei T. XIII. p. 677. & Harduini T. IX. pag. 549. Incipit: ὁ αἰδέσιμος ὗτος ἀνήρ. Pag. 555. 559. citat Georgium Ariſtinum hiſtoricum: & p. 558. 559. 563. Marcum Epheſium narrat à Juliano S. Sabinæ Cardinali confutatum; nec non pag. 578. a fratre Joanne. Pag. 570. & 575. 582. 599. 594. arguit Marcum argumenta ſua mutuatum a Photio, Pſello, Phurnio, Camatero, Moſchampare, Bulgaria, Nicolao Methonenſe, Panareto, Cabaſila & Palama, & ſimilibus ſchiſmaticis. Simeonem Metaphraſtem, novum Theologum laudat p. 574. & Taraſii CPol. Epiſtolam ad Epiſcopos Orientis, nec non Anaſtaſii Sinaitæ ſermonem de rectis dogmatis veritatis, & pag. 583. Scholarii tres Orationes pro unione Eccleſiaſtica ad confirmandam Iſidori Ruſſiæ præſulis ſententiam: & Beſſarionem p. 587. Sed *Apologia pro quinque capitibus Synodi Florentinæ*, quam ſcripſiſſe Joſephus ſe profitetur lucem non vidit. De Apologetico edito conferendus Allatius Exerc. IX. contra Creyghtonum. *Antirrheticum ſecundum contra Marcum Epheſium* citat Nic. Comnenus p. 292. 306. & 397. prænot. myſtagog.

XX. HILARIO Monachus, itidem poſt Florentinam Synodum pro Latinis adverſus Græcos ſuos ſcripſit λόγον διαλεκτικὸν *Diſſertationem dialecticam de pane Græcorum myſtico & azymo Latinorum* adverſus Nicetam. Incipit: ἐν τῷ μὲν διαλέγεσθαί με. Hanc Græce primus edidit Jo. Meurſius in variis divinis Lugd. Bat. 1619. 4. Deinde verſionem addidit Allatius & utraque lingva vulgavit in Græcia Orthodoxa T. I. p. 655.-662. Ejusdem *librum de proceſſione Spiritus S.* laudat Nic. Comnenus prænot. myſtagog. p. 361. Alius Hilario monachus antiquior de quo in vita Nili junioris pag. 5. ἠγάπα γὰρ ἀεὶ τῶν πατέρων τοὺς βίους ἐκ νεότητος αὐτοῦ, Ἀντωνίου δὴ, Σάββατε καὶ Ἱλαρίωνος. Hic eſt cujus vitam à S. Hieronymo traditam habemus. De Q. Julii Hilarionis libello de mundi duratione ſcripto A. C. 397. vide Uſſerii diſſ. de Cainane pag. 19. & Sandii animadverſ. ad Voſſium de Hiſtoricis Latinis.

XXI. IOANNES ARGYROPULUS CPolitanus, capta A. 1453. patria à Turcis, exul in Italiam ad Coſmum Medicem Florentiæ principem velut in portum confugit, & ab eo liberaliter habitus, Petrum filium & Laurentium nepotem litteris imbuere juſſus, magna doctrinæ & ingenii laude vixit, publiceque etiam ut Florentiæ primum, ſic poſtremis annis Romæ Græca ac Philoſophiam docuit, ibique defunctus eſt

circa A. 1480. qui erat ſeptuageſimus ejus ætatis. De eo videndus Angelus Politianus qui præceptorem in Philoſophia ſuum celebrat c. 1. Miſcell. Paulus Jovius in elogiis p. 50. Nic. Reuſnerus in iconibus Græciæ & Italiæ E. 2. (ubi perperam traditur obiiſſe A. 1571.) Iſaacus Bullartius T. 1. Academiæ ſcientiar. p. 269. & Lambecius lib. VI. p. 278.

1. Ejus liber ad Coſmum Ducem *de Proceſſione Spiritus S. & Concilii Florentini decreto* editus ab Allatio Græce & Latine in Græcia Orthodoxa, T. 1. p. 400.-418. Incipit: *πᾶσι μὲν ἄλλοις ἐγώ σε τῶν εὐδαιμόνων νενόμικα.*
2. *Orationem quartam pro Synodo Florentina* citat Nic. Comnenus pag. 361. prænot. myſtagog.
3. *Conſolationem ad Imp. Conſtantinum* in morte fratris Joannis Palæologi Imp. extincti A. 1448. Allatius de Synodo Photiana p. 542.
4. *Comparationem veterum Imperatorum cum hodierno*, MS. in Bibl. Regis Galliæ memorat Labbeus p. 71. Bibl. novæ MSS. Hæc Voſſio pag. 493. de Hiſt. Græcis, & Heidenreichio in pandectis Brandenburg. p. 266. *Comparatio inter principes antiquos & novi Imperii* (Turcici.)
5. *Ad Conſtantinum Palæologum de regno.* Labbeus, ibid.
6. *Solutiones quæſtionum quas propoſuerunt Philoſophi & Medici quidam ex Cypro inſula.* id. p. 113.
7. *Ad Papam Nicolaum V.* id. 386.
8. *Poëmata Græca Eccleſiaſtica* Argyropuli, Agathonis, & Anthemii ſive Anthimi Monachi cum notis Muſicis recentis Græciæ, fuere MSta in Bibl. Scorialenſi, teſte Alex. Barvoëtio.
9. Ex Græco vertit Latine *Ariſtotelis Prædicamenta*, *Poſteriorum analyticorum libros II. De naturali auſcultatione libros VIII. De Cœlo libros IV.* & *Ethicorum Nicomacheorum libros X.* nec non *Baſilii homilias IX. in Hexaëmeron*, quæ Argyropuli verſiones in antiquioribus Latinis Ariſtotelis editionibus, & in editionibus Latinis & Græcolatinis Baſilii leguntur.
10. *Commentarii in Ethica Nicomachea*, quos ex Argyropuli ore Florentiæ excepit & Coſmo Medici inſcriptos edidit Donatus Acciajolus. Florent. & Pariſ. 1541. fol.

Ariſtotetelis librum περὶ ἑρμηνείας Latine verſum à Joanne Argyropulo juniore notat Geſnerus in Bibl. p. 383.

XXII.

XXII. BARLAAMUS ex urbe Seminaria * Calaber, (perinde ut Gennadius de quo ſupra Scholarius) duas perſonas vel tres prorſus diverſas egiſſe unus deprehenditur, unde factum ut in duos Barlaamos, a quibusdam diſcerperetur. Sed unus idemque eſt qui pro Latinis initio & eorum cum Græcis unione, & qui deinde acriter contra Latinos, ac denique ex Monacho S. Baſilii factus Epiſcopus in regno Neapolitano Gyracenſis b) ſive Hieracenſis iterum pro Latinis ſcripſit. Idem Heſychaſtarum & Gregorii Palamæ in Synodo A. 1337. CPoli habita vehemens cum Gregorio Acindyno adverſarius, c) eruditione cæteroqui & eloquentia ac cognitione Philoſophiæ nulli ſuæ ætatis ſecundus, d) cujus ſcripta hæc mihi innotuere:

## *Pro Latinis*

1. *Orationes II. pro unione Græcorum cum Eccleſia Romana* ad Benedictum Papam Avenione habitæ. Prior incipit: *Quoniam divinum & adorabile mandatum.* Altera: *Licentia mihi data à veſtra ſanctitate.* Utraque edita Latine à Bzovio ad A. 1339. n. 25. & 28. & ab Odorico Raynaldo ab eundem Annum n. 19.
2. Ex *Oratione ad Synodum de unione* quædam Græce profert Allatius de conſenſu p. 786. Ex *Oratione ſecunda de Concordia* quæ incipit: εἰ μὲν ἑώρων ἡμᾶς p. 123. & 591. contra Hottingerum. Et ex oratione prima p. 125. Incipit: ὅτι μὲν πάντες οἱ ἀπὸ χριστοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντες.
3. *Probatio per ſacram Scripturam* XVI. argumentis, *quod Spiritus S. & ex Filio eſt quemadmodum & ex Patre.* Incipit: *Domino JEſu CHriſto jubente nobis.* Latine edidit Bzovius ad A. 1333. § 2.
4. *Reſponſio ad Demetrii* (Cydones) *Theſſalonicenſis Epiſtolam de proceſſione Spiritus S.* Incipit: *Cum accepiſſem, o amicum mihi caput*, id, ad A. 1332, n. 5. & 7. Allatius contra Hottinger. p. 125. 285.
5. *Epiſtola ad Alexium Calocbetum*, pro reducendis ad Eccleſiam ſchiſmaticis



* Allatius de conſenſu p. 839.

a) Sic etiam Frid. Spanhemius libro de Papa fœmina p. 264. ſeq. (T. 2. Opp. p. 646.) & Hendreichius in pandectis Brandenburg. p. 418.

b) Vide Cantacuzenum p. 336. Niceph. Gregor. lib. XI. & Bibl. Patrum T. XXVI. edit. Lugd. pag. 4. Lambec. IV. p. 326. ſeq.

c) Confer Jo. Cantacuzenum lib. 2. c. 39. & 40. III. 98. IV. 23. 24. Hiſt. Bzovium ad A. 1331. n. 12. ſeq. & Odoricum Raynaldum ad A. 1341. n. 119. ſeq.

d) Leonardi Nicodemi additiones ad Bibl. Neapolitanum Nic. Toppi p. 39. ſeq.

ticis. . Apud Bzovium A. 1330. n. 59. Latine. Incipit : *audivi te admirari de me.*

6. *Epiſtola ad amicos ſuos in Græcia conſtitutos* de unione S. Romanæ Eccleſiæ. Incipit : *quia o amici & fratres nihil eſt.* Exhibet Latine Bzovius ad A. 1331. n. 13.

7. *Epiſtola ad amicos ſuos Græcos* de primatu Eccleſiæ Romanæ & de proceſſione Spiritus S. Incipit : *Quod in primo ad vos miſſo ſermone*, ibid. Hæ duæ Epiſtolæ leguntur etiam in Tomo quinto Bibliothecæ maximæ Pontificiæ Jo. Thomæ de Rocaberti. Rom. 1698. fol. Sed quinque hactenus memorata Barlaami ſcripta ex T. V. Antiqu. Lect. H. Caniſii, recuſa Latine in T. XXVI. Bibl. Patrum edit. Lugd.

## *Contra Latinos* *

I. Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. a) *De proceſſione Spiritus Sancti.* P. τῇ τῶν θείων ἀποστόλων, καὶ τῶν τούτους διαδεξαμένων.

II. Ὅτι κειμένου ἐκ μόνου τοῦ πρώτου αἰτίου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, οὐκ ἀναιρεῖται ἡ κατ' οὐσίαν ταυτότης Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ. *Suppoſito, ex prima ſola cauſa Spiritum ſanctum exiſtentiam habere, non tollitur identitas, ſecundum eſſentiam, Patris & Filii.* P. εἰ μὲν κρατεῖν ἵνα ἀμφότεροι ἔχομεν.

III. Ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀναιροῦνται αἱ προσωπικαὶ διαφοραὶ τῶν τριῶν προσώπων πρὸς ἄλληλα. *Suppoſito, ex ſolo Patre Spiritum ſanctum procedere, non tolluntur perſonales differentiæ trium perſonarum ad invicem.* P. ἑπομένως δὲ τούτοις καὶ περὶ τῶν προσωπικῶν διαληπτέον ἰδιοτήτων.

IV. Ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀναιροῦνται τὰ περὶ θεολογίας ῥητά. *Suppoſito, ex ſolo Patre Spiritum ſanctum procedere, non tolluntur theologica dicta.* P. ἴσως ὦ ἄνδρες Λατῖνοι ὑπολαμβάνοντες ὡς καθ' ὑμῶν.

V. Ὅτι

* Sine cauſa dubitat Bzovius ad A. 1331. n. 13. haſce contra Latinos lucubrationes Barlaamus, an impoſtor aliquis ſcripſerit.

a) Cum his ſcriptis, quæ Allatius perlegiſſe ſe memorat, multa eadem continere videtur Barlaami demonſtratio in duodecim capita tributa, πρὸς τοὺς τοῦ Πάπα πρέσβεις ἀπόδειξις, ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναιρεῖται δογμάτων. Incipit : ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ. infra, n. VI. MS. Lambec. VIII. p. 378. ſeq. V. p. 181.

Digitized by Google

V. Ὅτι ὑποκειμένου καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πολλὰ τῶν ὁμολογουμένων ἀναιρεῖται, καὶ πολλοῖς ῥητοῖς τῶν ἁγίων ἐναντία εἴη ἡ τοιαύτη ὑπόθεσις. *Suppoſito, etiam ex Filio procedere Spiritum ſanctum, multa ex iis quæ confitemur, tolluntur, & multis dictis Sanctorum adverſatur hoc argumentum.* P. ὅταν εἰς λόγους ἀλλήλοις ἐρχόμεθα.

VI. Ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῆς ἐκκλησίας ἀναιρεῖται δογμάτων. *Suppoſito, ex ſolo Patre procedere Spiritum ſanctum, nullum omnino abſurdum ſequitur, neque aliquid ex iis, quæ confitetur Eccleſia, dogmatibus deſtruitur.* P. ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ

VII. Ὅτι οὐχ ἁπλῶς ὑπόθεσις τοῦ νομίζειν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα τοῖς εὐσεβεῖν αἱρουμένοις ἐκ μόνου τοῦ πρώτου αἰτίου προάγειν τὰ ἐκεῖθεν. ἀχρόνως ἐκλάμψαντα, καὶ κεφαλαιώδης ἔκθεσις τοῦ ἡμετέρου δόγματος. *Non eſſe ſimplex argumentum, exiſtimare ex ſolo Patre procedere Spiritum ſanctum, ſed neceſſe eſſe, qui pius dici vult, ex ſola prima cauſa educere, quæ inde ſine tempore eluxerunt, & compendioſa noſtri dogmatis traditio.* P. ὅτι μὲν οὖν ὑποκειμένου ἐκ μόνης τῆς πρώτης αἰτίας.

VIII. Δόγμα Λατίνων γραφὲν ὑπὸ τῶν πρέσβεων τοῦ πάπα, εἶτα τοῦ αὐτοῦ ἡ τούτου ἀνασκευή. *Dogma Latinorum, ſcriptum ab Oratoribus Papæ; ſequitur ejusdem confutatio.* P. ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς μία εἰσὶν ἀρχὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

XI. Λέγατος, ἢ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Legatus ſive de Spiritu ſancto.* P. τεθέασαι τὴν ἐπιστολὴν, ἔναγχος τῷ τε πατριάρχῃ.

X. Κατὰ Θωμᾶ λέγοντος, b) ὅτι οὐ κατὰ μόνα τὰ πρός τι διαφέρουσιν ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα. *Contra Thomam, dicentem, non per ſolam relationem differre inter ſe divinas Perſonas.* P. Θωμᾶς μὲν οὐδένα τρόπον διαφορᾶς ἐν τῇ τριάδι οἴεται εἶναι.

XI. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι μόνη ἡ πατρότης συστατικόν ἐστι τῆς ὑποστάσεως τοῦ πρώτου αἰτίου, τὸ δὲ ἀγέννητον οὐδαμῶς. *Ad eos, qui dicunt, ſolam Paternitatem conſtitutivum eſſe hypoſtaſeos primæ cauſæ, ingenitum vero nequaquam.* P. οἱ περὶ τὸν Θωμᾶν κατὰ μόνην τὴν τῶν πρός τι διαφορὰν διακρίνουσιν.

XII. Πρὸς τοὺς πρέσβεις, ὅτι ἐναντίαις περιπίπτουσι δόξαις. *Ad ora-*



b) Lambec. V. p. 181.

*oratores*, (Pontificis) *contrariis eos implicari ſententiis.* P. ὃ μάλιϛα τῶν ἡμετέρων θαυμάζω ἔϛι ἐϛιν.

XIII. Πρὸς τὰς πρέσβεις κοινὴ ἀνασκευὴ πάντων τῶν συλλογισμῶν, ὃς ἐκτίθενται οἱ Λατῖνοι, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Ad oratores, communis refutatio omnium ſyllogiſmorum, quos afferunt Latini de proceſſione Spiritus ſancti.* P. πᾶς ὀρθῶς ἔχων συλλογισμὸς, ἢ ἀποδεικτικὸς τυγχάνει.

XIV. Πρὸς τὰς πρέσβεις ἀπόδειξις ὅτι καὶ οἱ μετὰ τὰς ἀποστόλους θεῖοι πατέρες ἡμῶν ἐκ μόνης τῆς πρώτης αἰτίας, καὶ ἄμφω τὰ αἰτιατὰ ἔχειν τὸ εἶναι ὑπελάμβανον. *Ad oratores, demonſtratio, ſanctos Patres noſtros, qui Apoſtolos ſubſecuti ſunt, ex ſola prima cauſa cauſata habere eſſe exiſtimaſſe.* P. ἐκεῖνο δὲ πάντως οὐκ ἀγνοούμενον, ὅτι καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἱερούς.

XV. ἀπάντησις c) πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Reſponſio ad argumenta, quæ ad ipſum protulit Boſpori Archiepiſcopus de proceſſione Spiritus ſancti.* P. Φῂς ὅτι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θέλημα ἕν.

XVI. Λόγος συντεθημένος ἐκ διαφόρων τμημάτων τῶν τοῦ θεολόγου λόγων. ἔτι δὲ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἁρμόδιος, καὶ πρὸς τοὺς σοφοὺς τῶν λατίνων λέγεσθαι. d) *Oratio, compoſita ex diverſis orationum Theologi ſectionibus, nec non & magni Baſilii; opportunè etiam ad ſapientes Latinorum recitabitur.* P ἐπειδὴ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀπερίεργον τῆς θείας ἡμῶν.

XVII. Πρὸς τοὺς ἀντιλογικοὺς τῶν Λατίνων. Ὅτι ἀδύνατόν ἐϛιν αὐτοῖς πρὸς Γραικοὺς διαλεγομένους διὰ συλλογισμῶν ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐ μόνος ὁ Πατὴρ ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς θεότητος. *Ad contradictores Latinos; impoſſibile eſſe, dum ipſi cum Græcis ſermonem conferunt, per ſyllogiſmos demonſtrare, non eſſe ſolum Patrem principium & fontem Deitatis.* P. ὅτι μὲν οὖν ἡ ὑμετέρα ὑπόθεσις πολλοῖς τῶν ἁγίων ῥητοῖς ἐναντίως ἔχει.

XVIII. πρὸς τὰς κυριωτέρας τῶν Λατίνων ὑποθέσεις, ἐξ ὧν οἴονται δεικνύναι, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἔχει τὴν ὕπαρξιν. *Ad præcipua Latinorum argumenta, quibus ſe demonſtrare exiſtimant, Spiritum ſanctum etiam ex Filio exiſtentiam habere.* P. ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον ἀγώνων.

XIX. Περὶ τῆς τοῦ Πάπα ἀρχῆς. *De Principatu Papæ* adverſus Franciſcum aliquem. Incipit: εἰ περὶ τὰς ἐπιϛήμας δεινοί. Cum Joannis Luidi verſione prodiit primum Oxon. 1592. 4. & ad calcem Nili Archiep.

c) Boivinus p. 774. ad Gregoram.
d) Lambec. V. p. 183.

Digitized by Google

Archiep. Theſſalonicenſis de primatu Papæ Romani, cum Salmaſii quindecennis caſtigationibus. Hanov. 1608. 8. & poſt ejusdem Salmaſii jam viri librum de primatu Papæ, Lugd. Bat. 1645. 4. Etiam Latine ex Luidi verſione legitur in Goldaſti Monarchia Imperii T. 1. pag. 342. Et Græce Londini in 4. cum Nili libello & expoſitione Gabrielis Severi contra eos qui Eccleſias Orientales ſchiſmatis reas peragunt.

XX. Ad ArchiEpiſcopum Nicolaum Cabaſilam *de primatu Papæ*. Incipit: μὴ τῦτο οἴυ σεβάσμιε πάτερ ὅτι τοῦ Πάπα. MS. Lambec. V. p. 181. 182. Meminit Allatius, qui legiſſe ſe profitetur pagina. 827. de conſenſu.

XXI. Ad eundem, de eodem argumento. Incipit: φῂς ὅτι ἀδύνατόν ἐςι τὸν Πάπαν μὴ ὀρθόδοξον εἶναι. id.

XXII. Barlaamo etiam tribuitur à multis libellus περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρός, *de purgatorio igne*, qui incipit: εἰμὶ περὶ ὧν ἀλλήλοις ἀμφισβητοῦμεν, αἰδεσιμώτατοι κύριοι. Hic Græce & Latine cum Alex. Aleſii libello contra Lud. Nogarolam de traditionibus, prodiit Lipſiæ 1556. 8. ſine nomine auctoris hoc titulo: *Apologia Græcorum de purgatorio igne in Concilio Baſileenſi (*A. 1438*) exhibita.* (Confer Turcogræciam Cruſii p. 186.) Et priore Orthodoxographorum editione cum verſione Joannis Hartungi, Baſil. 1555. fol. Et cum Bonav. Vulcanii verſione additus Nilo de primatu Papæ Hanov. 1608. 8. & ad calcem Salmaſii de primatu Papæ, Lugd. Bat. 1645. 4. Fuere qui Marco Epheſio tribuerent, quod refellit Allatius lib. de purgatorio pag. 239. ſq. ubi etiam Barlaami eſſe negat, ſub cujus nomine cum nova verſione edidit oppugnavitque Petrus Arcudius Rom. 1632. 4. ut dixi ſupra p. 417.

XXIII. Sunt etiam qui Barlaamo tribuunt *Dialogum orthodoxi* (Græci) *cum Latino de azymo & Spiritus S. proceſſione* MS. in Bibl. Vaticana, ex quo teſtimonium profert Allatius de Joanne Papiſſa pag. 48. & Blondellus pag. 28.

Barlaami & Acindymi quemadmodum & Gregorii Palamæ κυρίας δόξας & abſonas ab Eccleſiæ uſu opiniones multi oppugnarunt de quibus infra cap. 44. in Palama.

Inter alia à Simeone Theſſalonicenſi c. 31. de fide, ritibus & myſteriis Eccleſiaſticis p. 51. arguitur Barlaamus τὴν νοερὰν προσευχὴν ἀπαγορεῦσαι ſive cum Pſeudo-Myſticis quibusdam docuiſſe non eſſe neceſſarium preces quas fundunt à precantibus intelligi.

telligi. Vide H. Warthoni auctarium ad Uſſerii Hiſtoriam dogmaticam de Scripturis ſacriſque vernaculis pag. 440.

## *Alia ſcripta Barlaami.*

1. Ex Barlaami *Epiſtola ad Nilum Triclinium* Monachum incluſum qua illum controverſiæ cum Palama judicem deligit, nonnulla Græce affert Allatius diatriba de Nilis pag. 84.
2. *Λύσεις εἰς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ ἀπορίας παρὰ τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Λαπίθου. Solutiones ad propoſita ſibi dubia per ſapientiſſimum Georgium Lapitham.* Incipit: *πρὸς μὲν οὖν Πλάτωνα ὦ γενναῖε.* Meminit Allatius de Georgiis infra p. 666.
3. *Λογιστικῆς Logiſtica* ſive Arithmeticæ ſubtilius demonſtratæ libri VI. editi Græce à *Joanne Chambero* Collegii Etonenſis apud Anglos ſocio Pariſ. 1600. 4. & Latina verſio ſeparatim, ibid. ad Reginam Angliæ Eliſabetham. Idem opus puto quod Geſnerus Geometricam demonſtrationem de numeris appellat.
4. *Ethica ſecundum Stoicos* libri II. prodierunt Latine in Tomo ſexto Lectionum Antiquarum H. Caniſii, Ingolſtad. 1604. 4. atque inde in Bibliotheca Patrum T. XXVI. edit. Lugd. p. 28.
5. Fuere etiam qui ad Barlaamum * velut auctorem referrent *Enchiridion Epicteti* contractum & ad ſenſus Chriſtianos interpolatum, quod inter varia S. Nili opuſcula Græce & Lat. edidit Joſephus Maria Suareſius, Epiſcopus Vaſionenſis, Rom. 1673. fol. 327.--353. Latine exſtat in T. XXVII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 231. nec non poſt B. D. Theophili Spizelii tractatum de pio litterati hominis ſeceſſu. Diverſum hoc à paraphraſi Enchiridii Chriſtiana Græci ſcriptoris quam utraque lingva vulgavit Mericus Caſaubonus Lond. 1659. 8. de qua dixi lib. IV. c. 7.
6. *Super inventione feſti Paſcha, theologica ſpeculatio.* Geſner. in Bibl.
7. *Geometria* id.
8. *De Lunari eclipſi deprehendenda* ex magna ſyntaxi Ptolemæi. Incipit: *ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐκθέσθαι σοι.* MS.

Cum inter eos qui Papam fœminam Latinis objecere Græci, celeberrimum ſit Barlaami c. 14. libri de primatu Papæ ** teſtimonium, cui

* Vide Clariſſ. Heumanni Acta Philoſophor. T. 1. pag. 739.

** Verba Barlaami ſunt: *εἴ τις ὑπὲρ τοῦ ἀκολάστου ἐκείνου γυναίου τοῦ γενομένου Πάπα ἀπολογεῖσθαι ἐθέλοι.* Allatium qui p. 49. pro *γενομένου* legit *λεγομένου*, refellit Spanhemius T. 2. Opp. pag. 645.

cui alterum Laonici Chalcondylæ lib. VI. de rebus Turcicis à Blondello p. 75. adjungitur, placet hoc loco ex eodem Blondello in examine quæſtionis de Papa fœmina pag. 26. ſubjungere notitiam Græcorum ſcriptorum qui adverſus Joannam ſtare videntur, collata quam ille hac in parte fuit ſecutus Allatii Confutatione fabulæ de Joanna Papiſſa. Quid ad hæc reſpondeatur ab iis, qui illud dehoneſtamentum Romanæ ſedis inter Leonem IV. & Benedictum IV. extitiſſe non dubitant, vide ſi placet apud Frid. Spanhemium de Papa fœmina cap. VII.

## *Qui adverſus Joannam ſtare videantur inter Græcos.*

1. Photius, qui ab A. D. 858. Decemb. 25. ad 869. (quo, reſtituto priſtinæ dignitati Ignatio, in ordinem redactus eſt) rurſumque ab Ignatii A. D. 878. Oct. 23. defuncti dormitione ad A. D. 886. Conſtantinopolitanum Patriarchatum tenuit, libro MS. *de Spiritus Sancti proceſſione* cujus initium: ἐν πολλοῖς μὲν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι πολυστίχοις ἐσπαρμένοι λόγοις, δι' ὧν ἡ ὀφρὺς κατασπᾶται τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν. a) χθὲς καὶ οὔπω δευτέρα γενεὰ παρῆλθεν, Λέων ἐκεῖνος ὁ πελώνυμος ὁ καὶ θαύμασιν ἔχων, ἐστὶ οὗτος ἐνσεμνυνέσθαι πᾶσαν ἁπάντων ἐκκόπτων πρόφασιν αἱρετικὴν, &c. ἀλλὰ καὶ ὁ πρᾶος καὶ ἐπιεικὴς καὶ ἀσκητικοῖς ἀγῶσιν ἐναγλαϊζόμενος ὁ κλεινὸς Βενέδικτος, ὁ μετ' ἐκεῖνον b) τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου διάδοχος. Et alio libro κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ MS. quo probare conatur *Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere*, Λέων γὰρ καὶ Βενέδικτος οἱ μεγάλοι ἐς ὕστερον ἀρχιερεῖς.

2. Metrophanes Smyrnæus, qui inter Patres Synodi anno 869. adverſus Photium congregatæ ſedit, à Nicolao I. Papa Epiſt. 8. laudatus, libro MS. è Palatina Bibliotheca in Vaticanam tranſlato, quo *Spiritus Sancti proceſſionem à Patre ſolo* adſtruere conatur. Βενέδικτος ὁ μετ' ἐκεῖνον (Leonem IV.) τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου διάδοχος.

3. Stylianus, Neocæſareæ Euphratenſis Epiſcopus, quem Concilio anno 869. adverſus Photium congregato interfuiſſe conſtat, Epiſtola ad Stephanum VI. Papam A. D. 886. ſcripta, cujus verſionem



a) Londini poſtea editum cum ſequentibus, ſcribit Blondellus, quod factum eſſe, dubito.

b) Si Joanna media fuit, non μετ' ἐκεῖνον ſed μετ' ἐκείνην ſcribere oportuit.

nem Annalib. ſuis inſeruit Baronius Card. * τελειωθέντος c) ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Λέοντος ἐκεῖνοι (Photiani) τῷ μετ' αὐτὸν Βενεδίκτῳ τῆς Ῥώμης πάπᾳ πάλιν δι' ὄχλου γεγόνασιν περὶ τῶν αὐτῶν.

4. Liber Anonymus, περὶ τῆς τῶν Λατίνων αἰτίας ὅπως ἀπέστησαν τοῦ ὀρθοῦ δόγματος καὶ πότε. Incip. Κατὰ ποῖον καιρὸν καὶ πότε καὶ παρὰ τίνων αἱρεσιωτῶν οἱ Ἰταλοὶ ἐδιδάχθησαν. in Bibliotheca Vaticana reconditus, τέθνηκεν ὁ ῥηθεὶς d) Λέων, καὶ Στέφανος αὐτὸν διεδέξατο, οὗτον Πασχάλιος, οὗτον Εὐγένιος, οὗτον Βαλέντιος, οὗτον Γρηγόριος, οὗτον Σέργιος ὁ καὶ Πελάγιος, e) οὗτον Λέων, τὸν δὲ Λέοντα ὁ Βενέδικτος. Item, παρῆλθε τὸν βίον Λέων οὗτος ὁ ἁγιώτατος, καὶ κατέστη οὕτω διάδοχος Βενέδικτος ὁ θεῖος.

5. Liber alius anonymus, διήγησις ἀκριβὴς κατὰ τῶν ἀρχιερέων τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ὅπως ἀνεφύη ἡ τούτων αἵρεσις, ex ead. Biblioth. ὁ μετὰ τὸν τοιοῦτον Λέοντα Βενέδικτος καὶ αὐτὸς πάπας.

6. Liber alius anonymus, διήγησις πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐχωρίσθησαν ἀφ' ἡμῶν οἱ Λατῖνοι. Incipit: ἐν τῇ ἑβδόμῃ συνόδῳ ἦν Ἀδριανὸς Πάπας. *Quomodo Latini ſciſſi*, ex ead. Biblioth. ὁ δὲ μετὰ Λέοντα Βενέδικτος ὁρῶν πάλιν ὑπὸ εἰρημένων αἱρεσιωτῶν τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν λυμαινόμενον.

7. Dialogus anonymus, Orthodoxi (Græci) cum Latino *de Azymo & Spiritus Sancti proceſſione*, * ex eadem Bibliotheca. μανθάνει ταῦτα ὁ τῆς Ῥώμης ἁγιώτατος πάπας Λέων λυπεῖται, &c. ὁ δὲ γε καὶ μετ' αὐτὸν ἀρχιερατεύσας θεῖος Βενέδικτος, &c.

8. Libellus Anonymus adverſus Photium A. D. 891. ſcriptus, hoc titulo, ἐντεῦθεν δείκνυται ποσάκις οἱ σταυροπάται τοὺς ἰδίους f) σταυροὺς ἠθέτησαν. ex Bibliotheca Vaticana Romæ A. D. 1613. Coloniæ A. D. 1618. Pariſiis A. D. 1633. ad finem ſectionis poſterioris, partis primæ Tomi III. Conciliorum editus. Μέχρι τῆς σήμερον g) με ἔτη ἀναθεματίζεται Φώτιος προδήλως ἀπὸ τοῦ πάπα Λέοντος ἕως τοῦ Φορμόσου. ἕνδεκα h) γὰρ ἔτη ἀνεθεματίζετο κοσμικὸς ὤν, κοι-

c) Si denato Leone & poſt ipſum, non poſt Joannam.
d) Leo III. Stephanus IV, Paſchalis I. Eugenius II, Valentinus, Gregor. IV. Sergius, quem male Pelagium vocant, Leo IV. Benedictus III.
e) Pelagius nullus inter Sergium II. & Leonem IV. interceſſit.
f) Σταυροὺς, id eſt ſubſcriptiones, crucis ſigno munitas.
* Auctorem Barlaamum eſſe putant, & facile ſibi perſuadet Allatius p. 48.
g) anni 45. ab anno 847. inchoandi.
h) Anni 11. ab A. D. 847. ad 858.

Digitized by Google

κοινωνικὸς τῷ καθῃρημένῳ καὶ ἀναθεματισμένῳ Γρηγορίῳ τῷ Συρακούσης καὶ ἄλλα λδ´ ἔτη i) ἀφ' οὗ ἐγένετο Ἀββᾶς. ὁ γὰρ πάπας Λέων, καὶ ὁ Βενέδικτος, καὶ ὁ Νικόλαος τὸν Γρηγόριον ἀνεθεμάτιζον κατὰ πολλὰς καὶ ἀτόπους αἰτίας. Ἐπεὶ δὲ ὁ Φώτιος παρὰ τοῦ εἰρημένου ἐχειροτονήθη, καὶ δι' ἄλλα μὲν ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ δέξασθαι παρὰ τοιούτου τὴν ἱερωσύνην ἀναθεματίζεται ὑπὸ τῶν ἐννέα προέδρων τῆς Ῥώμης, Λέοντος, Βενεδίκτου, Νικολάου, Ἀδριανοῦ, Ἰωάννου, Μαρίνου, Ἀδριανοῦ ἑτέρου, Στεφάνου καὶ Φορμόσου, καὶ οὐδεὶς τῶν μεταγενεστέρων Νικολάου ἔλυσεν αὐτούς. Quæ verba cum *Breviario octavæ Synodi in Embolo* ſeu porticu *magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ affixo*, male confudit k) Allatius: affixum enim *Breviarium* illud anno 869, Legatorum Adriani II. & Orientalium nomine, antequam Conſtantinopoli exceſſiſſent; ejus vero memoriam revocat, ut & Romanorum Synodorum ſub Nicolao primo & Adriano II. annis 863. & 868. coactarum, & confirmatæ per Joannem VIII. Photii damnationis A. D. 882. Auctor anonymus, cujus libellus A. D. 891. Formoſi primo, editus eſt.

9. Ex Gregorii Patriarchæ Hieroſolymitani ἀντιῤῥητικοῖς, caput 33. cujus titulus, κατὰ τῶν τοῦ Βέκκου l) δογμάτων καὶ γραμμάτων, πῶς καὶ διὰ τίνων ἡ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἐξέπεσεν ἐκκλησία. Biblioth. Regiæ numero 1727.... ὁ δέ γε μετ' αὐτὸν (Λέοντα) ἀρχιερατεύσας θεῖος Βενέδικτος καὶ οὗτος αὐτὴν λύμην τῆς αἱρέσεως θεασάμενος.

XXIII. In Catalogo Stevartiano ſcriptorum pro Latinis contra Græcos (Tom. XXVI. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 475.) memoratur dialogus in quo MANUEL CHRYSOLORAS (de quo ſupra p. 393.) cum Gregorio Palama (qui longe illum ætate anteceſſit) de proceſſione Spiritus S. diſputans eumque oppugnans inducitur.

XXIV. FANTINUS VALLARESSUS Cretenſis Archiepiſcopus contra obtrectatores unionis Græcorum fuit in Bibliotheca Cardinalis Sirleti, in qua etiam extitit ANDREÆ SCOCARES tractatus contra Græcos de proceſſione Spiritus S. & de defunctis, de azymo, de primatu Pontificis. Nec non *Andreæ* Epiſcopi Megarenſis tractatus de



i) Anni 34. ab A. D. 858. ad 891.

k) Comment. de Papiſſa.

l) Joannes Beccus ex Chartophylace Patriarcha Conſtantinop. ſub Michaële Palæologo. A. D. 1286. ab Andronico ſede pulſus eſt.

Græcis errantibus eorumque erroribus, & *Antonius Meſſana* contra errores Græcorum, quos duos poſtremos Latinos eſſe ſuſpicor. Quemadmodum & Catalogus MSS. Vaticanæ Bibl. apud Poſſevinum memorat Latini cujusdam demorantis in ſuburbiis Pariſiorum ad Manuelem Palæologum Imp. peregrinum in Gallia, per modum Syllogiſmi capitularis, epitomen de Proceſſione Spiritus S.

XXV. NICOLAI SPADARII, Moldavo Laconis, Baronis ac olim Generalis Wallachiæ Enchiridion ſive ſtellam Orientalem Occidentali ſplendentem, h. e. ſenſum Eccleſiæ Græcæ de tranſubſtantiatione Corporis Domini aliisque controverſiis, Latine edidit Antonius Arnaldus appendice ad T. 3. perpetuitatis fidei Catholicæ de S. Euchariſtia pag. 50-54. Scriptum Holmiæ A. 1667.

XXVI. PAYSII LIGARIDII, Chii, Metropolitani Gazæ Hieroſolymitani ſcriptum de fide Græcorum & Moſcowitarum ad Joannem de Lilienthal, Regis Sveciæ in aula Moſcovitica Reſidentem A. 1666. edidit Latine idem Arnaldus p. 59.--72.

XXVII. HILARIONIS CICADÆ Cyprii Epiſcopi capita quædam dogmatica ex Synodo A. 1668. celebrata dedit idem Arnaldus Latine pag. 73. 74.

XXVIII. ANDREAS COLOSSENSIS Synodo Florentinæ A. 1439. interfuit & Latinorum cauſam adverſus Græcos Dialogo contra Marci Epheſii Epiſtolam Latine ſcripto acriter propugnavit. Citatur ab Allatio T. I. Græciæ Orthod. p. 771. & de conſenſu p. 534. & ab Altimura pag. 383. &c.

XXIX. NICETÆ Maroniæ Mytilenæi, ex Archidiacono & Chartophylace CPolitano metropolitæ *Theſſalonicenſis*, Dialogos ſex de proceſſione Spiritus S. quibus circa A. 1201. Hugonem Etherianum oppugnavit, aliaque Scripta quædam memoravi Volum. VI. p. 434. ſeq. Confer Allatium de proceſſione Spiritus S. p. 618. 619. & Altimuræ panopliam contra ſchiſma Græcorum p. 313. ſeq.

XXX. NICEPHORUS MELISSENUS COMNENUS Crotoniates Epiſcopus in Italia de moribus & ritibus Eccleſiæ Græcæ ſcripſit libellum quem aureum appellat Nic. Comnenus pag. 10. laudatque pluribus in locis.

XXXI. JOANNES MELITENIOTA, quem idem Comnenus p. 10. cum Jo. Vecco & Georgio Metochita Latinas partes defenſitaſſe ſcribit, vereor ne eſſe debeat Conſtantinus Meliteniota de quo dixi Volum. IX.

Digitized by Google

IX. pag. 190. Certe Johannem Meliteniotam, qui *Λατινόφρων* tunc claruerit, neminem reperi.

XXXII. MELETIUS SYRIGUS Cretenſis, Hieromonachus & Eccleſiæ CPolitanæ Doctor ac protoſyncellus ſubſcripſit Synodo A. 1639. habitæ ſub Cyrillo Berrhoënſi & A. 1642. ſub Parthenio, quibus condemnatus eſt Cyrillus Lucaris. Ab eadem Synodo juſſus eſt hujus Lucaris confeſſionem fidei confutare. Scripſit itaque *ἀντίῤῥησιν* adverſus Cyrillum Lucarem editam Græce Jaſii in Moldavia. Titulus eſt *ὀρθόδοξος ἀντίῤῥησις κατὰ τῶν κεφαλαίων καὶ ἐρωτήσεων τοῦ Κυρίλλου.* * Eandem MStam habet V. C. Euſebius Renaudotus ex cujus Codice locum *περὶ τοῦ ὀνόματος τῆς μετουσιώσεως* vulgavit Rich. Simon libro Gallice edito de transſubſtantiatione, & Renaudotus ipſe poſt Gennadii homiliam p. 156-162. Græce & Latine. Idem Meletius deinde miſſus à Patriarcha CPol. in Moldaviam, recenſuit expolivitque *ἔκθεσιν τῆς τῶν Ῥώσσων πίστεως Petri Mogilæ*, Metropolitæ Kijovienſis, quæ cum Nectarii Patriarchæ Hieroſol. præfatione & à quatuor ſedium quas Græci vocant Apoſtolicarum ſucceſſoribus aliisque Epiſcopis approbata Græco idiomate vulgari lucem vidit A. 1626. curante & ſumtus præbente *Panagiota Nicoſio*, Imperatoris Turcici Interprete. Hæc eſt quæ cum verſione *Laur. Normanni τοῦ μακαρίτου* recuſa eſt Lipſiæ 1695. 8. hoc titulo: *ὀρθόδοξος ὁμολογία τῆς καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς.* Eadem deinde Græce iterum prodiit Bucoreſti Moldaviæ A. 1699. una cum *ἐκθέσει εἰσαγωγικῇ.*

Ab hoc diverſus *Meletius Piga* (Πηγᾶ) Alexandrinus Patriarcha & CPolitanæ ſedis vacantis circa annum 1599. *τοποτηρητής*, Latinorum acris adverſarius cujus Epiſtolas duas *περὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων* unam ad Cyriacum Photinum Medicum Ingolſtadienſem datam A. 7101. (CHriſti 1593.) & alteram ad Philadelphiæ Epiſcopum datam A. 7103. (CHriſti 1594.) Græce & Latine publicavit Euſebius Renaudotus poſt Gennadii homiliam p. 100. 117.--149. Pariſ. 1709. 4. Sed de hoc Meletio Piga audire juvat laudatum Renaudotum pag. 91. ſeq.

Is eſt quem impenſe laudavit in Itinerario Conſtantinopolitano ſuo Georgius Douza, a) & cujus eruditionem non uno loco commendat. Erat Creta oriundus, juveniſque in Italiam ſtudiorum cauſa profectus. Patavii curſum Academicum perfecerat, ut frequenter factum à Cretenſibus Græcis fuit, cum ea Inſula eſſet ſub Venetorum poteſtate.

 In

* Vide Rich. Simonis Bibl. Criticam lib. 1. c. 15. p. 207. ſeq.

a) p. 42.

In patriam reverſus, monaſticum habitum accepit; cumque Alexandriam veniſſet, à Sylveſtro tunc Patriarchâ, Sacerdos ordinatus eſt, & poſtea ſedis illius Protoſyncellus ante annum 1582. deſignatus eſt. Extat in Turco-Græciâ Epiſtola Cruſii b) eodem anno ad illum Protoſyncellum ſcripta. Sylveſtro, poſtquam is ſuum diem obiiſſet, ſucceſſor electus eſt, & ſi Meletio Syrigo c) credimus, pietate & doctrina, gregiſque regendi peritiâ, magnam inter ſuos laudem conſecutus eſt. Exarchus erat Patriarchæ Conſtantinopolitani, quod apud Græcos frequentiſſimum eſt; nempe ut illius delegatâ autoritate controverſias eccleſiaſticas judicaret, non modo intra, d) ſed aliquando extra Diœceſin. Id ſignificant verba hæc Georgii Douzæ: *Præter Eccleſiarum curam incumbit ipſi etiam onus Græcorum controverſias componendi, quibus eum quotidie tantum non obrueretur, nunquam tamen, quæ eſt ejus humanitas, eum adire prohibitus fui.* Hujus officii occaſione Conſtantinopolin non ſemel navigavit. Inde ſcripta eſt prior duarum (editarum à Renaudoto) Epiſtola ad Cyriacum Photinum Doctorem Medicum Ingolſtadienſem an. 1593. Ibi quoque commoratum eum diutiùs intelligitur, ex *homiliis* quas illic multas habuit coram frequenti auditorio Eccleſiaſticorum & Primariorum Græcorum. Exſtat illarum Collectio in Cod. Bibliothecæ Regiæ 4218. ſub hoc titulo, Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας περίοδος, *Evangelicæ doctrinæ periodus*, nempe quia argumentum ſumitur ex Evangeliis de circulo anni.

Plures dictæ ſunt anno 1587. Collectio facta eſt ab ipſo Meletio, miſſaque ad Joannem quemdam Simontam, cujus pietatem Epiſtolâ operi præfixâ Meletius ipſe commendat. Adjuncti ſunt primis codicis foliis verſus Elegiaci Latini parum elegantes, in laudem autoris.

Extant diverſæ ejus *Epiſtolæ* variis in locis editæ: una e) ad Sigiſmundum III. Poloniæ Regem ſcripta ex Ægypto an. 1600. quâ acerbè invehitur adverſus Romani Pontificis Primatum: Proceſſionem Spiritus ſancti à ſolo Patre variis argumentis propugnat: Synodi Florentinæ decreta, ſtabilitamque in eâ unionem rejicit: tandem Cyrillum Lucarin commendat. Is porrò hunc ad Lituanos Græcæ religionis Ruſſoſque & alios qui eamdem profitentur, miſſus erat Exarchus Alexandrinæ ſedis, ut Regenvolſcio & aliis qui eamdem Epiſtolam ediderunt, viſum fuit. Sed veriſimilius eſt eum vicariâ delegatione ab Alexandrino Patriarchâ miſſum

b) p. 531. c) in Refutatione Conf. Cyrilli, d) p. 69. e) apud Regenvolſcium p. 467.

Digitized by Google

miſſum eas in regiones fuiſſe, ubi tanquam Exarchus Conſtantinopolitani tantùm jus habebat, nullum ex Diœceſeos ſuæ titulo.

Alias duas f) eodem anno & ex Ægypto ſcriptas idem Regenvolſcius edidit, unam ad Simeonem Theophilum Turnovium, Præſidem Eccleſiarum Confeſſionis Bohemicę in Majori Poloniâ; alteram ad Martinum Bronicovium. g) In iſtâ hæc habentur: *Dolemus pro eo ac debemus, nos eſſe non tantum tot terrarum tractibus diſſitos, quam iis etiam in rebus, ubi ὁμοψύχως eſſe par erat, quicumque Chriſto Deo ac Salvatori noſtro nomen dedimus.* Scripſerant enim ad eum Proteſtantes Majoris Poloniæ, tunc cum concordia inter eos, & Ruſſos, Lituanosque Græcam Religionem profitentes, quorum princeps erat Conſtantinus Dux Oſtrovienſis, Palatinus Kiowienſis, fruſtra tentata eſt. De geſtis circa illam concordiam procurandam fuſè ſcribit Hadrianus Regenvolſcius toto libro 4. Hiſtorię Eccleſiarum Sclavonicarum.

Adducit aliam ejusdem Meletii Epiſtolam h) ex Ægypto ſcriptam ad Hypatium Pociey Protothronium totius Ruſſiæ, in qua quæritur *craſſo mendacio & impoſturâ divulgatum eſſe typis, quaſi per Legatos Pontificis Romani poteſtati ſe ſubjeciſſet, & Orientales Eccleſiæ cum Occidentalibus coaluiſſent.* Extare ait illam Epiſtolam Regenvolſcius in libro Polonico, cui titulus, Antapologia adverſus Unitos Græcos, edita anno 1632.

Scripſit præter illa Meletius, *librum contra Judæos*, Leopoli editum anno 1539. Græce & Rutenice. *Dialogum*, cui titulus, ὀρθόδοξος χριστιανός; Vilnæ 1596. Neutrum huc usque nanciſci potuimus: unde neſcimus an ad poſterius illud opus referenda ſint quæ autor allegat in Epiſtola ad Cyriacum Photinum, an ad aliquod aliud, quod MS. deliteſcat. De eodem Allatius. i) *Poſtremis hiſce temporibus Meletius Patriarcha Alexandrinus Latinos acriter inſectatus eſt. Inter alia ſcripſit plures Epiſtolas ad Cnezem Baſilium, Ruthenos, Chios, Græcos qui Poloniam & Ruſſiam incolunt, quibus conatur Græcorum maleſanas opiniones confulcire, & proba Latinorum dogmata de Proceſſione Spiritus ſancti, Primatu Pontificis Romani aliaque convellere. Ediderunt Græce* * *Londinenſes. II. Proſtat ipſius Catecheſis ad Græcos, forma Dialogi Græce conſcripta, editaque. III. Tractatum alium de iisdem rebus ad Gabrielem Severum Philadelphiæ Epiſcopum legi MS.* Poſtremi illius Tractatus, Epiſtola quam edit Renaudotus, videtur pars eſſe præcipua, cui

f) p. 497. 498. g) Bronicevium. h) p. 466.
i) De Perp. Conſenſ. l. 3. c. 7. n. 11. col. 996. * A. 1624. 4. vide infra p. 784.

cui adjungere potuiſſet aliquot alia capitula, quæ cum ad inſtitutum ipſius non pertinerent, omittenda cenſuit.

Narrat quoque Allatius, Meletium ſe puero cum Chium perveniſſet, & ibi Latinos acrius ad diſputandum provocaret, resque ad ſeditionem ſpectare videretur, lembo impoſitum, & ſolum vertere coactum fuiſſe.

XXXIII. ANDREAS Rhodi Archi-Epiſcopus, cujus cum Marco Epheſio diſputationes exſtant in Actis Concilii Florentini, ſeſſione III. ſeqq. quemadmodum & ISIDORI Ruſſiæ, ac *Beſſarionis* Nicæni. Et Latinorum Juliani Cardinalis, & Joannis Magiſtri. In iisdem Actis T. IX. Harduin. p. 100. quoque mentio *Nicolai*, Græcorum Interpretis. Unioni cum Latinis præterea favit etiam *Dorotheus* Epiſcopus Mytilenes ſeſſ. XXV. p. 317. 389. ac præterea Epiſcopus Lacedæmonius, *Macarius* Nicomedienſis, *Calliſtus* Diſtrenſis, *Gennadius* Gannenſis, *Doſitheus* Dramenſis, *Matthæus* Melenicenſis p. 397. quibus poſtea acceſſere *Metrophanes* Cyzicenus, *Dorotheus* Trapezuntius, *Antonius* Heracleenſis locum tenens Patriarchæ Alexandrini*, & *Dorotheus* Monembaſienſis, Hieroſolymitani Patriarchæ τοποτηρητής, p. 397. Favit etiam *Georgius Scholarius* tunc adhuc Laicus p. 391. & *Gregorius Protoſyncellus*, Alexandrinæ ſedis τοποτηρητὴς, & Pachomius Abbas Hieromonachus, p. 397.

XXXIV. JOSEPHI Patriarchæ CPol. decretum unionis cum Romana Eccleſia habetur ſeſſione XXV. pap. 405. Ipſe in Concilio diem obiit Florentiæ 1439. 9. Jun.

XXXV. JOANNES PALÆOLOGUS, Manuelis F. Imperator ab A. 1419. ad 1448. CPolitanus, ipſe in Italiam ad Eugenium IV. profectus, ut unionem cum Latinis promoveret, Synodo Florentinæ A. 1439. interfuit, eamque probavit, qua de re acta illius Concilii ſatis teſtantur. Profectionis monumenta operæ pretium eſt videre icones, quas ære deſcriptas exhibet Lambecius VIII. p. 504. Ab hoc diverſus & antiquior IOANNES PALÆOLOGUS Andronici F. Imperator & ipſe ab A. 1355. ad 1391. cujus *Profeſſionem fidei* ad Urbanum V. Latinis conſonantem dogmatibus Græce & Latine exhibet Allatius II. 17. de conſenſu p. 843. ſeq. Latine dat Bzovius ad A. 1369.

XXXVI. De Conciliis A. 1639. CPoli ſub Cyrillo Berrhoënſi: A. 1642. Jaſſii in Moldavia ſub Parthenio Patriarcha CPol: & A. 1672. Hieroſolymis ſub Nectario adverſus Cyrillum Lucarium habitis, nec non de

* Hic Heracleenſis cum Monembaſienſi prius unioni graviter reſtiterant; & erat Monembaſienſis dictum p. 312. ἐγὼ βούλομαι ἀποθανεῖν ἢ λατινίσαι ποτέ.

de *Dionyſii* CPol. Patriarchæ Synodica A. 1672. adverſus Calvinianos errores promulgata dixi infra c. 45. in Cyrillo Lucari.

XXXVII. Agmen Græcorum λατινοφρόνων claudant: διδασκαλία χριστιανικὴ Græco vulgari idiomate & Latino edita, atque Richelio Cardinali inſcripta per A. B. Athenienſem, Pariſ. 1633. 8. pagg. 575.

*Jo. Andreæ Staurini* Chii adverſus Corydalum de transſubſtantiatione, Rom. 1660. 4.

*Rhodini* Epiſtola ad Joannem Presb. Paramythienſem, qua probat Romanos Pontifices non tantum Latinos ſed & Græcos ut oves ſuas quærere, Rom. 1667.

## *SCRIPTA DE GRÆCIS*,
## aut contra Græcos, à Latinis & Romanæ Eccleſiæ ſociis, natione haud Græcis conſignata.

ADRIANI IV. ad Baſilium Theſſalonicenſem de unienda Orientali Eccleſia cum Occidentali, cum Baſilii reſponſione (ex qua locum Græce producit) memorat Allatius lib. 2. c. 11. de conſenſu § 4. p. 658.

ÆNEAS Pariſienſis Epiſcopus, cujus apud Hincmarum Remenſem mentio, & ad quem Lupi Ferrarienſis Epiſtolæ exſtant, *liber* circa A. C. 868. ſcriptus *adverſus decem objectiones Græcorum* (Photii) editusque à Luca Dacherio T. VII. ſpicilegii, Pariſ. 1666. 4. Præfatio T. VIII. Concil. Labbei p. 476. & Harduini T. V. pag. 314.

ANSELMUS Cantuarienſis Epiſcopus A. 1109. defunctus (de quo Acta Sanctor. 21. April. T. 2. pag. 865. ſeq. & Theophilus Raynaudus in ſyntaxi Operum Anſelmi T. XI. Opp.) *in libro* * *de proceſſione Spiritus S. contra Græcos, & de tribus Wallerami quæſtionibus ac præſertim de fermento & azymo.* Quæ duo opuſcula etiam Græce Demetrius Cydones convertit, ut dixi ſupra p. 389. Anſelmi Opera ſæpius edita, noviſſime à Theophilo Raynaudo Lugd. 1630. fol. & à Gabriele Gerberonio. Pariſ. 1675. fol.

ANSELMI *Havelbergenſis* Epiſcopi, qui circa A. 1149. vixit, dialogorum contra Græcos libri III. editi à Luca Dacherio Tomo XIII. ſpicilegii, Pariſ. 1677. 4.

AUCTOR Appendicis ad Reineri librum contra Waldenſes T. XXV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 276. B. *Nota quod Orientalis Eccleſia, ut Græci in his diſcordant à nobis: Primo in perſona Spiritus S. Dicunt enim, Spiritum S. minorem eſſe Patre & Filio, & negant eum procedere à Patre &*



* Laudat Hildebertus Cenomanenſis lib. 2. Epiſt. 9. & 13.

*& Filio, ſed tantum mitti. Item in Romanam Eccleſiam obedientia. Item in ſtatutis Eccleſiæ, ut in Decretalibus, Synodis & cæteris. Item in Sacramentis Eccleſiæ. Item Euchariſtiam conficiunt de panibus fermentatis, excidunt rotulas, ex illo conficiunt corpus Domini, & panes illi vocantur panis benedictus, & datur omnibus qui volunt ſumere in cibum: & in calice ligneo vino miſcent aquam ferventem in ſignum Spiritus ſancti, & corpus Domini & ſanguinem ſumunt de calice cum cochleari ad hoc deputato. In confirmatione & extrema unctione diſcordant. Item in pœnitentia, quia unicuique bono Sacerdoti confitentur. Item in ordine, Sacerdotes enim ducunt uxores, quibus mortuis ſunt ad perpetuam continentiam obligati. Item in matrimonio, in gradibus conſanguinitatis & affinitatis, & tempore interdicti & publicæ honeſtatis, contrahunt. In ornata etiam Eccleſiæ, veſtium & campanarum. In his autem concordant nobiſcum, primo in veneratione & invocatione Sanctorum, & fere in omnibus aliis in veteri Teſtamento & novo.*

CHRYSOLANUS (aliis PROCULANUS) Mediolanenſis Epiſcopus, poſt A. 1100. contra Græcos ſcripſit a Nicolao Methonenſe oppugnatus. Vide Trithemium de Scriptor. Eccleſ. c. 397. Baronium ad A. 1116. & Allatium de conſenſu p. 626. ſeq.

EUGENII IV. Definitio Concilii Florentini A. 1439. de Unione inter Romanam & Græcam Eccleſiam T. IX. Harduin. p. 419. 433. incipit: ἐυφραινέσθωσαν οἱ ὀυρανοὶ, ϰ̀ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. LEONIS X. & CLEMENTIS VIII. bulla quæ Græcis uti ritu ſuo concedit, Græce & Latine præfixa Iſ. Haberti ἀρχιερατικῷ Eccleſiæ Græcæ, & Allatii libro de ætate & interſtitiis in collatione Ordinum apud Græcos ſervandis, ubi etiam pag. 21. ſeq. bulla PAULI V. in eandem ſententiam. INNOCENTII IV. definitio circa ritus Græcorum in Laur. Cherubini bullario T. 1. p. 126. GREGORII XIII. cum forma profeſſionis fidei Græcorum, id. T. 2. p. 399. Hic eſt, qui Collegium Græcorum Romæ inſtituit A. 1577. id. p. 409. Vide etiam Stanislai Hoſii opera T. 1. p. 711. Allatium contra Creyghtonum pag. 155. ſeq. Nic. Comneni prænotiones myſtagogicas p. 172. 217. ſeq.

Decem capita FRODOARDO teſte à Græcis Latinæ Eccleſiæ objecta, quæ refellenda ſumit Baronius ad A. C. 867. n. 64. ſeq.

GUIDO Perpinianus, Carmelitarum Prior Generalis & Epiſcopus Hiſpanus circa A. 1342. defunctus, in ſumma de hæreſibus & earum Confutationibus, Pariſ. 1528. fol. & Coloniæ 1631. fol. Fundum men-

mendaciorum feraciſſimum vocat Allatius de conſenſu pag. 1334; adde Rich. Simonem p. 194. ſeq. ad Gabrielem Philadelphienſem.

ODONIS Bellovacenſis & HINCMARI Rhemenſis ſcripta Græcis oppoſita memorat Baronius, ſed edita eſſe non meminit.

HUGO HETERIANUS Hetruſcus, circa A. 1177. ſcripſit de hæreſibus quas Græci in Latinos devolvunt, ſive de proceſſione ex Patre & Filio, adverſus errores Græcorum ad Alexandrum III. & Leonem Tuſcum fratrem ſuum & Caciaredum libros tres. Scripſit & alia in Photianos diu inter ipſos verſatus in aula Manuelis Comneni, oppugnatus à Nic. Hydruntino & Niceta Theſſalonicenſi. Vide Nic. Comneni prænotiones myſtagogicas pag. 339. & Allatium de conſenſu p. 654. ubi narrat Hugonis librum a Græcis in Græcam linguam nec ineleganter translatum. Nominatim oppugnat Hugo Theodoritum, Photium (vide lib. 2. c. 16. ſeqq) Georgium Nicomedienſem, Nicolaum Methonenſem Epiſcopum, Nicetam Philoſophum Byzantium, Theophylactum Archiepiſcopum Bulgariæ, & Nicetæ præſulis Theſſalonicenſium curioſas perſcrutationes.

HUMBERTUS Monachus Benedictinus, atque inde Cardinalis, Epiſcopusque Silvæ Candidæ & Leonis IX. ad Imp. CPolitanum Conſtantium Monomachum legatus, A. 1053. *Michaëlis Cerularii* Patriarchæ CPol. & *Leonis Achrideni* Epiſtolam de azymo & fermentato ad Ioannem Tramenſem Epiſcopum Latine è Græco vertit, & erudita diſſertatione oppugnavit. Scripſit etiam contra *Nicetæ Pectorati* Monachi Studitæ * librum adverſus Latinos editum, & præterea compoſuit *Epiſtolam ad omnes Eccleſiæ Catholicæ fideles, & commemorationem eorum quæ contra Michaelem Cerularium geſſerunt Romanæ ſedis Apocriſiarii* A. 1054. Priora duo leguntur apud Baronium ad calcem Tomi XI. Annalium: Univerſa Henricus Caniſius ex MSS. Bibl. Bavaricæ dedit Tomo VI. Lectionum Antiqv. Ingolſtad. 1606. 4. unde recuſa T. XI. Bibl. Patrum Colon. & T. XVIII. edit. Lugd. 1677.

Frater JOANNES Ord. Prædicatorum, Magiſter Provincialis interfuit Concilio Florentino, ſcripſitque contra Græcos de Divina operatione, de fermentato & infermentato pane, & de proceſſione Spiritus S. Infra TURRECREMATA.



* Vide Allatium de conſenſu lib. 2. c. 9. §. 6. ſed & G. Calixtum de Conjugio Clericor. pag. 395.

JULIANUS Cardinalis in eodem Concilio Florentino oppugnavit Marcum Epheſium, & ſcripſit pro illo Concilio & Papa Eugenio IV. & de proceſſione S. Spiritus.

LEO IX. ab A. 1049. ad 1054. Pontifex, in Epiſtolis: maxime illa ad Michaëlem Cerularium & Leonem Achridenum.

ODO Bellovacenſis. Vide ſupra, in HINCMARO.

RABANUS MAURUS ſive MAYR de Inſtitutione Clericorum lib. I. c. 31. &c. T. VI. Opp.

THOMAS AQUINAS Opuſc. 1. & 2. contra Græcorum errores & prima parte ſummæ Theologicæ quæſt. de proceſſione Spiritus S.

Cardinalis JOANNES DE TURRECREMATA in expoſitione decreti de unione facta in Synodo Florentina. Obiit A. 1468.

## *Recentiores:*

*Natalis Alexander* Hiſt. Eccleſ. Sæc. IX. & X. diſſ. IV. & XVIII. Sæc. XI. & XII. diſſ. XII. artic. 3. T. VI. p. 891. ſeq. &c.

*Stephani de Altimura*, Ponticenſis, (ſub quo nomine latere doctiſſimum Virum *Michaëlem le Quien*, didici ex Rev. D. Pfaffii diſſ. de traditionibus p. 26.) *Panoplia contra Schiſma Græcorum*, qua Romana & Occidentalis Eccleſia defenditur adverſus criminationes *Nectarii*, nuperi Patriarchæ Hieroſolymitani, quas congeſſit in libro de primatu Papæ. Pariſ. 1718. 4.

*Antonius Arnaldus* in Apologia pro Catholicis, Gallice edita A. 1682. 8. T. 2. cap. 8. ſqq. Idem auctor eſt libri celebratiſſimi vulgati Gallice T. 1664. & ſæpius deinde recuſi cui titulus: *la perpetuité de la foy de l' Egliſe Catholique touchant l' Eucbariſtie.* Deinde pluribus Voluminibus addita ſcripta complura auctoribus eodem Arnaldo, tum Petro Nicolio, Jacobo Noveto S. I. Anſelmo Pariſienſi & Euſebio Renaudoto. Volumine I. *Refutation de la reponſe d' un Miniſtre.* * *La perpetuité de la foy defendue* contre le livre du Sieur Claude, Miniſtre de Charenton. libri XI. A. 1669. Volumine II. libri alii VII. contra eundem Claudii librum. Volumine III. libri alii

* Joannes Claudius Theologus Reformatus (A. 1687. defunctus) Charentone A. 1665. 8. edidit Reſponſionem ad duplicem Arnaldi librum: *Reponſe aux deux traitez intitulez la perpetuité de la Foy de l' Egliſe Catholique touchant l' Euchariſtie.* Deinde 1671. 8. duobus Voluminibus prodiit novum opus ejusdem in ſex tributum libros, hoc titulo: *Réponſe au livre de Mr. Arnaud, intitulé, la perpetuité de la Foy de l' Egliſe Catholique touchant l' Euchariſtie defendue.* Ad calcem poſterioris Voluminis ſubjicitur Petri Allixii reſponſio ad diſſ. de Bertrami libro & Joanne Scoto Erigena.

Digitized by Google

alii VIII. cum appendice Actorum & obſervationum de Joanne Scoto & Bertramo, excerptorumque ex Græco ſcriptore Agapio & aliis. *Réponſe generale (de Mr. Nicole) au nouveau livre de Mr. Claude.* La Creance de l'Egliſe Grecque touchant la transſubſtantiation defendue contre la reponſe du Miniſtre Claude, VI. livres deux parties A. 1674. 4. Reponſe à Mr. Allix ſur Jean Scot Erigene. *Tradition de l'Egliſe touchant l'Eucbariſtie*, avec une table hiſtorique & Chronologique des SS. Peres & des Auteurs Eccleſiaſtiques. Hæc tria Volumina plus ſimplici vice recuſa ſunt, atque utor editione Pariſ. 1704. 4. De cæteris voluminibus quarto & quinto dictum infra, in Euſebio Renaudoto. Ad hiſtoriam hujus operis conſulere juvabit Rich. Simonem T. 3. lettr. choiſies 4. ſeq. Lud. El. du Pin T. XVIII. Bibl. Eccleſ. p. 110. ſeq. ſed & Frid. Spanhemium T. 3. Opp. p. 1044. ſeq. Bælium projet d' un dictionaire Critique p. 56. & Rev. D. Chriſtophorum Matthæum Pfaffium in diſſ. de Eucharıſtia contra Lud. Rogerium, Tubing. 1718. 4. pag 6. ſeq.

*Cæſar Baronius* in Annalibus à temporibus Photii CPol. & qui epitomas Annalium & continuationes ediderunt Spondanus, Bzovius, Raynaldus &c. nec non Hiſt. Eccleſiaſticæ ſcriptores alii ut Lud. El. du Pin, Fleurius T. XI. &c. Mem. de Trevoux. 1706. pag. 589. ſeq.

*Rob. Bellarminus* Nili de primatu Papæ librum oppugnans lib. 2. de Pontifice c. 22. & 27. Idem adverſus Græcos diſputat lib. 4. de ſacramento Euchariſtiæ c. 9. & 14. Et multis aliis controverſiarum ſuarum locis.

*Jo. Jac. Beureri* angariæ Turcicæ hodiernæ Eccleſiæ Græcæ, Friburg. 1595. 8.

*Thomas Bozius* Oratorii presbyter in opere de ſignis Eccleſiæ &c.

*Alphonſus de Caſtro* Zamorenſis, Ord. minorum A. 1558. defunctus, in libris XIV. adverſus omnes hæreſes, Pariſ. 1534. & deinde ſæpius Venetiis, Lugduni, Pariſ. & ex poſtrema auctoris recognitione Antwerpiæ 1565. fol. & cum auctario Franciſci Fevardentii Pariſ. 1578. fol. Ne dicam de aliis qui Hæreticorum Catalogos texuerunt, nec Græcorum dememinere, ut *Bernhardus Luzenburgicus* &c.

*Antonius Caucus* Patricius Venetus & Archiepiſcopus Corcyrenſis ſive Corphienſis in hiſtoria de Græcorum recentiorum hæreſibus ad Gregorium XIII, Guidonem Carmelitam ſecutus multa illis affingit, quæ ab Allatio III. 16. ſeq. Rich. Simone in Hiſt. Critica de fide & moribus Orientalium, c. 1. aliiſque confutantur. Con-

ferendus idem Allatius pagina. 541. 1055. ſeqq. 1245. 1262. 1296. 1305. Rich. Simon T. 1. Bibl. Critic. cap. XI. p. 150. ſeq.

Etat preſent des nations & Egliſes Grecque, Armenienne & Maronitê en Turquie, par le *Sr. de la Croix*. Pariſ. 1695. 12.

*Fr. F. D. D.* in Anti-Cyrillo contra Confeſſionem Cyrilli Lucaris. Cadomi 1630. 8.

*Honoratus Faber* S. J. libro de fide contra indifferentes p. 283. ſeq. A. 1657.

*Fr. Franciſcus* in Epiſtolis IV. ad Manuelem Corinthium, 1) de azymis, 2) quod CHriſtus dixerit: *ego te baptizo*; non, *baptizetur*. 3) de divina actione & de lumine Thaborio num fuerit creatum an increatum, & de transfiguratione CHriſti; & 4) de purgatorio.

*Jacobus Goar* Pariſinus Ord. Prædicator. S. Theologiæ Lector & in Orientem Miſſus Apoſtolicus, obſervationibus eruditis ad Euchologium ſive rituale Græcorum Pariſ. 1647. fol.

*Paulus Gryſaldus* in malleo convincendis Græcorum erroribus oppoſito in gratiam Bernardini Suriani Archiepiſcopi Corcyrenſis, & in deciſionibus fidei Catholicæ editis Venet. 1587. 4. Vide Allatium de conſenſu pag. 1253.

*Iſaacus Habertus* Epiſcopus Vabrenſis, Doctor Sorbonicus Regi Chriſtianiſſimo à Conſiliis, in Obſervationibus ad ἀρχιερατικὸν ſive librum Pontificalem Eccleſiæ Græcæ, Pariſ. 1676. fol.

*Lucæ Holſtenii* de miniſtro & forma Sacramenti Confirmationis apud Græcos diſſertationes duæ poſtumæ, editæ Rom. 1666. 8. cum ejus obſervationibus ad Geographiam ſacram Caroli à S. Paulo, Italiam antiquam Ph. Cluverii, & Abr. Ortelii Theſaurum Geographicum.

*Michael Juſtinianus* in Chio ſacra.

*Jo. Launojus* in libro de ſacramento infirmorum, Pariſ. 1672. 8. de Græcorum etiam extrema unctione differit, ejusque formam nonnihil diſcordare à forma Latinorum profitetur.

*Stephanus Lucinianus* Cyprius, Ord. Prædicator. adhuc in vivis An. 1590. ſcripſit (præter alia memorata in Ambroſii de Altamura Bibl. Dominicana pag. 441. ſeq.) de Græcorum ritibus & dogmatibus, aliquo modo ſatisfaciens criminationibus Prateoli. Allatius de conſenſu pag. 1055.

*Lud. Maimburgius*, tunc adhuc Jeſuita, in Hiſtoria ſchiſmatis Græcorum ſcripta Gallice ſex libris, deductaque ad A. 1453. Paris 1677. 4. & Amſt. 1682. 12. 2. Volum. Ex Maimburgio *Lud. Morerius* Lexico Hiſtorico voce *Schiſme des Grecs*. *Cor-*

Digitized by Google

*Corteſii Brana Mazaracai* de Græcæ & Latinæ Miſſæ conſenſu. Neapoli 1603. 8.

*Nicolaus Mylonius* contra Dav. Chytræum de ſtatu Eccleſiarum in Græcia, eſt Antonius Poſſevinus.

*Joannes Morinus* quam plurima egregia de Græcorum ritibus & dogmatibus eruit atque illuſtravit in Opere de ſacramento pœnitentiæ excuſo Pariſ. 1651. fol. & recuſo Buxellis 1685. & Venet. 1702. fol. Nec non in commentario de ſacris Eccleſiæ Ordinationibus Pariſ. & Amſt. 1695. fol. Nonnulla etiam reperies in eccleſiæ Orientalis antiquitatibus cum Jo. Morini vita editis Lond. 1682. & Lipſ. 1683. 12.

*Petrus Morinus* in parænesi ad Græcos, p. 78. ſqq. Opuſculorum editorum Pariſ. 1675. 12.

*Michael Nau* in vera effigie Eccleſiæ Romanæ, Græcæque. Pariſ. 1680. 4.

*Les auteurs de la Perpetuité de la Foi ont encore laiſſe bien des choſes à dire au* P. Paris, *qui nous a donné ſur cette matiere deux Volumes François remplis d'une exacte & ſolide erudition, ou il traite du ſentiment des Grecs ſur la S. Eucharistie depuis le ſeptieme ſiecle jusqu' à nos jours.* Mem. de Trevoux. 1717. p. 1366.

*Dionyſius Petavius* in dogmatibus Theologicis de SS. Trinitate libro VII.

*Petri* Hiſpani Franciſcani theſes de primatu Papæ, è quibus locum Græce producit Stephanus de Altimura in panoplia pag. 16. Allatiique exſcriptorem vocat pag. 197. & paſſim refellit atque nimiam præ ſe fere Orientalis Græcorum Theologiæ imperitiam arguit. Vide præfat. & pag. 16. 18. 23. 136. 158. 183. 213. 435. Huic Petro potiſſimum oppoſita eſt Nectarii Patriarchæ Hieroſol. confutatio Imperii Papæ in Eccleſiam, cujus titulus: *τοῦ μακαριωτάτου καὶ σοφωτάτου Πατριάρχου τῆς μεγάλης καὶ ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ κυρίου Νεκταρίου, πρὸς τὰς προσκομισθείσας Θέσεις παρὰ τῶν ἱεροσολύμοις Φρατόρων, διὰ ΠΕΤΡΟΥ τοῦ αὐτῶν μαΐστορος περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πάπα, ἀντίῤῥησις.*

*Antonius Poſſevinus* S. I. in ſua Moſcovia & in Bibliothecæ ſelectæ libro ſexto ubi etiam profeſſio fidei à Græcis facienda ex conſtitutione Gregorii XIII. Græce & Latine. Conferendus etiam idem Poſſevinus in tomo primo Apparatus ſacri, vocabulo *Græci*, p. 949. ſqq. & in libro, quem de ſtatu Eccleſiarum in Græcia edidit adverſus Chytræum ſub nomine Nicolai Mylonii.

*Gabriel*

*Gabriel Prateolus* parum accuratus ſcriptor in elencho alphabetico hæreſium libro ſeptimo, pag. 202. ſeq.

*Euſebius Renaudotus*, Pariſinus vir erudititiſſimus varia in lucem edidit hoc loco commemoranda, ut ſunt:

1) Appendix ad Acta quæ circa Græcorum de Transſubſtantiatione fidem relata ſunt in Opere de perpetuitate Fidei, ſive Gennadii CPolitani, Meletii Alex. Nectarii Hieroſol. Meletii Syrigi & aliorum opuſcula Græce cum verſione & obſervationibus. Pariſiis 1709. 8.

2) Defenſe de la perpetuité de la Foi contre les calumnies & fauſſetez du livre intitulé, monumens arthentiques de la religion des Grecs (de Jaqv. Aymon) Paris 1709. 12. Journal des Savans 1710. Maj. pag. 385. Mem. de Trevoux 1710. Avril pag. 623. Nouvelles de la Rep. des lettres 1709. pag. 576. ſeq.

3) la perpetuité de la Foi de l' Egliſe Catholique touchant l' Evchariſtie, tome quatrieme, contenant un examen particulier de la conformité de la doctrine des Grecs & de tous les Chrétiens Orientaux avec celle de l' Egliſe Latine; pluſieurs nouveaux éclairciſſemens touchant les auteurs & les faits alleguez dans les precedens volumes, & la refutation de tout ce qui a été objecté contre les atteſtations ou autres pieces qui ont eſté produites. Pariſ. 1711. 4. Mem. de Trevoux 1712. Maj. p. 743.

4) la Perpetuité de la Foi de l' Egliſe Catholique ſur les ſacremens & ſur tous les autres points de religion & de diſcipline, tome cinquieme. Pariſ. 1713. 4. Journal des Sav. 1714. pag. 152. Memoirs of literature T. 2. pag. 209.

5) Minus huc facit, memoranda tamen ejus Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum, Paris 1713. 4.

6) Liturgiarum Orientalium collectio id. 1716. 4. 2. Vol.

Promiſit etiam Doſithei Patriarchæ Hieroſol. Enchiridion contra Lutheranos & Calviniſtas ſive Clypeum fidei. Græce & Lat.

*Franciſci Richardi*, miſſionarii Jeſuitæ *τάργα τῆς ῥωμαϊκῆς πίστως*. *Clypeus fidei Romanæ.* Pariſ. 1658. 4.

*Jo. Baptiſtæ Salerni* S I. Specimen Orientalis Eccleſiæ à Concilio Nicæno I. usque ad CPolitanum Generale II. Rom. 1706. 8. (Mem. de Tre-

voux.

voux. 1711. Fevrier p. 221.) Ab eodem alium librum de ſchiſmate Græcorum exſpectare jubemur.

*Franciſci Roſſerii* S. J. Advocatus purgatorii contra Græcos. συνήγορος τῶν ψυχῶν τῶν ἐν καθαρτηρίῳ τιμωρουμένων. Pariſ. 1651.

*Rich. Simonis* Congregat. Oratorii presbyteri, * Dieppæ Normandiæ oppido Anno 1712. 11. April. anno ſexageſimo ſeptimo ætatis defuncti:

1) *Fides Eccleſiæ Orientalis* ſive *Gabrielis Severi*, Metropolitæ Philadelphienſis opuſcula Latina cum verſione & notis uberioribus quibus Nationum Orientalium perſvaſio, maxime de rebus Evchariſticis, ex libris præſertim MStis vel nondum Latio donatis illuſtratur adverſus Jo. Claudium. Pariſ. 1671. 4.

2) *Hiſtoire Critique de la Creance & des Coutumes des Nations du levant*, publieé par le Sr. Moni. à Francfort 1684. 12.

3) *La Creance de l' Egliſe Orientale ſur la Tranſſubſtantiation*, avec une reponſe aux nouvelles objections de Mr. Smith. Pariſ. 1687. 12. Bibl. Univerſelle T. V. pag. 236.

Non pauca etiam ad res & dogmata Græcorum facientia notavit Simonius in Epiſtolis ſelectis nec non in Bibliotheca Critica & ſelecta, qui libri Gallice pluribus voluminibus in 12. ſine auctoris nomine edita paſſim feruntur. Vide ſis etiam librum cui titulus: defenſe des ſentimens de Theologiens d' Hollande ſur l'Hiſtoire Critiqve p. 53. ſq. Reponſe à la defenſe p. 79. P' Ambrun reponſe à l'Hiſtoire Critiqve du V. T. pag. 27. Iac. Baſnage diſſ. Epiſtolicam adverſus Simonium pag. 200. ſeq. Vigneul Marville T. 1. melanges Hiſt. pag. 120. Dicitur quoque collectionem ſcriptorum Græcorum, qui Latinam Eccleſiam oppugnarunt, edere voluiſſe Simonius ſub titulo: *Græcia ſchiſmatica.* Vide T. 1. Bibl. Critique c. 15.

*Io. Henricus Scherer* S. I. in Atlante ſive deſcriptione Orbis terrarum parte IV.

*Georgius Scherer*, S. I. &

*Stanislaus Socolovius*, de quo utroque infra, capite 45. in Jeremia CPol.

*Thomas à Jeſu*, Hiſpanus, Carmelitarum Vicarius Generalis, de procuranda gentium omnium ſalute libro VI. Antwerp. 1613. 4. (pag. 104. ſeqq. To. 1. Opp. Colon. 1684. fol.) tria inprimis diſputat



* De aliis viri hujus doctiſſimi ſcriptis Journal litteraire Tom. 3. pagina 214. ſeq.

1) de erroribus qui Græcis attribuuntur, & de ſchiſmatis origine ac confutatione. 2) de ratione juvandi Græcos eosque ad Eccleſiam Romanam alliciendi. & 3) in quibus rebus communicatio cum ſchiſmaticis ſit Catholicis à ſacris Canonibus permiſſa.

*Pitton de Turnefort* in itinere edito Gallice Lugd. 1717. 8. & Amſtelod. 1718. 4. Epiſtola 3. pag. 37. ſeqq. exponit ſtatum præſentem Eccleſiæ Græcæ.

*Bernardinus Wetweis* Ordinis Fratrum Minorum in libro quarto ſpeculi veræ Eccleſiæ & fallarum Eccleſiarum, qui eſt de Eccleſiis falſis paganorum & politicorum, Judæorum, Saracenorum, hæreticorum Orientalium & Occidentalium. Colon. 1664.

His accedit Anonymi *inſtructio ſuper ritibus Græcorum* Latine edita Romæ A. 1597. cum litteris Pontificum ad Græcos & eorum ritus pertinentibus & forma profeſſionis fidei à Græcis ad Romanam Eccleſiam venientibus faciendæ.

## De ſtatu Eccleſiæ Græcæ, de dogmatibus & ritibus Eccleſiaſticis Græcorum,

### *Scriptores Auguſtanæ Confeſſioni addicti.*

*Theologi Tubingenſes* in ſcriptis de quibus infra cap. 45. in Jeremia Patriarcha CPol.

*Martinus Cruſius* in Turco Græcia, de quo opere abunde dixi Volum. VI. p. 692. ſeq. In ejusdem Germano-Græcia libro V. p. 221. ſeqq. nonnulla de Græcis leguntur, prodiit Baſil. 1585. fol.

*Davidis Chytræi* Oratio de ſtatu Eccleſiarum illo tempore in Græcia, Aſia, Africa, Ungaria, Boëmia: cum variis Epiſtolis ad Cruſium, Chytræum aliosque ſcriptis à Jeremia Patriarcha CPol. Wenceslao Budowitz, Cæſareo ad Turcorum Imp. legato, Eugenio Epiſcopo & καθηγουμένῳ montis Sinai, Joachimo Patriarcha Alex. Simeone Cabaſila, Theodoſio, & Jo. Zygomala, Steph. Gerlachio &c. Gorlic. 1573. Witeberg. 1580. Francof. 1583. 8. Chytræum oppugnant Poſſevinus, & p. 1181. ſeq. de conſenſu Allatius.

*Georgii Feblavii* Eccleſiaſtæ Dantiſcani annotationes ad Chriſtoph. Angeli Enchiridion de ſtatu hodiernorum Græcorum. A. 1655. 12. & ſecunda editio locupletior Lipſ. 1671. 4.

*Hermanni Conringii* Epiſtola ad Jo. Hornejum, præmiſſa Confeſſioni Metrophanis Critopuli, Helmſt. 1661. 4.

*D. Abrahami Calovii* & *Jo. Meiſneri* Theologorum Witebergenſium diſſertationes

tiones panegyricæ de Græcorum fide & religione, in ſolenni promotione quatuor Doctorum Theologiæ habitæ Anno 1658. atque editæ Witeb. 1685.

*D. Petrus Haberkornius* Theologus Gieſſenſis in antiForero vindicato, ſive apologia antiForeri diſſ. XXI. usque ad XXVI.

*D. Eliæ Veielii* Exercitatio Hiſtorico Theologica de Eccleſia Græcanica hodierna, adverſus Allatium, Arcudium & Bartholdum Nihuſium, ſub præſidio B. D. Jo. Conradi Danhaueri Argentor. 1657. & recuſa 1666. atque inter laudati Danhaueri diſſertationes Theologicas, bis excuſas junctim Lipſiæ in 4. 1700. & accuratius 1707. 4. Defenſio ejusdem exercitationis adverſus Allatium edita Francof. 1666. 4. cum præfixa Chriſtoph. Arnoldi Epiſtola. Obiit B. Veilius Ulmæ cujus Eccleſiarum Antiſtitem agebat, A. 1706. 23. Febr.

*D. Io. Quiſtorpii* de Chriſtianiſmo recentiorum Græcorum contra Allatium. Roſtoch. 1665. 4.

*D. Gerhardus Titius* Theologus Helmſtadienſis in hiſtoria & explicatione hodiernarum controverſiarum, adhuc inedita ex qua partem Græcos ſpectantem Germanice vertit Reverendus D. Heineccius ediditque in appendice operis quod mox memorabo. Obiit Titius A. 1681. 7. Iun.

*D. Hieron. Kromayerus* Theologus Lipſienſis A. 1670. defunctus, in ſcrutinio religionum Lipſ. 1673. & Francof. 1681. 4.

*D. Ioannis Olearii* oratio de fruſtra jactato Reformatorum cum Græcis conſenſu. Francof. 1680. 4. addito programmate adverſus Hug. Grotium * conſenſum Græcorum cum Eccleſia Romana defendentem, & tribus Henr. Hilarii ad auctorem Epiſtolis.

*Wolfgangus Gundlingius* Eccleſiaſtes Norimbergenſis in notis ad Euſtratii Iohannidis Zialowski, Rutheni brevem delineationem Eccleſiæ Orientalis Græcæ. Noriberg. 1681. 8.

*Tho. Ittigius ὁ μακαρίτης* in Diſſ. de Actis Synodi Hieroſol. An. 1672. contra Cyrillum Lucarem habitæ, in appendice ad librum de hæreſiarchis Lipſ. 1696. 4. p. 412. ſeq.

*Henricus Hilarius* Scholæ Cellerfeldenſis Rector in commentario ad Philippi Cyprii Chronicon Eccleſiæ Græcæ. Lipſ. 1687. 8.

*Anonymi* Orientaliſcher Kirchenſtaat / worinnen enthalten / der Zuſtand 1) Griechiſcher Kirchen unter den Türcken in Europa, Aſia und Africa 2) Abyſſiniſcher in Africa 3) Tartariſcher in Europa und Aſia 4) Per-



* Grot. in Apologetici Rivetiani diſcuſſione p. 10.

4) Perſianiſcher 5) Samaritaniſcher 6) Armeniſcher und 7) derer S. Thomas Chriſten &c. Gotha 1699. 12.

*Caſpar Calvoer* in fiſſuris Sionis libro XVIII. cap. 4. Lipſ. 1705. 4.

*D. Martini Chladni* de fide ac ritibus Eccleſiæ Græcæ hodiernæ adverſus Michaëlem Nau & Leonem Allatium.

*D. Io. Mich. Heineccii*, Theologi Hallenſis opus egregium & non mediocri elucubratum ſtudio quod in lucem dedit Lipſiæ A. 1711. 4. hoc titulo: Eigentliche Abbildung der alten und neuen Griechiſchen Kirche nach ihrer Hiſtoria/ Glaubens-Lehren und Kirchen-Gebräuchen in drey Theilen nebſt einen curieuſen Anfange unterſchiedlicher noch ungedruckter Schrifften Gerhardi Titii, Steph. Gelachii &c. Ab hoc viro docto parte ult. p. 54. ſeq. etiam ſyllabum ſcriptorum de Eccleſia Græca conſignatum habemus, quemadmodum & à *Caſp. Sagittario* τῷ μακαρίτῃ in introduct. ad Hiſtoriam eccleſiaſticam & in uberioribus Rev. *D. Jo. Andreæ Schmidii* ad illam ſupplementis.

*D. Io. Fechtii* τοῦ μακαρίτου, kurtze Nachricht/ von der Religion der heutigen Griechen/ Roſt. 1711. 8. Obiit vir præſtantiſſimus A. 1716. 5. Maji.

*Emerici Zigerii* Epiſtolam ad Matthiam Flacium ex civitate Tolna ſcriptam de ſtatu Eccleſiarum ſub Mahumede & editam A. 1555. Magdeburgi memorat Rev. D. Io. Andreas Schmidius in ſupplemento ad Caſp. Sagittarii introductionem in Hiſt. Ecclеſ. p. 317.

## *Reformati:*

*Io. Iacobi Huldrici* Theologi Tigurini diſquiſitio Theologica & Hiſtorica de religione Eccleſiarum Græcanicarum tum veteri tum hodierna, Tiguri 1621.

*Io. Henricus Hottingerus* ad Confeſſionem Cyrilli Lucaris in Appendice ad diſſ. VII. Analect. Hiſtorico Theol. Tiguri 1652. 8. nec non in hiſtoria Eccleſiaſtica Sec. XVI. (totius operis tomo V.) Tiguri 1655. 8. p. 39-95. & in Allatio nimiæ temeritatis convicto & de perpetuo Eccleſiæ Latinæ & Græcæ tam in dogmatis quam in ritibus diſſenſu, diſſ. octava Enneadis diſſ. Philologico Theol. Tigur. 1662. 4. Vide etiam ejus topographiam Eccleſiaſticam Orientalem p. 92-100.

*Chriſtophorus Pelargus* in enchiridio hymnorum & precationum quas Chriſtiani Græci hodie inter barbaros retinent. Francof. ad Oderam 1594. 4.

*Andreas Wengerſcius* (ſive qui ſub hoc nomine latet *Adrianus Regenvolſcius*) in

in libro quarto Slavoniæ reformatæ, ſeu Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Eccleſiarum Slavonicarum, qui eſt de Græco Ruthenorum in minore Polonia & magni ducatus Lithuaniæ Eccleſiis, Trajecti ad Rhen. 1652. 4. & Amſtelod. 1679. 4.

*Jo. Hoornbeckius* in ſumma Controverſiarum religionis, libro XI. qui eſt de Græcis & Orientalibus. Ultraject. 1653. & Colbergæ 1676. 8.

*Thomas Smithus* Anglus de quo infra cap. 45. in Cyrillo Lucari.

*Io. Claudius*, de quo pag. 444.

Hiſtoire de l'eſtat preſent de l'Egliſe Grecque & de l'Egliſe Armenienne par Mr. *Paul Ricaut*, traduite de l'Anglois par *Roſemond*, à Middelbourg 1692. 12.

*Fridericus Spanhemius* Fil. Leidenſis Theologus in elencho controverſiarum & ſeparatim edito in 8. & Tomo III. Opp. Lugd. Bat. 1703. fol. p. 918-931. Et in diatriba de Eccleſiæ Græcæ & Orientalis à Romana & Papali in hunc diem perpetua diſſenſione, adverſus Abrahamum Ecchellenſem, Petrum Arcudium, Leonem Allatium & nuperos ὁμοψήφους T. II. Opp. p. 486.--558.

*Gregorius Leti* in Dialogis hiſtoricis Italice editis parte 1. dialogo 4. ubi de Judæis & Græcis in Italia commorantibus.

*Benedictus Pictetus* Theologus Genevenſis in brevi collatione ſententiarum Græcorum recentiorum cum Græcorum veterum placitis. Amſtelod. 1700. 12.

*Ioannes Aymon*, de quo infra, cap. 45. in Cyrillo.

Auctor libelli *de turbis Ieſuitarum in Oriente*, quem de rebus Cyrilli Lucaris conſulere jubet Conringius in Epiſtola ſcripta A. 1661. Vide Andreæ Riveti Opera T. 3. p. 1257. ſeq.

# CAPUT XLIV.

## De Gregoriis, Palama & Acindyno, nec non de Philotheo Cpol., Joanne Cypariſſiota, &c.

I.

GREGORIUS PALAMAS, genere Aſiaticus a) cum duobus fratribus opulentum patrimonium & honores ab Imperatore promiſſos reliquit, atque inter Monachos montis Atho nomen profeſſus eſt ſuum: deinde in Scete Berrhœæ multos annos tranſegit. Delatus inde Theſſalonicam, gravem adverſarium habuit Barlaamum, Gregorium Acindynum itidem ac Niceph. Gregoram, a quibus non modo ut Heſychaſtarum & Maſſalianorum Omphalopſychorum patronus reprehenſus eſt, ſed etiam *διθεΐας* poſtulatus, ac ſi ſtatueret duas *θεότητας*, unam lumen Thaborium, viſibilem ac comprehenſibilem, alteram inviſibilem b) incomprehenſibilemque: duas item cauſas & duo principia, unam Filii & Spiritus S. Patrem, alteramque divinæ operationis Patrem, Filium & Spiritum S. Etiam velut iconomachus perſtringitur à Nicephoro Gregora XIX. 3. pag. 591. 593. & XXIV. p. 714. aliisque in locis. Habitæ ſuper Palamiticis controverſiis *Synodi* complures, c) prima A. 1341. adverſus Barlaamum; Secunda A. 1345. adverſus Palamam; Tertia A. 1347. adverſus Joannem Calecam Patriarcham; Quarta denique A. 1351. Majo Menſe adverſus Nicephorum Gregoram Palamæ adverſarium & alios Acindynianos. Joannes Cypariſſiotes d) meminit *τελευταίας συνόδου*, quam ait fuiſſe coactam ab Epheſi Metropolita. *Tomi* vero promulgati ſunt multo plures, nempe tomus hagioriticus, in monte

a) Cantacuzen. II. 39. Hiſt. p. 330. ſeq.

b) Confer Allatium de conſenſu p. 837. ſeq. & de Simeonum ſcriptis pag. 174. Petavium dogm. Theol. de Deo lib. 1. c. 12. Natalem Alex. Sec. XIII. & XIV. T 7. p. 105. ſeq edit. in fol. Jac. Pontanum ad Cantacuzen. lib. 2 c. 40. Altimuræ panopliam pag. 381. ſeqq. B. Dorſcheum in Apologia judicii Argentoratenſis in cauſa Latermanni p. 80. ſeq. G. Calixtum de S. Trinitatis myſterio è V. Teſt. §. 24. Hottingerum faſcic. diſſ. p. 332. &c.

c) Jo. Boivin ad Niceph. Gregoram p 790.

d) Jo. Cypariſſiotes lib. 1. Palamiticarum transgreſſion. lib. 1. ſerm. 4. c. 10. extremo.

Digitized by Google

te Atho promulgatus, e) de quo Palamas, Cod. Reg. 2409. fol. 267. Tomus Synodicus in Barlaamum & Acindynum editus menſe Auguſto A. 1341. de quo Lambecius VI. pag. 30. f) Tomus Ignatii Patriarchæ Antiocheni contra Iſidorum nondum Patriarcham CPol. editus A. 1344. Novembri menſe, productus ab Allatio in diſſ. de libris Eccleſ. Græc. p. 188. Incipit: ἐλαλήθη περὶ τοῦ ὑποψηφίου. Tomi contra Palamam varii, variis temporibus à Joanne Caleca Patriarcha editi, id quod ipſe Palamas teſtatur his verbis: ὥσπερ εἷς ἐστι χριστὸς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἀντίχριστοι δὲ πολλοὶ γεγόνασιν - - οὕτω καὶ συνοδικὸς τόμος καθ' εὐσέβειαν ἐφ' ἡμῶν τῆς ἀληθείας συνήγορος εἷς, ἀντίτομοι δὲ καὶ νῦν γεγόνασι πολλοί - - τρίτος οὖν ἐστιν οὗτος τῶν παρὰ τοῦ τῷ Βαρλααμίτῃ συναιρεῖν Ἀκινδύνῳ προελομένου νῦν ἐξενηνεγμένων, καὶ παρ' ἡμῶν ἐξεληλεγμένων. Cod. Reg. 2409. fol. 287. Ex his unum brevem dat Allatius de libris Eccleſ. Græcorum p. 197. & T. I. Græciæ Orthodoxæ p. 772. qui incipit: Τὸν Παλαμᾶν καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ. Alter fortaſſe eſt ſermo Patriarchalis productus ab eodem Allatio de Conſenſu pag. 817. & T. I. Græciæ Orthodoxæ p. 803. Incipit: Ἡ μετριότης ἡμῶν ἀναδεδειγμένη παρὰ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. His addatur Tomus contra Joannem Patriarcham editus menſe Februario Anni 1347. de quo Lambecius VI. p. 28. ubi ſubſcribunt Metropolitæ *Athanaſius* Cyzici, itemque Helleſponti Exarchus: *Macarius* Philadelphiæ, *Laurentius* totius Alaniæ & Soteropoleos, *Theoleptus* Didymotichi, *Malachias* Methymnes, *Apero* Charitum & vicem gerens Metropolitæ Euchaitarum; *Iſaac* Madytarum, *Theodulus* Roſii (Ῥωσίου), *Eſaias* Selybriæ & *Gregorius* Pompejopolis. Incipit: ὄντως οὐδεὶς οὕτως ἀρχιτέκτων. Item tomus & anathematiſmi in Palamam editi menſe Julio ejusdem anni, quos exhibet Græce & Latine Allatius Græc. Orthodox. T. I. p. 788. - 803. & de Conſenſu p. 803. Incipit: ἀκούσατε φυλαὶ τῆς γῆς. Denique tomus contra Nicephorum Gregoram & alios Barlaami & Acindyni propugnatores, editus menſe Auguſto A. 1351. qui quidem tomus ſub titulo Pſeudo-Synodi Palamiticæ Græce & Latine exſtat

e) Ἁγιορειτικὸς τόμος pro Monachis Heſychaſtis adverſus Barlaami & Acindyni ſectatores. MS. Lambec. VI. p. 30. incipit: Τὰ μὲν ἀρτίως καθωμιλημένα. Confer Allatium de Conſenſu p. 830. ſeq. & T. I. Græciæ Orthodoxæ p. 812. ſeq.

f) Incipit: ἐπαινετὸς ἀληθῶς ὁ εἰπών. Subſcribunt *Joannes Calecas* Oecumenicus Patriarcha novæ Romæ ſive CPoleos, *Athanaſius* Cyzici, *Gregorius* Sardium, *Gregorius* Dyrrhachii, *Nilus* Lacedæmonis, *Iſaacius* Madytarum, *Malachias* Methymnes & Bitzenes Epiſcopi.

exſtat in Auctario noviſſimo Bibl. Græcorum Patrum Combefiſiano, parte altera pag. 135. --- 176. additis etiam notis: & in Volum. ultimo Conciliorum edit. Harduini pag. 283. qui notat hujus tomi meminiſſe Cantacuzenum IV. 23. Hiſt. Incipit: *ὅτε τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ κοινοῦ πολεμίου.* Subſcribunt poſt Imperatorem Joannem Cantacuzenum & Patriarcham CPol. Calliſtum, Metropolitæ XXIII. & Epiſcopi III.

*Archiepiſcopus Theſſalonicenſis* ordinatus eſt Palama juſſu Cantacuzeni Imp. apud quem ſingulariter gratioſus fuit, ab Iſidoro CPol. circa A. 1349. ſed a Præfectis Urbis haud admiſſus g) in Lemnum inſulam ſeceſſit, atque inde reverſus CPolin. Synodo A. 1351. de qua jam dixi, interfuit. Defuncti laudes panegyrica Oratione celebravit Philotheus Patriarcha CPol. Incipit: *Γρηγόριος μὲν ὁ μέγας πανηγύρεως ὑπόθεσις.* Bibl. Coislinian. p. 167. Cantica ejusdem Philothei duo *στιχηρὰ* in laudem Palamæ Thaumaturgi, una cum *ἀκολουθίᾳ* ſive officio in eundem MSta in Bibl. Cæſarea. Canticum primum incipit: *εὐφραίνου ἐν Κυρίῳ πόλις Θεσσαλονίκη.* Alterum: *Χάρισι τῆς εὐσεβείας φωστήρ.* Officium: *Πάτερ ἱερὲ Γρηγόριε, σὺ τὸν Θεὸν ἐκ παιδὸς ἀγαπήσας ἐξέφυγες ὑλικὴν προσπάθειαν.* Vide Lambec. V. p. 195. ſeq.

Nicephorus Gregoras lib. XXIII. p. 699. teſtatur Palamam ultra ſexaginta *λόγους* compoſuiſſe, ad quem locum Jo. Boivinus in notis p. 805. obſervat in uno Codice (Regio 2404.) homilias variaq; opuſcula Palamæ contineri plus quam ſeptuaginta. Alia non pauca extare obvia in aliis Codicibus. Itaque putat Gregoram tantum loqui de iis quæ de rebus controverſis ſcripta à Palama erant, quorum multa continet Codex Regius 2409. in iis ſunt:

I. *Libri contra Acindynum decem continui*, qui omnes exceptis tribus *ἀντιῤῥητικοὶ* inſcribuntur. In codice Segvieriano ſeptem *ἀντιῤῥητικοῖς* præmittuntur duo, unus ad Athanaſium Cyzici Archiepiſcopum, de ſcriptis Acindyni, num cum Barlaamo concordarent. Incipit: *πυνθάνῃ περὶ τῶν τοῦ Ἀκινδύνου συγγραμμάτων.* Alter de diſtinctionibus in DEO ſecundum hypoſtaſes & ſecundum operationes. Incipit: *Διονύσιος ὁ μέγας αὐτήκοος γεγονὼς τῆς τῶν Ἀποστόλων φωνῆς.* Tertius ultimo loco ſubjicitur de multis impietatibus Barlaami & Acindyni, *ἔκθεσις τῆς τῶν Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου δυσσεβημάτων ἀλλοκότου πληθύος.* Incipit: *Ἀποβαλλόμεθα τὴν ἀσεβεστάτην ἀλλόκοτον πληθύν.* Septem librorum *ἀντιῤῥητικῶν*, qui in capita ſinguli diviſi ſunt, accuratam recenſionem & ſingu-

g) Nicephorus Gregorus XII. 3. Hiſt.

ſingulorum capitum argumenta exhibet celeberrimus Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 156.--167.

II. *Libri duo apologetici* primus prolixior περὶ θείων ἐνεργειῶν καὶ τῆς καθ' αὐτὰς μεθέξεως. Incipit: Εἰ μὲν τίς ἐστιν ὁ πρὸς τοσαύτην ἐκτραπεὶς τόλμαν. Alter περὶ θείας καὶ θεοποιοῦ μεθέξεως ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφυοῦς ἁπλότητος. Incipit: Φέρε δὴ προθῶμεν νῦν τὸ ὑπ' ἀμφοτέρων φανερῶς λεγόμενον.

III. *Liber ſingularis*, quod Barlaam & Acindynus ſint qui Divinitatem unam diſcerpunt in duas. Ὅτι Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνός εἰσιν οἱ διχοτομοῦντες κακῶς ὄντως καὶ ἀθέως εἰς δύο ἀνίσους θεότητας τὴν μίαν. Incipit: Τοῖς πνευματοκινήτοις τῶν ἁγίων πατέρων ἑπόμενοι ψήφοις.

IV. *Dialogi duo*, unus orthodoxi cum Barlaamita. Incipit: Ὀρθόδοξος. μαθεῖν ἐβουλόμην παρ' ὑμῶν τῶν ζητούντων καὶ ἐπεκδικούντων τὰ λείψανα. Alter Theophanis orthodoxi cum Theotimo qui ex Barlaamitis converſus fuerat. *Theophanes ſive de Deitate, & de eo quod non participari vel participari ex illa poteſt.* Incipit: Ἐπισκέψω κατὰ σεαυτὸν γενομένους, ἀδελφὲ Θεότιμε.

V. Ἀντίθεσις ſive *refutatio eorum quæ Acindynus contra Palamam compoſuit.* In hoc opuſculo proponuntur primum Palamæ verba, deinde ea quæ Acindynus contra objecit, tum denique ea quæ Palamas contra oppoſuit. Diſtingvitur in capita XIX. quorum argumenta exponit laudatus Montfauconus p. 168.--170.

VI. *Epiſtolæ*, ut *ad Acindynum*, miſſa Theſſalonica ante ſynodicam Barlaami & Acindymi condemnationem. Incipit: τὸ διθείας ἡμᾶς MS. id. p. 170.

ad *Annam Palæologinam*, Auguſtam. Incipit: οὐδὲν οὕτως ἀναγκαιότατον. Edidit integram Clariſſ. Boivinus, notas ad Gregoram p. 787.

ad *Arſenium* monachum Studitam. Incipit, εἰδέναι σε βούλομαι pag. 170.

ad *monachos in monte Atho.* Incip. ὑμεῖς μὲν εὐπαθοῦντες. p. 170.

ad *Beſſarionem* Monachum. Incip. εὐλογημένε τῷ Θεῷ. pag. 170. altera incip. τοῦτο κόπος ἐστίν. pag. 171.

ad *Damianum* Philoſophum. Incip. ἠνέχθη πολλαχόθεν τὰ τοῦ Ἀκινδύνου. p. 167. 171.

ad *Danielem* Æni Metropolitam. Incip. ὄντως αἰδοῦς οἰχομένης ἐξ ψυχῆς. 1170.

ad *Dionyſium* Monachum. Incipit : τελῶν ὄντων τῶν τῆς ἀθεΐας. Bibl. Coislinian. pag. 167.

ad *Joannem Gabram*. Incipit : φησί πȣ τῶν παροιμιῶν. pag. 170.

ad *Macarium* Hieromonachum. Incipit : ȣ̓́πω μοι δοκεῖτε καταλαβεῖν. p. 170.

ad *Niconem* Italum, citat Nic. Comnenus pagina 193. prænot. myſtagog.

ad *Nomophylacem*. Incip. τὰ γράμματα πρώην ἔπεμψας. MS. Bibl. Coislinian. p. 170.

ad *Palæologinam*. p. 171. Vide ſupra, ad Annam.

ad *Paulum Aſanum* Hieromonachum. Incipit : ἔναγχος ὑμῶν ἐντυχών. pag. 170.

ad *Philotheum* Hieromonachum. Incipit : ὢ ἐδόθη πολύ. p. 170.

ad *Theſſalonicenſes*, de laboribus ſuis. Meminit Combefiſ.

ad *quendam ignominatum* de dicto Baſilii allatum in Synodico quod Gregoras velut haud genuinum arguerat. Incipit : δεῖ καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶν, ἀδελφέ. p. 173.

VII. Diatribæ *duæ* contra ſcriptum quod Ignatius *Antiochenus Patriarcha*, Barlaamitis ſuffragatus, Palamæ objecit. 1) quod Synodico & Hagioritico tomo in omnibus ſit oppoſitum. Incipit : εἰς καιρὸν ἄρα τῆς Ἱερεμίου μνησθήσομαι φωνῆς. 2) quod ſit tomi illius non expoſitio ſed prava detorſio & aperta oppugnatio. Incipit : ὥσπερ εἷς ἐστι χριστὸς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. MS. in Bibl. Coisliniana p. 170.

VIII. *Libri* πρότεροι & ὕστεροι ὑπὲρ τῶν ἱερῶς ἡσυχαζόντων, *pro iis qui ſacram quietem colunt libri III. priores, & totidem poſteriores.* Priorum lib. I. quousque ſtudium literarum ſit utile. Incipit : ἀδελφὲ καλὸν χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν. Lib. II. quod mens intra corpus poſſit continere mentem, ſi quis ſibi ipſi in quiete attendit. Incipit : ἀδελφὲ, οὐκ ἀκούσεις τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος. Lib. III. de lumine & illuminatione Divina, de ſacra felicitate & perfectione in CHriſto. Incipit : οὐκ ἄρα μόνον ταῖς ἀρεταῖς ἢ κακίαις παραπεπήγασιν. Poſteriorum contra Barlaamum lib. I. contra eos qui dicunt ſcientiam externarum diſciplinarum eſſe vere ſalutarem. Incipit : οὐδὲν ψεῦδος δεινότερον. Lib. II. de Oratione. Incip. τῶν μὲν οὖν οὐδὲν μέγα τιθεμένων τὴν ἀπὸ τῆς ἔξω παιδείας ὄνησιν. Lib. III. de ſacro Lumine. Incipit : ὁ δὴ τῆς νοερᾶς προσευχῆς. MSS. in Bibl. Coisliniana p. 172.

IX.

IX. *Libri III. refutationis abſurdorum* quæ ſequuntur ex ſecundis Barlaami ſcriptis, protaſibus & concluſionibus. Incipit lib. 1. ἀλλ' εἰ μὲν κατὰ Μασσαλιανῶν, καθάπερ καὶ ἐπιγέγραπται οἱ τὸ βιβλίον, πεποίηται. Lib. 2. ἤρετό τις τῶν εἰσαγομένων. Lib. 3. ἃ μὲν οὖν προσκρούει τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῷ τῆς ἀληθείας Θεῷ. p. 172.

X. Ἐπίτομος διήγησις *Compendioſa narratio dialogi* qui in Palatio coram Imperatore habitus eſt inter Gregorium Palamam Archiep. Theſſalonicæ & Nicephorum Gregoram Philoſophum, ſcripta à quodam ex Senatoribus qui præſens interfuit. Incipit: ὁρισθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως. p. 173.

XI. Περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας ὁμοῦ καὶ δυσσεβείας, *de Gregora in ſcribendo mendaciis & impietate libri II.* Libri I. initium: Μεταλαχεῖν ἀθλίως τὸν Γρηγορᾶν, Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου τῶν κακοδόξων. Libri II. ἐξ ὀνύχων, φασὶ, τὸν λέοντα, καὶ ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. p. 173.

XII. Ἔλεγχος *Refutatio duplex Gregoræ de lumine transfigurationis Domini*, una brevior ad Patriarcham œcumenicum, incipit: οὐδὲν οἷον, ὦ φίλε δέσποτα, εἰ μὴ λίαν ἐντέχνους ποιοῦμαι τοὺς λόγους. Altera prolixior demonſtratio quod illud vere increatum ſit & æternum, non autem divinæ natura quæ omnibus omnino inviſibilis eſt, ſed pulchritudo illa vera & amabiliſſima quæ ipſam circumdat ſecundum Theologos, ſolis ſanctis & nunc quaſi pignoris ac prægustus loco, at in futuro ſæculo inceſſanter participabilis & viſibilis. Incipit: ὅτι μὲν οὖν καὶ ἦν καὶ ἔστι καὶ ἔσται. p. 173.

XIII. *Capita centum & quinquaginta* Phyſica & Theologica, Ethica & practica καὶ καθαρτικὰ τῆς Βαρλααμίτιδος λύμης, purgantia à Barlaamitica labe. Incip. Ἤρχθαι τὸν κόσμον καὶ ἡ φύσις διδάσκει καὶ ἡ ἱστορία πιστοῦται. p. 173.

XIV. *Delectus teſtimoniorum* ex S. Scriptura & ex Patrum libris excerptorum, & in Capita ſeu hypotheſes ſexdecim diſtributorum. MS. in Bibl. Regia Pariſ. teſte Clariſſ. Boivino ad Gregoram p. 805.

XV. *Interrogationes & reſponſiones* de iis qui propriam mentem intra corpus conantur perſpicere, an recte agant. id. p. 806.

XVI. Κεφάλαια περὶ προσευχῆς καὶ καρδίας καθαρότητος. Capita de Oratione & Cordis puritate MSS. in Bibl. Regia ex quibus primum cum verſione Claudii Capperonerii exhibet laudatus Boivinus p. 776. Incipit: ἐπειδὴ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστί.

XVII. *Orationes duæ in Transfigurationem* Dei ac Salvatoris noſtri



Digitized by Google

JEſu CHriſti, quibus probatur lumen in ea increatum eſſe, nec tamen DEI eſſentiam. Prior incipit: *ἐπαινῦμεν καὶ ἡμεῖς καὶ θαυμάζομεν.* Poſterior: *Ησαΐας ὁ προφήτης* Utramque Græce ex Cod. Mazariniano primus produxit latinamque addidit verſionem Combefiſius auctario noviſſ. parte 2. p. 106. 112. Latine ex Combefiſii verſione leguntur in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. XXVI.

XVIII. *Oratio adverſus Jo. Calecam Patriarcham CPol.* ex qua locum Græce profert Boivinus ad Gregoram p. 789.

XIX. *Jambi* adverſus Acindyni carmina edita Græce ab Allatio ad calcem Tomi I. Græciæ Orthodox.

XX. *Proſopopœia* ſive Orationes II. judiciales mentis corpus accuſantis & corporis ſe defendentis, una cum Judicum ſententia, Græce viderunt lucem edente Adr. Turnebo Pariſ. 1553. 4. & Latine in Bibliotheca Patrum, Paris 1589. Tomo IX. ubi Palamas *ſanctiſſimus* appellatur quemadmodum & in Triodio edit. Venetæ, quod factum indignantur Allatius de Conſenſu p. 824. & Combefiſius T. I. Bibl. Concionator. p. 15. Eadem Proſopopœia Latine occurrit etiam in aliis Bibliothecis Patrum ut Pariſ. 1654. T. IX. & Colon. 1618. T. XI. & Lugd. 1677. T XXVI. Sed & Gallice vertit vulgavitque Claudius Eſpencæus Pariſ. 1570. 8.

XXI. *Orationes ſacræ* ſive *Homiliæ* binæ *εἰς τὴν πρὸς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἴσοδον*, prior incipit: *εἰ ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.* Poſterior: *Ἐπὶ τῶν μειζόνων ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην δύναμιν.* MSS. in Bibl. Vaticana.

Alia *εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν*, incipit: *ὁ τοῦ Θεοῦ προαιωνίως*, meminit Allatius lib. de Simeonibus pag. 103.

Video præterea memorari, *εἰς τὴν ἀπάντησιν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ*,

*περὶ νηστείας καὶ προσευχῆς.*

*De ſecundo adventu CHriſti.*

*De paſſionibus & virtutibus & de iis quæ per otium cogitatio parit.*

*πῶς ἀνύσιμός τε καὶ ἄμωμος ἡ ἀρετὴ πλέλεται.*

*In Demetrium Martyrem.*

*De mutua concordia.*

*In Publicanum.*

*In Prodigum.*

*De præmiis bonorum & ſuppliciis impiorum*, Dominica *πρὸς τοὺς τῶν προπατέρων* (ante Feſtum Nativitatis) ſolita recitari.

De

Digitized by Google

*De miſericordia & beneficentia.*

In Bibl. Bodlejana n. 637. inter Codices Gvil. Laudi 156. exſtant Gregorii Archiepiſcopi Theſſalonicenſis *Sermones*, Græcè, fol.

XXII. *Expoſitio orthodoxæ fidei* MS. in Bibl. Auguſtana, fortaſſe haud diverſa ab ea quæ exſtat in tomo Palamitarum Synodico a Combefiſio edito pagina. 172. & incipit: εἷς Θεὸς πρὸ πάντων.

XXIII. *Diſputatio adverſus infideles & atheos Chionas*, memoratur à Combefiſio & Rob. Gero.

XXIV. *Vita S. Petri* Monachi Hagioritæ ſive in monte Atho ex MS. Mazariniano Græce edita in Actis Sanctor. 12. Junii T. 2. p. 538-556. cum verſione Conradi Janningi, S. I.

## *Contra Latinos.*

XXV. *Libri II.* ἀποδεικτικοὶ *quod non ex Filio ſed ex ſolo Patre procedat Spiritus S.* Prior incipit: πάλιν ὁ δεινὸς καὶ ἀρχέκακος ὄφις. Poſterior adverſus ea quæ é ſacris Literis Latini afferunt incipit: ὧν μὲν οὖν ἔδει καὶ αὐτῷ τῷ τῶν εὐσεβούντων καταλόγῳ. MS. in Bibl. Coisliniana p. 171. Ambo prodierunt Græce Londini 1624. 4. cum aliis aliorum ſcriptis, de qua collectione infra p. 784. 790.

XXVI. Ἀντεπιγραφαὶ contra Joannem Beccum, Patriarcham CPol. ſeu *Confutatio* ἐπιγραφῶν ſive XI. quas *Joannes Beccus* pro Latinis propoſuit id. De Becci ἐπιγραφαῖς dictum ſupra p. 342. ſeq. Palamæ ἀντεπιγραφὰς cum Beſſarionis confutatione (de qua p. 402.) edidit Petrus Arcudius in opuſculis aureis editis Romæ 1630. 1671. 4. Confer Lambecium V. p. 150. ſeq.

XXVII. *Quod Latini unius Spiritus S. duo principia doceant*; ad Acindynum adhuc amicum: & Theologica argumenta eſſe potius demonſtrativa appellanda quam dialectica. Incipit: Σὺ μὲν ἡμᾶς ἴσως χρῆν. id. p. 171.

XXVIII. *Contra Barlaamum de duobus principiis*, & contra ſpeculationem Græcanicam. Incip. ὦ θρέμμα τῆς ἀνωτάτω περὶ λόγους παιδείας. id. p. 171. ſq.

XXIX. *Contra eundem*, *quod in Theologicis dentur veræ demonſtrationes*, & Ariſtotelicam demonſtrationem eſſe incertam & inſtabilem. Incipit: τὰ μὲν τῆς δυαρχίας ἐκ μέσου γέγονεν. id. p. 172.

XXX. *Diſputatio* in qua Palamas *cum Manuele Chryſolora* (qui diu poſt vixit) *de proceſſione Spiritus S.* contendens inducitur MS. Venetiis in Bibl. S. Antonii, teſte Poſſevino.

XXXI. Gregorii Palamæ *prophetia de Eccleſia Romana ſcindenda in multas partes*, *γινώσκετε τέκνα μου, ὅτι ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης μέλλει διαιρεθῆναι εἰς πολλὰ τμήματα*, &c. quam impletam poſt illius mortem miratur Metrophanes Critopulus in Confeſſione p. 41.

XXXII. *In Epiſt. Pauli ad Theſſalonicenſes* citatur à Nic. Comneno p. 23. 24. 26.. 32.-42. & pluribus locis. Idem Comnenus Allatii exemplo vehementer in Palamam & contumelioſiſſime invehitur, utpote Latinorum improbatorem morum acerrimum p. 193. itaque non contentus conſvetis maledictis, etiam hæreticum polytheum, Turcarumque catamitum antiſtitem appellat p. 387. ſceleſtiſſimumque Atheum p. 210. ubi omnibus onerat probris,. Photianorum ſcilicet Thaumaturgum p. 14. ſed cujus miracula Beſſarion oppugnaverit p. 244. b. Etiam Altimuræ p. 381. eſt fanaticus homo, ubi NectariumHieroſol. à quo pro ſancto habetur & miraculis conſpicuus celebratur, oppugnat. Nectarii * verba ad Papæ aſſeclas hæc ſunt: *ἐῶ νῦν λέγειν Γρηγόριον, τὸν σοφώτατον καὶ ἁγιώτατον, τὸν Θεσσαλονίκης τὸν Παλαμᾶν, ὅτι τοῦτῳ ὑμεῖς ὡς ἀντιδίκῳ φέρεσθε, ἀλλ' εἰ Θεῷ καὶ ἄκρον εὐηρέστησε, μαρτυρεῖ καὶ τὸ λείψανον καὶ τὰ θαύματα* - - *Οἶδα ὅτι οὐ μέγαν ἡγεῖσθε τὸν ἄνδρα πολέμιον, ἰσχυρῶς ταῖς ὑμῶν καινοτομίαις ἀντιταξάμενον, καὶ τοῖς ἁγίοις ἐντεταγμένον ἀκούοντες ἀποστρέφεσθε. Ἀλλ' οὐδὲν παραβλάπτεται παρ' ὑμῶν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή τε καὶ ἁγιότης. Omitto dicere de Gregorio ſapientiſſimo ſanctiſſimoque Palama, Theſſalonicenſium Præſule, quippe quem vos tanquam adverſarium inſectemini. Quam vero acceptus Deo ſit, hoc ejus reliquiæ & miracula conteſtantur. - - - Non nos fugit, vos non magni facere virum qui vobis bellum indixit, novitatibus veſtris fortiter obſiſtens: & cum illum in ſanctos relatum auditis, indigne fertis. Cæterum nihil ex vobis detrimenti accipit virtus illius & ſanctitas.*

## *Palamæ adverſarii.*

*Anonymi διάλεξις τινὸς λογίου καὶ φιλοσόφου ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν*, apud Allatium de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 199. & T. I. Græciæ orthodox. p. 773.--780. Incipit: *εἶδες τὴν ἀνταπόδοσιν τοῦ πολέμου.*

*Conſtantini Harmenopuli* ſcriptum quod ſine auctoris nomine exhibet idem Allatius de libris Eccleſ. p. 209. & T. I. Græciæ Orthod. pag. 780.-- 785.

* p. 202. *ἀντιῤῥήσεως περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πάπα.*

780.--785. Incipit: ἡ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν. Vide ſupra, p. 278.

GREGORIUS ACINDYNUS Monachus, Barlaami ſectator, & in Palama inſectando ſocius, poſtea diverſa etiam ab illo ſentire cœpit unde non minus Barlaamum quam Palamam ſcriptis oppugnavit. Itaque apud Allatium II. 16. 3. p. 802. de conſenſu & T. 1. Græciæ Orthod. p. 786. ἐμοὶ, inquit, λόγοι πεποίηνται καὶ ἐπιστολαὶ διὰ πέντε τμημάτων πρὸς Βαρλαὰμ ἐκεῖνον. Ejus *Jambi DIX.* adverſus hæreſes Gregorii Palamæ, Græce editi ab Allatio T. 1. Græciæ Orthodoxæ p. 756-769. Incipit: σπουδὴ Παλαμᾶν εὐσεβὴς πᾶς φευγέτω. *Librum III. adverſus errores Palamæ* citat Nic. Comnenus p. 188. prænot. myſtagog. *Librorum duorum de eſſentia & operatione DEI*, adverſus Palamam, Gregoram & Philotheum quos MStos in Bibl. Bavarica reperit Jac. Gretſerus argumenta quædam capitum expoſuit in notis ad Cantacuzeni II. 40. pag. 931. ſeq. & ex eo Bzovius ad A. 1337. §. 8. p. 781. Integri editi ſunt à Gretſero Ingolſtad. 1616. 4. cum decem Epiſtolis Variorum Pontificum ad Petrum Cnapheum. Acindynum & Barlaamum oppugnavit præter Palamam (de quo ſupra pag. 456.) etiam *Marcus* Monachus MS. in Bibl. Coisliniana pag. 404.

*Barlaamus* adverſus Palamam multa egit ſcripſitque, licet ex hujus argumenti lucubrationibus Barlaami nihil memini exſtare: De aliis ejus ſcriptis dictum ſupra p. 427. ſeq.

JOANNES CYPARISSIOTA, cognomine Sapiens, Palamæ ipſi ſuppar poſt A. 1360. ſcripſit παλαμικῶν παραβάσεων *Palamicarum transgreſſionum* libros IV. ex quibus primum & quartum vulgavit Combefiſius Græce & Latine in Auctario noviſſimo parte ſecunda p. 68. & 85.--105. Liber ſecundus & tertius adhuc inediti latent, ſicut & alia ſpiſſa ejus opera quatuor adverſus eundem Palamam, ut 1) λόγοι VIII. adverſus Palamæ Tomum ejusque novam fidem: 2) alii λόγοι VIII. criminationibus Palamæ in adverſarios de Lumine increata reſpondentes, ac aliquot quæſtionibus omnem de illo conſiderationem complectentes. 3) λόγοι tres (quorum primus in capita LXXV. diſpeſcitur) contra Palamitarum anniverſarias in adverſarios diras & exauctorationes, ſive contra illorum ἀποστασίαν. 4) opus antiPalamiticum, unum cætera fere omnia æquans magnitudine, & ante illa etiam ab Cypariſſiota publicatum.

Exſtat & aliud iſtius Cypariſſiotæ huc ſpectans, & ſimul Myſticam tradens Theologiam opus ſubtile & eruditum, quod inſcribitur

ἔκθεσις

*ἔκθεσις στοιχειώδης ῥήσεων Θεολογικῶν, Expoſitio elementaria eorum quæ de DEo à Theologis dicuntur*, in decem decades tributa, 1) de Theologia Symbolica. 2) De Theologia demonſtrativa. 3) de divinis enarrationibus. 4) de divinis nominibus eorumque origine & informatione. 5) De proprietatibus divinorum nominum. 6) de apparitionibus divini luminis. 7) de divina participatione 8) de infinitate DEI in creaturis. 9) de infinitate in DEO. 10) de Divina ſimplicitate. Hoc opus Græce repertum Meſſanæ in Sicilia in Bibliotheca D. Joannis Laſcaris, Franciſcus Turrianus Latine cum ſcholiis editum dedicavit Antonio Auguſtino, Archiep. Tarraconenſi Rom. 1581. 4. unde recuſum Latine in Bibliothecis Patrum Colonienſi Tom. XI. & Lugdunenſi Tom. XXI. pag. 377.

Scripſit Cypariſſiota poſt Nicephori Gregoræ obitum, cujus cadaver à Palamitis ludibrio habitum indignatur libro IV. Palamiticarum transgreſſionum, ubi ſtatum miſerum Eccleſiæ CPolitanæ ſub Patriarchis Palamitis per decem quæſtiones depingit. Natus Gregoras A. 1295. non ante A. 1360. obiit, cum Hiſtoriæ telam usque ad A. 1359. pertextam ab eo habeamus.

De *Nicephori Gregoræ* antirrheticis adverſus Palamam dixi volum. VI. p. 301. ſq. De *Manuelis Calecæ* libro, in hoc ipſo volumine p. 421. ſq. De *Demetrii Cydones* p. 388. & de *Davidis* Monachi narratione p. 501. & *Dionyſii Acindyni* hiſtoria victoriarum Gregorii Acindyni patrui ſui p. 502. *Marci Epheſii* capita LXVIII. contra hæreſin Acindyniſtarum MS. in Bibl. Cæſarea; Lambec. V. p. 226. *Georgii Scholarii* ad Joannem Baſilicum qui interrogaverat de Theodori Grapti dicto, cujus cauſa Acindyniſtæ turbas moveant: itemque de iis quæ iidem ipſi de Spiritu S. ſophiſtice diſputant. MS. in Bibl. Coisliniana p. 177. incip. *χάρις πολλή σοι τῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας, ἄριστε φίλων.*

## *Index Scriptorum in Decadibus Cypariſſiotæ allegatorum.*

Major numerus Decadem, minor Caput denotat.

Abucara ſive Carrarum Epiſcopus. vide infra, Synodus contra Manichæos.
Anaſtaſii Sinaitæ Oratio de transfiguratione VI. 4. 5. 7.
Anaſtaſius Antiochenus libro quod DEUS eſt incircumſcriptus, X. 4.

in primo libro de noſtris dogmatibus Veritatis, VII. 9. IX. 4. contra Monophyſitas, VIII. 10. confutans opinionem Manichæorum Dionyſium Alex. citat, id.

Andreas Cretenſis in magno Canone, VI. 6.

Athanaſius, I. 8. (quæſt. ad Antiochum, VIII. 8.) II. 8 IX. 1. 2. contra Arianos, VII. 1. IX. 7. libro primo X. 4. ſecundo VI. 8. VII. 5. IX. 6. tertio III. 6. 7. VII. 4. quarto IX. 8. 9. quinto IX. 6. 8. diſp. Nicæna contra Arianos, III. 6. λόγῳ κηρυκτικῷ in annunciationem B. Virginis, X. 8. Oratione, cujus initium: *Omnibus vobis, qui in unum convenistis*; quod patres Nicæni recte uſi ſunt voce *homouſii*, X. 1. Apologetico pro Synodo Nicæna, IV. 8. X. 1. de adventu DEI in carne, IX. 7. de incarnatione Verbi, V. 9. IX. 3. Epiſt. ad Serapionem, VII. 3. 4. 9. VIII. 2. IX. 5. 6. 9. dialogo Orthodoxi & Anomœi, IX. 4. 7. X. 4. 7. in expoſitione fidei in prima Synodo, (Symbolum intelligit) IX. 3. diſp. contra Arian. IX. 6. contra eos qui ſerviunt verbis & non nominibus ſacrarum literarum, IX. 6.

Bartholomæus Apoſtolus, VI. 10. ex Dionyſii c. 1. de myſtica Theol.

Baſilius, II. 3. III. 4. IV. 8. V. 10. VI. 6. IX. 1. 2. X. 2. de Spiritu S. VII. 3. capitibus de Spiritu S. IX. 7. contra Eunomium, ſecundo III. 4. IX. 5. X. 5. tertio VII. 5. quarto III. 5. IV. 4. 5. 6. IX. 5. quarto ἀντιῤῥητικῶν, X. 9. capite 31. X. 5. quinto ἀντιῤῥητικῶν, X 4. in Hexaëmeron, VI. 1. VII. 8. ſermone de fide, IX. 4. in Pſalmum 44 VI. 4. Orat. de principio proverbiorum, III. 4. in moralibus, III. 7. Epiſt. ad Euſtathium, IV. 7. ad Gregorium fratrem, VII. 4. 5. Pſalmo 28. in homilia moralium, VII. 8. in Pſalm. 22. VII. 5. libro quinto ad Amphilochium, VII. 9. in illud *attende tibi*, VIII. 8. Epiſtola ad Terentium Comitem, IX. 4. ad Cæſarienſes, IX. 7.

Chryſoſtomus, I. 3. III. 4. VI. 6. 9. VII. 1. homilia 64. in Matthæum, III. 4. homilia 56 VI. 4. in illud, *in ipſo vita erat*, IX. 7. homilia 15. in Joannem, VIII. 8. homilia 42. VI. 5. 6. in Epiſt. ad Corinth. homil. 29. VII. 5. ad Epheſios homil. 13. VII. 5. homilia de Eutropio, I. 6. ad Theodorum lapſum, VI. 4. 5. VIII. 8. homilia de Cruce, cujus initium, *quid dicam*, X. 8. explanans illud, *vidimus gloriam*, VI. 6. Orat. de incomprehenſo, VIII. 8. de transfiguratione, VI. 6. Oratione contra hæreticos & in petitionem filiorum

rum Zebedæi, VI. 8. in illud, *ex plenitudine ejus omnes accepimus*, VII. 4. Oratione in laudem S. Joannis Theologi, VIII. 6.

Clemens Philoſophus, V. 4.

Divinus Coſmas, VI. 4. canone feſti Transfigurationis, VI. 6. 7. in iis quæ in mediam Pentecoſten canuntur, VI. 6.

Cyrillus Alex. III. 3. VIII. 10. in theſauris, IV. 9. VII. 2. 3. IX. 6. libro primo, IX. 8. libro 3. capite quarto, X. 9. libro 14. IX. 6. 8. 10. libro 15. IX. 6. libro 19. IX. 8. libro 31. X. 2. libro 32. X. 7. capite 33. IX. 5. 7. libro 34. X. 7. differens de Spiritu S. VII. 2. 3. 5. IX. 6. 7. Capitibus de Spiritu S. IX. 7. 8. X. 7. explanatione in Lucam, VI. 4. libro primo ad Hermiam, IX. 7. libro quinto dialogor. ad Hermiam, IX. 7. libro ſeptimo eorum quos more dialogi ſcripſit, VI. 7. libro ſeptimo dialogorum ad Hermiam, VII. 4. IX. 6. X. 5.

Cyrillus Hieroſol. in Catecheſibus, VII. 1. decima Catecheſi; VI. 4.

Divinus Diadochus & ſilentii magiſter, VIII. 8. (*libro de perfectione ſpirituali citatur a Turriano ſcholiis ad X. 2. Epiſcopus Photices in Epiro, quem S. Maximus citare & ſequi ſolet, libro aureo quæſtionum de anima ſeparata & angelis quem inſcripſit Apocalypſin, id.*)

Dionyſius Areopagita paſſim per totum opus. Theologus, VIII. 10.

Dionyſius Alex. ſcholiis ad Dionyſium Areopagitam, I. 1. II. 2.

B. Ephræm Oratione in transfigurationem, VI. 4.

S. Epiphanii panaria, III. 4. V. 2. contra hæreſin Marcoſiorum, VIII. 10. hæreſi contra Ptolemæitas, X 9.

Eunomius in iis quæ contra Baſilium magnum ſcribit, X. 4.

Euſebius Cæſarienſis, III. 4.

Euthymii dogmatica panoplia, III. 2.

Sanctus ac divinus Germanus in expoſitione fidei, VIII. 10.

Gregorius Theologus, I. 3. II. 3. IV. 8. VI. 7. 9. IX. 2. 7. 9. libro primo de Filio, VIII. 1. IX. 5. X. 2. 3. libro ſecundo, VI. 6. Orat. de Spiritu S. III. 4. VII. 5. ſecundo de Theologia libro, I. 6. II. 4. 5. 7. 8. 9. III. 4. VI. 6. 9. VIII. 8. IX. 3. libro tertio Theologiæ ſuæ, X. 10. diſputans contra Eunomium, III. 1. de divinitate ad Evagrium Monachum, IV. 8. VII. 4. Oratione cum factus eſt presbyter, V. 9. de baptiſmo, VI. 3. 10. IX. 3. ad Heronem, VI. 5. in ſermone Epiphaniæ, IV. 1. libro de ſtatu Epiſcoporum, III. 6. de conſtituendis Epiſcopis, IX. 2. 5. in Natalem Domini, VI. 7.

VIII.

Digitized by Google

VIII. Oratione de bono ordine diſſerendi, VI. 5. 6. ſecunda de pace, VII. 9. tertia IX. 3. in Pentecoſten, VII. 9 in laudem Gregorii Nyſſeni, IX. 7.

Gregorius Nyſſenus, II. 5. IV. 8. 9. VIII. 8. 10. IX. 1. 2. 4. 5. Orat. ad Pulcheriam, IX. 6. contra Eunomium, IV. 5. V. 9. VIII. 6. libro qui incipit *prima quidem*, I. 6. libro primo, V. 9. VII. 8. IX. 3. 6. X. 4. 5. capite XLI. X. 9. libro ſecundo, III. 5. V. 9. contra Eunomium nono, IX. 4. decimo tertio, IV. 6. X. 4. libro de Abrahamo, IX. 3. de vita Moſis, II. 8. VIII. 8. explanatione Cantici Canticor. IV. 3. VII. 4. IX. 7. X. 7. in illud, *adveniat regnum tuum*, IX. 7. 9. Epiſt. ad Theophilum Alex. contra Apollinarium, VI. 6. libro primo in Eccleſiaſten, VI. 7. explanatione Beatitudinum, VIII. 8. libro inſcripto quæ ſit Chriſtiani profeſſio, IX. 2. in Catechetico, IX. 5. X. 8.

S. Hierothei divina principia, VII. 2. (ex Dionyſio Areopag.) hymni amatorii, VIII. 1.

Joannes Damaſcenus III. 3. V. 9. VI. 6. VII. 1. VIII. 10. IX. 1. X. 1. 2. 3. Theologus, III. 7. IV. 8. VIII. 2. diviniſſimus, VI. 4. in transfigurationem, VI. 4. Capite de Trinitate, IX. 9. Libri III. de Orthodoxa fide, XII. caput, V. 9. caput, LXII. III. 4. cap. LIII. IX. 4. Canone in Transfigurationem, VI. 7. ſermone inſcripto de proprietatibus CHriſti, X. 4.

S. Juſtinus Philoſophus & Martyr. VIII. 10. Oratione de recta confeſſione. VIII. 1. 8. in iis quæ Photius Patriarcha ex eo recitat. IX. 4.

Sanctus Juſtus, V. 8. ex Dionyſio c. XI. de Divinis Nominibus.

*(Leontius Byz. contra Aphthartodocetas, citatur in ſcholiis Turriani ad VIII. 9. auctor eruditiſſ. lib. contra Neſtorium & Eutychen, ad IX. 9.)*

*(Manuel Calecas libro de Trinitate allegatur in Turriani ſcholiis ad X. 10.)*

S. Maximus ad Dionyſ. Areopagitam. I. 1. III. 8. 9. &c. explanatione ſubtili precationis, *Pater noſter*, IX. 3. in Theologicis II. 3. 4. 6. 7. 9. VI. 9. Centuriæ I. capite ſeptimo. X. 9. Capite 38. & 39. centuriæ quintæ VII. 5. diſp. contra Pyrrhum III. 3. V. 9. X. 4. in ſententiis Gregorii Theologi III. 2. VIII. 1. ſpeculatione magis dilatata de Transfiguratione, VI. 5. Baſilius annotatis à S. Maximo de energia contra Monothelitas, III. 4. Libro quod in CHriſto eſt rerum id eſt ſubſtantiarum differentia. X. 8. capite 9. centuriæ quartæ de

de charitate, VII. 9. in centuriis Theologicis centur. III. capite tertio X. 8. quarto X. 7. ſeptimo VII. 10. capite 42. id. centuria prima capite ſecundo, VIII. 1. capite 35. VIII. 4. capite 6. tertiæ centuriæ VIII. 2. Octava Centuria capite 88. VIII. 4. capite 87. VIII. 5. Centur. 3. de charitate cap. 21. VIII. 5. cap. 27. VIII. 7. cap. 29. VIII. 9. Centuria 6. capite 84. VIII. 6. Centuria 4. capite 1. & 4. IX. 10. capite 8. X. 1. annotatione extrinſecùs poſita ad caput 2. Centuriæ primæ, X. 4.

Phædo Philoſophus, infra in Synodo.

Photius Patriarcha quæſtionibus ad Amphilochium quæſt. 75. VII. 1. Eaſdem citat Turrianus in ſcholiis ad VIII. 4.

Sadducæi, X. I.

Sextus Eccleſiaſticus Philoſophus, X. 10.

Sophronius Hieroſolymitanus IX. 2.

Synodus I. Oecumenica ex reſponſione Patrum ad Philoſophum quam Euſebius litteris mandavit. III. 4. Diſputatio contra Phædonem Philoſophum quæ eſt in prima Synodo IX. 2.

Synodus habita contra Manichæos ab Abucara ſive Epiſcopo Cararrum (S. Archelao) ex panariis (S. Epiphanii) III. 4. V. 2.

Synodus à Thedoro Abucara contra Manichæos habita quæ fertur in iis quæ contra omnes hæreſes ſcripta ſunt. III. 5. *Suſpicor Theodori nomen adjectum eſſe ab aliena manu, & eundem Archelaum atque Epiphanii panaria intelligi.*)

Editio ſanctæ & œcumenicæ tertiæ Synodi, IX. 2.

Confeſſio ſanctæ & œcumenicæ ſextæ Synodi, IX. 2.

Teuthes antiquiſſimus, qui nomina rebus impoſuit, IV. 6.

Theodorus Abucara. ſupra in Synodo contra Manichæos.

Theodorus Graptus III. 7. Oratione contra Euſebium VI. 4. adverſus Iconomachos. VI. 5. X. 4. tractans dictum Baſilii. X. 4.

Dictum eſt à Theologis in quinta & quarta decade initiariæ expoſitionis divinorum nominum. VII. 6.

Divinus Theophanes X. 3. in Canticis ſuis VII. 2.

Valentinus Hæreticus. IX. 7.

Cum Palama fecit præter Imperatorem *Jo. Cantacuzenum Iſidorus* Monembaſienſis à Cantacuzeno Imp. in Jo. Calecæ locum ad Patriarchæ CPol. dignitatem A. 1347. evectus, & *Cabaſilas* jam ſenex, qui prius

cum

cum Palamæ adverſariis ſenſerat: *Joſephus Bryennius* Oratione de transfiguratione & præcipue PHILOTHEUS, Monachus primo Sinaita, deinde Præpoſitus Monachorum in Monte Atho, denique ex Heracleæ Epiſcopo Patriarcha CPol. A. 1354. & 1362--1376. qui pluribus etiam ſcriptis & Palamæ memoriam coluit, & adverſus ejus adverſarios depugnavit, ex quibus pauciſſima lucem viderunt. Juvabit tamen præſenti loco brevem ſcriptorum Philothei notitiam editorum ineditorumque ſubjungere.

1. Præcipuum opus eſt *librorum XV. antirrheticorum* pro defenſione Tomi Palamitici, quibus mortui jam *Nicephori Gregoræ* ſcripta, hortante Cantacuzeno, oppugnavit. Exſtat adhuc ineditum in variis Bibliothecis, ut Vaticana, Regia Pariſ. Cod. 1996. & Regis Catholici. Servantur etiam in Codice inſigni quam manu Sylveſtri Syropuli diaconi & magni Eccleſiarchæ ſcriptum ſervat Bibliotheca Coisliniana, & accurate recenſet eruditiſſimus Montfauconus p. 173-176. Loca ex Regio Codice Pariſienſi producit, celeberr. Boivinus notis ad Gregoram p. 792. 798. &c. Idem ex libro duodecimo ſomnium propheticum Nicephoro Gregoræ tributum Græce & Latine edidit in Gregoræ vita. Ex libro quinto excerpta MS. Lambec. V. p. 206.

   *Ad magnum Domeſticum Palæologum* de dicto S. Baſilii in antirrheticis adverſus Eunomium, ὁ γὰρ τετοκὼς βούλῃ δρόσε κατὰ τὸν ἰὼβ λόγον, ὐχ ὁμοίως τάς τε βώλους καὶ τὸν υἱὸν ὑπεστήσατο. Et de Divinitate. Incipit: ἄγε δὴ καὶ πάλιν, φίλων ἀνδρῶν εὐγενέστατε. MS. Lambec. ibid. Hic eſt liber antirrheticorum contra Gregoram decimus tertius.

   *Ad eundem* de Divina CHriſti transfiguratione in monte Thabor, & de Lumine quod ibi diſcipulis apparuit, nec eſſentiam DEI nec rem creatam fuiſſe &c. Incipit: Ἐπεὶ δὲ τὰς λέξεις καθ' ἡμῶν συκοφαντίας τε καὶ καινοτομίας. MS. ibid. Hic eſt liber antirrheticorum decimus quartus.

2. *Confutatio capitum XIV. Acindyni & Barlaami.* Incipit: λέγουσιν ἑαυτιούμενοι τῇ θείᾳ γραφῇ. MS. in Codice Bibl. Coislinianæ.

3. *Ad Petriotam*, Barlaami ſectatorem, ὅτι ὥσπερ εἷς Θεὸς ἡ ἁγία Τριάς, οὕτω καὶ μία Θεότης, καὶ περὶ θείας ἐνεργείας. Incipit: χθὲς καὶ πρότερά μοι τις. MS. ad calcem antirrheticorum in Bibl.

 Cois-

Coisliniana. Exſtat etiam in Bibliotheca Cæſarea Lambec. V. pag. 197.

4. De *Oratione Panegyrica in Gregorium Palamam* à Philotheo ſcripta & *Canticis duobus* atque ἀκολουθίᾳ ſive *officio* ejusdem conſecrata laudibus, quod Græci Triodio inſeruere, dixi ſupra, p. 456. Vide etiam Lambecium V. p. 284. & Philotheo indignantem Allatium p. 193. ſeq. de libris Eccleſ. Græcor. & contra Hottinger. p. 215.

5. *De oratione encomiaſtica in tres Hierarchas* Baſilium M. Gregorium Naz. & Jo. Chryſoſtomum Græce & Latine recuſa T. XII. Bibl. Patrum Pariſ. A. 1644. 1654. dixi Volum. VII. p. 558. & ad Allat. de Nilis p. 76.

6. *Homilia MSS. in Evangelia & Dominicas totius anni*, & aliæ ex S. Joanne Chryſoſtomo potiſſimum deſumtæ, MSS. in Bibl. Sereniſſ. Bavariæ Electoris & in Bibl. Regis Catholici, teſte Bandurio p. 988. ad Antiquitates CPol. Pars etiam in Cæſarea. Vide Lambecium V. p. 65. ſeq. Διδασκαλία ἀπὸ διαφόρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν ἀπό τε τοῦ χρυσοστόμου καὶ ἑτέρων εἰς τὰ τοῦ Κυρίου ἀναγινωσκόμενα ἅγια Εὐαγγέλια. Ibid. *in Publicanum & Phariſæum.*

7. *In Demetrium Martyrem.* Incipit, Δημήτριος ἡμῖν τοῦ τε συλλόγου καὶ τῶν λόγων ἀφορμὴ πρόκειται σήμερον. MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. p. 193. Citatur ab Allatio de purgatorio p. 771. & contra Hottingerum pag. 217.

8. *De beatitudinibus Evangelicis*, Orationes III. ad Helenam Jo. Cantacuzeni filiam, Joannis Palæologi uxorem, MSS. ibid. Lamb. V. pag. 195.

9. *Oratio in exaltationem Crucis* Græce & Lat. apud Gretſerum de Cruce T. 2. p. 174. Incipit; ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ θείας. Et altera *in tertiam jejuniorum Dominicam*, *de Crucis adoratione* id. p. 360. Incipit: προτυπῶν καὶ διαγράφων.

10. Ἀνατροπὴ ſive *deteſtatio anathematiſmorum*, à Nomophylace Harmenopulo in epitome juris adſcriptorum, & quod ex Chryſoſtomi ſententia non temere anathemati ſubjiciendi ſint Chriſtiani. Exſtat Græce & Latine in Freheri jure Græco Romano lib. IV. pag. 288.--290.

11. *Ordo inſtituendi Diaconum*, Latine in Bibl. Patrum T. IV. Pariſ. 1575. & T. VI. Paris 1589. & T. XIV. edit. Colon. A. 1618. & T. XXVI. edit. Lugd. 1677. p. 214.--216. Græce vero & Latine cum notis Jac.

Jac. Goari exſtat in limine Evchologii vulgati Pariſ. 1647. fol. ſub titulo *διάταξις ἱεροδιακονίας*, *Ordo ſacri miniſterii, quomodo Sacerdoti Diaconus miniſtrat in celebribus veſperis, matutino & miſſa.*

12. *In Anyſiam* Theſſalonicenſem ſermo. Incipit: *οὐδὲν ἀρετῆς τιμιώτερον.* MS. meminit Allatius de Simeon. p. 103. & locum ex eo profert p. 416 contra Hottingerum.

13. *In SS. omnium Dominicam.* Incip. *καὶ τὸ λόγοις μὲν ἄλλως τὰ τῶν ἁγίων ἑκάστου διεξιέναι.* MS. Lambec. IV. p. 60.

14. *Canon in S. Gregorium Martyrem* MS. Lambec. V. p. 282. Incipit: *ἀναστάσεως ἡμέραν κατιδόντες λαμπράν.*

15. *Canon in Joannem Damaſcenum* citatur ab Allatio contra Hottingerum pag. 216.

16. *Synodicam de baptiſmo* laudat Nic. Comnenus p. 310. prænot. myſtagog. Aliud Synodicon *ne excommunicatio fiat ſine judicio.* p. 285. & *de non mutilanda vel interpolanda S. Chryſoſtomi liturgia.* p. 332.

17. *Orationem II. de pace Chriſti.* id. p. 144.

18. *De veteri circumciſione*, ad magnos Domeſticos Palæologos, reſponſum, MS. in Bibl. Coisliniana p. 176. Incipit: *ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ᾤμην ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας.*

19. *Theoremata Ethica, Phyſica, Theologica atque excerpta è variis auctoribus,* Labbe p. 29. Bibl. novæ MSS.

20. *Περὶ ἀποσημασιῶν ἐγκυκλίων.* *Interpretatio ſignificationum circumvolutionis ſiderum.* MS. in Codice mutilo Lambec. V. pag. 97.

21. *Capita Aſcetica XL.* Philothei monachi Sinaitæ MS. in Bibl. Cæſarea & Regis Gallor. Lambec. IV. pag. 145. V. pag. 69. Labbeus pag. 95. Bibl. novæ MSS. *Fragmenta ſermonum aſceticorum.* Lambec. V. pag. 99.

22. *De preceptis Domini* capitula XXI. ſive ſermo *περὶ τῶν ἐντολῶν quod cuſtodia cordis obſervantur præcepta D. N. JESU CHriſti*, MS. id. V. pag. 69. Hunc Græce & Latine edidit & præter rem antiquiori neſcio cui Philotheo velut ex Codice 500. annorum tribuit Petrus Poſſinus in Theſauro aſcetico pag. 316. Pariſ. 1684. 4.

Philotheus alius Achillinus Conſiliarius Regius cujus ſomnium viridarii de jurisdictione Regia & Sacerdotali ſcriptum Anno 1374. Latine vulgavit Goldaſtus in Monarchia S. Romani Imperii, Tomo I. Hanov. 1612. fol.

Pala-

Palamæ vitam præter Philotheum Patriarcham ſcripſit HIEROTHEUS ſacellarius, quam laudari video à Nic. Comneno pag. 74. prænot. myſtagog.

De NILO Metropolita Rhodio, Allatius in libro de Nilis p. 79. ſeq. edit. à me curatæ volum. V. hujus Bibl. Ejus obſervatis adde, quod de eodem ut Palamitarum ſuo ævo principe publice conqueſtus eſt Nicolaus Methonenſis Epiſcopus libro in Palamam, obtinuitque vel invito Philotheo Patriarcha, ut ſacri Rhodi ſolio deturbaretur. Vide Nic. Comnenum p. 226. qui in aula dictum fuiſſe notat cognomento διάβολον hunc Nilum, Patriarchæ Philothei exarchum, & ad ineptias usque adulatorem. Depoſitionem ejus, cui Philotheus ſuffragari noluit, ſucceſſor hujus Macarius CPol. confirmavit, cujus Synodica Depoſitionis apud Canonarcham, Chriſtophorum Campanum Chium exſtat, id. p. 227.

Capiti huic finem imponat JOANNES GLYCIS Byzantinus, è Logotheta dromi ſive curſus publici, Patriarcha CPol. ab A. 1316. ad 1320. quo abdicavit patriarchatum, & in Cyriotiſſæ monaſterium ſe abdidit. Hoc Joanne Magiſtro Atticæ eloquentiæ uſum ſe eſſe fatetur Nicephorus Gregoras, qui lib. VIII. Hiſt. c. 11. ejus *Teſtamentum* ſive *Teſtamenti* potius *proœmium* affert cujus ſe auctorem non obſcure prodit. *Synodicon, ne recipiatur ad judicium excommunicatus*, citatur à Nic. Comneno pag. 285. prænot. myſtagog. In Codice Regio Pariſ. 3229. teſte Clariſſ. Boivino pag. 767. notis ad Gregoram exſtant opuſcula duo ejusdem fere & argumenti & ſtyli, quorum prius inſcribitur: τοῦ Πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἡ παραίτησις τοῦ Πατριαρχείου, *patriarchatus abdicatio.* Alterum: τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον; *Commonitorium ad ſanctum Imperatorem*, Michaëlem Palæologum. De *Grammatica* ejus, quæ MSta ſervatur in variis Bibliothecis, jam feci mentionem Volum. VII. pag. 45. *Narrationem legationis in Armeniam ſuſceptæ*, quam laudat idem Gregoras lib. VI. p. 120. intercidiſſe dolendum eſt. Joannem Glycam *de vanitate vitæ* quam inter editos ſcriptores Græcos Cangius in gloſſario Græco commemorat, haud vidi.

CAPUT

# CAPUT XLV.

## Notitia Alphabetica Scriptorum Græcorum, magnam partem adhuc ineditorum, & parum explicatæ ætatis, de qvibus hactenus non dictum.

*Aceſſimas* Monachus in vita Encomiaſtica S. Methodii Patriarchæ CPol. citatur à Nic. Comneno pag. 240. prænot. Myſtagog.

*Adelphidas* contra Latinorum novitates de Proceſſione Spiritus S. MS. in Cod. Colbert. 3779. allegatur à Cangio in gloſſario Græco.

*Aëtius* Grammaticus.

*Agathangelus* Calliſtrati F. ex cujus narrationibus Allatius de Georgiis, infra p. 666. ſeq.

*Aimonius* Sophiſta Oratione Euchariſtica in Julianum Imp. Allatius ad Georgium Acropolitam p. 201.

*Alexander Choniata*, in Epiſtola de captivitate CPol. citatur à Nic. Comneno pag. 188. prænot. myſtagog.

*Alexander* Monachus Cyprius in vita *Nicephori* Patriarchæ CPol. confeſſoris. id. pag. 292. Ejusdem Encomium *S. Barnabæ* in Codice Colbertino 4137. Cangius hoc titulo: *Ἀλεξάνδρου μοναχοῦ εἰς τὸν ἅγιον Βαρνάβαν, προτραπέντος ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ κλειδούχου τοῦ σεβασμίου αὐτοῦ ναοῦ, ἐν ᾧ ἱσόρηται καὶ ὁ τόπος τῆς ἀποκαλύψεως τῶν ἁγίων λειψάνων αὐτοῦ.* Græce & Latine cum Zini interpretatione in Actis Sanctor. XI. Junii T. 2. pag 436. Ejusdem Oratio hiſtorica *de inventione Crucis* edita à Gretſero Tom. 2. de Cruce pag. 1. Incipit: *τὴν κέλευσιν τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος δεξάμενος.* Poſteriores duas Latine qvoqve habes in Bibl. Concionatoria Combefiſii, qvi Alexandrum hunc juſto facit antiqviorem, qvum Heracliana tempora anteceſſiſſe putat & vixiſſe ſub Zenone Imp. vel paulo poſt. Nam certe non fuit ante ſæculum nonum, qvo fuit Nicephorus Patriarcha ab A. 806. ad 815.

*Alexandri Eremitæ* Narratio de miniſterio Angelorum circa exitum animarum è corpore, MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio VI. p 303. idem ſcriptum ſub nomine *Macarii* Alexandrini ſervatur MS. in Bibl. Paulina Lipſienſi, ex cujus codice illud cum H Warthoni verſione latina vulgavit Caveus in hiſtoria litteraria ſcriptorum Eccleſ.

ad A.373. Lond. 1688. fol. (recuſa Genev. 1694. 1705. 1720.) & cum nova interpretatione & Codicis Cæſarei variis Lect. Jacobus Tollius in inſignibus itineris Italici, Trajecti ad Rhen. 1694. 4. Similis argumenti licet brevior *διήγησις τȣ̃ μακαρίȣ Ἀντωνίȣ* exſtat apud Palladium in Lauſiaca pag. 69.

*Alexandri* Epiſcopi *Theſſalonicenſis* Epiſtola ad S. Athanaſium qvæ incipit: *συγχαίρω τῷ βελτίςῳ Σαραπίωνι*, exſtat in S. Athanaſii apologia ad Imp. Conſtantium Tom 1. pag. 783. nec non altera ad Dionyſium Comitem cujus initium *Φανερὸν ὁρῶ*, id. pag. 798.

*Alexander* Abbas Cœnobii Acœmetarum citatur in Catena Patrum Græcorum ad Lucam MSta in Bibl. Cæſarea.

*Alexandri*, fratrisqve ejus Leonis Imp. cognomento Philoſophi A. 911. defuncti *κατάκρισις* adverſus injuſtos judices, exſtat in Harmenopuli promtuario juris pag. 6.

De *Alexandro* Ætolo intellexerim verba Ciceronis II. 22. ad Atticum, *libros Alexandri negligentis hominis & non boni Poëtæ, ſed tamen non inutilis tibi remiſi.*

*Alexandri* veteris hæretici Commentaria in Epiſtolam ad Galatas memorat S. Hieronymus. De aliis Alexandris dixi lib. III. cap. 8.

*Alexii* Comneni Imp. *λογαρικὴ* ſive rationale peræqvatorum Imperii Græce editum & Latine à Monachis Benedictinis in Analectis Græcis ſive tomo qvarto monumentorum Cotelerii Pariſ. 1688. 4. & ex emendatiore Codice à Jacobi Gronovio ad calcem operis Patris de ſeſtertiis Lugd. Bat. 1691. 4. Vide qvæ notavi in Bibl. Latina IV. 5. §. 3. Alexii Comneni monita ad Spaneam nepotem verſibus politicis Græcobarbaris edita Venetiis teſte Lambecio V, p. 262. In Codice Menteliano qvi in Regis Chriſtianiſſ. Bibl. nunc ſervatur, feruntur hóc titulo, teſte Cangio: *λόγοι χρηςοὶ βȣλευτικοὶ, πάνυ ὡραιομένοι, πρὸς τὸν ἀνεψιὸν αὐτȣ̃, Σπανέας τὸ ἐπίκλην.*

*Alexii* presbyteri & Chartophylacis Corcyræ Orationes in varia S. Scripturæ loca Græce excuſæ memorantur in Bibl. Saraziana pag. 21. inter libros in qvarto.

*Alexii* Metropolitæ Nicææ Canon in S. Demetrium Martyrem MS. in Bibl. Cæſarea

*Alexius Portas* Polyhiſtor de ſacrificiis antiqvorum allegatur à Nic. Comneno prænot. myſtagog. p. 213.

*Alexius* Monachus & Diaconus in Oratione Panegyrica Mich. Cerularii Patriarchæ. id. p. 411.

*Alexius*

*Alexius* Studites, Patriarcha CPol. ab A. 1025. ad 1043. in Synodico de clerico percuſſore. id. pag 251. in altero, ut judex teſtimonium admittat. pag. 285. Cognitio Synodalis de ſeptimo gradu conſanguinitatis, MS. in Bibl. Cæſarea. Anathematiſmi in eos qvi contra Imperatorem conſpirant, in Bibl. Regis Gallorum.

*Alexius* ad Orationem Damaſceni pro mortuis. Nic. Comnenus p. 24. Hi omnes diverſi ab Alexio Ariſteno de qvo ſupra pag. 287. ſeq.

*Aloyſius* Lollinus Epiſcopus Bellunenſis inter Græcos ſcriptores citatur à Nic. Comneno prænot. myſtagog.

*Alypius* Leucadis Epiſc. hæreſeos ſuſpectus. id. p. 227.

*Ammona* ſive *Ammonii* capita aſcetica XXI. MSS. in Bibl. Cæſarea.

*Ammonii* Monachi relatio de SS. Patribus Sinaitis & Raithunis, qvos barbari tempore Diocletiani peremerunt, edita à Combefiſio Græce & Latine in illuſtrium CHriſti martyrum lectis triumphis Pariſ. 1660. 8. pag. 88-132. Combefiſius parum veriſimiliter putat auctorem eſſe illum Ammonium qvem inter claros Ægypti ac Thebaidis martyres cum Petro Alexandrino celebrat Euſebius VIII. 25. Hiſt. Incipit: *ἐγένετό μοι ποτὲ καθεζομένῳ.*

*Ammonis* Epiſcopi Elæarchiæ Epiſtola ad Theophilum Patriarchum Alex. de vita & converſatione SS. Pachomii & Theodori. In Actis Sanctor. Tom. 3. Maji p. 63.

*Claudius Ancantherus* Ἀγκάνθηρος ἰατροσοφιστής, cujus notulas ineditas ad Lycophronem & verſionem Latinam Anthemii *περὶ παραδόξων μηχανημάτων* qvam in gratiam Jacobi Curtii, in aula Viennenſi procancellarii ille concinnavit, ſervat Bibliotheca Cæſarea. Vide Lambecium VII. pag. 194.

*Andrea* Cretenſis homiliis XXXIX. ſupra pag. 139. ſeq. recenſitis addendum *ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους καὶ καλλινίκους δέκα μάρτυρας, ὅτε ὑπὸ τῆς χειμῶνος βίας ἐξ ὑποστροφῆς τοῦ πλοὸς ἐπιστὰς τὸν παρόντα ἐσχεδίασε λόγον.* Laudat Cangius ex Codice Clariſſ. Renaudoti. Idem notat Homiliam in S. Georgium extare in Actis Sanctorum 23. April.

*Andronici Calliſti* Monodia in captam CPolin citatur ab eodem Cangio notis ad Zonaram pag. 67. Nicolai Secundini Epiſtolæ ad hunc Andronicum Calliſtum Philoſophum & Andronici ad Secundinum, Beſſarionem & Gregorium Palæologum MStæ in variis Bibliothecis. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia



Digitized by Google

Tom.XIV. pag.387. & qvæ notavi lib. 3. cap.6. §.29. ubi de ſcriptis qvæ feruntur ſub nomine *Andronici Rhodii*, veteris Peripatetici. De *Andronico Camatero* dictum ſupra hoc Volumine p.286. De *Andronico Comneno*, Vol. VI. pag.393. De *Andronici Palaologi* ſenioris ectheſi epiſcopatuum & Metropolitanorum Patriarchæ CPol. ſubjectorum id. pag.479. *Andronici Palaologi* junioris & Ducæ Angeli diploma pro Monembaſiotis Græce editum à Jac. Pontano notis ad Phranzam pag. 304-306.

*Andronicus* Poëta & Grammaticus allegatur à Planude apud Nic. Comnenum pag.141. *Andronici Duca Siguri* carmen de Trinitate verſibus Hexametris, & in Gregorium Naz. MS. in Bibl. Bodlejana. Cod.194. n.22.

*Angelophori* verſus politici de CPoli, ςίχοι τῆς Κωνςαντινȣπόλεως τȣ̃ Ἀγγελοφόρȣ, MS. in Codice Colbertino 5104 Cangius.

*Antheonis*, Arſinoës Epiſcopi circa A.C. 483. ſcripta Epiſtola ad Petrum Fullonem exſtat in Conciliis Labbei Tom.IV. p.112. & Harduini Tom.II. pag.845. Incipit: πάνυ εἰμὶ ἐςυγνακώς, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

*Anthimus Metochites* Bulgariæ Metropolita, Photianus eruditiſſimus & ut vere à Meletio dicitur πολυμαθὴς in explicatione ſacrorum Myſteriorum citatur à Nic. Comneno pag.401. prænot. myſtagog.

*Anthimus* Methonenſis Epiſcopus apud Thomam Diplovatazium JCtum, id. pag 191.

*Antonius Arcudius* Archipresbyter Soleti A. 1598. 4. Romæ edidit νεὸν ἀνθολόγιον, de qvo Allatius de libris Eccleſiaſticis Græcor. pag. 104. ſeq.

*Antonius Cantacuzenus* cujus MStorum qvorundam Græcorum Codicum Catalogus exſtat ad calcem Apparatus ſacri Poſſevini pag. 45. in qvibus nihil fere inediti occurrit. Ex hujus Antonii obſervationibus phyſicis pauca qvædam MSta in Bibl. Vindobonenſi, Lambec. VI. pag 92.

*Antonius Antimachus* adoleſcens in Græciam profectus & ibi per qvinqvennium eruditus à *Joanne Moſcho* Lacedæmonio ita ſe totum Græcis litteris proluit, ut vernaculo Græcorum ſermone intrepide loqveretur, & carmine ac ſoluta oratione ipſis Græcis par evaſerit, qvod multiplicia illius ſcripta teſtari judicat Gyraldus dialogis

de

Digitized by Google

de poëtis ſui temporis, in qvibus Antimachum hunc cum Franciſco Porto Græco aliisqve colloqventem inducit. Idem ei hoc ſcripſit carmen epitaphium,

*Hac Marcus eſt Antonius*
*Antimachus urna conditus*
*Qui patria ac teſtudinis*
*Conſors Maronis extitit*
*Et Tulliana lecythi.*
*Huic Graja par facundia*
*Seu carmen ille pangeret*
*Seu pede ſoluta ſcriberet.*

Ex ſcriptis ejus mihi innotuere, 1) *præfatio Græca in Oracula Sibyllina*, qvæ cum Latina verſione in editionibus Sibyllinorum Jo. Opſopoei & Servatii Gallæi prodiit ut dixi lib. 1. c. 32. 2) *Oratio de laudibus Græcarum litterarum* in Gymnaſio Ferrarienſi, ubi Græcas litteras docuit habita Latine editaqve Baſil. 1540. 4. & patri Matthæo Antimacho dicata. Hæc cum Scipionis Carteromachi Oratione ejusdem argumenti à Jac. Lectio præmittitur corpori Poëtarum Heroicorum Genev. 1606. fol. 3) Latine verſa è *Plethone* & aliis, de qvibus dixi infra p. 742. Præter hæcce Geſnerus teſtatur oſtenſos ſibi ab eo cum illum A. 1542. Ferrariæ conveniret, epigrammatum Græcorum libros octo, manu ſua ſcriptos, pura & facili vena, & alia qvædam ſoluta oratione Græce, qvæ typis edita eſſe non exiſtimo. Fallitur autem graviter Hendreichius, qvi in pandectis Brandenburgicis noſtro tribuit fragmenta Antimachi Colophonii vetuſti Poëtæ qvæ inter H. Stephani Poëtas Græcos principes Tom. 2. pag. 480. ſeq. exſtant Græce, ex qvibus in Lectii corpore poëtarum Tom. 2. pag. 234. unum tantummodo utraqve lingva legitur.

*Antonius Eparchus* Corcyræus ad Melanchthonem & alios Germanos litteras miſit ad concordiam pertinentes circa A. 1543. Vide appendicem ad Cruſii Turco-Græciam pag. 543. ſeq. Venetiis per aliqvod tempus Græcas litteras docuit, deinde in patriam Corcyram regreſſus teſte Gyraldo lib. 2. de poëtis ſui temporis pag. 64. Græci imperii everſionem luxit elegia verſuum amplius ducenorum qvæ incipit:

Νῦν ὀλοφυδνῆς Πιερίδες νῦν ἄρχετ᾽ ἀοιδῆς
Δάκρυα νῦν Ἑλικὼν λεῖβ᾽ ἄμοτον γοόων.

Plura Steph. le Moyne prolegom. ad Varia ſacra *** 2. Hic Franciſco primo Gallorum Regi Codicem MStum Græcum inſignem obtulit

tulit multas & perqvam diverſas variorum auctorum lucubrationes complectentem, qvarum indicem Græcum, deſcriptum manu Claudii Sarravii nactus vir doctiſſimus Steph. le Moyne cum verſione ſua Latina edidit Tom. 1. Var. Sacrorum Lugd. Bat. 1684. 1695. 4. pag. 517. Accuratiorem illius Codicis notitiam conſignavit digniſſimus Regiæ Bibl. cuſtos Joannes Boivinus, à qvo acceptum vulgavit celeberrimus Anſelmus Bandurius notis ad Antiqvitates CPol. pag. 875. ſeq. Illum Græcum indicem hoc loco ex Stephani Lemonii editione dare placet, additis è Clariſſ. Boivino ſupplementis, & notatione eorum qvæ à viris doctis ex hoc Codice (qvi in Bibl. Regia hodie eſt 3502.) in lucem ſunt edita.

Πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου.

ᾱ. Περὶ ψυχῆς θεωρία πάνυ ἀναγκαία ἢ προθεωρία.

β̄. Ἔτι περὶ ψυχῆς λογικῆς, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, καὶ τῆς ἐκ τοῦ Παραδείσου ἐκβολῆς τοῦ Ἀδάμ. καὶ περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ εἶναι αὐτόν.

γ̄. Γαληνοῦ περὶ σφυγμοῦ πρὸς Ἀντώνιον Φιλομαθῆ καὶ φιλόσοφον. ἐν ᾧ Θεοφίλου ἰατροσοφιστοῦ περὶ διαχωρημάτων πόνημα ἰατρικὸν ἄριστον δι' ἰάμβων.

δ̄. Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ, καὶ ὑπερτίμου, χαιρετισμὸς στιχηρὸς κατ' ἦχον εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον.

ε̄. Ὕμνος εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, Γεωμετρίου τοῦ σοφωτάτου, δι' Ἡρωελεγείων, ἤγουν χαιρετισμοὶ

*Tabula exacta & abſoluta eorum quæ in hoc volumine comprehenduntur.*

I. De Anima commentatio prorſus neceſſaria, ſeu potius compendioſa meditatio.

II. Adhuc de Anima Rationali. De hominis formatione, de Adami expulſione ex Paradiſo. Et de illius creatione ad imaginem & ſimilitudinem Dei.

III. Galeni de pulſu, ad Antonium a) philoſophum, & literarum litteratorumqve fautorem. cum qvo continetur verſibus jambicis opus eximium Theophili Mediſophiſtæ de excrementis.

IV. Sapientiſſimi & honoratiſſimi Pſelli ſalutatio ſanctiſſimæ Deiparæ virginis, verſibus ſecundum Tonum vel Canticum reddita.

V. Hymnus in ſanctiſſimam Deiparam verſibus heroico elegiacis, Authore ſapientiſſimo Geometrio, b) Adduntur ſalutationes, in qva-

a) Edidit Renatus Charterius T. VIII. Galeni ſui p. 333.

b) *Hic eſt Joannes Geometra, quem peſſimum Poetam vocat Boivinus. De illius hymnis in S. Virginem & aliis Poëmatis dixi Vol. IX. p. 715.*

qvatuor ſectiones diviſæ, ſicut & alii verſus in Feſta & celebriores ſolennitates.

ἐν τέσσαρσι τμήμασιν. ὡσαύτως καὶ ἕτεροι στίχοι εἰς ἑορτάς.

VI. Tractatus de ſeptem Conciliis generalibus, & formula confeſſionis fidei.

ϛ. Περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ Συνόδων, c) καὶ ὅρος ὁμολογίας καὶ πίστεως. d)

VII. Sanctus Epiphanius Cyprius, ad Diodorum Tyri Epiſcodum, de duodecim Lapidibus; de iisdem compendioſior Tractatio. Ejusdem Epiphanii aliæ qvæſtiones particulares.

ζ. Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου Κύπρου, πρὸς Διόδωρον Τύρου, περὶ τῶν ιβ λίθων. ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν ἐν ἐπιτόμῳ. καὶ ἕτερα τινὰ ζητήματα μερικὰ τοῦ αὐτοῦ.

VIII. Baſilii Archipresbyteri Lauræ Maleini, vitæ aſceticæ delineatio.

η. Βασιλείου Ἀρχιπρεσβυτέρου τῆς Λαύρας τοῦ Μαλεείνου, περὶ ἀσκητικῆς ὑποτυπώσεως.

IX. Heraclii Imperatoris ſyntagma de motu ſyderum, & alia.

θ. Σύνταγμα Ἡρακλείου Βασιλέως ἐκ τῆς ἀστρώας κινήσεως. καὶ ἕτερα.

X. De Climatibus Terræ, in qvibus contingit Dies augeri & minui, & in qvibus ſingulis annis occurrunt viciſſitudines variæ & diverſæ. Item de duodecim ventis.

ι. Περὶ τῶν Κλιμάτων τῆς γῆς. ἐν οἷς συμβαίνει αὔξησις καὶ μείωσις τοῦ νυχθημέρου ἐναλλὰξ διὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐφ' ἑκάστῳ ἀλλοῖα. Καὶ περὶ τῶν ιβ ἀνέμων.

XI. Menſes Romanorum, e) Hebræorum, Ægyptiorum, Græcorum, Athenienſium, & Macedonum. Et Lunæ calculus & Solis deſcriptio, & Dierum Hebdomadis. Qvænam ſcilicet Dies occurrat ſingulis Noviluniis per totos viginti octo Cyclos Solis. Expoſitio certiſſima, & nullo errori obnoxia item de Calendis, Nonis, & Idibus.

ια. Μῆνες Ῥωμαίων, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἑλλήνων, Ἀθηναίων καὶ Μακεδόνων. Καὶ ψῆφος τῆς Σελήνης καὶ διαγραφὴ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν. ἐπεία δηλονότι καθ' ἑκάστην νουμηνίαν συμβαίνει κατὰ πάντας τοὺς ΚΗ ἡλίου Κύκλους. ἀπταίστως ἐκτεθεῖσα καὶ ἀσφαλῶς. Καὶ περὶ Καλανδῶν, καὶ Εἰδῶν.

XII. Empedoclis ſphæra & deſcriptio duodecim ſignorum Zodiaci.

ιβ. Ἐμπεδοκλέους σφαῖρα. καὶ ὑπογραφὴ τῶν ιβ Ζωδίων.

ιγ. Ἀπο-

c) Edidit Steph. le Moyne T. 1. Var. ſacr. p. 81 .- 124.
d) Id. p. 125. e) Id. p. 452. ſeq.

ιγ΄. Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ἐκ τοῦ Συμποσίου τοῦ Πλουτάρχου, διάφορα.

XIII. Varia Apophthegmata ſeptem ſapientum, ex Plutarchi ſympoſio.

ιδ΄. Περὶ μετανοίας, τοῦ φιλοσόφου Φίλωνος. καὶ ἀπανθίσματα ἐξηγήσεων τῶν περὶ κοσμοποιίας.

XIV. Philonis Philoſophi de pœnitentia. Et deflorationes variarum enarrationum de creatione mundi.

ιε΄. Ἐκ τοῦ Ὀνομαστικοῦ Πολυδεύκους.

XV. Varia ex Onomaſtico Pollucis.

ιϛ΄. Ὅτι ἑπτάλοφος ἡ Ῥώμη, καὶ περὶ τοῦ καλεῖσθαι Δάφνειον τὰ περὶ τὸ Παλάτιον. Καὶ πόθεν παρήχθη τὸ τοὺς λιθίνους κρουνοὺς τῶν ληνῶν λεοντοπροσώπους ποιεῖν. καὶ ἑτεράττα ἱστορικὰ Σιμοκάτου καὶ Ἰωσήπου.

XVI. Qvod Roma ſit ſepticollis. Et de eo qvod Loca Palatio vicina & adjacentia vocentur Daphneium ſeu Lauretum. Et unde factum qvod Lapidei fontes Torcularium ſint formæ Leoninæ. Item alia Hiſtorica Simocattæ, & Joſephi.

ιζ΄. Περὶ ξενικῶν καὶ κοινῶν λέξεων καὶ συντάξεων. Φιλοστράτου ἐκ τοῦ κατὰ Ἡρώδην Σοφιστήν.

XVII. De dictionibus & phraſibus peregrinis & communibus. Item Philoſtratus contra Herodotum Sophiſtam. f)

ιη΄. Συνεσίου ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν. Καὶ Πλουτάρχου ἐκ τῶν Φυσικῶν καὶ Συμποσιακῶν. Καὶ ἑτέρων φιλοσόφων.

XVIII. Qvædam ex Syneſii Epiſtolis. Ex qvæſtionibus naturalibus, & convivialibus Plutarchi, & aliorum philoſophorum.

ιθ΄. Περὶ Οὐρανοῦ, καὶ Γῆς, Ἡλίου, Σελήνης, καὶ Ἀστέρων, καὶ Χρόνου, καὶ Ἡμερῶν, καὶ Μηνῶν.

XIX. De Cœlo, Terra, Sole, Luna, Syderibus, Tempore ſeu Anno, Diebus & Menſibus.

κ΄. Περὶ ἱπποδρομίας.

XX. De Hippodromia, g) ſeu curſu eqveſtri, & Ludis Circenſibus.

κα΄. Περὶ πηλικότητος μέτρων. Καὶ περὶ τῶν ὑποκειμένων σταθμῶν Ἑβραικῶν. Καὶ περὶ τῶν τοῦ ἀνθρώπου Ἡλικιῶν.

XXI. De qvantitate menſurarum, de ponderibus Hebræorum, & de Hominis ætatibus.

κβ΄. Περὶ τῶν δ΄ στοιχείων * Πυ-

XXII. De qvatuor Elementis, Igne,

f) Lege: *ex Philoſtrato in vita Herodis & aliorum Sophiſtarum.*
* Deeſt in codice Antonii Eparchi.
g) Edidit Steph. le Moyne p. 503. Bandurius p. 662.

Igne, Aëre, Terra, Aqva. Sancti Maximi de qvinqve ſenſibus Hominis. De qvinqve facultatibus ſeu partibus Animæ. Et de phantaſia, de Anima, ubi & varia de qvatuor virtutibus.

XXIII. Brevis & clara expoſitio Fidei Chriſtianorum.

XXIV. De Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei, & Filii Dei.

XXV. Differentiæ unionis. Et de corruptione, pernicie, ſtrage.

XXVI. Alia declaratio generationis Verbi Filii Dei à Patre, & proceſſionis Spiritus Sancti. Magni patris Baſilii Teſtimonia Dei & approbationes. Item excellentiſſimi Domini Styliani Tractatus de proprietatibus ſanctæ Trinitatis.

XXVII. Beati Gregorii Thaumaturgi, expoſitio Fidei. *

XXVIII. Qvoties occurrit in divina Scriptura natura, ſubſtantia, hypoſtaſis ſeu perſona. Et qvoties vox ſpiritus, & qvot modis ibi comprehendatur vox, principium.

XXIX. Andreas Cretenſis de adoratione ſanctarum imaginum. De Baptiſmate Apoſtolorum, & de Genealogia ſanctiſſimæ Deiparæ.

ρὸς, Ἀέρος, Γῆς, Ὕδατος. τοῦ ἁγίου Μαξίμου καὶ περὶ τῶν αἰσθήσεων τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ τῶν πέντε δυνάμεων τῆς ψυχῆς ἢ μερῶν. καὶ τοῦ φανταστικοῦ. καὶ περὶ ψυχῆς, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν δ΄ ἀρετῶν.

κγ. Σύντομος καὶ σαφὴς διάγνωσις τῆς πίστεως ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν.

κδ΄. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεοῦ.

κε΄. Διαφοραὶ ἑνώσεως. καὶ περὶ φθορᾶς, καταφθορᾶς, καὶ διαφθορᾶς.

κϛ΄. Διασάφησις ἑτέρα περὶ τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννήσεως τοῦ υἱοῦ καὶ Λόγου τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Καὶ ὑπογραφαὶ Θεοῦ τοῦ μεγάλου πατρὸς Βασιλείου. ἔτι περὶ τῶν ἰδιοτήτων τῆς ἁγίας Τριάδος τοῦ τιμιωτάτου Κύρου Στυλιανοῦ.

κζ΄. Ἔκθεσις πίστεως τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

κη΄. Ποσαχῶς ἡ φύσις καὶ ἡ οὐσία καὶ ἡ Ὑπόστασις παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. καὶ ποσαχῶς τὸ πνεῦμα, καὶ κατὰ πόσους τρόπους συνίσταται τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα.

κθ΄. Τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου Κρητὸς περὶ τῆς τῶν ἁγίων Εἰκόνων προσκυνήσεως. καὶ περὶ τοῦ Βαπτίσματος τῶν Ἀποστόλων καὶ τῆς Γενεαλογίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.



* Dictante Joanne Evangeliſta, præſente B. Virgine.

λ. Περὶ ἐξομολογήσεως τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσσης.

λα. Ἡρωδιανοῦ περὶ τῶν τοῦ ἀριθμοῦ δηλωτικῶν σημείων.

λβ. Ἐξομολόγησις εἰς τὸν Χριστὸν διὰ στίχων Ἡρωελεγείων τοῦ Γεωμέτρου.

λγ. Ὕμνος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον κατὰ στοιχεῖον, τοῦ αὐτοῦ.

λδ. Εὐχὴ εἰς τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, διὰ στίχων ἰαμβικῶν. καὶ ἑτέρα δέησις τοῦ αὐτοῦ δι' Ἡρωελεγείων. ἐν ᾧ καὶ ἕτεροι στίχοι εἰς εἰκόνας. καὶ ἕτεροι στίχοι διάφοροι εἰς χρησίμους ὑποθέσεις.

λε. Αἰνίγματα συντεθέντα παρὰ βασιλέως τοῦ Μαομέτ.

λϛ. Κάτωνος Ῥωμαίου ποιητοῦ γνῶμαι, δίστιχοι Ἡρωικοί. ἃς καὶ ἐκ τῶν Λατίνων διαλέκτου εἰς τὸν Ἑλλήνων μετήνεγκεν ὁ σοφώτατος κῦρος Μάξιμος Πλανούδης.

λζ. Τοῦ Πρωτασηκρῆτις κύρου Λέοντος τοῦ Βαρδὰλ στίχοι ἰαμβικοὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν.

λη. Τοῦ Φιλῆ κύρου Μανουὴλ στίχοι ἰαμβικοὶ περὶ ζώων ἰδιότητος. τοῦ αὐτοῦ καὶ εἰς τοὺς ιβ μῆνας ἐπιγράμματα ἰαμβικὰ τρίστιχα.

λθ. Τοῦ σοφωτάτου κύρου Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερηφάνων. καὶ ἔμμετρα ἰαμβικά. τὸ πρόγραμμα πρὸς τὸν Χριστόν.

XXX. De Confeſſione fidei, Beati patris noſtri Gregorii Nyſſeni.

XXXI. Herodianus de Signis qvibus numeri denotantur.

XXXII. Geometræ Confeſſio Chriſtiana verſibus Heroicoëlegiacis.

XXXIII. Ejusdem Hymnus in ſanctiſſimamDeiparam,ſecundum Litteras Alphabeti.

XXXIV. Oratio ad ſanctiſſimam Deiparam,verſibusJambicis. Et alia ejusdem oratio, verſibus Heroicoelegiacis. Ubi alia carmina occurrunt de imaginibus, & alii etiam verſus de variis argumentis utiliſſimis.

XXXV. Ænigmata compoſita à Mahomete Imperatore.

XXXVI. Catonis Romani poëtæ ſententiæ, diſtichis Heroicis. Qvas ex Latino in Græcum convertit ſapientiſſimusDominus Maximus Planudes.

XXXVII. DominiLeonisBarali primi Secretarii, verſus Jambici de ſecundo Adventu Chriſti.

XXXVIII. Domini Manuel Phile verſus Jambici, de proprietate & qvalitatibus Animalium. Ejusdem Epigrammata Jambica tribus verſibus conſtantia in duodecim Menſes.

XXXIX. Sapientiſſimi Domini Georgii Piſidæ Tractatus de vita humana & contra ſuperbos. Et carmina Jambica, & programma ad Chriſtum. XL.

XL. Procli Platonici de Epiſtolis conſcribendis & eorum Charactere.

XLI. Dubia & ſolutiones petitæ ex Alexandri phyſicis.

XLII. Brevis interpretatio Orationis Dominicæ. *

XLIII. Doctrina compendiaria qvomodo ſit credendum.

XLIV. Sapientum ſententiæ.

XLV. Novem ſapientum Apophthegmata, ad Alexandrum.

XLVI. Sanctus Maximus in dictum Apoſtoli. Ubi etiam agitur de decem plagis Ægyptiorum.

XLVII. Septem ſapientum Apophthegmata Heroice.

XLVIII. Verſus in qvatuordecim Epiſtolas Magni Apoſtoli Pauli. Et alia epigrammata ſeptem ſapientum.

XLIX. Pythagoricorum Aureorum carminum expoſitio.

L. In Divitem inſatiabilem.

LI. Phocylidis ſententiæ verſibus Heroicis.

LII. De Divino Apparentium ortu & occaſu, ubi agitur de Coro, de Leceth, de Bado, de Mnaſide, & de metris & ponderibus.

LIII. Sanctus Maximus de Valore Triginta Denariorum, qvos accepit Judas ad prodendum Chriſtum. Et in iſto capite plura alia invenies ſi illud diligenter evolvas.

μ῀. Πρόκλου τοῦ Πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος.

μα῀. Ἐκ τῶν Ἀλεξάνδρου Φυσικῶν ἀπορίαι ϗ λύσεις.

μβ῀. Σύντομος ἐπίλυσις τοῦ Πάτερ ἡμῶν.

μγ῀. Διδασκαλία σύντομος καὶ πῶς πιστεύειν ὀφείλομεν.

μδ῀. Γνῶμαι Σοφῶν.

με῀. Ἐννέα Σοφῶν Ἀποφθέγματα πρὸς Ἀλέξανδρον.

μς῀. Τοῦ ἁγίου Μαξίμου εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀποστόλου. ἐν ᾧ ϗ περὶ τῆς δεκαπλήγου τῶν Αἰγυπτίων.

μζ῀. Ἑπτὰ Σοφῶν Ἀποφθέγματα δι' Ἡρώων.

μη῀ Στίχοι εἰς τὰς ιδ῀ Ἐπιστολὰς τοῦ μεγάλου Παύλου. ϗ ἕτερα ἐπιγράμματα τῶν ζ῀ Σοφῶν.

μθ῀. Πυθαγορικῶν χρυσέων ἐπῶν φράσις.

ν῀. Εἰς πλούσιον ἄπληστον.

να῀. Φωκυλίδου γνῶμαι διὰ στίχων Ἡρωικῶν.

νβ῀. Περὶ τῆς ἐφημέρου τῶν Φαινομένων ἐπιτολῆς ϗ δύσεως, ἐν ᾧ καὶ περὶ Κόρου, καὶ Λεκὲθ, καὶ Βάδου, ϗ Μνασίδος, ϗ περὶ μέτρων ϗ σταθμῶν.

νγ῀. Τοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ τιμῆς τῶν λ῀ ἀργυρίων ὧν ἔλαβεν ὁ Ἰούδας ὑπὲρ προδοσίας τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ἕτερα πλείονα εὑρήσεις ἐν τῷ τούτῳ κεφαλαίῳ εἰ ἐπιμελῶς ἀναγνῶς.



* edidit Steph. le Moyne Tom. 1. Var. Sacror. p. 63.

νδ'. Ἰατρικῶν Ἐρωτημάτων Ἀποκρίσεις τοῦ Σοφωτάτου Ψελλοῦ πάνυ ἀναγκαῖαι καὶ ὠφέλιμαι εἰ μετέλθοις ἐμπόνως.

νε'. Ἀποφθέγματα θεοφόρων Πατέρων.

νϛ'. Αἱ διαιρέσεις καὶ ὑποδιαιρέσεις τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς.

νζ'. Περὶ συντάξεως κατὰ Ἀλφάβητον.

νη'. Μάγνου Αἰμεσηνοῦ ἰατροσοφιστοῦ περὶ οὔρων καὶ περὶ ἰοβόλων ζώων.

νθ'. Ἑρμηνεία τοῦ Ὑπάτου περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν.

ξ'. Τοῦ Σοφωτάτου Ψελλοῦ περὶ κοινῶν ὀνομάτων τῶν ἐν νοσήμασιν.

ξα'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου Ἔκθεσις πίστεως ἐν συντόμῳ, καὶ περὶ γυναικῶν.

ξβ'. Ἰγνατίου στίχοι εἰς τὸν Ἀδάμ. πρὸς γὰρ φίλον συμφοραῖς περιπεσόντα ποιεῖται τὸ πόνημα. ἐν ᾧ καὶ περὶ μέτρων ἰαμβικῶν ἀκριβὴς ἑρμηνεία.

ξγ'. Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα πῶς δεῖ τὸν ἅπαντα χρόνον πράσσοντα ὑγιῆ διατηρεῖσθαι. ἐν ᾧ καὶ μέθοδος δι' ἧς εὑρίσκειν δεῖ τῶν ζητουμένων ὀνειράτων τὴν λύσιν.

ξδ'. Γαληνοῦ περὶ Ἰσχιάδος, καὶ Ποδάγρας, καὶ Ἀρθρίτιδος, ἐν ᾧ καὶ εὐχή.

LIV. Sapientiſſimi Pſelli reſponſa ad ad Qvæſtiones Medicas, neceſſaria & utiliſſima, ut laborioſe & diligenter indaganti compertum fiet.

LV. Apophthegmata Patrum Deo plenorum.

LVI. Diviſiones & ſubdiviſiones trium animæ partium.

LVII. De ſyntaxi, ordine Alphabetico.

LVIII. Magni Emeſeni Medicoſophiſtæ, de Urinis, & de Animalibus veneno inficientibus.

LIX. Hypati interpretatio partium corporis. *

LX. Sapientiſſimi Pſelli de Nominibus communibus morborum ſeu qvæ in morbis uſurpantur.

LXI. Beati Baſilii Magni brevis Expoſitio Fidei, & qvædam contra fœminas.

LXII. Ignatii carmina de Adamo. Ad Amicum ſcripſit iſtud opus, qvi variis calamitatibus conflictabatur: ubi & de verſibus Jambicis interpretatio diligentiſſima.

LXIII. Epiſtola Hippocratis ad Ptolemæum Regem : qvomodo oportet omne tempus vitæ ſanum tranſigere. Ubi & methodus inveſtigandi ſomniorum interpretationes.

LXIV. Galenus de Iſchiade, Podagra, Arthritide, ubi occurrit oratio. LXV.

* Edidit Steph. le Moyne Tom. 1. Var. ſacr. p. 513.

LXV. Diſticha in Cantorem, ſeu Pſalterium. Ubi & ſcientia de Auro deſcribendo.

ξε. Δίϛιχα εἰς τὸν Ψαλτῆρα. ἐν ᾧ ϗ εἴδησις περὶ χρυσογραφίας.

LXVI. Sapientiſſimi Pſelli interpretatio de Literis acentu aſpero, vel tenui, vel medio notatis.

ξϛ. Τȣ̃ σοφωτάτȣ Ψελλȣ̃ ἑρμηνεία δασέων καὶ ψιλῶν καὶ μέσων ϛοιχείων.

LXVII. Ejusdem, de virtutibus Lapidum. Ubi & alia ejusdem Authoris continentur.

ξζ. Τȣ̃ αὐτȣ̃ περὶ λίθων δυνάμεων. ἐν ᾧ καὶ ἕτερα τ[?]α τȣ̃ αὐτȣ̃.

LXVIII. Ejusdem de iis qvæ poſt Deum & circa & erga Deum, ſunt ordinata, digeſta, & conſtituta.

ξη. Τȣ̃ αὐτȣ̃ περὶ τῶν μετὰ Θεὸν καὶ περὶ Θεὸν τεταγμένων διακόσμων ϗ τάξεων.

LXIX. Joannis Antiocheni qvædam ex illius Chronico qvod incipit a principio creationis Mundi.

ξθ. Ἰωάννȣ Ἀντιοχέως ἀπὸ τȣ̃ Χρονικȣ̃ αὐτȣ̃ συντάγματος ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως κόσμȣ.

. LXX. Sapientiſſimi Pſelli ſermo in ſalutationem ſanctiſſimæ Deiparæ. Ubi agitur de Paradiſo, de Arbore vitæ, de Arbore ſcientiæ. Idem de Rebus Georgicis & ad Agriculturam ſpectantibus.

ο. Τȣ̃ σοφωτάτȣ Ψελλȣ̃ λόγος εἰς τὸν χαιρετισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκȣ. ἐν ᾧ καὶ τίς ὁ Παράδεισος, τί τὸ τῆς ζωῆς ξύλον. τί τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, τȣ̃ αὐτȣ̃ καὶ περὶ Γεωργικῶν.

. LXXI. Collectio vocabulorum utilium ex Luciano. Herodoti dictiones Hiſtoricæ. Ubi oſtenditur qvomodo verba ſubjunctivi modi debeant flecti ſecundum tempus imperfectum De ſyntaxi ſententiarum, & de generali ſyntaxi Nominum. Et de aliis ſyntaxibus.

οα. Καὶ συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τȣ̃ Λȣκιανȣ̃. Ἡροδότȣ λέξεις ἱϛορικαί. ἐν ᾧ καὶ πῶς δεῖ κλίνειν εἰς τȣ̀ς παρατατικȣ̀ς τὰ ὑποτεταγμένα ῥήματα, ϗ περὶ συντάξεως τῶν νοημάτων. Καὶ περὶ τῆς καθόλȣ τῶν ὀνομάτων συντάξεως καὶ ἑτέρων συντάξεων.

LXXII. Lexicon ſeu vocabularium Grammaticum, ubi voces ſecundum literas Alphabeti diſponuntur qvæ occurrunt in Canonibus ſive hymnis in Feſtum Nativitatis CHriſti, Feſtum

οβ. Περὶ τȣ̃ τῆς γραμματικῆς λεξικȣ̃ ἐν ᾧ καὶ λέξεις ἐγκειμένας κατὰ ϛοιχεῖον. τοῖς κανόσι τῆς χριϛȣ̃ γεννήσεως, τῶν φώτων, ϗ τῆς πεντηκοϛῆς.

ογ. Περὶ συντάξεως τῶν τεσσάρων τȣ̃ λόγȣ μερῶν ὀνόματος, ῥήματος,



Digitized by Google

ματος, προθέσεως καὶ ἐπιῤῥήματος.

οδ. Μοίριδος Ἀττικιστοῦ λέξεις Ἀττικῶν, καὶ Ἑλλήνων κατὰ στοιχεῖον.

οε. Ἐκ τῶν κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ, καὶ ἑτέρων ἁγίων πατέρων.

Τὰ ἕτερα ἐκλείπει.

Luminum, & Feſtum Pentecoſtes.

LXXIII. De Syntaxi qvatuor partium orationis, nimirum de nomine, verbo, propoſitione, & adverbio.

LXXIV. Moeridis Atticiſtæ voces Atticæ, & Græcæ, ſecundum literas Alphabeti.

LXXV. Eccerpta ex Capitibus Sancti Confeſſoris Maximi, & aliorum Sanctorum Patrum.

Cætera deſiderantur.

Qvæ præter hactenus commemorata in Codice illo leguntur, ex Cl. Boivini notatione, hæc fere ſunt præcipua:

*Theophanis* de diæta fragmentum ad Conſtantinum Prophyrogenetum Imperatorem.

Confectiones oxypororum ſalium, aliorumqve remediorum, ex Galeno, Jamblicho, *Manethone*, *Pollete*, Cyrillo Archi Epiſcopo Alex.

De Juda proditore & de diffuſis ejus viſceribus teſtimonium Apollinarii è *Papia*.

De Neomeniis ſeu Calendis, & cur is dies feſtus eſſet Hebræis, & Romanis. Obſerva rationes Phyſicas, item auctores laudatos *Dercyllum & Calliſthenem Sybaritam* fol. 82.

Variæ dictiones annotatæ ex *Plutarcho*, ex *Ariſtophane* Grammatico τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος. Ex *Tran* - - - (puto è Tranqvillo.)

Dictiones peregrinæ aut vulgares obſervatæ in Philoſtrati ſcriptis in vitis Sophiſtarum, Herodæ, Ariſtoclis, Philagrii, Hadriani, Rufi & aliorum.

Ex Joanne Philadelphienſi.

Ex Epiſtola Theodori ad Theophilum, & paradigma Horologicum ſ. ratio inveniendi horam diei ex menſura umbræ hominum.

Ex

Ex S. Maximo de XXX argenteis qvos Judas accepit.

Qvinam in qvaqve arte excelluerint? Recenſentur qvidam minus noti, Pappianus (an Papinianus) Legislator, Antylus λοχοποιός, Eurydamus θωρακοποιός, Evander κνημιδοποιὸς, & ἀσπιδοποιὸς, Apelles Botaniſta.

De CHriſto: ὁ μητρὸς, ἐκτὸς Πατρὸς ἀχρόνως τίκτων ὁ Πατρὸς, ἐκτὸς Μητρὸς ἐγχρόνως βρέφος.

Georgii Piſidæ Jambi de templo Blachernenſi.

Theodori Prodromi de annulo in qvo inſculpti erant amantes duo.

De circuitu Ponti Euxini, Paludis Mæotidis & totius terræ, ubi citatur *Eratoſthenes*.

De libris à *Macario Magnete* ſcriptis.

Ex ſententiis *Menandri* Alphabeticis nonnulla contra fœminas.

Interpretatio de verſibus Jambicis incipit: ἀγῶνας, ἆθλα, καὶ τὰ λ. Epiſtola Hippocratis ad Ptolemæum Aloritem, Macedoniæ Regem A. 4346. periodi Jul.

Varia ex *Andromacho*, *Peluſiota*, *Hera*, *Aſclepiade*.

Excerpta ex Joh. Antiocheni opere Chronologico, qvod ex libris *Moſis*, *Africani*, *Euſebii*, *Pappi* (an Papiæ) *Didymi* & aliorum conflaviſſe ſe teſtatur.

Pſelli in ſalutationem Deiparæ Incipit: ἀρχὴ μὲν τῶν ὄντων Θεός.

Sapientiſſimi Protoaſecretis (*Leonis Barali*) Epiſtola ad Theodorum Metochitam, magnum Logothetam. Incipit: μετωχέτευσας καὶ τὸ ὕδωρ.

Excerpta ex capitibus *Diadochi* Photices Epiroticæ, *Heſychii* presb. *Philothei* Monachi, *Simeonis* Theologi.

*Index ſcriptorum*: Ælianus, Æſopus, Africanus, Alexander qvæſt. Phyſicarum ſcriptor. S. Anaſtaſius, Andreas Cretenſis, Androcydes, Andromachus, Antonius, Apollinarius, Ariſtophanes Grammaticus, Ariſtoteles, Arſenius, Aſclepiades, S. Athanaſius, Baſilius Magiomita, Baſilius Magnus, Baſilius Malini Monachus, Calliſthenes Sybarita, Cato Romanus, S. Chryſoſtomus, Clitarchus, Cyrillus Alex. ArchiEp. Democritus, Demonax, Demoſthenes, Dercyllus, Diadochus Photicês, Didymus, Dioſcorus Thebanus Monachus. Empedocles, Ephraimus, Epiphani9 Cypri, Euſebius, Euthymius, Galenus, Georgius Piſides, Gregorius Naz. Gregorius

rius Nyſſ. Gregorius Thavmaturgus, Heraclitus, Heraclius Imp. Heras, Herodianus, Heſiodus, Heſychius presb. Hippocrates, Homerus, Jamblichus, Jeremias Propheta, Ignatius Poëta, Joannes Antiochenus, Climacus, Damaſcenus, Geometra & Philadelphienſis. Joannicius, Joſeph Aſceta, Iſidorus Peluſ. Leo Barali, Lucianus, Macarius Magnes, Magnus Emeſenus, Manethon, Manuel Phile, S. Maximus, Maximus Planudes, Moeris Atticiſta. Nicephorus Calliſtus Xanthop. Nicoſtratus, Nicolaus, Pachomius, Papias, Pappius, Paulus Apoſtolus, Paulus Thebanus, Pauſanias, Peluſiota Medicus, Philo Judæus, Philoſtratus, Philotheus Monachus, Phocylides, Plato, Plutarchus, Polles, Pollux, Proclus, Pſellus, Pythagoras, Sabas, Salomo, Secundus, Simocatta, Sirach, Sophocles, Strabo, Stylianus, Symeon Theologus, Syneſius, Theodorus ὡρολόγος, Graptus, Prodromus, Studita: Theodoſius Cœnobiarcha, Theophanes Medicus, Theophilus Medicus, Xenophon.

## *Hactenus de MSto Antonii Eparchi Codice.*

*Antonius Cauleas* ab A. 893. ad 895. Patriarcha CPol. qvem inter divos aris dignantur & templis Græci, ut notat Nic. Comnenus pag. 361. ex Nicephori Philoſophi in eum Oratione apud Metaphraſtem 12. Febr. Hujus Antonii Epiſtolam ad Papam Stephanum IV. citat idem Comnenus pag. 356. & 361. & Synodicon de judiciis pag. 283. prænotionum myſtagog.

*Antonius Chryſocbiras* in explanatione Synodici S. Nicephori CPol. id. pag. 220.

*Antonius Cuboclеſius* in explicatione Canonum pœnitentiæ. id. p. 411.

*Antonii Lemnii* Synopſis Conciliorum id. p. 216.

*Antonius Methonenſis* Epiſcopus, Oratione II. de pœnitentia. id. p. 20.

*Antonius Patarenſis* Oratione de dignitate Sacerdotum id. pag. 398. & in ecthesi Canonum ſive odarum Eccleſiæ pag. 142. ubi eum fortiſſimum Catholicæ fidei athletam appellat.

*Antonius Stephanus*, Iudex & Magiſter in ſcholiis ad compendium Legum Leonis. id. p. 404. De univerſis ſeptem hiſce qvi Græce ſcripſerunt Antoniis Sanderus in libris tribus de claris Antoniis ne γρύ. Evolvi illos editos Lovanii 1627. 4.

*Antonius* Monachus Simeonis ſenioris Stylitæ A. C. 460. defuncti, cum qvo familiariter vixerat, vitam ſcripſit qvam ex verſione Gvil. Gratii

tii S. I. Latine dedit Bollandus in Actis Sanctor. V. Januarii Tom. 1. pag. 264. Græce Allatio lecta necdum edita eſt. Incipit: ξένον καὶ παράδοξον μυστήριον ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. Alia Latina Simeonis hujus vita qvæ ſub Antonii nomine apud Surium V. Jan. & in Rolvveidi vitis patrum lib. 1. p. 131. legitur incipit: *Sanctus Simeon ex utero matris ſuæ electus eſt.*

*Antonii Studitæ* cognomine τερψύχου Oratio habita in Blachernis in laudem B. Virginis ob liberationem urbis CPol. à Perſarum, Scytharum & Agarenorum aliorumqve etiam Chriſtianorum hoſtium diverſis oppugnationibus. Incipit: ἤδη σοι καὶ αὐτὸς μετὰ πολλοὺς ἐπαινέτας τὸν ὑμνητήριον ἀναχρούομαι. MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium (qvi eam in ſupplemento Corporis hiſtoriæ Byz. publicare voluit) III. p. 126.

*Aphrodiſianus* Perſa qvi lingva Græca orientem deſcripſit teſte Geographo veteri Ravennate II. 12. Citatur in Hippolyti Thebani Chronico apud Lambecium VIII. pag. 63. Aphrodiſianus hiſtoricus in fragmento Græco apud Cangium pag. 50. ad Zonaram. Ex Aphrodiſiani Perſæ hiſtoria Epiphanio presb. ac monacho etiam laudata de nativitate, moribus, forma & veſtitu B. Virginis excerptum exſtat MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium IV. p. 132. V. pag. 12. & 234. ſeq.

*Apoſtolus Zigaras* in Compendio hiſtoriarum citatur à Michaële Nau in vera effigie Eccleſiæ Romanæ Græcæqve p. 283.

*Apulium* Grammaticum laudat Maximus Planudes Centur. tertia proverbiorum, apud Nic. Comnenum p. 141.

*Arcadius* Conſtantiæ Cypri Archi Ep. ſcripſit vitam Simeonis Stylitæ junioris Thavmaſtoritæ qvi A. 596. obiit, laudatam à Damaſceno & Septima Synodo, ſed nusqvam hodie exſtantem. Vide Acta Sanctor. T. V. Maji p. 306. Ejus *Synodicam* in Synodo VI. A. 680. detulit Theodorus Trimithuntis Epiſc. Hujus eſſe exiſtimavit Sirmondus *Orationem de vita & certaminibus S. Joannis Chryſoſtomi* qvam acceptam a Sirmondo Combefiſius teſtatur Bigotioſe communicaſſe.

*Arcadium* ineditum Grammaticum citat Ez. Spanhemius ad Plutum Ariſtophanis v. 138. de illo dixi Volum. VII. p. 42. & 51.

*Archelaus* Philoſophus de Chymia, περὶ τῆς ἱερᾶς τέχνης διὰ ἰάμβων, ex Codice Regio laudatur à Cangio. Idem verſibus CCCXXII. conſtans MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VI. p. 191. De Archelao

Cæſareenſi dixi Volum. IX. p. 391. De Carrharum Meſopotamiæ Epiſcopo Volum. V. pag. 162. De Archelao Coloneæ presb. Svidas in Baſilio Irenopolitano. De aliis Archelais ſupra, lib. 2 c. 22. §. 6.

*Archippus* Eremita ac prosmonarius ſive cuſtos templi Chonitani ſcripſit de apparatione ſive miraculo Michaëlis Archangeli in urbe Chonis Phrygiæ. Incipit: ἡ ἀρχὴ τῶν θαυμάτων (al. ἰαμάτων) καὶ δωρεῶν. Lambec. IV. pag. 129.

*Arethas* Naxius ArchiEp. in ſyllogeCanonum qvam accuratius contexuit juſſu Antonii IV. Patriarchæ CPol. (qvi ab A. 1388. fuit ad 1396.) citatur à Nic. Comneno p. 158.

*Aretha* Cæſarienſis ArchiEp. Oratio funebris in Euthymium juniorem A. 911. defunctum Latine exſtat apud Lipomannum Tomo III. Alia de illius ſcriptis notavi Volum. VII. p. 791.

*Ariſtarchi* Chronographi commentitia Epiſtola ad Oneſiphorum primicerium de Athenarum ſitu & geſtis ibidem Apoſtolorum temporibus, memoratur ab Hilduino in Areopagiticis.

*Arſenius* Archiepiſcopus Corcyrenſis ſcripſit laudes S. Andreæ Apoſtoli & S. Barbaræ martyrium memoratum Allatio.

*Arſenii* Monachi (qvi Theodoſii magni filios literis inſtituit) Apophthegmata XLIV. edidit Cotelerius Tom. 1. monument. p. 353-372. Doctrinam & adhortationem ad Monachos Combefiſius auctario noviſſimo Tom. 1. pag. 301. 302. Græce & Latine. Incipit: ἀδελφοὶ καὶ πατέρες. παντὸς πράγματος ὧ ἂν τις ἐπιχειροίη.

*Arſenii* Epiſcopi Hypſelitarum Epiſtola ad S. Athanaſium exſtat in hujus ad Conſtantium Apologia Tom. 1. Opp. p. 786. Incipit: καὶ ἡμεῖς ἀσπαζόμενοι.

*Arſenii* Chartophylacis ſylloge ſive collectio Canonum citatur à Nic. Comneno pag. 192. & 219. ſeq. prænot. myſtagog. & Secunda collectio Canonum p. 210.

*Arſenii* Patriarchæ CPol. A. 1264. defuncti *teſtamentum* Græce & Latine editum à Cotelerio T. 2. monument. p. 168-177. *Synopſis Canonum* T. 2. Bibl. Canonicæ Juſtelli p. 749-784.

*Arſenii* Hieromonachi CPol. Epiſtola decreto ſynodali ſuper Calvinianis dogmatibus A. 1642. præfixa Græce & Latine apud Allatium de Conſenſu p. 1022.

*Arſenii* Monachi verſio Græca Geomantiæ Zanatæ, Philoſophi Perſæ, verſibus politicis compoſita A. C. 1266. MS. in Bibl. Cæſarea. Incipit:

Εἴπερ ὦ ποθούμενε ποθῶν τὸ προγινώσκειν
Καὶ τῶν μελλόντων ἀκριβῶς εἰδέναι τὰς ἐκβάσεις,
Εἰ βούλει σημειώσασθαι τὰς μοίρας τῶν ἀστέρων &c.

Vide Lambecium VII. p.260.

*Arſenii* Lexicon ineditum de qvo ſupra pag. 51.

*Arſenii* Monembaſiæ in Peloponneſo Archiepiſcopi ſyntagma Logicum, MS. in Bibl. Cæſarea. De ejus ſcholiis in Euripidem, ſupra pag. 222. De apophthegmatis, Volum. VIII. pag. 838. Arſenii collectanea laudata à Rigaltio ad Onoſandrum p. 38.

*Aſclepiodotus* Philoſophus de arte Tactica, ex Cod. Colbertino 4090. citatur à Cangio.

*Aſclepiadis* Trallium Epiſcopi Epiſtola & X. Anathematiſmi contra Petrum Fullonem circa A. 484. ſcripti, Græce & Latine exſtant T. IV. Concil. Labbei p. 1120. & T. III. Harduin p. 851. De alio antiqviore Aſclepiade Lactantius VII. 4. *Optime igitur Aſclepiades noſter de providentia ſummi DEI diſſerens in eo libro quem ſcripſit ad me.*

*Aſtrampſychi* Aſtrologia Perſica MS. memoratur in Joſephi Scaligeri Epiſtolis LX. LXIII. LXVII. LXVIII. atqve habuit Cangius ex Codice Colbertino Ἀστραμψύχου λαξευτήριον. Incipit: Πτολεμαίῳ Ἀστράμψυχος ἱερεὺς καὶ βίβλων ἐπισφραγιστὴς ἰδίῳ δεσπότῃ χαίρειν. Seqvitur in eodem Codice ejusdem Θεωρία τῶν ἀστέρων. Deinde: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ πυθαγορικοῦ * λαξευτηρίου ἤτοι τοῦ Ῥαβελίου οὕτω περιλεγομένου Περσιστί. Vide Cangii gloſſar. in λαξευτήριον. De Aſtrampſychi verſibus jambicis onirocriticis qvi apud Svidam ſparſim leguntur, dixi lib. IV. cap. 13. §. 11. Teſtatur tamen Clariſſ. Kuſterus in antiqvioribus Svidæ Codd. MSS. deſiderari: in aliis adſcriptos recentiore manu: itaqve ab alio additos eſſe non ab ipſo Svida, haud dubitat in notis ad vocem γελῶν. Centum verſus cum Hieron. Wolfii (qvi Svidæ hiſtorica eſt interpretatus) Latina verſione vulgavit Hermannus Germbergius cum XIV. centuriis proverbiorum collectis è Svida & utraqve lingva editis Baſil. 1583. 8. Simile Onirocriticon Germani Patriarchæ CPol. MStum in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. p. 237.

*Athanaſius* Abbas circa A. 1054. cujus Epiſtola ad Nicetam Pectoratum MS. in Bibl. Cæſarea.

*Athanaſius* Cyzici Metropolita, cujus Epiſtolam qvam A. 1346. ad An-



* Hinc Aſtrampſychi Cœlum Pythagoricum Cangius appellat.

Cæſareo Lambecius VIII. p.469. docuit legendum οἰκτροῦ μοναχοῦ Ματθαίου θύτου. Hieromonachus eſt μοναχὸς θύτης, ut recte etiam Goarus obſervavit.

*Tractatum de azymis contra Latinos*, allegat Allatius contra Creyghtonum pag.430. 434. Citat iterum Matthæum pag.24.331.ſeq. 335. 337. 575. *Reſponſionem ad argumenta Latinorum* Nic. Comnenus pag. 306. prænotion. myſtagog. Habetur etiam in Bibl. Bodlejana Matthæi Blaſtaris opus *contra Latinos*, & *de uſu calda in Euchariſtia*, *aliisque capitulis cum Latinis controverſis*. Ubicumqve occaſio ſe offert libenter carpere Latinos, notavit etiam Arcudius pag. 20. concordiæ de Sacramentis.

*De appoſitione Colybi*, * *ſive cocti frumenti in officio pro mortuis*. Incipit: ἡ θεοειδὴς τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησίας ἱεραρχία. MS. in Bibl. Bodlej.

*Synopſis* Κανονικοῦ ſive *Nomocanonis S. Joannis Neſteva* (de qvo ſupra p.166) MS. Lambec. VIII. pag 472. 479. *& ex Joannis Citrii* (de qvo ſupra pag.332.) *reſponſis Canonicis* ad Epiſcopum Dyrrhacenum Conſtantinum Cabaſilam *capita XXXII*. id. p. 473.479.

Etiam *gloſſarium Juridicum* Latino græcum, qvod incipit ἀδνέμιον, κατ᾽ ὄνομα διέρχεσθαι, memoraturqve a Lambecio p.477.481. Matthæo Blaſtari tribuit Robertus Gerus appendice ad Caveum.

*Rhetoricam* MS. memorat Labbeus p.109. Bibl. novæ MSS.

*Nicolaus Bulgarus* Congræus doctus & accuratus vir dicitur à Nicolao Comneno pag. 178. qvi ſæpe ejus *Catecheſim ſacram* citat atqve inter Photianos illi aſſignat locum, & pag. 398. eum in prima parte S. Liturgiæ ubi de templo, omnia κατὰ λέξιν, diſſimulato auctoris nomine arguit hauſiſſe ex Epiſcopi Crotoniatæ (Nicephori Meliſſeni Comneni) libro de ritibus Græcorum, qvem parvum & aureum libellum vocat pag. 10. Titulus libri Bulgari eſt κατήχησις ἱερὰ, ἤτοι τῆς θείας ἱερᾶς λειτουργίας ἐξήγησις καὶ ἐξέτασις τῶν χειροτονουμένων. Venet. 1581. 4.

*Bulgaria* cum Græcis qvi Latinam Eccleſiam dictis ſcriptisqve inſectati ſunt, memoratur à Joſepho Methonenſi. Videtur autem intelligi ὁ Βουλγαρίας, Bulgariæ Archiepiſcopus Theophylactus, qvem in Thomæ Aqvinatis Catena in Evangeliſtas videas nuncupari *Bulgarium*, vel *Vulgarium*, uti etiam legitur ex uſu illorum temporum in Apologia Auguſtanæ Confeſſionis p.157. pro Bulgariæ Epiſcopo, de cujus

* De colybo hoc præter Cangium in gloſſar. Richardus Simon p.265. ad Gabrielem Philadelph. Goarus pag.661. ad Euchologi. Nicolaus Comnenus p. 137. prænot. myſtagog. Turnefortius Tom.1. itineris Gallice editi p.51.

Digitized by Google

cujus ſcripto contra Latinos qvod oppugnat Jo. Veccus (T. 1. Græciæ Orthodoxæ pag. 215. ſq.) dixi Volum. VI. pag. 289. Apud Arcudium pag. 31. vitioſe *Burgarias*.

De *Nicolao Cabaſila* fuſe Allatius diatriba de Nilis, Volumine VI. hujus Bibl. De *Conſtantino Cabaſila* ſupra pag. 280.

*Joannes Caleca* Patriarcha CPol. ab A. 1333. ad 1347. de qvo Jo. Cantacuzenus lib. 2. Hiſt. c. 21. & prooemio antirrheticorum contra Prochorum Cydonium, Allatius p. 87. de Simeonibus & ad Nicephorum Gregoram Jo. Boivinus p. 774. Ejus homiliæ LX. in Evangelia anniverſaria habentur MStæ in Bibl. Coisliniana, ut teſtatur celeberr. Montfauconus pag. 402. ſeq. Homiliæ LVI. etiam in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. pag. 187. ſeq. & in alio Codice homiliæ XXI. id. p. 191. ſeq. atqve iterum duæ p. 297. Ex his vix una & altera edita eſt Græce & Lat. à Jacobo Gretſero Tom. 2. de Cruce, una Dominica ante Crucis exaltationem, incipit: *εἶπεν ὁ Κύριος, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν.* Altera in adorationem Crucis, incipit: *προτυπῶν καὶ προδιαγράφων.* Sed à Gretſero exhibetur ſub nomine Philothei CPol. De Manuele Caleca hujus Calecæ propinqvo dictum ſupra p. 421.

*Callinicus* Patriarcha CPol. (poſt A. 1680.) citatur à Nic. Comneno in prænot. myſtagog.

*Calliſtus Naxius* Monachus in expoſitione ſacrorum Officiorum. id. p. 243.

*Calliſtus Angelicudes* de ſpirituali participatione, allegatur ab Allatio p. 838. de conſenſu, atqve inde Tom. 1. Græciæ Orthodoxæ p. 821.

*Andronicus Calliſtus.* Supra in Andronico.

*Calliſtus Syropulus* meditatione pererudita contra Palamitas ad Euthymium Patriarcham, citatur à Nic. Comneno p. 158. prænot. myſtagog.

*Calliſtus* Xanthopulus Patriarcha CPol. A. 1395. Synodico de poenis homicidarum. id. pag. 146. 285. 327. Calliſti & Ignatii Xanthopulorum *μέθοδος καὶ κανὼν τῆς ἀγωγῆς καὶ πολιτείας μοναστικῆς* centum capitibus MS. in Bibl. Barberina. Laudatur à Simeone Theſſalonicenſi, dialogo contra hæreſes. Vide Allatium de conſenſu lib. 2. cap. 18. §. 13. & de Simeonibus pag. 185.

*Calocyrus* inter Legum interpretes haud ignobilis, in novellas Leonis Synopſi VII. citatur à Nic. Comneno p. 345.

*Colojoannis Comneni* Novellæ. id p. 145.

*Canonarcha.* Vide infra, *Chriſtophorus Campanas.*

*Catinas* incertum an Græce ſcripſerit de qvo S. Hieronymus in 1. Ezech. *Legi etiam cujusdam Catinæ quem Syri* λεπτὸν *id eſt acutum & ingenioſum* (קטן Hebræis parvus) *vocant, brevem diſputatiunculam, putantis caſtrorum ordinem duodecim tribuum deſcribi in ſolitudine* &c.

*Chriſtodulus* Chartophylax, Photianarum partium ſcriptor, Oratione in Dominicam ſecundam Qvadrageſimæ citatur à Nic. Comneno pag. 188.

*Chriſtophorus Campanas* Chius, Canonarchæ nomine celebratus ob Syllogen Synodicam & Commentarios de Canonum vi, de qvibus infra libro VI. Vixit ſæculo ſuperiore decimo ſexto.

*Chriſtophorus Protoaſecretis* vir Nic. Comneno p. 397. judice, ſi Photianiſmum demas dignus Græcia & majoribus haud impar, in libro de ſacris judiciis citatur à Thoma Diplovatatio.

*Chriſtophorus Angelus* Græcus Peloponneſo patria relicta in Angliam venit A. 1608. atqve A. 1619. 4. Cantabrigiæ edidit *enchiridion de inſtitutis & ritibus Græcorum & Eccleſiæ Græcæ*, ſæpius deinde recuſum cum verſione Georgii Fhelavii, etiam cum ejus commentariis Lipſ. 1671. 4. In præfat. ait ſe libellum ſcripſiſſe *de ſuis tribulationibus*. Ejus *Explicationem Symboli* allegat Nic. Comnenus p. 405. & *explanationem ſacrorum myſteriorum* pag. 397. Libellum de ſacris myſteriis, ex Canonarcha citat idem p. 384. *Encomium Angliæ & Anglorum* Græce cum Anglica verſione prodiit Lond. 1619. 4. *De Apoſtaſia Eccleſiæ & homine peccatore* Græce & Lat. ibid. 1614. 4. memorat Hendreichius in pandectis Brandeb. p. 186.

*Chriſtophorus* Alexandrinus Patriarcha circa A. C. 836. auctor parænefeos aſceticæ τί ὁμοιῶται ὁ βίος ὅτος καὶ εἰς ποῖον τέλος καταςρέφει. Incipit: πάντας μὲν ἀγαπητοί. Citatur ab Allatio p. 254. ad Euſtathium Antiochenum & Cotelerio T. 2. monument. p. 669. MSta in Bibl. Cæſarea. Neſſel. V. pag. 129. Sub Theophili Alex. nomine diſſertatio hæc de homine Græce & Latine edita à Fed. Morello Pariſ. 1608. 8.

*Chriſtophorus Patricius* Mytilenæus auctor Menologii verſibus ſcripti Jambicis, qvod citat Meurſius in gloſſario Græco. MS in Bibl. Vaticana.

*Antonius Chryſocheiras.* Supra in Antonio.

*Chryſoberges Maximus* enchiridio exomologeſeos citatur à Nic. Comneno pag. 414. De aliis ejus ſcriptis ſupra pag. 384. & de Luca Chryſoberge p. 330.

*Maca-*

*Macarius Chryſocephalus* Philadelphiæ ArchiEpiſcopus, fortaſſe idem cum Macario Philadelphiæ circa A. 1350. de qvo Cantacuzenus IV. 37. pag. 859. Diverſus à *Joanne Chryſocephalo* de qvo meminit Syropulus in Hiſt. Concilii Florentini ſect. 4. cap 29. & *Joanne Chryſocephalo Holobolo*, hypomnematographo, & Eccleſiæ CPol. Diacono, à qvo ſcriptum ſæculo XV. codicem in qvo Catena Nicetæ in Lucam continetur, in Bibl. Coisliniana aſſervari refert Clariſſ. Montfauconus pag. 251. nec non à *Matthæo Chryſocephalo* de qvo dixi Volum. VII. pag. 778. qvemadmodum & de Macarii Chryſocephali Catenis Patrum ineditis in Geneſin, Matthæum & ea Lucæ, qvorum Matthæus non meminit, fuſius tradidi ibid. p. 771. ſeq. Præterea ſcripſit brevem ſed accuratam expoſitionem in Canones Apoſtolorum & Conciliorum, qvam dum Chii moraretur ſe legiſſe teſtatur Allatius contra Creyghtonum pag. 680. Exſtant qvoqve variæ ejus homiliæ adhuc ineditæ in Bibl. Cardinalis Columnæ & Romæ in Collegii Græcorum, pleraſqve etiam habuit Geraſinus Blachus & Allatius, qvi & laudato adverſus Creyghtonum loco & libro de Simeonibus illarum meminit. Harum notitiam apponam ex codice Coisliniano, qvem recenſet celeberrimus Montfauconus pag. 180. ſeq.

1. *In novem Ordines Angelorum & in S. Michaëlem* caret initio. In 14. capita diſtributus eſt. Initium ſic profertur à Leone Allatio, Αρίστη μὲν καὶ ἡ τῶν ὁρωμένων εὐπρέπεια.

2. Fol. 19. *In Principes Angelorum Michaëlem & Gabrielem.* Init. Ἤδη μοι τῷ πρὸς τὰς οὐρανίους. In 15. capita diviſus eſt.

3. Fol. 40. *In Hypapanten.* Initium: Φαιδρὰ τῆς ἑορτῆς τὰ προπύλαια, καὶ φερικτά.

4. Fol. 50. *In feſtum* τῆς ὀρθοδοξίας. Init. Τίς ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων.

5. Fol. 66. verſo. *In tertiam jejuniorum Dominicam, in qua præcipue fit adoratio Crucis.* Init. Μεγάλη μὲν ἡ παροῦσα ἡμέρα, καὶ περιφ.

6. Fol. 80. verſo. *In Ramos palmarum.* Init. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών. κήρυττε.

7. Fol. 93. *In S. Joannem Apoſtolum & Theologum, ejusqve Theologiam.* Init. Αποστολικὴν ἐπιδημίαν εὐφημῆσαι προθέμενος.

8. Fol. 104. verſo. *In Natale ſancti Joannis Baptiſtæ.* Initium: Ἰωάννη τῇ φωνῇ τοῦ Λόγου τοὺς λόγους ἀνατίθημι.

9. Fol. 120. *In Decollationem ſancti Joannis Baptiſtæ.* Init. Πάλιν Ἰωάννης ὁ μέγας, ἡ πρόδρομ☉ τȣ͂ Λόγȣ φωνή.

10. Fol. 139. *In Exaltationem ſanctæ Crucis.* Init. Ἐμοὶ μὲν τὸ χαριέςατον ἁπάντων, καὶ μάλιςα. Editus à Gretſero T. 2. de Cruce pag. 1289.

11. Fol. 151. verſo. *In Transfigurationem Domini noſtri JEſu CHriſti.* Init. Θεὸς κύρι☉ ἐπ' ὄρȣς ἐπέφανεν.

12. Fol. 173. verſo Joan. Chryſoſt. In Annuntiationem Deiparæ. Init. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια. πάλιν ἐλευθ· Hactenus Macarii Chryſocephali Sermones in Codice Coisliniano. Poſtremus vero Chryſoſtomi fertur. Tres alios memorat Allatius:

*In glorioſam CHriſti reſurrectionem.* Incipit: χαρᾶς ὑπόθεσις ἡ παρȣ͂σα πανήγυρις.

*In mulieres unguenta ferentes & in Joſeph ab Arimathea, deque Dominica reſurrectione, & futura per eam univerſi hominum generis ſuſcitatione.* Incipit: τῆς παρȣ́σης ἡμέρας τὰ εὐαγγέλια.

*In aſcenſionem Domini Deique noſtri JEſu CHriſti.* Incipit: μεγάλη τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις.

*Corydaleus* Græcus Philoſophus circa A. 1630. ad qvem Georgii Coreſſii Epiſtolæ. Ejus varia in Ariſtotelem ſcripta laudat Nic. Comnenus, ut Iſagogen ad Logicam p. 322. Ethicam p. 339. 385. & Oeconomicam pag. 237.

*Criſpinus* Lampſacenus qvi ſcripſit vitam S. Parthenii Lampſaceni ut ajunt Epiſcopi, Conſtantini M. temporibus. Latine exſtat apud Surium & Bollandum 7. Febr. Græce MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VIII. pag. 82. Incipit: πόθῳ καὶ ἀγάπῃ κινȣ́μεν☉.

*Metrophanes Critopulus* Maximi Margunii diſcipulus, Hieromonachus & Patriarchalis CPol. protoſyngelus, deinde Patriarcha Alexandrinus ſcripſit & Doctoribus Academiæ Helmſtadienſis in qva circa A. 1620. præſens verſatus fuerat, dedicavit ὁμολογίαν τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, qvam cum Latina verſione edidit Joannes Hornejus, Conradi F. Helmſt. 1661. 4. Locum ex *Oratione in eos qui omnia innovant*, Græce producit Nic. Comnenus pag. 184. ubi Græco Lutheranum appellat & vehementer in eum invehitur qvod peccata omnia æqvalia eſſe doceat. Sed magnam Eccleſiæ noſtræ facit injuriam, qvando hujusmodi errores peſti-

Digitized by Google

peſtilentiſſimos eum arguit nundinatum longa peregrinatione apud Lutheranos, qvibus mox Alexandrinas infulas mercaretur. *Antipanepliam* illius allegat pag. 186.

*Joannes Cubidius* JCtus Græcus ſcripſit de pœnis.

● *Joannes Cucuzelus* Hymnos officii Eccleſiaſtici apud Græcos animavit notis Muſicis atqve artem tradidit Pſalticam qvæ MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Neſſelium I. p. 274. IV. pag. 110. Hic ut videtur Joaſaph Cucuzelus dicitur apud Allatium p. 100. de libris Eccleſ. Græcorum.

*Cyprianum* Monachum in Myſtagogia ſacrorum Ordinum citat Nic. Comnenus p. 397.

*Cyrillus Lucaris* ex Alexandrino Patriarcha CPolitanus ab A. 1621. ſæpius detruſus & cum qvinta vice reſtitutus eſſet, anno poſt 1638. ſtrangulatus, ſucceſſore *Cyrillo Berrhoënſi* qvem anno interjecto idem fatum manſit. Vide qvæ jam notavi Volum. VI. pag. 748. ſeq.

Cyrilli Lucaris *Confeſſio* (ἀνατολικὴ ὁμολογία τῆς χριστιανικῆς πίστεως) Latine primum A. 1629. deinde etiam Græce ab ipſo ſcripta & dictis S. Scripturæ additis confirmata Græce & Latine prodiit Genev. 1633. 4. 1645. 8. & Græce ac Gallice in Jacobi Aymoni monumentis avthenticis de religione Græcorum, Hagæ 1708. 4. p. 237. Patrum etiam dictis additis Græce & Latine recudi curavit Jo. Henr. Hottingerus in appendice ad Analecta Hiſtorica, Tiguri 1652. 8. pag. 598. ſeq. Exſtat etiam verſa Germanice, ſine loci notatione in 12. Contra hanc Confeſſionem ſcripſere Jo. Matthæus Caryophilus & Meletius Syrigus ut ſupra pag. 416. & 437. jam notavi. Sed & ſub Cyrillo Berrhoënſi A. 1639. CPoli & ſub Parthenio CPolitano Patriarcha A. 1642. coacta Synodus Jaſii, in Moldavia, in qvibus utrisqve confeſſio Cyrilli tanqvam Calviniana & abhorrens à Græcæ Eccleſiæ dogmatibus fuit condemnata. *Prioris Synodi decretum* Laureti A. 1639. in Vindiciis Sylveſtri à Petra ſancta, S. I. Latine editum, Græce etiam in Belgio A. 1645. ex MSto Allatii, & in Allatii opere de conſenſu lib. 3. cap. 11. pag. 1061. ſeq. *Poſterioris* vero Græce cum præfatione Arſenii, Hieromonachi CPol. Jaſii Moldaviæ A. 1642. in folio expanſo, & Græce ac Latine Pariſiis 1643. apud Cramoiſium, cui editioni Latinam verſionem ab Hugone Grotio additam ſcribit Nihuſius programmate ad Abr. Ecchellenſis librum pag. 267. Exhibet etiam Allatius de Conſenſu pag. 1082. ſeq. & Harduinus T. ultimo Concilior. pag. 171. Cæterum Amſtelodami A. 1718. 4. venalis in tabernis librariis comparuit liber hoc titulo: *Lettres anecdotes de*

*Cyrille Lucar, Patriarche de Conſtantinople & ſa Confeſſion de foi avec des remarques: le Concile de Jeruſalem tenu contre lui avec un examen de ſa doctrine. Atteſtations & pieces diverſes touchant la creance des Grecs modernes examineés ſelon les regles de la Theologie & du droit.* Sed ſtatim obſervatum eſt novo tantum titulo præfixo veterem venditari mercem, volumen nimirum qvod jam A. 1708. Jacobus Aymon Hagæ in lucem emiſerat, inſcripſeratqve: *Monumens authentiques de la religion des Grecs & de la fauſſeté de pluſieurs confeſſions de foi des Chrétiens Orientaux &c.* In hoc poſt editoris prolegomena familiam ducunt *Epiſtolæ XXVII.* Cyrilli Lucaris, ſcriptæ magna Cairo, Aleppone, Alexandria, CPoli, Tenedo, Chio vel Rhodo ad Genevenſes, ad Diodatum, ad Georgium Abbatum ArchiEp. Cantuar. ad Antonium Legerum, ad Utenbogardum Paſtorem Eccleſiæ Hagenſis, & ad Davidem le Leu de Wilhelm Conſiliarium Principis Auriaci: ſcriptæ Italice vel Latine, additis ab editore Gallica verſione & obſervationibus: Deinde pag. 201. ſeqvitur *Chryſoſculi Logotheta* narratio de molitionibus Jeſuitarum adverſus Lucarem A. 1627. & 1628. ſuſceptis. Porro ſeqvuntur Græce & Gallice cum notis *Acta Synodi Hieroſolymitanæ* ſub *Doſitheo* Patriarcha celebratæ A. 1672. qvorum titulus ἀσπὶς ὀρθοδοξίας ἢ ἀπολογία καὶ ἔλεγχος πρὸς τοὺς διασύροντας τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν αἱρετικοὺς φρονεῖν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ὡς κακοφρονοῦσιν ἤτοι αὐτοὶ οἱ Καλβῖνοι. *Clypeus orthodoxæ fidei, ſive Apologia & confutatio adverſus eos qui Orientalem Eccleſiam calumniantur ac ſi de Deo rebusque divinis hæretice, ut ſentiunt ipſi ſcilicet Calviniani, ſentiret.* In his Actis decretum Synodi utriusqve A. 1639. & 1642. adverſus Cyrillum Lucarem habitæ pag. 319. & 335. inſeritur. Atqve ad calcem pag. 446. in æs inciſæ exhibentur ſubſcriptiones Epiſcoporum qvales conſpiciuntur in avtographo qvod ex Bibl. Regis Galliæ Aymonus acceperat a) Eadem Synodi Hieroſolymitanæ Acta b) cum verſione M. F. è congregatione S. Mauri Ord. S. Benedicti lucem viderant Pariſiis 1676. & emendatius 1678. 8. ſubjuncta *Dionyſii* Patriarchæ CPol. Synodica de Calvinianorum erroribus, promulgata A. 1672. cum qva etiam recuſa leguntur tomo ultimo Conciliorum Harduini pag. 179. In illis Actis p. 284-297. editionis

a) Vide Ephemerides Pariſ A. 1709. Maj. pag 381. Mem. de Trev. 1712. pag. 743. Hiſt. Ouvrag. des Sav. 1708. pag. 497. Nouv. Rep. lettr. 1708. Aout. Illum Codicem MS. quem in Belgium Aymonus attulerat, Rex Chriſtianiſſimus per Marchionem de Torcy repetiit recepitque A. 1709. Vide Rev. D. Pfaffii diſſ. de Euchariſtia contra Lud. Rogerium pag. 57.

b) De hac Synodo Hieroſol. exſtat diſſ. Doctoris mei Tho. Ittigii in appendice ad librum de hæreſiarchis pag 412. ſeq.

Digitized by Google

nis Aymonianæ varia excerpta leguntur ex Cyrilli Lucaris *homiliis*, adhuc qvod ſciam ineditis. De Cyrillo præterea conſulenda Tho Smithi utraqve miſcellanea Lond. 1686. & 1690. edita in 8. & collectanea de Cyrillo Lucario, ibid. 1707. 8. qvæ ſcripta ſi qvis cum Allatio p. 1070. ſeq de conſenſu, Rich. Simone lib. de transſubſtantiatione, & Euſebii Renaudoti libro adverſus Aymonum cantulerit, miſeri Cyrilli fatum dolebit, utrinqve multa videbit exaggerata, à Cyrillo tamen ſinceram Græcæ Eccleſiæ de dogmatibus ſententiam petendam eſſe non credet, perinde ut nec à profeſſis Cyrilli hoſtibus.

*Cyrillus Chius* qvi Pariſiis A. 1643. edidit & Abbati Philareto in remiſſionem peccatotum ſuorum obtulit libellum lingua Græcorum vulgari meditationes in Orationem Dominicam complexum hoc titulo: *ψυχωφελὲς Σαρανταέρι, ἤγουν ἐξήγησις ψυχωφελὴς διὰ σαράντα* (qvadraginta) *στίχων εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν, ποιηθὲν παρὰ Κυρίλλου τοῦ χίου ἱεροδιακόνου τοῦ καὶ τὸν μονήρη βίον ἀσπασαμένου.* Vide Cangium in *σαρανταέρι.*

*Damaſceni* Theſſalonicenſis Hypodiaconi Studitæ Conciones in feſta anni, idiomate Græcorum vulgari Venetiis prodierunt apud Antonium Pinellum 1628. 8. Vide Volum. VI. p. 693. & Leunclavii pandectem Turcicum n. 186. Cangii gloſſar. in *τιμάριον.* Allatium de Conſenſu p. 838. 1258. 1310. 1343. Orationem XIV. de miſericordia DEi & virtute bonorum operum laudat Nic. Comnenus p. 24. Sermonem XXV. qvi eſt de adoratione vivificæ Crucis, Allatius pag. 1358.

*Daniel Cubocleſius* Oratione de SS. Apoſtolis citatur à Nic. Comneno pag. 401. Oratione IV. de proceſſione Spiritus S. pag. 226.

*Daniel Cyzizenus*, Gregorii Cyprii adverſarius.

*Danielis Nicæni* Archiepiſcopi Commentarium ad Novellas laudat Nic. Comnenus pag. 159.

*Daniel Raithenus* ſive Raithuenſis vitam Jo. Climaci ſcripſit ut dixi Volum. VIII. pag. 616.

*Danielis Abbatis* narratio de puero Hebræo per ludum à pueris Chriſtianis baptizato. MS. Lambec. VIII. pag. 352.

*Datianebis Δατιανῆβους* JCti liber *περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν de actionibus ſpecialibus* MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VI. pag. 8.

*Davidis* Monachi *δήλωσις περὶ τῆς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως Hiſtoria hæreſeos Barlaami & Acindyni* (circa A. 1348.) MS. in variis Bibliothecis ut Cæſarea, Regis Galliæ, Bavarica &c. Excerpta ex illa apud Allatium p. 838. de conſenſu & Tom. I. Græciæ Orthodoxæ

 pag.

nam Imperatricem accuſando Patriarchæ Jo. Calecæ ſcripſit, eadem ſervat Bibliotheca.

*Athanaſius* Scholaſticus Emeſenus, de cujus delectu Legum infra libro VI.

Ex *Athanaſii* Cydonii opuſculo de ſeparatione Eccleſiæ Romanæ à qvatuor reliqvis Patriarchis nonnulla affert Allatius pag. 478. de Conſenſu, Græce & Latine.

*Athanaſii* Patriarchæ CPol. ab A. 1289. ad 1293. & ab A. 1302. ad 1310. parænefes ad Epiſcopos recedentes, ſive Epiſtolæ VIII. de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia leguntur Latine Tom. XXV. Bibl. Patrum Lugd. pag. 944. De aliis ejus ſcriptis ineditis dixi Volum. VI. p. 582. ſeq.

*Athanaſius* Synadenus citatur ab Allatio p. 833. de Conſenſu.

*Athenai* Medici περὶ ὕρων σύνοψις ἀκριβής. Cangius è Codice Colbert. 3614.

*Joannes Athenicius* infra in Johannicio.

*Michaël Attaliata* JCtus, ſynopſeos legum auctor, de qvo & de Attaliata ejus pronepote, nec non de Matthæo Monacho qvi circa A. 1187. ſynopſin illam ſcholiis illuſtravit, infra, in libro VI.

*Baphius* judex Veli, JCtus de cujus ſcholiis ad Baſilica dicetur libro VI.

*Barſanuphii* Monachi & Anachoretæ Palæſtini circa A. C. 550. *reſponſiones* ad *quæſtiones aſceticas* MStæ in variis Bibliothecis. Vide Lambecium IV. p. 189. & V. p. 100. Labbeum Bibl. nova MSS. pag. 92. *Paræneſis ad diſcipulum*, incipit: γέρων τις ἐδιέτριβεν. Lambec. IV p. 136. De Barſanuphio meminere Evagrius IV, 32. Nicephorus XVII, 22. Martyrolog. Rom. XI. April.

*Bartholomæi* Edeſſeni confutatio Hagareni, Græce & Latine edita e codice Bibl. Leidenſis, legati Scaligerani, a Steph. le Moyne Tom. 1. Var. ſacr. pag 302-428. cum Anonymi confutatione Muhamedis pag. 429-451.

*Bartholomæus* auctor Vitæ S. Nili junioris.

*S. Bartholomæi* Abbatis Acta citantur à Nic. Comneno.

*Baſilius* λατινελέγκτης Hieromonachus Studita qvi contra Latinos ſcripſit, memoratus Allatio de conſenſu p. 553. & 624. atqve addendus variis Baſiliis qvos retuli Volum. VIII. p. 63. ſeq.

*Baſilius Scamandrenus*, Patriarcha CPol. ab A. 1183. ad 1186. cujus ſynodicon de iniqvitate judicum allegat Nic. Comnenus pag. 283.

*Baſilii*

Digitized by Google

*Baſilii* Acrideni, Theſſalonicenſis circa A. 1155. Epiſcopi reſponſum ad Chartophylacem, id. p. 251.

*Baſſi* vel *Nicomedis* diſtichon Græcum retrogradum in Hippocratem. Lambec. VI. p. 140.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώετο λαῶν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ.

Joannis Ducæ cognomento *Batatzæ* diploma datum A. 1228. Lambec. VIII. p. 523.

*Bernicianus* Arianus ex S. Athanaſii adverſariis. Vide Lucii & Berniciani preces ad Jovianum Imp. Tom. 2. Opp. Athanaſii pag. 27. ſeq.

*Beſtes Conoſtaulus*. Iudex veli, JCtus, cujus ſynopſin novellarum laudat Nic. Comnenus p. 372. prænot. myſtagog.

*Matthæus Blaſtares* ſive *Blaſtarius* Hieromonachus circa A. 1335. compoſuit opus eximium σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον Syntagma Alphabeticum rerum qvæ in ſacris Conciliorum Patrumqve Canonibus & Imperatorum Legibus * exſtant, digeſtarum ſub certis titulis, literarum ordine diſpoſitis. Primus illud ex duobus Codd. MSS. Bodlejano & Iſaaci Voſſii Græce edidit Gvil. Beveregius, addita Latine verſione de qva ipſe in præf. *nos eruditam tantum præfationem ſive protheoriam Latinam fecimus, ipſum operis corpus a doctis quibusdam viris Oxonienſibus translatum eſt*. Tomo ſecundo magni Synodici ſive Pandectis Canonum parte 2. p. 1-272. Varia in hoc opere loca emendat Cotelerius notis ad monumenta Eccleſiæ Græcæ, plura in illo adhuc emendanda ſupereſſe profeſſus, unde *Augiæ ſtabulum* appellat III. p. 670. Operæ pretium itaqve eſſet cum Beveregii editione conferri Codices Cæſareos Gallicosqve de qvibus Lambecius VIII p. 471. 478. & Labbeus Bibl. nov. MSS. pag. 130. 203. 386. In hoc ſyntagmate pag. 117. exſtat *Donatio Conſtantini M.* qvam à Blaſtare verſam Græce dixi Volum. VI. p. 5. Etiam Ζητήματα καὶ ὑποθέσεις γαμικαί. *Quaſtiones & cauſæ matrimoniales*, Græce & Latine ex Jo. Leuuclavii Bibliotheca editæ in Freheri jure Græco Rom. lib. VIII. pag. 478-518. eædem qvæ in Syntagmate alphabetico pag. 45. ſeq. tit. γάμος.

*Carmen duplex politicum de officiis magnæ Eccleſiæ & aulæ CPol.* ſub vitioſo titulo ἰατροῦ Μοναχοῦ Ματθαίου vulgavit *Jac. Goarus* Græce & Latine ad calcem Codini Pariſ. fol. ut dixi Volum. VI. pag. 479. ſed ex Codice

 Cæ-

* Hinc Nomocanonem appellat Nic. Comnenus pag 138. & Arcudius paſſim. Etiam Labbeus pag. 203. Bibl. novæ MS. Cotelerius & alii.

Digitized by Google

Cæſareo Lambecius VIII. p.469. docuit legendum *οἰκτρῦ μοναχῦ Ματθαίυ θύτυ.* Hieromonachus eſt *μοναχὸς θύτης*, ut recte etiam Goarus obſervavit.

*Tractatum de azymis contra Latinos*, allegat Allatius contra Creyghtonum pag. 430. 434. Citat iterum Matthæum pag. 24. 331. ſeq. 335. 337. 575. *Reſponſionem ad argumenta Latinorum* Nic. Comnenus pag. 306. prænotion. myſtagog. Habetur etiam in Bibl. Bodlejana Matthæi Blaſtaris opus *contra Latinos*, & *de uſu calda in Euchariſtia*, *aliisque capitulis cum Latinis controverſis*. Ubicumqve occaſio ſe offert libenter carpere Latinos, notavit etiam Arcudius pag. 20. concordiæ de Sacramentis.

*De appoſitione Colybi*, * *ſive cocti frumenti in officio pro mortuis*. Incipit: *ἡ θεοειδὴς τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας ἱεραρχία.* MS. in Bibl. Bodlej.

*Synopſis* Κανονικῦ ſive *Nomocanonis S. Joannis Neſtevta* (de qvo ſupra p. 166) MS. Lambec. VIII. pag 472. 479. & *ex Joannis Citrii* (de qvo ſupra pag. 332.) *reſponſis Canonicis* ad Epiſcopum Dyrrhacenum Conſtantinum Cabaſilam *capita XXXII*. id. p. 473. 479.

Etiam *gloſſarium Juridicum* Latino græcum, qvod incipit *ἀδνύμιον, κατ' ὄνομα διέρχεσθαι*, memoraturqve a Lambecio p. 477. 481. Matthæo Blaſtari tribuit Robertus Gerus appendice ad Caveum.

*Rhetoricam* MS. memorat Labbeus p. 109. Bibl. novæ MSS.

*Nicolaus Bulgarus* Congræus doctus & accuratus vir dicitur à Nicolao Comneno pag. 178. qvi ſæpe ejus *Catecheſim ſacram* citat atqve inter Photianos illi aſſignat locum, & pag. 398. eum in prima parte S. Liturgiæ ubi de templo, omnia *κατὰ λέξιν*, diſſimulato auctoris nomine arguit hauſiſſe ex Epiſcopi Crotoniatæ (Nicephori Meliſſeni Comneni) libro de ritibus Græcorum, qvem parvum & aureum libellum vocat pag. 10. Titulus libri Bulgari eſt *κατήχησις ἱερὰ, ἤτοι τῆς θείας ἱερᾶς λειτυργίας ἐξήγησις καὶ ἐξέτασις τῶν χειροτονυμένων.* Venet. 1581. 4.

*Bulgaria* cum Græcis qvi Latinam Eccleſiam dictis ſcriptisqve inſectati ſunt, memoratur à Joſepho Methonenſi. Videtur autem intelligi ὁ Βυλγαρίας, Bulgariæ Archiepiſcopus Theophylactus, qvem in Thomæ Aqvinatis Catena in Evangeliſtas videas nuncupari *Bulgarium*, vel *Vulgarium*, uti etiam legitur ex uſu illorum temporum in Apologia Auguſtanæ Confeſſionis p. 157. pro Bulgariæ Epiſcopo, de cujus

* De colybo hoc præter Cangium in gloſſar. Richardus Simon p. 265. ad Gabrielem Philadelph. Goarus pag. 661. ad Euchologr. Nicolaus Comnenus p. 137. prænot. myſtagog. Turnefortius Tom. 1. itineris Gallice editi p. 51.

Digitized by Google

cujus ſcripto contra Latinos qvod oppugnat Jo. Veccus (T. 1. Græciæ Orthodoxæ pag. 215. ſq.) dixi Volum. VI. pag. 289. Apud Arcudium pag. 31. vitioſe *Burgarias*.

De *Nicolao Cabaſila* fuſe Allatius diatriba de Nilis, Volumine VI. hujus Bibl. De *Conſtantino Cabaſila* ſupra pag. 280.

*Joannes Caleca* Patriarcha CPol. ab A. 1333. ad 1347. de qvo Jo. Cantacuzenus lib. 2. Hiſt. c. 21. & proœmio antirrheticorum contra Prochorum Cydonium, Allatius p. 87. de Simeonibus & ad Nicephorum Gregoram Jo. Boivinus p. 774. Ejus homiliæ LX. in Evangelia anniverſaria habentur MStæ in Bibl. Coisliniana, ut teſtatur celeberr. Montfauconus pag. 402. ſeq. Homiliæ LVI. etiam in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. pag. 187. ſeq. & in alio Codice homiliæ XXI. id. p. 191. ſeq. atqve iterum duæ p. 297. Ex his vix una & altera edita eſt Græce & Lat. à Jacobo Gretſero Tom. 2. de Cruce, una Dominica ante Crucis exaltationem, incipit: *εἶπεν ὁ Κύριος, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν*. Altera in adorationem Crucis, incipit: *προτυπῶν καὶ προδιαγράφων*. Sed à Gretſero exhibetur ſub nomine Philothei CPol. De Manuele Caleca hujus Calecæ propinqvo dictum ſupra p. 421.

*Callinicus* Patriarcha CPol. (poſt A. 1680.) citatur à Nic. Comneno in prænot. myſtagog.

*Calliſtus Naxius* Monachus in expoſitione ſacrorum Officiorum. id. p. 243.

*Calliſtus Angelicudes* de ſpirituali participatione, allegatur ab Allatio p. 838. de conſenſu, atqve inde Tom. 1. Græciæ Orthodoxæ p. 821.

*Andronicus Calliſtus*. Supra in Andronico.

*Calliſtus Syropulus* meditatione pererudita contra Palamitas ad Euthymium Patriarcham, citatur à Nic. Comneno p. 158. prænot. myſtagog.

*Calliſtus* Xanthopulus Patriarcha CPol. A. 1395. Synodico de pœnis homicidarum. id. pag. 146. 285. 327. Calliſti & Ignatii Xanthopulorum *μέθοδος καὶ κανὼν τῆς ἀγωγῆς καὶ πολιτείας μοναστικῆς* centum capitibus MS. in Bibl. Barberina. Laudatur à Simeone Theſſalonicenſi, dialogo contra hæreſes. Vide Allatium de conſenſu lib. 2. cap. 18. §. 13. & de Simeonibus pag. 185.

*Calocyrus* inter Legum interpretes haud ignobilis, in novellas Leonis Synopſi VII. citatur à Nic. Comneno p. 345.

*Colojoannis Comneni* Novellæ. id p. 145.

*Canonarcha*. Vide infra, *Chriſtophorus Campanas*.

*Cati-*

*Catinas* incertum an Græce ſcripſerit de qvo S. Hieronymus in 1. Ezech. *Legi etiam cujusdam Catinæ quem Syri* λεπτὸν *id eſt acutum & ingenioſum* (קטן Hebræis parvus) *vocant, brevem diſputatiunculam, putantis caſtrorum ordinem duodecim tribuum deſcribi in ſolitudine* &c.

*Chriſtodulus* Chartophylax, Photianarum partium ſcriptor, Oratione in Dominicam ſecundam Qvadrageſimæ citatur à Nic. Comneno pag. 188.

*Chriſtophorus Campanas* Chius, Canonarchæ nomine celebratus ob Syllogen Synodicam & Commentarios de Canonum vi, de qvibus infra libro VI. Vixit ſæculo ſuperiore decimo ſexto.

*Chriſtophorus Protoaſecretis* vir Nic. Comneno p. 397. judice, ſi Photianiſmum demas dignus Græcia & majoribus haud impar, in libro de ſacris judiciis citatur à Thoma Diplovatatio.

*Chriſtophorus Angelus* Græcus Peloponneſo patria relicta in Angliam venit A. 1608. atqve A. 1619. 4. Cantabrigiæ edidit *enchiridion de inſtitutis & ritibus Græcorum & Eccleſiæ Græcæ*, ſæpius deinde recuſum cum verſione Georgii Fhelavii, etiam cum ejus commentariis Lipſ. 1671. 4. In præfat. ait ſe libellum ſcripſiſſe *de ſuis tribulationibus*. Ejus *Explicationem Symboli* allegat Nic. Comnenus p. 405. & *explanationem ſacrorum myſteriorum* pag. 397. Libellum de ſacris myſteriis, ex Canonarcha citat idem p. 384. *Encomium Angliæ & Anglorum* Græce cum Anglica verſione prodiit Lond. 1619. 4. *De Apoſtaſia Eccleſiæ & homine peccatore* Græce & Lat. ibid. 1614. 4. memorat Hendreichius in pandectis Brandeb. p. 186.

*Chriſtophorus* Alexandrinus Patriarcha circa A. C. 836. auctor paræneſeos aſceticæ τί ὁμοιῶται ὁ βίος οὗτος καὶ εἰς ποῖον τέλος καταστρέφει. Incipit: πάντας μὲν ἀγαπητοί. Citatur ab Allatio p. 254. ad Euſtathium Antiochenum & Cotelerio T. 2. monument. p. 669. MSta in Bibl. Cæſarea. Neſſel. V. pag. 129. Sub Theophili Alex. nomine diſſertatio hæc de homine Græce & Latine edita à Fed. Morello Pariſ. 1608. 8.

*Chriſtophorus Patricius* Mytilenæus auctor Menologii verſibus ſcripti Jambicis, qvod citat Meurſius in gloſſario Græco. MS in Bibl. Vaticana.

*Antonius Chryſochiras*. Supra in Antonio.

*Chryſoberges Maximus* enchiridio exomologeſeos citatur à Nic. Comneno pag. 414. De aliis ejus ſcriptis ſupra pag. 384. & de Luca Chryſoberge p. 330.

*Maca-*

*Macarius Chryſocephalus* Philadelphiæ ArchiEpiſcopus, fortaſſe idem cum Macario Philadelphiæ circa A. 1350. de qvo Cantacuzenus IV. 37. pag. 859. Diverſus à *Joanne Chryſocephalo* de qvo meminit Syropulus in Hiſt. Concilii Florentini ſect. 4. cap 29. & *Joanne Chryſocephalo Holobolo*, hypomnematographo, & Eccleſiæ CPol. Diacono, à qvo ſcriptum ſæculo XV. codicem in qvo Catena Nicetæ in Lucam continetur, in Bibl. Coisliniana aſſervari refert Clariſſ. Montfauconus pag. 251. nec non à *Matthæo Chryſocephalo* de qvo dixi Volum. VII. pag. 778. qvemadmodum & de Macarii Chryſocephali Catenis Patrum ineditis in Geneſin, Matthæum & ea Lucæ, qvorum Matthæus non meminit, fuſius tradidi ibid. p. 771. ſeq. Præterea ſcripſit brevem ſed accuratam expoſitionem in Canones Apoſtolorum & Conciliorum, qvam dum Chii moraretur ſe legiſſe teſtatur Allatius contra Creyghtonum pag. 680. Exſtant qvoqve variæ ejus homiliæ adhuc ineditæ in Bibl. Cardinalis Columnæ & Romæ in Collegii Græcorum, pleraſqve etiam habuit Geraſinus Blachus & Allatius, qvi & laudato adverſus Creyghtonum loco & libro de Simeonibus illarum meminit. Harum notitiam apponam ex codice Coisliniano, qvem recenſet celeberrimus Montfauconus pag. 180. ſeq.

1. *In novem Ordines Angelorum & in S. Michaëlem* caret initio. In 14. capita diſtributus eſt. Initium ſic profertur à Leone Allatio, Λαμπρὰ μὲν καὶ ἡ τῶν ὁρωμένων εὐπρέπεια.

2. Fol. 19. *In Principes Angelorum Michaëlem & Gabrielem.* Init. Ἤδη μοι τῷ πρὸς τὰς οὐρανίους. In 15. capita diviſus eſt.

3. Fol. 40. *In Hypapanten.* Initium : Φαιδρὰ τῆς ἑορτῆς τὰ προπύλαια, καὶ φαικτά.

4. Fol. 50. *In feſtum* τῆς ὀρθοδοξίας. Init. Τίς ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων.

5. Fol. 66. verſo. *In tertiam jejuniorum Dominicam, in qva præcipue fit adoratio Crucis.* Init. Μεγάλη μὲν ἡ παροῦσα ἡμέρα, καὶ περιφ.

6. Fol. 80. verſo. *In Ramos palmarum.* Init. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών. κήρυττε.

7. Fol. 93. *In S. Joannem Apoſtolum & Theologum, ejusqve Theologiam.* Init. Ἀποστολικὴν ἐπιδημίαν εὐφημῆσαι προθέμενος.

8. Fol. 104. verſo. *In Natale ſancti Joannis Baptiſtæ.* Initium: Ἰωάννῃ τῇ φωνῇ τοῦ Λόγου τοὺς λόγους ἀνατίθημι.

9. Fol. 120. *In Decollationem ſancti Joannis Baptiſtæ.* Init. Πάλιν Ἰωάννης ὁ μέγας, ἡ πρόδρομος τοῦ Λόγου φωνή.

10. Fol. 139. *In Exaltationem ſanctæ Crucis.* Init. Ἐμοὶ μὲν τὸ χαριέστατον ἁπάντων, καὶ μάλιστα. Editus à Gretſero T. 2. de Cruce pag. 1289.

11. Fol. 151. verſo. *In Transfigurationem Domini noſtri JEſu CHriſti.* Init. Θεὸς κύριος ἐπ' ὄρους ἐπέφανεν.

12. Fol. 173. verſo Joan. Chryſoſt. In Annuntiationem Deiparæ. Init. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια. πάλιν ἐλευθ· Hactenus Macarii Chryſocephali Sermones in Codice Coisliniano. Poſtremus vero Chryſoſtomi fertur. Tres alios memorat Allatius:

*In glorioſam CHriſti reſurrectionem.* Incipit: χαρᾶς ὑπόθεσις ἡ παροῦσα πανήγυρις.

*In mulieres unguenta ferentes & in Joſeph ab Arimathea, deque Dominica reſurrectione, & futura per eam univerſi hominum generis ſuſcitatione.* Incipit: τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ εὐαγγέλια.

*In aſcenſionem Domini Deique noſtri JEſu CHriſti.* Incipit: μεγάλη τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις.

*Corydaleus* Græcus Philoſophus circa A. 1630. ad qvem Georgii Coreſſii Epiſtolæ. Ejus varia in Ariſtotelem ſcripta laudat Nic. Comnenus, ut Iſagogen ad Logicam p. 322. Ethicam p. 339. 385. & Oeconomicam pag. 237.

*Criſpinus* Lampſacenus qvi ſcripſit vitam S. Parthenii Lampſaceni ut ajunt Epiſcopi, Conſtantini M. temporibus. Latine exſtat apud Surium & Bollandum 7. Febr. Græce MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VIII. pag. 82. Incipit: πόθῳ καὶ ἀγάπῃ κινούμενος.

*Metrophanes Critopulus* Maximi Margunii diſcipulus, Hieromonachus & Patriarchalis CPol. protoſyngelus, deinde Patriarcha Alexandrinus ſcripſit & Doctoribus Academiæ Helmſtadienſis in qva circa A. 1620. præſens verſatus fuerat, dedicavit ὁμολογίαν τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, qvam cum Latina verſione edidit Joannes Hornejus, Conradi F. Helmſt. 1661. 4. Locum ex *Oratione in eos qui omnia innovant*, Græce producit Nic. Comnenus pag. 184. ubi Græco Lutheranum appellat & vehementer in eum invehitur qvod peccata omnia æqvalia eſſe doceat. Sed magnam Eccleſiæ noſtræ facit injuriam, qvando hujusmodi errores peſti-

Digitized by Google

peſtilentiſſimos eum arguit nundinatum longa peregrinatione apud Lutheranos, qvibus mox Alexandrinas infulas mercaretur. *Antipanopliam* illius allegat pag. 186.

*Joannes Cubidius* JCtus Græcus ſcripſit de pœnis.

*Joannes Cucuzelus* Hymnos officii Eccleſiaſtici apud Græcos animavit notis Muſicis atqve artem tradidit Pſalticam qvæ MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Neſſelium I. p. 274. IV. pag. 110. Hic ut videtur Joaſaph Cucuzelus dicitur apud Allatium p. 100. de libris Eccleſ. Græcorum.

*Cyprianum* Monachum in Myſtagogia ſacrorum Ordinum citat Nic. Comnenus p. 397.

*Cyrillus Lucaris* ex Alexandrino Patriarcha CPolitanus ab A. 1621. ſæpius detruſus & cum qvinta vice reſtitutus eſſet, anno poſt 1638. ſtrangulatus, ſucceſſore *Cyrillo Berrhoënſi* qvem anno interjecto idem fatum manſit. Vide qvæ jam notavi Volum. VI. pag. 748. ſeq.

Cyrilli Lucaris *Confeſſio* (ἀνατολικὴ ὁμολογία τῆς χριστιανικῆς πίστεως) Latine primum A. 1629. deinde etiam Græce ab ipſo ſcripta & dictis S. Scripturæ additis confirmata Græce & Latine prodiit Genev. 1633. 4. 1645. 8. & Græce ac Gallice in Jacobi Aymoni monumentis avthenticis de religione Græcorum, Hagæ 1708. 4. p. 237. Patrum etiam dictis additis Græce & Latine recudi curavit Jo. Henr. Hottingerus in appendice ad Analecta Hiſtorica, Tiguri 1652. 8. pag. 598. ſeq. Exſtat etiam verſa Germanice, ſine loci notatione in 12. Contra hanc Confeſſionem ſcripſere Jo. Matthæus Caryophilus & Meletius Syrigus ut ſupra pag. 416. & 437. jam notavi. Sed & ſub Cyrillo Berrhoënſi A. 1639. CPoli & ſub Parthenio CPolitano Patriarcha A. 1642. coacta Synodus Jaſii, in Moldavia, in qvibus utrisqve confeſſio Cyrilli tanqvam Calviniana & abhorrens à Græcæ Eccleſiæ dogmatibus fuit condemnata. *Prioris Synodi decretum* Laureti A. 1639. in Vindiciis Sylveſtri à Petra ſancta, S.I. Latine editum, Græce etiam in Belgio A. 1645. ex MSto Allatii, & in Allatii opere de conſenſu lib. 3. cap. 11. pag. 1061. ſeq. *Poſterioris* vero Græce cum præfatione Arſenii, Hieromonachi CPol. Jaſii Moldaviæ A. 1642. in folio expanſo, & Græce ac Latine Pariſiis 1643. apud Cramoiſium, cui editioni Latinam verſionem ab Hugone Grotio additam ſcribit Nihuſius programmate ad Abr. Ecchellenſis librum pag. 267. Exhibet etiam Allatius de Conſenſu pag. 1082. ſeq. & Harduinus T. ultimo Concilior. pag. 171. Cæterum Amſtelodami A. 1718. 4. venalis in tabernis librariis comparuit liber hoc titulo: *Lettres anecdotes de*

*Cyrille Lucar, Patriarche de Conſtantinople & ſa Confeſſion de foi avec des remarques: le Concile de Jeruſalem tenu contre lui avec un examen de ſa doctrine. Atteſtations & pieces diverſes touchant la creance des Grecs modernes examineés ſelon les regles de la Theologie & du droit.* Sed ſtatim obſervatum eſt novo tantum titulo præfixo veterem venditari mercem, volumen nimirum qvod jam A. 1708. Jacobus Aymon Hagæ in lucem emiſerat, inſcripſeratqve: *Monumens authentiques de la religion des Grecs & de la fauſſeté de pluſieurs confeſſions de foi des Chrétiens Orientaux &c.* In hoc poſt editoris prolegomena familiam ducunt *Epiſtolæ XXVII.* Cyrilli Lucaris, ſcriptæ magna Cairo, Aleppone, Alexandria, CPoli, Tenedo, Chio vel Rhodo ad Genevenſes, ad Diodatum, ad Georgium Abbatum ArchiEp. Cantuar. ad Antonium Legerum, ad Utenbogardum Paſtorem Eccleſiæ Hagenſis, & ad Davidem le Leu de Wilhelm Conſiliarium Principis Auriaci: ſcriptæ Italice vel Latine, additis ab editore Gallica verſione & obſervationibus: Deinde pag. 201. ſeqvitur *Chryſoſculi Logothetæ* narratio de molitionibus Jeſuitarum adverſus Lucarem A. 1627. & 1628. ſuſceptis. Porro ſeqvuntur Græce & Gallice cum notis *Acta Synodi Hieroſolymitanæ* ſub *Doſitheo* Patriarcha celebratæ A. 1672. qvorum titulus *ἀσπὶς ὀρθοδοξίας ἢ ἀπολογία καὶ ἔλεγχος πρὸς τοὺς διασύροντας τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν αἱρετικῶς φρονεῖν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ὡς κακοφρονοῦσιν οὗτοι αὐτοὶ οἱ Καλβῖνοι.* *Clypeus orthodoxæ fidei, ſive Apologia & confutatio adverſus eos qui Orientalem Eccleſiam calumniantur ac ſi de Deo rebusque divinis hæretice, ut ſentiunt ipſi ſcilicet Calviniani, ſentiret.* In his Actis decretum Synodi utriusqve A. 1639. & 1642. adverſus Cyrillum Lucarem habitæ pag. 319. & 335. inſeritur. Atqve ad calcem pag. 446. in æs inciſæ exhibentur ſubſcriptiones Epiſcoporum qvales conſpiciuntur in avtographo qvod ex Bibl. Regis Galliæ Aymonus acceperat a) Eadem Synodi Hieroſolymitanæ Acta b) cum verſione M. F. è congregatione S. Mauri Ord. S. Benedicti lucem viderant Pariſiis 1676. & emendatius 1678. 8. ſubjuncta *Dionyſii* Patriarchæ CPol. Synodica de Calvinianorum erroribus, promulgata A. 1672. cum qva etiam recuſa leguntur tomo ultimo Conciliorum Harduini pag. 179. In illis Actis p. 284-297. editionis

a) Vide Ephemerides Pariſ. A. 1709. Maj. pag 381. Mem. de Trev. 1712. pag. 743. Hiſt. Ouvrag. des Sav. 1708. pag. 497. Nouv. Rep. lettr. 1708. Aout. Illum Codicem MS. quem in Belgium Aymonus attulerat, Rex Chriſtianiſſimus per Marchionem de Torcy repetiit recepitque A. 1709. Vide Rev. D. Pfaffii diſſ. de Euchariſtia contra Lud. Rogerium pag. 57.

b) De hac Synodo Hieroſol. exſtat diſſ. Doctoris mei Tho. Ittigii in appendice ad librum de hæreſiarchis pag 412. ſeq.

Digitized by Google

nis Aymonianæ varia excerpta leguntur ex Cyrilli Lucaris *homiliis*, adhuc qvod ſciam ineditis. De Cyrillo præterea conſulenda Tho Smithi utraqve miſcellanea Lond. 1686. & 1690. edita in 8. & collectanea de Cyrillo Lucario, ibid. 1707. 8. qvæ ſcripta ſi qvis cum Allatio p. 1070. ſeq. de conſenſu, Rich. Simone lib. de transſubſtantiatione, & Euſebii Renaudoti libro adverſus Aymonum cantulerit, miſeri Cyrilli fatum dolebit, utrinqve multa videbit exaggerata, à Cyrillo tamen ſinceram Græcæ Eccleſiæ de dogmatibus ſententiam petendam eſſe non credet, perinde ut nec à profeſſis Cyrilli hoſtibus.

*Cyrillus Chius* qvi Pariſiis A. 1643. edidit & Abbati Philareto in remiſſionem peccatotum ſuorum obtulit libellum lingua Græcorum vulgari meditationes in Orationem Dominicam complexum hoc titulo: *ψυχωφελὲς Σαρανταέρι, ἤγουν ἐξήγησις ψυχωφελὴς διὰ σαράντα* (qvadraginta) *σίχων εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν, ποιηθὲν παρὰ Κυρίλλου τοῦ χίου ἱεροδιακόνου τοῦ καὶ τὸν μονήρη βίον ἀσπασαμένου.* Vide Cangium in *σαρανταέρι*.

*Damaſceni* Theſſalonicenſis Hypodiaconi Studitæ Conciones in feſta anni, idiomate Græcorum vulgari Venetiis prodierunt apud Antonium Pinellum 1628. 8. Vide Volum. VI. p. 693. & Leunclavii pandectem Turcicum n. 186. Cangii gloſſar. in *τιμάριον*. Allatium de Conſenſu p. 838. 1258. 1310. 1343. Orationem XIV. de miſericordia DEi & virtute bonorum operum laudat Nic. Comnenus p. 24. Sermonem XXV. qvi eſt de adoratione vivificæ Crucis, Allatius pag. 1358.

*Daniel Cubocleſius* Oratione de SS. Apoſtolis citatur à Nic. Comneno pag. 401. Oratione IV. de proceſſione Spiritus S. pag. 216.

*Daniel Cyzicenus*, Gregorii Cyprii adverſarius.

*Danielis Nicæni* Archiepiſcopi Commentarium ad Novellas laudat Nic. Comnenus pag. 159.

*Daniel Raithenus* ſive Raithuenſis vitam Jo Climaci ſcripſit ut dixi Volum. VIII. pag. 616.

*Danielis Abbatis* narratio de puero Hebræo per ludum à pueris Chriſtianis baptizato. MS. Lambec. VIII. pag. 352.

*Datianebis* *Δατιανήβους* JCti liber *περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν de actionibus ſpecialibus* MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VI. pag. 8.

*Davidis* Monachi *δήλωσις περὶ τῆς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως Hiſtoria hæreſeos Barlaami & Acindyni* (circa A. 1348.) MS. in variis Bibliothecis ut Cæſarea, Regis Galliæ, Bavarica &c. Excerpta ex illa apud Allatium p. 838. de conſenſu & Tom. 1. Græciæ Orthodoxæ

pag. 820. plura apud Gretſerum pag. 928. ſeq. ad Cantacuzen. Vide & Lambecium V. p. 206.

*David* Διϛύπατος cujus ſcripta contra Barlaamum & Acindynum aſſervari in Bibl. Regia Cod. 692. teſtatur Cangius gloſſario Latino in *diſſipatus*. Idem fortaſſe poſtea inter Monachos nomen profeſſus eſt ſuum, atqve adeo cum priore unus idemqve eſt, ut præſtantiſſimo Caveo etiam placuiſſe video.

*Didymus Claudius* de Analogia Romanorum citatur à Meurſio in gloſſario Græco voce δηνάριον & σηϛέρτιον.

*Dionyſius Acindynus* in hiſtoria victoriarum Gregorii Acindyni, patrui ſui, de Palama, citatur à Nic. Comneno pag. 144.

*Dionyſius* Patriarcha CPol. Synodico ut nullus Clericus ſponte judicetur apud infideles, citatur à Nic. Comneno pag. 285.

*Dionyſius Muſalimes* Patriarcha CPol. A. 1672. auctor decreti contra errores Calvinianos qvod Græce & Latine editum ad calcem Synodi Hieroſolymitanæ illo anno ſub Doſitheo habitæ. Supra p. 500. Idem approbavit Confeſſionem de qva p 437. Vide Arnaldum Apologie pour les Catholiqves T. 2. p. 2. p. 151.

*Thomas Diplovatatius* Patricius CPolitanus & JCtus ſub extremum ſæculi XV. celebris ſæpeqve laudatus à Nic. Comneno qvi in Italia ſcripſiſſe notat pag. 139. vocatqve juriſconſultiſſimum & ſapientiſſimum pag. 403. allegans ejus *Synopſin juris Græci* pag. 20. 35. 59. &c. *librum III. de jure Græcorum* pag. 139. *Ad Novellas* pag. 156. *in IV. controverſ. Græcorum* pag. 45. 55. *notas ad ſententias Synodales* pag. 252. *ecthesin Canonum Apoſtolorum* pag. 242. *explicationem regularum Nicephori CPol. & notas ad Epiſtolam orthodoxam Beſſarionis*. pag. 325. 332. Scripſiſſe etiam traditur libros duodecim *de præſtantia Doctorum & clariſſimis Juriſconſultis*, in qvibus diligentiſſime vir ille & juris Civilis dignitatem explicavit, & autores ejus omnes interpretesqve à Phoroneo ducta ſerie ad ſua usqve tempora deduxit. Sed hoc opus Baptiſtæ Egnatio & Michaeli Neandro * celebratum aut periit jam olim (inqvit in Bibl. Bibliothecarum Labbeus) aut alicubi ab aliqvibus ſupprimitur, ne in manus multorum veniat. Ad hunc Diplovatatium Epiſtola Alexandri Gabuardi exſtat ad calcem verſionis librorum Arriani de rebus geſtis Alexandri, compoſitæ à Barthol. Facio, editæqve Piſauri 1509. fol.

*Dominici Gradenſis* Patriarchæ Epiſtola ad Petrum Antiochenum circa A. 1050. edita à Cotelerio T. 2. monum. ſupra p. 330.

*Domninus Nomicus* JCtus ad Novellas conſtitutiones Iſaaci Comneni citatur à Nic. Comneno p. 372. 402 *Doro-*

* Vide Neandri præfat. ad erotemata Græcæ Linguæ p. 157.

*Dorothei* Monachi ſchol. in Compendium Legum Leonis & Conſtantini id. p. 408. Scholia in Canones Concilior. p. 398.

*Doſitheus* Monachus in explicatione Synaxariorum pag. 139. & in collectione Canonum p. 145.

*Doſitheus* Chartophylax in ſynopſi Canonum. pag. 142.

*Doſitheus* Patriarcha Hieroſol. Nectarii anteceſſoris ſui ἀντίῤ-ῥησιν contra Petrum Franciſcanum de Imperio Papæ in Eccleſiam, Græce vulgavit Jaſii in Moldoblachia ſive Moldavia A. 1682. fol. minore: ipſe fortaſſe auctor operis, judice Altimura. De ejusdem Doſithei ipſius voluminibus tribus adverſus Romanam Eccleſiam, qvæ impugnanda ſibi ſumſit Aloyſius Andruzzi, dixi ſupra pag. 410. Idem Doſitheus auctor Canonum Synodi Hieroſol. A. 1672. de qva ſupra p 500. in Cyrillo Lucari. Sed qvod pace Lectoris fiat hunc ſcriptorum elenchum hoc loco ubi de Doſitheo Hieroſolymitano agimus, ſyllabo duplici Epiſcoporum Hieroſolymitanorum diſpungamus.

# Series Chronologica Epiſcoporum Hieroſolymitanorum, ex obſervationibus Dan. Papebrochii S. I.

*in Actis ſanctorum T. 3. Maji & T. 7. pag. 696. ſeq.*

I.

| | |
|---|---|
| S. Jacobus Frater Domini | |
| 2. Symeon qvi & Simon | ab A. C. 46. ad 107. |
| 3. Juſtus qvi & Judas | 107. ad 111. |
| 4. Zachæus vel Zacharias<br>5. Tobias<br>6. Benjamin<br>7. Joannes<br>8. Matthias vel Matthæus<br>9. Philippus | ab A. 111. ad 125. |
| 10. Seneca<br>11. Juſtus<br>12. Levi<br>13. Ephrem<br>14. Joſeph<br>15. Judas qvi & Qviriacus | ab A. 124. ad 133. |
| 16. Marcus | ab A. 135. ad 156. |
| 17. Caſſianus<br>18. Publius<br>19. Maximus<br>20. Julianus<br>21. Gajanus ſive Gajus<br>22. Symmachus<br>23. Gajus<br>24. Julianus<br>25. Capiton ſive Apion. | ab A. 156. ad 185. |
| 26. Maximus<br>27. Antonius<br>28. Valens<br>29. Dolichianus<br>30. Narciſſus<br>31. Dius<br>32. Germanion<br>33. Gordius<br>iterum Narciſſus. | ab A. 185. ad 212. |

34. Ale-

34. Alexander Martyr ab A. 212. ad 250.
35. Mazabanes ab A. 250. ad 266.
36. Hymenæus ab A. 266. ad 298.
37. Zabdas ab A. 298. ad 302.
38. Hermon ab A. 302. ad 314.
39. Macarius ab A. 314. ad 333.
40. Maximus III. ab A 333. ad 348.
41. Cyrillus ab A. 348. deinde per tumultus Arianorum ter expulſus reſtitutusq; & A. 389. defunctus. Ad Epiſcopatum interim admoti *Heraclius*, *Eutychius*, *Irenaus*, *Hilarius* ſive *Hilario*, alii nominant etiam *Narciſſum*, *Helladium* vel ut Epiphanius, alterum *Cyrillum*, Nicephorus *Arſenium*, Theodoricus Pauli *Quiriacum*.
42. Joannes primus PATRIARCHA ab A. 389. ad 415.
43. Praylius ab A. 416. ad 418.
44. Juvenalis ab A. 418. ad 458.
45. Anaſtaſius ab A. 458. ad 478.
46. Martyrius ab A 478. ad 486.
47. Saluſtius ab A. 486. ad 493.
48. Elias ab A. 493. ad 518.
49. Joannes III. ab A. 518. ad 524.
50. Petrus ab A. 524. ad 544.
51. Macario II. ante confirmationem expulſo, Euſtochius ab A. 544. ad 556.
52 Macarius II. reſtitutus ab A. 556. ad 570.
53. Joannes IV. ab A. 570. ad 592.
54. Amos ab A. 592. ad 599.
55. Iſaacius ab A. 599. ad 608.
56. Zacharias ab A. 608. ad 634.
57. Modeſtus ab A. 634. ad 635.
58. Sophronius ab A. 635. ad 644.
*ſub hoc A. 637. capta urbs à Saracenorum principe Omaro ſive Humaro.*
59. Sergius Epiſcopus Joppenſis
60. Stephanus Dorenſis Epiſcopus
61. Theodorus Presbyter.
} ſede vacante locum tenentes Patriarchæ usqve ad A. 705.
62. Joannes V. ab A. 705. ad 735.
63. Euſebius vel Baſilius ab A. 735. ad 742.
64. Theodorus ab A. 742.
65. Baſilius vel Euſebius
66. Elias II. ab A. 760. ad A. 797. ſubintruſus A. 767. *Theodorus.*
67. Georgius (aliis Gregorius vel Sergius) ab A. 799. ad 801.
68. Fortunatus ab A. 801. ad 823.
69. Thomas (Fortunato à Græcis ſubſtitutus) ab A. 801. ad 821.
70 Baſilius ab A. 821.
71. Sergius A. 835.
72. Salomon A. 856.
73. Theodoſius A. 869. 870.
74. Elias III. circa A. 881.
75. Sergius II.
76. Leontius
77. Anaſtaſius ſive Athanaſius
78. Chriſtodorus
79. Agathonus
80. Joannes VII.
81. Chriſtodorus II.
82. Thomas II.
83. Joſeph

84. Jere-

Digitized by Google

84. Jeremias ſeu Oreſtes circa A. 1006. Martyr
85. Theophilus A. 1009.
86. Nicephorus
87. Arſenius
88. Jordanus circa A. 1033.
89. Sophronius II.

*Turci expugnantes Hieruſalem, Saracenos occiderunt A.* 1076.

90. Euthymius
91. Simon defunctus A. 1098.

*Patriarchæ Latini*

92. Daybertus, aliis Daimbertus vel Dagobertus Piſanus Epiſc. A. 1103. intruſus Ebremarus.
93. Gobelinus defunctus A. 1111.
94. Arnulfus ab A. 1111. ad 1118.
95. Gormundus ab A. 1118. ad 1127
96. Stephanus ab A. 1127. ad 1130.
97. Wilhelmus ab A. 1130. ad 1145.
98. Fulcherius ab A. 1145. ad 1157.
99. Amalricus ab A. 1157. ad 1180.
100. Heraclius II. ab A. 1180. ad 1191.
101. Sulpitius ab A. 1191. ad 1194.
102. Monachus Archiepiſcopus Cæſarienſis ab A. 1194. ad 1203. pro Michaële A. 1194.
103. Albertus ab A. 1203. ad 1214.
104. Rodulfus ab A. 1214. ad 1216.
105. Lotharius ab A. 1216. ad 1224.
106. Gerondus ſive Giraldus ab A. 1224. ad 1239.
107. Robertus ab A. 1240. ad 1255.
108. Jacobus Pantaleon, poſtea Urbanus Papa IV. ab A. 1255.
109. Gvilelmus A. 1263. defunctus
110. Bartholomæus de Bragantiis defunctus A. 1271.
111. Thomas de Lentino A. 1276. defunctus
112. Elias
113. Nicolaus de Anapiis Ord. Præd. ab A. 1288.

*Patriarchæ titulares*

Radulfus A. 1294.
Antonius A. 1305.
Petrus A. 1314.
Raymundus A. 1324.
Petrus de Palude A. 1329.

*Poſt hac amiſſa ſpes Syriæ recuperandæ.*

Eſaias A. 1434.

*Patriarchæ Græci poſt ejectos Latinos, & captam iterum A. 1187. à Saracenis Urbem.*

114. Leontius
115. Doſitheus Studita
116. Nicodemus
117. Onufrius
118. Joannes
119. Enochus

* * *

Lazarus A. 1338.

* * *

Abraham A. 1468.
Jacobus A. 1482. defunctus
Marcus
Paiſius ad A. 1660.
Nectarius abdicavit ſe A. 1665.
Doſitheus qvi Synodum adverſus Calviniſtas celebravit A. 1672.

# Index Alphabeticus Epiſcoporum Hieroſolymitanorum.

Poſt 119. Abraham
79. Agathonus
103. Albertus
34. Alexander
99 Amalricus
54 Amos
45. Anaſtaſius
77. Anaſtaſius II.
27. Antoninus
Poſt 113. Antonius
25. Appion ſive Capiton
94. Arnulfus
41. Arſenius
87. Arſenius II.
77 Athanaſius
110 Bartholomus de Bragantiis
63. Baſilius & 65. *iterum.*
70. Baſilius II.
6. Benjamin
25. Capiton ſive Appion.
17. Caſſianus
78 Chriſtodorus
81. Chriſtodorus II.
41. Cyrillus.
92. Daybertus, S. Daimbertus, Dagobertus.
31. Dius
29. Dolichianus
115 Doſitheus Studita
poſt 119. Doſitheus II.
48. Elias
66. Elias II.
114. Elias III.
119. Enoch
13. Ephrem
poſt 113. Eſaias
63 Euſebius & 65. *iterum.*
90. Euthymius
41. Eutychius
68. Fortunatus
98. Fulcherius
21. Gajanus ſeu Gajus
23. Gajus II.
67. Georgius
32. Germanion
106. Gerondus ſive Giraldus
93. Gobelinus
33. Gordius
95. Gormundus
67. Gregorius
109. Gvilelmus
41. Helladius
41. Heraclius
100. Heraclius II.
38. Hermon
41. Hilarius ſive Hilario
36. Hymenæus
1. Jacobus frater Domini
108. Jacobus Pantaleon poſtea Urbanus IV. Papa.
poſt 119 Jacobus III.
84. Jeremias
7. Joannes
42. Joannes II. *primus Patriarcha.*
49. Joannes III.
53. Joannes IV.
62. Joannes V.

118. Jo-

80. Joannes VI.
118. Johannes VII.
88. Jordanus
14. Joſeph
83. Joſeph II.
41. Irenæus
55. Iſaacius
3. Judas
15. Judas qvi & Qviriacus
20. Julianus
24. Julianus II.
3. Juſtus
11. Juſtus II.
44. Juvenalis.
poſt 119. Lazarus
76. Leontius
114. Leontius II.
12. Levi
105. Lotharius
39. Macarius
51. Macarius II.
16. Marcus
poſt 119. Marcus II.
46. Martyrius
8. Matthias vel Matthæus
19. Maximus
26. Maximus II.
40. Maximus III.
35. Mazabanes
102. Michaël
57. Modeſtus
102. Monachus Archiep. Cæſar.
30. Narciſſus *& poſt 33.*
41. Narciſſus II.
86. Nicephorus
116. Nicodemus
113. Nicolaus de Anapiis
117. Onufrius
84. Oreſtes
50. Petrus
poſt 113. Petrus II.
—— Petrus de Palude
9. Philippus
43. Praylius
18. Publius
15. Qviriacus
41. Qviriacus II.
poſt 113 Radulfus
—— Raymundus
107. Robertus
104. Rodulfus
47. Saluſtius
10. Seneca
59. Sergius
67. Sergius II.
71. Sergius III.
58. Sophronius
89. Sophronius II.
60. Stephanus
96. Stephanus II.
101. Sulpitius
2. Simeon ſive Simon
91. Simon II.
22. Symmachus
61. Theodorus presb.
64. Theodorus idem
66. Theodorus II. intruſus
85. Theophilus
69. Thomas
82. Thomas II.
111. Thomas III. de Lentino
5. Tobias
28. Valens
97. Wilhelmus
37. Zabdas
4. Zacchæus ſive Zacharias.
56. Zacharias II.

*Doxopater* Sacellarius JCtus qvem poſtremum omnium JCtorum Græcorum vocat Nic. Comnenus pag. 372. ubi citat ejus ſcholia in novellas Iſaaci Angeli. De aliis Doxopatris dixi ad Allatium de Nilis pag. 53. qvibus addendus Jo. Doxopater Rhetor, inter ſcholiaſtas Hermogenis de qvibus lib. IV. cap. 31, §. 7.

*Joannes Ducas* ſupra in Batatze.

*Manuelis Duca* Epiſtola ad Germanum II. CPol. ſupra pag. 214.

*Ducas* Michaelis nepos. Volum. VI. pag. 567. Vide etiam de Theodoro Laſcari Duca id. 321. 564.

*Eleuſius* Presb. de vita Theodori Siceotæ, Anaſtaſiopolitani Epiſcopi Latine ex Zini verſione in Actis Sanctor. T. 3. April. XXII. p. 33. Vide Allatium de Georgiis infra p. 612. ſeq.

*Eliæ* Patriarchæ Orientis confeſſio apud *Abrahamum Bzovium* ad A. 1330. n. 24.

*Elias* presbyter atq; Ecdicus ſive Defenſor * Eccleſiæ ſcripſit πηγὴν ναύσταν ſive capita Aſcetica CCXLIV. Græce MS. Lambec. V. p. 67. & 86. Ex his capita CXXIII. Latine edidit Jacobus Pontanus ad calcem Simeonis junioris, de qvo ſupra p. 300. recuſa in ſupplemento Bibl. Patrum Morelliano Pariſ. 1639. Tom. I. pag. 853. ſeq. atqve inde in aliis Bibl. Patrum editt. Incipit: ἔξεστι παντὶ χριστιανῷ τῷ ὀρθῶς πιστεύσαντι. *Poteſt unusquisque Chriſtianus.*

*Elias* Syncellus, cujus carmina in Deiparam edere promiſit Allatius pag. 284. ad Euſtathium Antiochenum.

*Elias* Monachus cujus ſermonem προσόρτιον in CHriſti nativitatem & SS. Patres memorat Allatius p. 101. de Simeonibus. Incipit: ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἐπιλάμψει μοι.

*Elias Cretenſis* libro de moribus Ethnicorum citatur à Nic. Comneno pag. 213. & reſponſis ad monachos Aſcetenſes p. 188. & ad monachos Corinthios pag. 251. Reſponſione IV. ad monachos ſolitarios p. 190. 220. De ejus commentariis in Nazianzeni Orationes dixi Volum. VII. pag. 539. & in Joannem Climacum Volum. VIII. p. 617. Expoſitionem in Epiſtolam Nazianzeni ad Cledonium laudat idem Comnenus pag. 258. Reſponſa ad Dionyſium Monachum de VII. ejus diverſis

* Alius D. Defenſor, Latinus Theologus antiquus, cujus *ſcintillæ* ſive Loci communes ex S. Scriptura & Ambroſio, Anaſtaſio, Auguſtino, Baſilio, Cæſario, Clementis libris, Collationibus Caſſiani, Cypriano, Ephraim, Eſaia, Euſebio, Gregorio, Hieronymo, Hilario, Iſidoro, Joſepho, Origene & Vitis Patrum collectæ & ſub titulis LXXX, digeſtæ prodierunt Colon. 1556. forma minore.

Digitized by Google

ſis interrogationibus extant Græce & Lat. in Libro V. juris Græco Romani p. 335--341. Alius Elias Cretenſis Judæus de qvo Rev. Wolfius noſter Bibl. Hebr. T. 1. pag. 148. 168.

*Emanuel* Cretenſis à Nic. Comneno allegatur.

*Emanuelem Charitopulum* in ectheſi tropariorum ſive in expoſitione hymnorum Eccleſiæ Græcæ laudat idem Comnenus p. 397.

*Emanuelis* Patriarchæ CPol. (circa A. 1480.) reſponſum de antimenſiis memoratur à Latino Latinio in lucubrationibus & Epiſtolis editis Romæ A. 1659. 4. pag. 370. Emanuelem Philoſophum Patriarcham CPol. admonitione ad judices, & Synodico ut nuptiæ judicentur ab Epiſcopo, citat Nic. Comnenus p. 285. 287. 340.

*Emanuel Palæologus*, Joannis F. ab A. 1391. Imperator, defunctus A. 1425. ſcripſit 1. *ὑποθήκας βασιλικῆς ἀγωγῆς præcepta educationis regiæ ad filium Joannem, Capita centum.* Cum verſione Jo. Leunclavii, ex Bibl. Jo. Sambuci prodierunt * Baſil. 1578. 8. pag. 12-133. Incip. *βίοι τοῖς ἀνθρώποις διάφοροι.* Præterea exſtant ejusdem:

2. *Oratio I.* protreptica ſive adhortatoria ad eloqventiæ ſtudium & de virtute ac bono principe. Incipit: *τοῦ καλῶς ἐπίςασθαι λέγειν.* ibid. p. 134-173.

3. Oratio II. Bonum naturaliter diligi ab omnibus. Incipit: *ἐγὼ νομίζω καὶ πάντας οἶμαι τῇ δόξῃ* pag. 174-192.

4. *Oratio III.* de electione & voluntario. Incip. *δέδεικται μὲν, ὡς ἡγοῦμαι.* p. 192-227.

5. *Oratio IV.* De voluptate, qvod eam præſtaret ab hac vita prorſus abeſſe. Incip. *ἀλλὰ γὰρ γιγνόμενόν ἐςι προσῆκον* p. 228-260.

6. *Oratio V.* Pro voluptate, qva ſuperior oratio refellitur. *ταυτὶ μὲν οὖν τὰ παρὰ τῶν μεμφομένων.* p. 260-294.

7. *Oratio VI.* Nec deſperandum peccanti, nec peccantes odio habendos, ſed miſerandos. Incip. *περὶ ἡδονῆς προδιαλεχθέντες* pag. 294--366.

8. *Oratio VII.* De humilitate & dilectione. Incip. *τῶν κεφαλαίων τὸ ὕςατον.* p. 366-419.



* Subjuncta ſunt Græcis Em Palæologi ſcriptis Latina Beliſarii Aquivivi Aragonii, Neritinorum Ducis, de Principum liberis educandis & de venatione, de aucupio, de re militari & de ſingulari certamine ad Franciſcum Mediceum, magnum Tuſciæ Ducem, & Michaëlis Marulli carmen heroicum de Principum inſtitutione.

9. *Propitii Principis ad benevolos ſubditos ætatis in flore conſtitutos* brevis admonitio. Incip. τὸ ὑμῖν συνοῖσον. p. 420.

10. *Preces matutinæ.* Incip. Δόξα τῷ δείξαντι τὸ φῶς pag. 422-437.

11. *Preces aliæ breviores* pag. 438. Incip. Εὐχαριςῶ σοι τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. pag. 438.

12. Κεφάλαια κατανυκτικὰ, *capita compunctionis*, verſibus expoſita. p. 438--442. Incip. διὰ τὸ μὴ εἶναι με ἄξιόν σου μετασχεῖν.

13. Ἔαρος εἰκὼν ἐν ὑφαντῷ παραπετάσματι ῥηγικῷ. *Imago Veris in aulæo textili, operis phrygii.* Incipit: ἦρ☉ ὥρα καὶ δηλοῖ τὰ ἄνθη pag. 442-446.

14 *Ethopoeia Tamerlanis* Perſarum Scytharumqve Ducis ad Turcorum Tyrannum Bajazetem pag. 446. Incipit: ὡς ἔοικε τὸ πόῤῥωθεν.

15. *Pſalmus Euchariſticus* περὶ κεραυνοῦ Ἀγαρηνοῦ, de fulminne Agareno, Bajazete extincto pag. 448-451. Incipit: ὕψιςος ὁ Κύρι☉ ἐν ὀργῇ.

16. *Oratio funebris luculenta in fratrem Theodorum Palæologum Deſpotam.* Incipit: ἀλλὰ τί καὶ φθέγξομαι. Græce & Latine edidit cum notis Franciſcus Combeſiſius Tom. 2. auctarii novi pag. 1045-1214. Pariſ. 1648. fol. præfixa Man. Palæologi icone pulchre ære deſcripta. Eadem Oratio Latine ex Combeſiſii verſione in Tomo XXVI. Bibl. Patrum Lugd. p. 491.

17. Ejusdem *Orationem conſolatoriam in mortem fratris Joannis* allegat Allatius de Synodo Photiana p. 542.

18. *In Nativitatem Cqriſti.* Incipit: οὐδ' ἂν ἐν ἤπου γένοιτο χαῖρον. Meminit Allatius de Simeonibus pag. 103.

19. *In Dormitionem B. Virginis.* Incipit: ὦ Θεοῦ μῆτερ, καλὸν γὰρ οἶμαι. id. p. 114.

20. *In Mariam Ægyptiacam.* Incipit: ὁ λόγος ἔτ☉. Vide Volum. IX. pag. 119.

21. *Capita CLVII. de proceſſione Spiritus S.* adverſus compendiariam Latini cujusdam expoſitionem in Gallia verſanti Imperatori oblatam. Incipit: κρεῖττον ἂν ἦν σοι ταῦθ' ἃ σοι πρὸς ἡμᾶς εἴρηται. Vide Allatium de conſenſu lib. 2. cap. 18. §. 3 p. 854. Caput centeſimum allegat p. 306. 494.

22. *Lauda-*

22. *Laudatio in Gabrielem, Epiſcopum Theſſalonicenſem*, citatur ab Allatio de Synodo Photiana p. 542.

23. *In S. Euphemiam Martyrem.* id.

24. *In SS. Patres qui in VII. Oecumenicis Synodis interfuere.* id.

25. *In Davidem, Theſſalonicenſem Epiſcopum.* id.

*Emanuelis* Rhetoris magnæ Eccleſiæ CPol. Epiſtolam ad Franciſcum Dominicanum, citant Allatius de Conſenſu p. 525. Altimura pag. 432. &c. Hic eſt Emanuel Holobolus de qvo infra pag. 686.

*Eſaia* Cyprii de qvo p. 383. dixi, Orationem de lipſanomachis MStam exſtare Romæ in Collegio S. I. inter Codices Andreæ Eudæmono Joannis, teſtatur Nic. Comnenus pag. 242. De Eſaia alio Aſceta dictum Volum. VIII. p. 363.

*Eudoxius* Nomicus, judex Veli, cujus ſynopſin Legum citat Comnenus p. 402. & ſcholia ad novellas Alexii Comneni p. 345.

*Eugenii* Nomophylavis Synodicon Dominica Orthodoxiæ in Eccleſia Theſſalonicenſi recitari ſolitum, ex qvo nonnulla affert Allatius de Simeonibus pag. 186 187.

*Eugenii* Epiſcopi & præpoſiti montis Sinai Epiſtolam ad Carolum Archiducem Auſtriæ (A. 1569. datam) Græce & Latine vulgavit David Chytræus cum Oratione de ſtatu Eccleſiarum in Græcia, Aſia & Boëmia pag. 79. In eodem Chytræi libello exſtant & alia qvæ hoc loco referre juvat ex editione optima Wecheliana Francof. 1583. 8. Præcipue memorabilis *Epiſtola CPolitana Eccleſia* data A. 1451. qva *Pragenſes Boëmos* ad unionem invitat. Subſcribunt *Macarius* Nicomedienſis, *Ignatius* Tornobi metropolitanus, *Acacius* metropolita (ὁ Φιλίππȣ πλȣ̃ Ἰωσὴφ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀχάιας.) *Silveſter Syropulus* magnus Eccleſiarcha Diaconus, *Theodorus Agallianus* dicæophylax & hieromnemon Diaconus, & *Gennadius* ὁ καθολικὸς τῆς τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας διδάσκαλος ταπεινὸς μόναχος Γεννάδιος. Præterea exſtant *Jeremia* Patriarchæ CPol. qvinqve Epiſtolæ, una ad Chytræum data A. 1578. pag. 75. duæ ad Tubingenſes pag. 107. 126. & tres ad Martinum Cruſium p. 118. 134. Nec non ſingulæ ad Cruſium datæ Epiſtolæ *Gabrielis Philadelphienſis* A. 1586. pag. 153. *Joannis Zygomala* A. 1576 p. 121. *Simonis Cabaſila* A. 1578. pag. 86. & binæ ad eundem Cruſium ſcriptæ à *Theodoſio Zygomala* A. 1575. pag. 92. & A. 1580. p. 137. Teſtimonium qvoqve qvod A. 1361. impertiit Alberto Comiti de Lewenſtein *Joachimus* Alexandrinus Patriarcha, occurrit pag. 84. & *Gennadii* CPol. confeſſio A. 1453. exhibita Muhamedi

medi II. pag. 173. Cætera ſunt, Epiſtolæ ad Chytræum datæ à Wenceſlao Budovvitz pag. 44. Franciſco à Billerbeg pag. 58. Martino Cruſio pag. 101, 106. 130. 132. 143. Stephano Gerlachio pag. 69. 73. 112. 116. & ab eodem Gerlachio ad Cruſium pag. 158. atqve ad Sann. Heilandum pag. 254. Pauli Oderbornii ad Chytræum de religione Ruſſorum, Tartarorum, Polonorumqve pag. 211. Jo. Meletii ad G. Sabinum de religione Boruſſorum. pag. 241. De religione Æthiopum pag. 195. Literæ Alepone ſive Halepo (Hierapoli Syriæ) datæ pag. 251. Et de ſitu urbis CPolis ex Cœlii Aug. Hiſtoria Saracenica. pag. 257.

*Euſtratius* Metropolita Nicænus πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατασκευὴ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ μόνον, οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Vide Allatium de Conſenſu pag. 522.

*Euſtratius Joannides Zialowski* Ruthenus qvi A. 1621. Altdorfii verſatus eſt, brevem delineationem Eccleſiæ Orientalis Græcæ in gratiam hoſpitis qvondam ſui Georgii Mauritii, Profeſſoris Altdorfini Claſſici ſcripſit Latine, qvam cum notis & obſervationibus edidit B. Wolfgangus Gundlingius, Eccleſiæ ad D. Laurentii Miniſter Noriberg. 1681. 8.

*Gabriel* Artæ Archiepiſcopus in exegeſi Liturgiæ citatur à Nic. Comneno pag. 397.

*Gabriel* Monachus in Synaxario S. Methodii id. p. 408.

*Gabriel Mormorius* Corinthi Archiepiſcopus, in Nomocanone, p. 398. & de formis templorum atqve Eccleſiarum p. 399.

*Gabriel Severus* Monembaſiotes; id. pag. 178. Philadelphiæ Metropolita, ad qvem Venetiis degentem A. 1580. ſcripſit Martinus Cruſius, ipſe vero A. 1586. literas ad Cruſium dedit ut p. 511. jam dixi. *Privatus Epiſcopus advenarum in Italia Græcorum, pæne dixerim antiſtes ſine jurisdictione, ſine ſolio princeps & præſul tantum ex titulo*, ſi eidem Comneno pag. 55. credimus, qvi eum ſemper tanqvam Latinorum adverſarium perſtringit. *Tertium è cœlo Catonem Latinomaſtiga deſcendiſſe ſanctiſſime putant Photiani, quem propterea cudendum iterum penes transiſtranos Dacos nuperrime curant.* pag. 167. Scripſit contra V. Concilii Flor. capita, vulgari Græcorum ſermone Apologiam pro Eccleſia Orientali Græcorum, & διαφορᾶς, *de differentiis quæ inter Græcam & Latinam Eccleſiam intercedunt*, de qvo opere Venetiis edito Georgius Coreſſius Epiſt. 1. ad Corydaleum: ἀνέγνων Σεβήρου τὰς διαφορὰς, πολλὰ λέγει, τὰ πλείω φορύνει, οὐδὲν

ὐδὲν δ' ἀποδείκνυσιν. *Legi Severi differentias, multa dicit, pleraque confundit, nihil demonſtrat.* ὁ καλὸς ἐγκαλεῖ τοῖς Λατίνοις, ἀγνοῶν τὰς ἀνθρώπους κατὰ πᾶσαν. *Vir bonus Latinos provocat, nunquam expertus.* Differentia ſecunda eſt de primatu Papæ, qvarta de purgatorio qvinta de Spiritus S. proceſſione. Libros *de ſacramentis* edidit A. 1600. & qvadriennio poſt libellum περὶ τῶν μερίδων *de particulis* S. Euchariſtiæ deſtinatis etiam ante conſecrationem venerandis. Vide Arcudium lib. 3. cap. 28. pag. 265. In Opuſculis Gabrielis, qvæ Græce cum verſione ſua & eruditis notis atqve obſervationibus vulgavit *Rich. Simon* Pariſ. 1671. 4. habentur 1) κατὰ τῶν λεγόντων τοὺς ὀρθοδόξους τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας υἱοὺς &c. *Contra eos qui dicunt orthodoxos Eccleſiæ Orientalis filios in eo male agere & ultra legem, quod honorent & adorent ſancta dona, cum Cherubicus hymnus canitur, & Sacerdos illa deferens ingreditur in Sanctuarium.* pag. 1-17. 2) περὶ τῶν μερίδων *de particulis* pag. 18-22. 3) *de colybis ſive decoctis leguminibus* p. 23-30. (Confer de horum uſu ſupra pag. 494.) 4) Ex opere de Sacramentis περὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων, partem illam qvæ de ſacramentis generatim diſſerit, pag. 32-55. & de ſacramento Euchariſtiæ, περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς θείας λειτουργίας pag. 56-67. Similiter partem de Sacramento pœnitentiæ Græce & Latine exhibet *Jo. Morinus* in appendice ad commentarium Hiſtoricum de Sacramenti pœnitentiæ adminiſtratione pag. 142—150. edit. Antvverp. & edit. Pariſ. 1651. pag. 662—667. & partem de Sacramento Ordinis, in commentario de ſacris Eccleſiæ Ordinationibus pag. 201-204. edit. Pariſ. 1655. fol. & edit. Antvverp. pag. 163-166. Simeoni Theſſalonicenſi multa debere Gabrielem & Nilo notavit Comnenus pag. 10. & 306. Multis ſcatere barbariſmis & ſolœciſmis ejus orationem, Petrus Arcudius p. 225. Severi Apologia pro Orientali Eccleſia cum aliis ſcriptis Nili, Palamæ, Georgii Scholarii, Barlaami, Meletii Pigæ, Maximi Margunii & Georgii Coreſſii recuſa etiam Græce eſt Londini 1624. 4. Confer Rich. Simonis Bibl. Criticam, editam Gallice Tom. 4. cap. 3. pag. 25. ſeq. *De purgatorio* citatur ab Allatio in libro ejuſdem argumenti pag. 74. 97. 149. 215. ſeqq. De libro ejus contra capita qvinqve Concilii Florentini vide Rich. Simonis Epiſtolas ſelectas Gallice editas Tom. 2. Epiſt. 12. & Bibl. ſelectam Tom 2. cap. 11. p. 159. ſqq. Vide etiam ejus Bibl. Criticam Tom. 3. pag. 231. In Concilio Hieroſol. A. 1672. habito Gabriel Severus appellatur ὁ ἀπὸ Πελοποννήσου, μητροπολίτης τῶν Ἐνετίῃσιν ἀδελφῶν. id. Tom. 4. pag. 38.



Digitized by Google

*Leo Garidas* (al. *Laridas* vel *Zaridas*) JCtus, judex Veli in Compendio Legum Leonis & Conſtantini, ſive ſynopſi novellarum citatur à Nic. Comneno pag. 15, 407. ſylloge omnium novellarum p. 400. notis ad novellas p. 371.

*Georgius Contares* (Κονταρῆ) ex urbe Serviorum Sacerdos A. 1675. Venetiis edidit Hiſtoriam urbis Athenarum à Cecrope usqve ad tempora S. Dionyſii Areopagitæ. Allegat Cangius in gloſſar. Hic Contares addendus Georgiis de qvibus infra ad Allatii diatribam.

*Geraſimus* Monachus, explanator acutiſſimus Balſmonis, Trullanos Canones explicans laudatur à Nic. Comneno pag. 145. prænot. myſtagog. Ejusdem ectheſis Canonum Apoſtolicorum. pag. 249.

*Geraſimus* Nicænus Archiepiſcopus Obſervationibus ad ſeptem Concilia. id. p. 398. in ectheſi Canonum pag. 192.

*Geraſimus* Protecdicus. id.

*Geraſimi* Patriarchæ Alexandrini Epiſtolam A. 1629. ſcriptam Græce & Latine exhibet Allatius III. 8. 4. de conſenſu, p. 1013. ſeq.

*Gobidam* Logothetam JCtum ſcholiis ad novellas Leonis Imp. allegat Nic. Comnenus p. 372.

*Gregorius* varios jam retuli in hac Bibl. ut Neocæſarienſem Thavmaturgum Tom. V. p. 247. Nazianzenum Tom. VII. p. 567. Nyſſenum Tom. VIII. pag. 143. Gregorium Meliſſenum protoſyncellum adverſarium Marci Epheſii, hoc ipſo volumine 813. & 381. Gregorius protoſyncellum qvi ſcripſit σύνοψιν τῶν θείων καὶ ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων p. 382. De eadem conſulendus Rich. Simon. Tom. 1. Bibl. Criticæ Gallica lingua editæ c. 14. p. 186. ſeq. Gregorium Palamam p. 454. & Acindynum p. 463. Gregorium Cyprium p. 805. & Tom. VI. p. 603. De Gregorio I. ad Leonem Iſaurum Græce & Lat. habes ante acta Concilii Nicæni ſecundi Tom. 3. Binii p. 462. & Tom. VII. Labbei p. 7. & T. IV. Harduin. pag. 1. De Gregorio presb. Cæſareenſi & Gregorio presb. qvi Nazianzeni vitam ſcripſit, de Gregorio Pruſæo Metropolita, Gregorio Archidiacono & Referendario, de Gregorio Mytilenæo & Epiſcopo Antiocheno, nec non de Gregorio Baſilii Anachoretæ diſcipulo vide Tom. VI. pag. 775. His adde *Gregorium Decapolitam* de viſione cujusdam Judæi in æde ſacra S. Gregorii, apud Bollandum 13. Aprilis, ex editione Romana 1642. Vixit ſub Iconoclaſtis de qvo Cangius jubet conſulere Menologium Sirleti 20. Novembris.

*Grego-*

Digitized by Google

*Gregorius Patzo*, Logotheta Dromi, atqve JCtus inter Græcos uno Harmenopulo minor, judice Nic. Comneno p. 388. qvi ejus explicationem Novellarum paſſim laudat, ut Leonis pag. 400. 402. Alexii Comneni pag. 395. & Mich. Ducæ pag. 371.

*Gyrardi* acroſtichis in Stavratium Sebaſtum ex Cod. Reg. 2566. citatur à Cangio.

*Hagiotheodoretus* Monachus & JCtus, cujus ſynopſin novellarum laudat Nic. Comnenus p. 393. & ſcholia ad novellas Leonis p. 372.

*Heliconii* Sophiſtæ Byz. χρονικὴν ἐπιτομὴν ab Adamo usqve ad Theodoſium Magnum Svidæ memoratam ſervari adhuc MStam in Italia narrat Simlerus.

*Alexander Helladius* Theſſalus, qvi noſtra ætate verſatus eſt in Germania, præter ςαχυολογίαν τεχνολογικὴν ſive *ſpicilegium Grammaticum* Noribergæ A. 1712. 8. Græce & Latine editum, de qvo dixi Volum. VII. pag. 41. vulgavit A 1714. 8. Latine, & Petro Alexidi magno Ruſſorum Tzario atqve Imperatori dedicavit librum *de ſtatu præſenti Eccleſiæ Græcæ*, & qvare *Græci Græcobarbara editione Novi Teſtamenti uti recuſent*. Cum in hoc libro paullo procacius ſe jactet, inſultetqve viris præſtantiſſimis Helladius, reſponſum ipſi eſt a Cl. V. *Joanne Matthia Geſnero* in diſſ. de eruditione Græcorum qvi hodie vivunt, inſerta Miſcellaneis Lipſienſibus Tomo II. Lipſ. 1716. 8. In illo autem libro Helladii p. 6. ſeq. memorantur libri qvidam Græca lingua vulgari editi Venetiis, *Juſtinus* Latinus Hiſtoricus, *Homerus* verſibus politicis cum iconibus, *Æſopi* vita & fabulæ, *Bertoldi* facetiæ, *Spanus* liber plane ut ait impius qvem nonnulli in contumeliam S. Chryſoſtomi, juſſu Eudoxiæ Auguſtæ ab Ethnico qvodam concinnatum eſſe exiſtimarunt. *Syntipas* de qvo ſupra pag 339. *Scuphi* Corcyrenſis Rhetorica, Arithmetica *Blezuni*, tam ſagaci, ut ait, condita ingenio, ut omnes qvæſtiones qvas Mathematici methodo algebraica reſolvere ſolent, ſimplici qvadam arte reſolvat. Ait etiam ſpem eſſe factam de *Concordantiis* Græcis V. & N. Teſtamenti edendis opere triginta annorum Reverendiſſimi Domini *Sugdoris* Doctoris *Johannenſis*. Pag. 9. narrat in Moldavia impreſſas Meletii Alex. Patriarchæ Epiſtolas ad diverſas Eccleſias Græcorum, cum Georgii Coreſſii, Nilii & Gabrielis Philadelph. adverſus Latinos. In Walachia: *Mercadam* ſive de Mercadæ Judæi filiæ & Græci juvenis amoribus, verſibus politicis, atqve eodem verſuum genere hiſtoriam *Michaelis Bees* Turcarum flagelli. *Jo-*



Digitized by Google

*annis Comneni* itinerarium ſancti montis Atho in Macedonia 8. & *Maximi* Peloponenſii enchiridion de qvinqve differentiis Eccleſiarum Orientis & Occidentis, *Gabrielis Severi* & *Simeonis Theſſalonicenſis* & *Doſithei Hieroſol.* & *Barlaami* volumen antea omnibus ignotum qvod appellat opus ad hiſtoriam Eccleſiaſticam illorum temporum percipiendam non ſolum Græcis ſed & Europæis maxime neceſſarium, idqve eundem Doſitheum Patriarcham Hieroſol. qvi circa A. 1706. anno ætatis centeſimo octavo ex hac vita diſceſſit, jamjam moribundum imprimi juſſiſſe. Præterea *Sebaſti Cymineti* Trapezuntii de immaculata conceptione S. Virginis, in 4. & de Euchariſtia in 4. atq; poſtumum illius Heortologium qvod evolvi ipſe, excuſum Bucoreſti A. 1701. 4. in qva Bucoreſtenſi Academia profeſſorem ſive *διδάσκαλον* ille geſſerat.

*Herennius* Modeſtinus JCtus de excuſatione, cum Antonii Auguſtini commentario Lugd. 1591. 8. Heidelberg. 1594. 8.

*Hierophilus* Sophiſta de alimentis: *περὶ τροφῶν κύκλος τὸ ποίοις δηλοῖ χρῆσθαι ἑκάστῳ μηνὶ καὶ ὁποίοις ἀπέχεσθαι.* Ex cod. Reg. citat Cangius.

De *S. Hierothei*, Athenarum, ut volunt Epiſcopi, ex cujus Θεολογικαῖς στοιχειώσεσι & ἐρωτικοῖς ὕμνοις nonnulla profert pſeudo Dionyſius Areopagita, eumqve veluti Magiſtrum ſuum laudat, videndus Petrus Halloix S. I. in vitis ſcriptorum Orientalium Tom. 1. pag. 601. ſeq.

*Hierotheus* ſacellarius in vita Gregorii Palamæ allegatur à Nic. Comneno pag. 74. prænot. myſtagog. Idem alibi laudat *Hierotheum Chartophylacem*, & *Hierothei monachi* Collectionem Canonum pag. 188. 241. 262. Iſagoge in Jo. Climaci ſcalam paradiſi MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. IV. p. 191.

De Hierotheo Chymico infra lib. VI.

*Hyperbius* Chalcedonenſis Archiepiſcopus ab eodem Comneno laudatus p. 259.

*Jacobi Monachi* Epiſtolæ XLIII. ad Irenem Auguſtam Alexii *πρὸς τὴν πανευτυχεστάτην τὴν Σεβαστοκρατόρισσαν Εἰρήνην συνεκδημοῦσαν τῷ κυρίῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ.* Citat Cangius ex Codice Regio 2004.

*Jeremias* Patriarcha CPol. ex Metropolita Sophiæ in Bulgaria electus Patriarcha CPol. poſt Theoleptum A. 1520. & Tornobi in Bulgaria A. 1544. defunctus. Vide Cruſii TurcoGræciam pag. 153. ſeq. Tractatus de cognatione, qvatenus connubium impedire poteſt, MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. VIII. pag. 477. ſeq. *Jere-*

Digitized by Google

*Jeremias II.* ex Metropolita Lariſſæ, Patriarcha CPol. A. 1572. atqve iterum poſt Metrophanem reſtitutum qvi 18. Aug. 1580. (teſte Schvveickero in hodoeporico) deceſſit; atqve tertio A. 1587. Hujus plures exſtant Epiſtolæ ad Martinum Cruſium & ad Theologos Tubingenſes, e qvibus ſupra p. 511. & Volum. VI. p.695.ſeq. 698.699.701.ſeq. dicere me memini. Ecthesin eruditam de moribus Græcorum laudat Nic. Comnenus pag. 406. prænot. myſtagog. & ecthesin præceptorum Eccleſiæ p. 139. parænesin ad Germanos de Euchariſtia. p. 189. Reſponſum XIV. ad varia interrogata. p. 150. Synodicum excommunicationis in eos qvi Chriſtianos deferunt Agarenis. p.284. Prodiit etiam Francofurti ad Oderam ſive Viadrum A. 1590.4. Jeremiæ judicium de Calendario novo Gregoriano, ubi junctim Græce exhibentur 1) *ἀντιγραφὴ ἀπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Κυρίου Ἱερεμίου καὶ τοῦ Ἀλεξανδρείας Κυρ. Σιλβέστρου.* 2) Cruſii ad Jeremiam. 3) Jeremiæ reſponſum ad Poſſevini criminationem. 4) Chriſtoph. Pelargi Epiſtola ad Jeremiam Græce ſcripta. 5) Jeremiæ reſponſum poſtqvam jam ab exilio redierat. 6) CPolitanæ Eccleſiæ ad Moſcoviæ Tzarum, qvanto deſiderio Paſtorem ſuum exſpectaverit. Subſcriptiones notatu dignæ: *Ἐφέσου μητροπολίτης Σωφρόνιος καὶ εὐχέτης τῆς βασιλείας σου. ὁ Νικομηδίας Σισίνιος ὁ Νικαίας Κύριλλος. Θεσσαλονίκης Μητροφάνης. ὁ Ναυπάκτης καὶ Ἄρτης Μητροφάνης. Κυζήκου Ἀχίλλιος ὁ περὶ θεορίου καὶ ξάνθης Φιλήμων. ὁ Προύσης Νεόφυτος, ὁ μέγας οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἱερεὺς Γεώργιος. ὁ Ἱέραξ ὁ μέγας λογοθέτης τῆς μεγάλης βασιλείας καὶ δοῦλος τῆς σῆς βασιλείας. ὁ μέγας σακελλάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Σαβαλιανὸς, καὶ δοῦλος. ὁ μέγας σκευοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ δοῦλος τῆς βασιλείας σου. ὁ μέγας χαρτοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ δοῦλος τῆς βασιλείας σου. ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ δικαιοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ πρωτονοτάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὁ ῥήτωρ. ὁ πρωταποστολάριος. ὁ μέγας πρωτοπαπὰς. ὁ νομοφύλαξ. ὁ καυστρίσιος. ὁ ῥεφερενδάριος. ὁ ἱερομνήμων. ὁ πρωτοπαπᾶς. ὁ ὑπομιμνήσκων. ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων. ὁ ἐπὶ δεήσεων. ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων. ὁ ὑπομνήματα γράφων. ὁ πρωτοκανονάρχων. ὁ πριμμικύριος καὶ οἱ λοιποὶ ἱερεῖς καὶ ἄρχοντες τῆς Κωνσταντίνου πόλεως καὶ τοῦ γαλατᾶ.* 7) Alia Epiſtola qva pro Jeremia revocando tota ſollicitat Eccleſia. Subſcribunt *ὁ μέγας οἰκονόμος Γεώργιος ἱερεύς.* & *ὁ Ἱέραξ ὁ μέγας λογοθέτης καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.* 8) Joannis Petri, Voi-

vondæ & Domini Moldo Walachiæ ad Jeremiam ut ad Patriarchatum redeat. A. 1589. 9) Sigismundi Poloniæ Regis ἐξȣσία conceſſa Patriarchæ Jeremiæ. Notiſſimum etiam opus Witebergæ A. 1584. fol. editum cui titulus : *Acta & ſcripta Theologorum Wirtembergenſium* (male Witenbergenſorum apud Arcudium p. 8. Concordiæ de Sacramentis edit. 1674. 4.) *& Patriarchæ CPolitani Jeremiæ, qvæ utrique A. 1576. usqve ad A. 1581. de Auguſtana Confeſſione inter ſe miſerunt, Græce & Latine ab iisdem Theologis edita*, cum præfatione Apologetica adverſus Socolovium a) Lindanum b) & Ficklerum. c) 1) Epiſtolæ binæ ad Jeremiam miſſæ à D. Jac. Andreæ & Martino Cruſio. 2) Confeſſio Auguſtana Græce verſa pag. 5 - 53. Interpres Paulus Dolſcius Melanchthonis diſcipulus, & eadem verſio jam A. 1559. edita Baſileæ apud Oporin. & per Demetrium Myſum *, Diaconum CPol. miſſa ad Joſaphatam Patriarcham CPol. qvemadmodum & compendium Theologicum Jac. Herbrandi Theologi Wirtemberg. Græce verſum à Martino Cruſio, qvod rogatu Jeremiæ Patriarchæ & Joannis Zigomalæ verſum vidit qvoqve lucem Witeberg. 1582. 4. vide Bibliothecam Rev. Joh. Fabricii Helmſtad. Tom. 3. p. 374. Wenceslaus à Budovvitz Epiſtola ad Dav. Chytræum data A. 1579. narrat Auguſtanam Confeſſionem Græce impreſſam Baſileæ (cujus exempla complura CPolin attulerat Steph. Gerlachius) oblatam uni ex Principibus Georgianis, qvi in linguam ſuam Ibericam transferri juſſit. 3) Jeremiæ reſponſum primum ad Jac. Andreæ & Martinum Cruſium A. 1576. p. 54 - 143. 4) Epiſtola Lucæ Oſiandri, (nomine Jac. Andreæ qvi in Saxonia verſabatur) & Martini Cruſii Epiſtola ad Jeremiam cum reſponſo ad ejus ſcriptum pag. 144 - 199. 5) Secundum Jeremiæ ſcriptum datum A. 1577. pag. 200 - 260. 6) reſponſum Tubingenſium Eberh. Bidenbachii, Jac. Andreæ, Jo. Magiri, Jac. Herbrandi, Theod. Snepfii, Luc. Oſiandri & Martini Cruſii ad ſecundum

a) *Stanislaus Socolovius*, Stephani Poloniæ Regis Theologus, annotationes ad Jeremiæ Cenſuram Orientalis Eccleſiæ de præcipuis noſtri ſæculi hæreticorum dogmatibus, latine redditam edidit Cracov. 1582. fol. recuſas Dilingæ 1582. 8. & Colon. 1582. 8. & cum notis marginalibus Franciſci Fevardentii Pariſ. 1584. 8. Deinde ejusdem Socolovii reſponſio ad invectivam Witebergenſium Theologorum cum antidoto ultimæ reſponſionis eorundem ad cenſuram Patriarchæ de articulis confeſſionis Auguſtanæ lucem vidit Auguſtæ Treuiror. 1586. 8. nec non Jo. Gorscii Cruſius ſive animadverſiones ad Theologos Witenberg. Colon. 1585. 8.

b) *Guil. Lindanus* Epiſcopus Ruremondanus in Concordia diſcorde Proteſtantium.

c) *Jo. Baptiſta Fikler*, Archiepiſcopi Salisburgenſis Conſiliarius ex Socolovio Germanice qvædam ſecus de actis Wirtebergenſium Theologum cum Jeremia Patriarcha ſcripſerat. Atqve deinde illis oppoſuit ſpongiam adverſus Wirtenbergenſes Proteſtantes. Ingolſtad. 1585. 8.

* Allat. de conſenſu pag. 1008.

Digitized by Google

dum Jeremiæ ſcriptum A. 1577. pag. 261-348. 7) tertium Jeremiæ ſcriptum datum A. 1578. p. 349-384. cum binis ad Jac. Herbrandum & Martinum Cruſium Epiſtolis pag. 385. 386. Confer Rev. Doct. Chriſtoph. Matthæum Pfaffium, Cancellarium hodie digniſſ. Tubingenſem de Actis ſcriptisqve publicis Eccleſiæ Wirtenbergenſis p. 50. ſeq. & Jo. Ulrici Pregizeri Sveciam & Wirtembergiam ſacram pag. 156. ſeq. nec non Collectionem novam rariorum librorum Halæ nuper editam pag. 408. ſeq. Heineccium appendice operis eruditi de Eccleſia Græca pag. 80. Et Pontificii hominis Georgii Schereri S.I. neue Zeitungen aus Conſtantinopel von Jeremia Patriarchen daſelbſt / was ſein / aller Griechiſchen und Orientaliſchen Kirchen Urtheil und Meinung ſey / von allen Articuln der Augſpurgiſchen Confeſſion, in Schereri operibus junctim editis Germanice Monachii 1614. fol. Tom. 1. pag. 160-168. Deniqve Jeremiæ Patriarchæ Epiſtola ad Chriſtophorum Pelargum cum Pelargi ad qvam reſpondet litteris Græce & Latine occurrit in Jo. Chriſtophori Becmanni analectis de vitis Profeſſorum Academiæ Francofurt. ad Oderam ſive Viadrum fol. A. 1706. pag. 125.

*Joannes* Abbas S. Anaſtaſiæ, ſcholiis ad Can. 1. Nicæn. citatur à Nic. Comneno pag. 158.

*Joannes* Amaſtridis Epiſcopus, amiciſſimus Theodori Studitæ, de cultu ſacrarum imaginum, Orat. 2. id. pag. 141. ſeq.

*Joannes* Coloſſenſis citatur à Thoma Diplovatico. id. pag. 190. Oratione II. contra Marcum Epheſium. id. pag. 150. De Andreæ Coloſſenſis dialogo contra eundem Marcum dixi p. 436.

*Joannis Botaniatæ νομικοῦ* Cretenſis στίχοι centum de metro jambico ad Iſidorum Diaconum & tabularium τῶν χιωτῶν. MS. in Bibl. Regis Gall.

*Joannem* Hieromonachum Theſſalonicenſem in expoſitione officii Orthodoxiæ laudat Nic Comnenus pag. 227.

*Joannis Janopuli* chartularii (qvi ante Harmenopulum ſcripſit) reſponſum XII. ad Catholicos Iberiæ, id. pag. 24. Explicationem Canonum pœnitentialium S. Gregorii Thaumaturgi p. 400. Suggeſtionem ad D. Patriarcham de teſtimonio Clericorum. pag. 386.

*Joannes Laſcares* Rhyndacenus, vir jure Græco conſultiſſimus qvi in Italia ſæculo XVI. ſcripſit, in defenſione rituum Græcorum ad Cardinalem Aragonium citatur ab eodem Comneno pag. 199 240. 291. 301. 317. De dignitate Sacerdotum ad eundem Cardinalem pag. 278. De ordinatione Græcorum pag 241. de Græcorum honoribus pag. 156.

de

de ſacramentis Græcorum pag. 178. de ſacramento Euchariſtiæ p. 162. De jure Græco & Latino pag. 220. Collectaneis ſive excerptis Juris Græci pag. 320. (ubi Tipucito pleraqve debere annotat) & 322. 410. In Nili ſynopſin Canonum pag. 138. explanatione Canonum Apoſtolicorum pag 253. notis ad Synodales ſententias pag. 251. explanatione regularum Nicephori CPol. pag. 139. 210. 273. expoſitione liturgiæ ad diptycha pag. 55. notis ad prochiron Harmenopuli pag. 282. De LXX. Interpretibus pag. 199. Epiſtola Critica de moria Eraſmi, id. pag. 195. prænot. myſtagog.

*Joannis* Logothetæ ſynopſin juris ſacri laudat idem p. 210.

*Joannis* Monachi, diſcipuli S. Baſilii & filii obedientiæ nuncupati Canonarium ſive pœnitentiale memorat Allatius p. 1307. de Conſenſu. Vide qvæ de hoc ſupra p. 165. 166. Neſcio ſitne ab hoc diverſus Joannes Monachus cujus epitome legum allegatur à Nic. Comneno. p. 282. & conſideratio Canonum p. 410. Ecthesis Canonum Trullanorum pag. 210.

*Joannes Nathanaël* Presbyter & magnus Oeconomus Cretæ ſub extremum ſæculi XVI. Græce ſcripſit reſponſa ad qvæſita Gaſparis Viviani, Urbinatis, Anagniæ præſulis, qvæ allegantur ab Arcudio lib. 2. de ſacramentis c. 12. & p. 446. 449. 466. & Allatio de conſenſu p. 1260.

*Joannes Pediaſimus*, ſive æqvanimus à planitie πεδίου, idem etiam *Joannes Galenus* à γαληνότητι ſive ſerenitate mentis appellatus, Sæculo XIV. primæ Juſtinianæ & totius Bulgariæ chartophylax, ὕπατος φιλοσόφων & Diaconus. Vide Lambecium VII. p. 55. 187. 232. & 234. Scripſit in Heſiodum ſcholia de qvibus dixi lib. 2. c. 8. §. 13. & 16. De Ejus ſcholiis ad Theocriti ſyringem, lib. 3. c. 17. §. 3. Ejus Γεωμετρία καὶ σύνοψις περὶ μετρήσεως καὶ μερισμοῦ γῆς (ex Herone) & Duodecim labores Herculis, & allegoria anagogica in qvatuor primos verſus libri qvarti Iliados & brevis diſſ. de triplici ratione allegoriæ fabularum poëticarum, Phyſica, Ethica & Theologica, MS. in Bibl. Cæſarea. Ejusdem πόθον ſive *jambos de muliere mala & bona* Græce & Latine vulgavit Holſtenius cum Demophili & Democratis ſententiis Rom. 1638. 12. & Tho. Galeus in opuſculis Mythologicis, Ethicis & Phyſicis, Cantabrig. 1671. 8. Sed in editione eorundem opuſculorum Amſt. 1688. 8. deſiderantur. Scholia in Cleomedem adhuc inedita, in variis occurrunt Bibliothecis, qvemadmodum & liber de nuptiis, Geſnero teſte in Bibl. Vaticana, & de cubo duplicando atqve in priora Ariſtotelis analytica. Vide Montfauconi Bibl. Coislin. pag. 444. ſeq. *Joan-*

*Joannes Peganius* in notis ad Theodorum Prodromum (illum qvi Canones eccleſiaſticos illuſtravit) citatur à Nic. Comneno pag. 398. prænot. myſtagog.

*Johannes Phobenus* (al. Probenus) JCtus ſcripſit ſcholia ad Novellas Imperatorum Conſtantini & Leonis. id. p. 394.

*Joannes Phurnes* præcipuus in Gano monte Monachus & Abbas Theologus, inter Latinorum adverſarios memoratur à Joanne Vecco T. 2. Græciæ Orthodoxæ Allatii p. 8. Idem hic argumenta qvædam illius oppugnanda ſibi ſumit Tom. 1. pag. 179. ſeq. Epiſtolam de ritibus immutatis in ſacra Communione citat Allatius de conſenſu pag. 1132. & 1141. ubi dubitat an Phurnes ſit auctor. Integram apponit pag. 1153. Græce & Latine. Ejusdem Orationem qvartam de Spiritu S. citat Nic. Comnenus pag. 356. Qvæſtiones liturgicas ad diptycha pag. 24. Epiſtola ad Gregorium Antigonitam Monachum, MS in Bibl. Cæſarea.

*Joannes* Metropolita Ruſſiæ in Epiſtola ad Clementem (VIII. qvi ab A. 1592. ad 1605. Papatum tenuit) citatur ab Allatio de conſenſu pag. 474.

*Joannis Protecdici*, *Joannis Protoſyncelli*, *Joannis Studitarum Cœnobio propoſiti*, *Joannis Scylitzæ* junioris à Thraceſio hiſtoriarum ſcriptore (de qvo Vol. VI. p. 386.) diverſi qvi à Nic. Comneno inter Græcos ſcriptores laudantur, nullas lucubrationes vidi, uti nec *Joannis Stavracii* ſcholia ad Canones Synodorum, qvæ laudat pag. 398.

*Joannes* Claudiæ Metropolitanus de azymis & ſuffocatis, inter editos ſcriptores Græcos memoratus à Cangio, Nicolai Hydruntini exſcriptor & auctor nugax, ſi Allatio p. 871. de Conſenſu credimus.

*Joannes Caryophilus* Logotheta magnæ Eccleſiæ, ob ſcripta Calvini dogmatibus ſimilia CPoli ſententia ſynodica Callinici Patriarchæ CPol. damnatus A. 1691. qvam Doſitheus Hieroſolymitanus excudi Græce curavit Jaſſii A. 1694. Latine vulgavit Nic. Comnenus Papadopoli reſponſione ad Jo. Hockſtonum, Venet. 1703. deniqve Græce ac Latine Clariſſ. Renaudotus ad calcem homiliæ Gennadii pag. 189. 195. Pariſ. 1709. 4.

De *Joanne Actuario* Medico, infra libro VI.

*Joannis Caloidæ* Canon Paſchalis A. 1429. compoſitus ab A. 1430. ad 1492. MS. in Bibl. Cæſarea, vide Lambecium VII. p. 244. ſeq.

De *Joanne Canabuzio* cujus libri 3. cap. 32. §. 4. feci mentionem, confer Petri Morini Opuſcula pag. 406. 407. 408.

*Joannis de Capiſtrano* Ord. fratrum minorum A. 1456. defuncti explicatio Græca oraculi de fatis CPoleos, MSta in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium VI. pag. 167.

*Joannes Cubidius* & *Joannes Cucuzela*, ſupra p. 499.

*Joannes Italus* Mich. Pſelli diſcipulus, ὕπατος Philoſophorum, cujus reſponſa ad qvæſtiones XCIII. Mich. Ducæ ejusqve fratris Andronici, nec non dialectica & Rhetoricæ ſynopſis & expoſitio in lib. II. III. & IV. Topicorum Ariſtotelis MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium VII. pag. 148. & 257.

*Joannes Eugenicus*, Nomophylax, Marci Epheſii frater, in antirrhetico adverſus Synodum Florentinam MS. in Bibl. Bavar. Loca ex illo affert Allatius de purgatorio pag. 61. 140. 220. 241.

*Joannis* Gazenſis liber περὶ ἀρχαιολογίας laudatur à Cangio ad Zonaram p. 16. De illius ἐκφράσει tabellæ univerſi, dixi Volum. VII. pag 689.

*Joannem Colobum* de vita S. Paiſii Ægyptii citat idem Cangius in gloſſar. Græco è Cod. Reg. 2458.

*Joannes Chameta* Chartophylax Chii & Archimandrita magnæ Eccleſiæ, infra pag. 676.

*Joannes* Epiſcopus Priſdryanorum Πρισδρυανῶν, cujus περὶ οὔρων διάγνωσις καὶ πραγματεία ἀρίστη in Codice Reg. Pariſ. 3497. diverſus à Joanne Actuario qvi itidem de urinis ſcripſit & à Joanne Archiatro cujus jatroſophium in Cod Reg. Pariſ. 2147. 3175. & in Cod.* 126. λόγος καὶ ποίημα πάντων τῶν παθῶν καὶ τῶν ἀδόλων τὰς θεραπείας πρὸς ἓν ἕκαστον τὴν τάξιν.

*Joannis Eugenici* à ſuperius memorato diverſi & antiqvioris, Rhetoris & Diaconi CPol. vita Joſephi Hymnographi A. 883. denati Græce è MS. Vaticano & Siculo ad calcem Act. Sanctorum Tom. 1. Aprilis p. XXXIV. & Latine interprete Auguſtino Florito S. I. p. 269—276. Incipit: καὶ ἅπας μὲν βίος τῶν ἐναρέτων. Ejusdem in S. Jacobum Perſam thavmaturgum & Martyrem MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. pag. 275. Incipit: Εἶτα πεπονηκὸς μέν ὡς καὶ κάμνων.

*Joannes Nomophylax* ad qvem ſcripſit Simon Cretenſis circa A. 1350. ſupra p. 329.

*Joannis* Diaconi CPol. τίς ὁ σκοπὸς τῷ Θεῷ τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως καὶ τῆς δευτέρας ἀναπλάσεως διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Citat Allatius de Pſellis cap. XXX.



Digitized by Google

*Joannis* Πικατόρυ (Peccatoris) Rithymnenſis (in Creta) poëma græcobarbarum de inferno MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. p. 263. Incipit: ὡς πελκαμένῳ μεχολὴν διατί πολλ' ἐγρύπνυν.

*Joannes Chila* metropolita Epheſius ad Imperatorem Andronicum Palæologum ſeniorem ſcripſit de proceſſione Spiritus S. ex qvo locum affert Allatius de conſenſu II. pag. 513.

*Joannes Saita* Cydoniates Cretenſis cujus de ſacramento & azymo MS. Bibl. Bodlejan. Cod. 720. n. 7. & dialogi duo contra Judæos, opus eximium MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium V. p. 257. Ab hoc longe diverſus eſt *Joannes Baptiſta* ex Judæus, qvi Latine contra Judæos ſcripſit librum in tres partes tributum editumq; Argentorat. 1500. 4. qvod propter Lambecium noto, hac de re addubitantem.

*Joannes*, *Hieroſolymitanus* patriarcha Photianis temporibus junior, cujus diſputatio ſive λόγος διαλεκτικὸς cum Philoſopho Latino de azymis MS. in eadem Bibl. Lambec. III. pag. 65. Incipit: τὸν πολύπειν φασὶν τὸ παράπαν μὴ χαίρειν τῷ πόντῳ τῦ βοῤῥᾶ, ἐχθρὰ δ' ἡγεῖσθαι ταχῦ. Allatius qvi ex hac profert qvædam pag. 74. & 97. contra Hottinger. idem pag. 526. teſtatur legiſſe ſe alium ejusdem de proceſſione Spiritus S. cujus principim: γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίυ Θεοδοσίυ. & colloqvium item cum Latino de azymis, qvod incipit ab interrogatione Latini, παρὰ τοῖς παρ' ὑμῶν Εὐαγγελίοις ὁ ἔλαβεν ὁ χριςὸς εἰς θυσίαν τῦ πάσχα. Et alia qvoq; adverſus Latinos ſcripſiſſe ipſe teſtatur diſp. de azymis: μετὰ γῦν τὺς ἄλλυς καὶ τὺς πρὸς ἐκείνυς λόγυς, ὓς συνετάξαμεν ἄνωθεν, ὐ πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι.

*Joannes Hagiopolita* ſcripſit laudationem Macarii Ægyptii. Incipit: Μικρῦ Μακάριος διέφυγε ὁ Αἰγύπτιος. Citat Allatius p. 734. libri de purgatorio.

*Joannis* Nicomedienſis presbyteri ut ajunt circa A. 324. Acta S. Baſilei poſt Lipomannnum & Surium dedit Latine ex Sirleti verſione Henſchenius in Actis Sanctor. 26. April. Tom. 3. pag. 417. & Græce ex MS. Cryptæ ferratæ, hodie Vaticano, in appendice p. L.

*Joannes Neretenus* cujus manu ſcripta A. 1136 Græce qvædam Georgii Corcyrenſis opuſcula memorat Allatius de conſenſu p. 664.

*Joannes Malaxus*, in libro Gallico Morlierii, cui titulus Eſſais de litterature pour la connoiſſance des livres, Hagæ 1703. 12. Tom. 1. pag. 115. traditur Græce ſcripſiſſe hiſtoriam Patriarcharum CPolitanorum, qvam Labbeus corpori Hiſtoriæ Byz. inſeruerit. Sed hiſtoriam

illam manu ſua deſcripſit, non ipſe compoſuit *Emanuel* (non Joannes) *Malaxus*, defunctus A. 1580. De illa dixi Volum. VI. pag. 694. Nusqvam autem in corpore Byzantino Labbei exſtat, ſed in Martini Cruſii Turco Græcia, in cujus libro ſecundo occurrit Græce & Latine pag. 106-184. digna lectu, licet Græcis, qvorum contentiones & vitia narrat, parum honorifica.

*Joannes Irenicus* propter errores ſcriptis ſparſos cum Joanne Corcyrenſi, Demetrio Lampeno & Conſtantino Bulgariæ condemnatus in Synodo CPol. A. 1166. de qva Allatius II. 12. de conſenſu §. 4. pag. 689.

*Joannicius Caſſandrenus* Archiepiſcopus in meditationibus ad Joannem Athenicium de legibus Cæſarum, citatur à Nic. Comneno pag. 182. prænot. myſtagog.

*Joannicium* Cretenſem laudat idem pag. 191. è Thoma Diplovatio.

*Joannicius Cartanus* Hieromonachus & Protoſyncellus Cercyrorum circa A. 1540. de cujus libro qvi ἄνθος ſive *Florilegium* inſcribitur dixi Volum. VI. pag. 695. citat Allatius infra pag. 633. & 229. ſeq. ſymmict. & *ſermones* ejus (cum Damaſceno Studita editos Venet. 1628.) pag. 1342. & 1346. de conſenſu, & *expoſitionem divini officii* pag. 1310. 1340.

*Jobus Jaſites* Hieromonachus, qvem in tomo adverſus Latinos componendo juvit Georgius Pachymeres, ut ipſe narrat libro qvinto Hiſtor. Factum hoc cum Imperator eſſet Michael Palæologus, & Patriarcha CPol. Joſephus Galeſiota circa A. 1270. Tomus ille ſive apologia juſſu Joſephi, cujus diſcipulum Jobus ſe vocat, ſcripta lucem necdum vidit qvod ſciam, MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium V. p. 227. ſeq. Allatium de conſenſu pag. 781. Incipit: κρᾶζε, θεόσεπτε, θεοχυβέρνητε, θεοδόξασε, ἅγιε Δέσποτά μου καὶ βασιλεῦ.

*Jobi* antiqvi Monachi, cognomento peccatoris, liber de ſeptem ſacramentis ad Phocaenſes, τῶν ἑπτὰ μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας ἐξηγηματικὴ θεωρία καὶ διασάφησις πρὸς Φωκαεῖς freqventer citatur ab Arcudio in Concordia de ſacramentis p. 6. 14. 47. 77. 121. 122. 446. 448. 449. 476. 479. 498. Allatio de conſenſu p. 1260. & Cangio in gloſſar. qvi inter editos ſcriptores memorat. Neſcio an idem Jobus Monachus cujus Scholia ad canones Cæſarienſes allegat Nic. Comnenus pag. 398. Alius Jobius Monachus qvem Jovium malit appellari Valeſius p. 39. ad Euſebium, de eo dixi Volum. IX. p. 474. ſeq. ad Photii Cod. CCXXII.

*Joſephus*

Digitized by Google

*Joſephus Bryennius* Monachus CPolitanus eloqventiſſimus ſua ætate (circa A. 1400) Concionator in Græcia, *Oratione XXXVIII. de fide & Spiritu S.* citatur à Nic. Comneno p. 206. *Orationum XVIII. de S. Trinitate* initia videri poſſunt apud Allatium de conſenſu pag. 863. ſeq. Vide & p. 494. 515. 560. 609 757. 769. & de Synodo Photiana p. 164. ſeq. & contra Hottinger. p. 315. 318. *Ex Orationibus duabus de futuro judicio & ſempiterna beatitudine* idem de libris Eccleſ. Græcor. p. 136. 143. 237. ſeq. 311. 339. ſeq. & lib. de purgatorio p. 79. 141. 231. 713. *Ex gratiarum actione in S. Virginem*, de conſenſu p. 529. *Orationem XI. quæ eſt contra Judæos* laudat Nic. Comnenus p. 106. *Orationem de transfiguratione Domini* Allatius de conſenſu p. 837. *Orationem de Domini crucifixione* id. de libris Eccleſ. Gr. p. 311. Exſtant & inediti ejus dialogi de proceſſione Spiritus S. Diſp. de orthodoxa Eccleſia, & de divina operatione & de lumine in monte Thabor, ut homilias duas prætercam in annunciationem B. Virginis, aliamqve in Deiparam, itemqve Orationem in illud, *ſtabat juxta Crucem.*

*Irenes* Ducænæ, Imp. Alexii Comneni conjugis typicum Monaſterii Deiparæ τῆς κεχαριτωμένης MS. in Cod. Regio Pariſ. 2630. citat Cangius in gloſſario Græco.

*Iſidorum* Logothetam Dromi, JCtum *in novellas Alexandri Comneni* laudat Nic. Comnenus p. 403. *in librum XVIII. Baſilicon* id. p. 372.

*Juſtinus Decadion* in ecthesi Canonum S. Baſilii, Epiſtola ad Amphilochium comprehenſorum id. p. 400.

*Juſtini Siculi* Epiſcopi Epiſtola ad Petrum Fullonem circa A. C. 484. ſcripta legitur Græce & Latine in Conciliis Labbei T. IV p. 1103. & Harduini T. 2. p. 840. Huic Juſtino H. Dodvvellus tribuebat reſponſiones ad Orthodoxos, qvæ inter Juſtini Martyris Opera leguntur: Sed eas Diodoro Tarſenſi vindicare mavult vir eruditiſſimus M. V. la Croſe.

*Juvenalis* Hieroſolymitani, qvi Conciliis Epheſino & Chalcedonenſi interfuit, nihil exſtat præter *Epiſtolam Synodicam ad Presbyteros*, Latine T. IV. Concil. Labbei p. 889. & T. II. Harduin. p. 689. Incipit: *Cum ſummus & primus Apoſtolorum Petrus*, Nicephori XIV. 14. de Juvenali narrationi, qva aſſumtionem B. Virginis, & Areopagitica qvidam conati ſunt tueri, fidem detrahit Edmundus Albertinus libro de ſacramento Euchariſtiæ pag. 262.

*Angelus Laſcaris* Rhyndacenus, cui parentis ſui Jani Laſcaris Epigrammata Græca & Latina dicavit Jacobus Tuſanus.

*Conſtantinus Laſcaris*, de qvo dixi Volum. VII. pag. 39.

*Joannes* ſive *Janus*, Geſnero *Andreas Johannes Laſcaris* Rhyndacenus de qvo ſupra p. 519. ſeq. Ejus librum de veris Græcarum literarum formis & cauſis apud antiqvos memoravi Vol. VII. p. 40. Latina verſio Polybii de caſtrametatione, & Epigrammata Græca atqve Latina prodierunt Baſil. 1537. 8.

*Theodorus Laſcaris* Imp. ab A. 1205. ad 1222. de cujus ſcriptis dixi Volum. IX. pag. 197.

*Theodorus Duca Laſcaris*, junior, Imp. ab A. 1255. 1259. cujus libri primus & tertius usqve ad ſeptimum *de Theologia Chriſtiana* MSti Græce in Bibl. Bodlej. Codice Barocc. 97. *Octo Theologicas Orationes* Allatius p. 720. de Conſenſu memorat, idem fortaſſe opus denotans, in qvibus ait eum tractare de Uno & Deitate, unum eſſe tria, de divinis nominibus, de ſanctisſima Triade, de incarnatione CHriſti, & in duabus poſtremis integris de proceſsione Spiritus S. contra Latinos. Ex tractatu prolixo *de proceſſione Spiritus S. adverſus Latinos* exordium publicavit præſtantiſſ. Caveus in Hiſt. literaria ſcript. Eccleſ. ad A. 1255. *Canon* ſive *ſalutatio* Odis novem & tropariis ac στιχηροῖς *ad ſanctiſſ. Deiparam* ex verſione Ludovici Maraccii Latine apud Theoph. Raynaudum T. VII. Opp. p. 368-370. Græce legitur ſub finem Paracletici. Vide Cangium in παρακλητικὴ, ubi etiam libros VI. hujus Theodori Philoſophicos *de communicatione naturali* memorat, interprete Claudio Auberio latine editos Baſileæ A. 1571. qvi Græce habentur in Cod. Regio Pariſ. 9568. Vide etiam Cangii notas ad Zonaram p. 147. & Labbeum p. 96. Bibl. novæ MSS. qvi teſtatur in Bibl. Regis Chriſtianisſimi exſtare etiam hujus Laſcaris *de virtute, de jejunio, Ethicorum Epitomen, Sapientiæ Encomium, Orationem in S. Euthymium* aliamq; in *SS. Anargyros* Coſmam & Damianum.

*Lazarus* Monachus Sinaita libro de variis delictis & eorum poena citatur à Nic. Comneno p. 182. & tractatus ejusdem de legibus p. 157.

*Lazarus* Lemnius, S. Niconis diſcipulus in explicatione hymnorum, id. p. 142.

*Leo Acridenus* * Bulgariæ Epiſcopus qvo nullus aut furioſior aut petulantior contra Latinos ſcripſit judice Nic. Comneno p. 185. ubi citat ejus de proceſsione Spir. S qvod ex ſolo Patre procedat, & librum 1. con-

* Confer Volum. VI. pag. 381.

contra azymorum uſum in S. Euchariſtia id. p. 188. Trium ejus Epiſtolarum de azymis mentio in Beveregii Codice Canonum T. 2. in Alexii Ariſteni ſynopſi Epiſtolarum Canonicarum, ubi ex prima locus affertur, Dd. 3. b. Ex Epiſtola prima & tertia etiam Allatius de Conſenſu p. 1163. 1167. Epiſtola ad Joannem Tranenſem in Apulia Epiſcopum acerrima, qvam A. 1053. adverſus Latinos ſcripſit, extat ex Humberti Legati verſione Latine apud Baronium ad illum annum n. 23. ſeq. cum Leonis IX. Papæ Epiſtola, Cerularii & hujus Leonis inauditis ut ait præſumtionibus oppoſita, qvæ exſtat etiam in Tomis Concilior. Tom. IX. Labbei pag. 949. & Tom. VI. Harduin. pag 927.

*Leo Acrotatus* inter ſcriptores Græcos à Nic. Comneno laudatus.

*Leo* Ægyptius Clementi Alex. & aliis priſcis ſcriptoribus laudatus de qvo Volum. VI. pag. 380. & Wilhelmus Worthus in notis ad Tatianum pag. 96.

*Leo* Βιζύης Epiſcopus tempore Alexii Comneni. Vide celeberr. Montfauconi Bibl. Coiſlinian. pag. 104.

*Leo* Chalcedonenſis Metropolita, ejusdem Alexii Comneni tempore, cujus Synodicum de cultu imaginum Græce & Latine editum ab laudato Montfaucono pag. 103--110.

*Leo Garidas* (al. *Laridas* ſive *Zaridas*) JCtus de qvo ſupra pag. 514.

*Leo Grammaticus* de qvo inter ſcriptores Hiſt. Byzantinæ dixi Volum. VI. pag. 380. Neſcio idemne cum Leone Grammatico qvi Calabriæ Archiepiſcopus fuit, cujus Epiſtolam Canonicam de uxore ante ordinationem ducenda, Græce & Latine exhibet Cotelerius Tom. 3. monument pag. 464. Fuit & Leo Siculus Grammaticus cujus laudationem Nectarii CPol. allegat Allatius contra Hottinger. p. 386. & Leo Veſtarches & Grammaticus temporibus Alexii Comneni, Bibl. Coiſlin. pag. 104.

*Leo Magentinus* ex Monacho Metropolita Mytilenæus, de cujus ſcriptis dixi nonnulla Vol. VI. pag. 383. nunc ex Nic. Comneno pag 143. prænotionum myſtagog addere juvat eum floruiſſe circa annum 1300. ac deinceps, præceptoremqve fuiſſe Conſtantini Harmenopuli, A. 1380. vel 1383. anno ætatis 63. defuncti. Hunc idem Comnenus pag. 8. Photianum licet, elegantiſſimæ virum ſapientiæ appellat, citatqve ejus *Commentarios in Ariſtotelis Topicorum libros & Porphyriii quinque voces* p. g. 227.

227. *in Categorias* ibid. *In Sophiſticos elenchos* MS. in Bibl. Coisliniana p. 225. *in librum Philoſophi de generatione & corruptione* ab eodem Comneno allegatur pag. 387. *in Nicomachea* pag. 281. *in libros de anima* pag. 253. 254. *commentarius brevis in Politica Ariſtotelis* pag. 235. *Liber de moribus gentium* pag. 287. *De moribus Aſiaticis liber I.* pag. 214. *De arcana Philoſophia c. XXXIX.* pag. 226. *Liber II. de veteribus Philoſophis* pag. 213. *Explicatio Canonum pœnitentialium Petri Alexandrini* pag. 220. & *Gregorii Thaumaturgi* pag. 233. Ejusdem Leonis libellum *de neglectis Canonum præceptis* laudat & hortatu Vasſionenſis Epiſcopi Soarii Latinum feciſſe ſe & innumeris locis ut licuit emendaſſe ſe teſtatur p. 8.

*Leonis Monachi*, qvi Leone Iſauro imperitante vixit, Orationem de martyribus idem laudat p. 141.

*Leonis Numodota* ecthesin Canonum id. 220. 310. Scholia ad Balſamonem p. 325. & Orationem de S. Taraſio pag. 319.

*Leonis Philoſophi* & Medici ſynopſeon Jatricæ ſeu Medicinæ libri VII. Græce MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi. Citat Cangius in gloſſar.

*Leo Philoſophus* aliis Theophilus de Regno & Principibus liber Aſtrologiæ judiciariæ. Citat idem Cangius ex Codice Reg. & Colbert. De Leonis Sapientis Imp. ſcriptis & aliorum Leonum dixi Vol. VI. pag. 363. ſeq.

*Leo Rhyndacenus.*

*Leonis Sebaſteni*, Monachi JCti, Canonum interpretis Balſamone junioris *ecthesis Canonum* citatur à Nic. Comneno p. 143. 216. 219. 249. 278. & *Compendium Legum* p. 250.

*Leonis Stipiotæ*, qvi Patriarcha CPol. fuit ab A. 1134. ad 1143. decreta laudantur ab eodem Comneno p. 145. 283. 317. 340.

*Leonis* metropolitæ Synnadenſis qvædam habentur Græce MSta in Bibl. Coisliniana pag. 82. qvorum init. ζωὴ καὶ θάνατος ὡς ἡμέρα καὶ νύξ.

*Leo Xanthopulus* in explicatione Canonum Nicænorum allegatur à Nic. Comneno pag. 195.

*Leonardi Aretini* πολιτεία Φλωρεντίνων *deſcriptio Reip. Florentinæ* qvam libro tertio ſymmicton edere voluit Allatius, adhuc inedita exſtat Upſaliæ in Bibl. publica ex dono illuſtris Viri Jo. Gabrielis Sparvenfeldii. Citat etiam Cangius in gloſſario Græco ex Codice Regio 3049.

*Manuel*

Digitized by Google

*Manuel Malaxus* ex Nauplio Peloponneſi, vergente ſæculo XVI. vixit, cujus manu deſcriptam *Patriarcharum CPol. poſt captam à Turcis urbem hiſtoriam* edidit Cruſius libro ſecundo Turco Græciæ ut dixi Volum. VI. pag. 694. Ejus *memorias rerum Peloponneſiacarum* citat Nicolaus Comnenus pag. 387. *Chronicon* ineditum Cangius ex Codicibus Colbertinis hoc titulo: Βιβλίον χρονογραφικὸν περιέχον ὡς ἐν συντόμῳ τὸ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως καὶ τῆς βασιλείας τοῦ Σουλτὰν Μουράτη, συλλεχθὲν καὶ διορθωθὲν παρὰ τοῦ λογιωτάτου κυροῦ, Μανουὴλ τοῦ Μαλαξοῦ. *Canonarium* ſive *liber pœnitentialis* A. 1572. ſcriptus Thebis citatur ab Allatio p. 1307. ſeq. de conſenſu. *Nomocanon* ab eodem, de Georgiis infra pag. 659. & à Nic. Comneno pag. 61. 188. 192. 220. &c. qvi diligentiſſimum Photianum vocat pag. 403. & *libellum de vitiis Eccleſiaſticorum* in calce Nomocanonis ſubjunctum p. 320. teſtatur. Idem *ſcholia ad Canones pœnitentiales Baſilii* laudat pag. 206.

*Manuelis Chriſtonymi* μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ ἁλώσει τῆς Κωνςαντινουπόλεως, *lamentatio ſuper inſperata expugnatione CPoleos.* MS. Upſaliæ inter libros Academiæ dono datos ab illuſtri Sparvenfeldio.

*Manuelis Holoboli*, magni Rhetoris, ſive Rhetoris Rhetorum verſus Politicos in Michaëlem Palæologum citat Cangius in gloſſario. Ejus Apologiam ad erotemata Franciſci Ord. Prædicatorum Monachi, ſed extrema parte mutilam Græce & Latine vulgavit Steph. le Moyne T. 1. Var. ſacrorum pag. 268—293. Lugd. Bat. 1685. & 1694. 4. Confer ſupra in Emanuele.

MARCUS Eugenicus, Joannis Eugenici, de qvo ſupra p. 522. frater, *Epheſi* Metropolita, Latinorum in Concilio cui non ſubſcripſit Florentino A. 1439. atqve deinceps ad obitum usqve adverſarius acerrimus, unionisqve qvam cum illis componere Joannes Palæologus Imp. inſtituebat, magna remora: novus ideo Photius dictus Horatio Juſtiniano in Actis Concilii Flor. Idem A. 1447. morti vicinus Georgio Scholario tuenda Græcæ Eccleſiæ dogmata & unionem fugiendam graviſſimis verbis commendavit: Georgius etiam Deo Angelis & hominibus in teſtimonium advocatis hoc ſe obſervaturum ſancte juravit, obſervavitqve deinde diligentiſſime, & Marcum Doctorem ſuum defunctum pro funere laudavit. Vide ſupra pag. 375. & 349. ſeq. Scripta ejus oppugnarunt Græci λατινόφρονες Joſephus Methonenſis, Gregorius Hieromonachus Protoſyncellus, Beſſario & qvi Latine ſcripſit Andreas Coloſſenſis. Ejus ſcripta hæc mihi innotuere;

1. *Epiſtola ad Joannem Palaologum Incip.* δῶρόν τοι τοῦτο μικρόν. Citatur ab Allatio de Synodo VIII. pag. 545.

2. *Orationes dua de purgatorio*, Ferrariæ ſcriptæ & adhuc ineditæ. Vide Allatium de purgatorio pag. 241, & Rich. Simonem Tom. IV. Bibl. Criticæ pag. 24. Infra, num. 16.

3. *Reſponſiones ad quaſtiones Cardinalium.* MS. in Codice Regio Pariſ. 250.

4. *Solutio duarum quaſtionum* παρὰ τοῦ βασιλέως *ab Imperatore* (Joanne Palæologo) *propoſitarum.* In Codice Reg. 2016. teſte Labbeo pag. 88. Bibl. novæ MSS.

5. *Epiſtola Encyclica ad omnes Chriſtianos* de Synodo Florentina non ſuſcipienda, qvæ cum Joſephi Methonenſis reſponſione legitur poſt Acta Concilii Flor. Tom. XIII. Labbei pag. 677. & Tom. IX. Harduin. pag. 549. Incipit: ἐγὼ διὰ τὴν ἐπιταγὴν καὶ τὴν χρέαν. Græce & Latine cum verſione Jo. Matthæi Caryophili.

6. *Epiſtola Encyclica ad omnes ubique terrarum degentes*, de eodem argumento, qvæ cum reſponſione Gregorii Protoſyncelli exſtat Tom. XIII. Concil. Labbei pag. 740. & Tom. IX. Harduin. pag. 601. Incipit: οἱ τὴν κακὴν ἡμᾶς αἰχμαλωσίαν αἰχμαλωτεύσαντες. Græce & Latine cum verſione Caryophyli.

7. *Capita ſyllogiſtica contra Latinos de Proceſſione Spiritus S.* κεφάλαια συλλογιστικά, qvæ usqve ad caput XVII. Gregorius Protoſyncellus, cætera Beſſario confutavit. Incipit ἐρώμεθα τοὺς Λατίνους. De eodem argumento alia Marci Epheſii capita ſyllogiſtica memorat Lambecius VII. pag. 111. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρός. Aliud item ſcriptum V. pag. 227. Incip. καινή τις ἐστιν ὡς ἀληθῶς. Adde eundem V. p. 256.

8. *Apologia de fuga ſua.* Citatur à Nic. Comneno pag. 325. prænotionum myſtagog.

9. *Contra encyclicam Beſſarionis* id. pag. 172.

10. *Epiſtola ad Gregorium Scholarium* qva eum reprehendit qvod ad Latinos deflexerit. Vide infra p. 778. ſeq.

11. *Epiſtola ad Georgium Presbyterum* (Scholarium) *contra ritus & Sacrificia Romana Eccleſia.* Incipit: τὴν γραφήν σου δεξάμενος. Hanc oppugnavit Andreas Coloſſenſis in dialogo ad cives Methonenſes, teſte Allatio p. 162. contra Creyghtonum & de conſenſu p. 935.

12. *Antirrheticum contra Andream Coloſſenſem.* Citatur à Nic. Comneno pag. 42. 356. 420.

ὅτι

13. Ὅτι ὁ μόνον ἀπὸ φωνῆς τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων ἁγιάζονται τὰ θεῖα δῶρα, *quod divinorum Donorum conſecratio non ſolum fit verbis Dominicis, ſed etiam à Spiritu S. per preces & benedictionem Sacerdotis.* Incipit: ἡμεῖς ἐκ τῶν ἱερῶν Ἀποςόλων. Græce ad calcem liturgiarum S. Jacobi, Baſilii & Chryſoſtomi pag. 138—144. Pariſ. 1560. fol. & Latine in Liturgicis Claudii de Scinctes, Antvverp. 1562. 8. pag. 82.

14. *Expoſitio* τῆς Ἐκκλησιαςικῆς ἀκολουθίας edita Græce ad calcem operum Simeonis Theſſalonicenſis, Jaſſii in Moldavia 1683. fol.

15. *Paraphraſis in Pentecoſtarium.* Allat. pag. 280. de libris Eccleſ. Græcorum.

16. *Reſponſio duplex ad Latinos de purgatorio.* MS. in Bibl. Cæſarea. Incip. ἐπειδὴ μετὰ ἀγάπης. Et ἐπειδὴ σαφέςερον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε. Lambec. VII. pag. 110. ſeq. Supra num. 2. Etiam libellus de purgatorio editus ſub Nili nomine, Marco noſtro à qvibusdam vindicatur.

17. *Profeſſio fidei* in Concilio Florentino pridem ſcripta ſed demum paullo ante obitum edita, Incipit: Ἐγὼ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι δόγμασιν ἐντραφεὶς εὐσεβέσιν. Oppugnavit Gregorius protoſyncellus. Vide Allatium de conſenſu pag. 934. 935. & 280. 285. 309.

18. *Ecphraſis animam agentis.* Citat Allatius de Synodo octava pag. 544.

19. *Ultima verba ad Gennadium Scholarium.* Vide ſupra pag. 349. ſeq. Meminit Gennadius ipſe ſupra p. 364.

20. *Quæſtiones Theologicæ* MStæ in Bibl. Cæſarea Incip. ἡ τοῦ Υἱοῦ προσηγορία δύο ταῦτα σημαίνει. Lambec. VII. p. 111.

21. *Capita LXVIII. contra hæreſin Acindyniſtarum* MSta in Bibl. Cæſarea. Incip. Κεφ. ά. ἡ ταυτὸν ἐπὶ Θεοῦ ὀσία καὶ ἐνέργεια. Lambec. V. pag. 226.

22. *Canones octo in S. Virginem Deiparam* MS. in Bibl. Cæſarea. Incip. Δεχόμενοι σήμερον τοῦ τελευταίου. Lambec. V. pag. 284.

23. *Sermo in S. Eliæ feſto in Officio legendus*, Incip. Ἔδει μὲν ἀληθῶς ἡμῖν οὐρανοδρόμους τοῦ λόγου συνεπαρθῆναι. Citat Gregorius protoſyncellus apologia contra Marcum Epheſ. Tom. XIII. Concil. Labbei p. 802. & rogantibus Cretæ incolis ſcriptum ab eo teſtatur.

24. *De hominis imbecillitate* tractatus. MS. in Bibl. Auguſtana.

25. *In Orationem Dominicam* MS. in Bibl. Cæſarea, teſte Neſſelio.

*Marcus* Gazenſis circa A. 440. Vide Volum. IX. pag. 138.

*Marci* Hydruntini Epiſcopi, qvi circa A. 750. vixit, Hymnus brevis acroſtichus in magnum Sabbatum è Græco verſus Latine exſtat in Bibliothecis Patrum.

*Marci Lima* S. I. Sylloge diverſorum miraculorum vernaculo Græcorum ſermone, citatur à Nic. Comneno pag. 243.

*Marcus* Monachus de myſteriis Eccleſiæ id. p. 398. Marci Hieromonachi declaratio dubiorum in Typico occurrentium diviſa in capita XCV. exſtat in Typico Græcorum Venet. 1643. fol. Vita Gregorii Agrigentini ſcripta à Marco Monacho & hegumeno S. Sabæ. Vide Volum. IX. pag. 81.

*Mariani* Monachi & archimandritæ monaſterii B. Dalmatii libellus in Synodo CPol. ſub Mena A. 536. ad Juſtinianum Imp. Tom. 2. Concilior. Harduin. p. 1193.

*Matthaus* Μύτλη Cyprius, Archi Diaconus CPol. ἱερὰν κατήχησιν edidit Hafniæ 1638. 8. qvam habeo excuſam Græco vulgari.

*Matthai* Qvæſtoris Ἀγγέλυ τῦ Παναρέτυ ἀντιθέσεις contra Thomam Aqvinatem & alia contra Latinos ſcripta MSS. in Bibl. Cæſarea de qvibus Lambecius V. pag. 176. ſeq. Hic eſt Panaretus Allatio memoratus p. 843. de conſenſu, & Joanni Pluſiadeno T. 1. Græciæ orthodox. pag. 635. Arcudio p. 31.

*Matthaus* Caleca Monachus libro centum Erotematum citatur à Nic. Comneno pag. 49. ubi ait Bellarminum crebro laboribus illius uſum, Andrea Evdemono Joanne dicenda & ſcribenda parante, cujus MSta Græca in Bibliotheca Collegii Rom. S. J. Librum primum de erroribus Græcorum allegat pag. 216. Suſpicor Matthæum à Comneno vocari qvi eſt Manuel Caleca, de qvo dixi ſupra p. 421.

*Matthaus* Chronographus eſt Matthæus Cicala (aliis Kigala vel Zigala aut Tzegala deniqve) Cyprius, cujus ſynopſis hiſtoriarum edita Venetiis 1637. 4. (ut alias editiones omittam) ſermone vernaculo Græcorum. Ejus συνταγμάτιον κανόνας τε καὶ εὐχὰς ἱκετηρίυς laudat Alex. Helladius de ſtatu Eccleſiæ Græcæ pag. 8.

*Matthaus Monachus* JCtus qvi Attaliatæ ſynoſin legum ſcholiis illuſtravit, de qvo infra libro VI.

De *Matthao Blaſtare* pag. 493.

*Matthai* Joniæ & Aſiatidis Epiſcopi Epiſtola ad magnum Chartophylacem CPol. MS. in Bibl. Cæſarea.

*Joh. Nicolaus Alexander Maurocordatus* Voivoda, Ungaro vvalachiæ Princeps, ſuperiore anno elegantem librum edidit περὶ τῶν καθηκόντων *de officiis*, ex recenſione Georgii Trapezuntii, Didaſcali Bucare-

Digitized by Google

careſteni excuſum Bucareſtæ A. 1719. 4 Vide Acta Erud. 1720. p. 385. Jo. Clerici V. C. Bibl. veterem & novam Gallice editam T. 13. p. 459. & Tomo 14. nec non Diarium Amſtelodamenſe Belgica lingua vulgatum A. 1720.

*Mauroleonis* Catecheſin confitentium peccata citat Nic. Comnenus pag. 399.

MAXIMUS PLANUDES Monachus CPol., inter eruditiſſimos ſuæ ætatis, apud Andronicum Palæologum ſeniorem gratioſus, ab eodem ad Venetos A. 1327. ablegatus eſt cum Leone Orphanotropho, ut ex Pachymeris libro IX. Hiſtor. Allatius de Conſenſu pag. 841. annotavit. Vixit adhuc A. 1353. Scripta ejus hæc mihi innotuere:

## *Verſa in Græcam Linguam.*

1. *Ciceronis Somnium Scipionis.* Vide Lambecium V. pag. 153. nec non *Macrobii* in idem ſomnium *Commentarii.* MS. in Bibl. Regis Chriſtianisſimi, & in Seguieriana ſive Coisliniana. Labbe pag. 280. Bibl. novæ MSS. & Montfaucon. p. 520. Bibl. Coislinianæ.

2. *Cæſaris Commentarii de bello Gallico*, de qva verſione dixi in Bibl. Latina lib. 1. cap. 10.

3. *Ovidii Metamorphoſeon libri* Græca proſa redditi, cujus metaphraſeos meminit Volaterranus libro XVII. commentar. urbanor. Loca qvædam ex illa produxit Nicolaus Heinſius notis ad Ovidium. Etiam *Heroides* Ovidii Græce verſas à Planude, memorat poſt Simlerum Huetius de claris interpretibus.

4. *Catonis Diſticha Moralia* Græcis expreſſa verſibus, de qvibus in Bibl. Latina lib. 4. cap. 1. §. 8. Annotationes græcæ marginales & interlineares qvæ MStæ ſunt in Bibl. Cæſarea, Lambec. V. p 215. non viderunt lucem.

5. *Boëthii de Conſolatione Philoſophia*, cujus Græca verſione MS. in Bibl. Regis Chriſtianisſimi, uſus in ſua Boëthii editione Renatus Vallinus. Ex MS. Cæſareo qvædam producit Lambecius VII. pag. 145. ſq. Alius pulcherrimus Codex Græcolatinus A. 1478. à Petro Montaguana donatur Monaſterio S. Juſtinæ; exſtat in Bibl. Segvieriania ſive Coisliniana. Vide Clariſſ. Montfauconum pag. 140. In Cæſareo Codice leguntur etiam prolegomena Græca & annotationes marginales.

6. *S. Auguſtini de Trinitate libri XV.* MSti in Bibl. Cæſarea. Vide Lambec. IV. pag 159. 160. Etiam illa ubi de proceſſione Spiritus S. ex Patre Filioqve tractatur, fideliter vertiſſe notat Beſſarion apud Allatium

tium de Conſenſu pag. 841. Locum ex ea verſione Græce editum Romæ A. 1630. notat Warthonus, Græce & Latine cum Jo. Leunclavii verſione prodiit ad calcem Leontii de ſectis Baſil. 1578. p. 584—599. & in auctario Bibl. Patrum Ducæano Pariſ. 1624. Tomo I.

7. Etiam *libros Auguſtini de Civitate Dei* à Planude Græce verſos tradit Geſnerus in Bibl. pag. 509.

8. Volaterranus libro XVII. Commentar. Urbanor. & ex eo Geſnerus ac Simlerus ſcribunt *Macrobii Saturnalia* à Planude Græce verſa eſſe, qvod ægre mihi perſvadeo, & commentarios in Somnium intelligendos eſſe ſuſpicor.

9. *Donati Grammatica parva*, MS. in Bibl. Bodlejana Cod. Barocc. 71.

*Græce ſcripta,*

Romanæ initio fidei faviſſe Planudem, * eamqve ob rem ab Imperatore CPol. multa paſſum, in cuſtodiamqve tandem conjectum & contra ſentire coactum fuiſſe tribus editis contra Romanam Eccleſiam argumentationibus refert Volaterranus.

10. *Capita* ejus tria *de proceſſione Spiritus S.* cum Beſſarionis & Georgii Metochitæ reſponſione Græce & Latine edidit Petrus Arcudius in Opuſculis aureis Rom. 1630. 1671. 4. Neſſelius I. p. 22 etiam qvartum Planudis caput commemorat, qvod incipit: ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ τριὰς θεωρεῖται. & pag. 345. λόγον περὶ πίστεως diviſum in capita XX. Incip. πάσης ἀγαθῆς πράξεως.

11. *Sylloge Canonum* adhuc inedita, qvam eloqventiſſimam vocat Nic. Comnenus pag. 4. *Nomocanonem* allegat pag. 363. Titulum περὶ χειροτονίας pag. 70. 74. 190. 220. 274.

12. *Orationes II. de viribus precum*, ex qvarum poſteriore locum à Svario expreſſum diſſimulato nomine, notat id. pag. 6.

13. *Orationem de Veritate* laudat id. pag 345.

14. *Oratio in Apoſtolorum principes Petrum & Paulum* ſub Gregorii Nyſſeni nomine edita Ingolſtad. 1620. 4. à Gretſero, ab Allatio pag. 87. de

* *Planudes, vir elegantiſſima ſapientia atque infinita eruditionis, quem ſibi afferunt nequicquam Photiani, ut alibi* ( in teſtimonio Græciæ ) *oſtendimus, æquandus ſane cuilibet Latinorum ſapientiſſimo, quippe mira felicitate & elegantia, difficillima quaque proponens & ardua diſſolvens, infinitis operibus Græciam, imo literariam Remp. univerſam auxit.* Hæc Nic. Comnenus pag. 190. Prænot. myſtagog.

de Simeon. & pag. 294 & 295. de conſenſu & à Lambecio IV. pag. 57. & VIII. pag. 70. ſq. Planudi vindicatur. Incipit: ἔδοξε μοι λέγειν τι περὶ τῶν Ἀποστόλων.

15. *Oratio in ſepulturam CHriſti & B. Virginis planctum funebrem* Εἰς τὴν Θεόσωμον * ταφὴν καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον &c. Incipit: ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον. Græce prodiit Pariſ. 1557. apud Andream Wechelum. Latine ex Joachimi Axonii Graviani verſione exſtat in ſupplemento Bibl. Patrum Colonienſi A. 1622. & Morelliano Pariſ. 1639. Tom. 1. p. 836. & in Bibl. Parum edit. Lugd. Tom. XXVII.

16. *Laudatio S. Diomedis Martyris* citatur ab Allatio pag. 202. contra Hottingerum.

17. *Vita Arſenii Patriarchæ CPol.* à Nic. Comneno pag. 74.

18. *Tria epigrammata hiſtorica in templum S. Andreæ* confeſſoris imaginum à Theodora Auguſta inſtauratum, qvæ Græce edidit Cangius ad Zonaram pag. 35. ſeq. & emendavit Jo. Boivinus notis ad Nicephorum Gregorum pag. 854. De templo illo idem Cangius libro IV. CPolis Chriſtianæ pag. 112.

19. *Aliud in templum SS. Marciani & Martyrii.* Cangius ad Zonaram pag. 44.

20. *Enarratio de Dominicis thematibus Hieroſolymis.* Meminit Geſnerus in Bibl.

21. *Epiſtolæ CXXII.* MStæ in Bibl. Cæſarea, una cum ejus homiliis ſupra memoratis in Petrum & Paulum Apoſtolos, martyremqve Diomedem. Vide Lambecium IV. p. 56. Neſſelium IV. pag. 138.

22. *Comparatio hiemis & veris* in eodem Codice Cæſareo.

23. De Planudis *Grammatica, dialogo de qvæſtionibus Grammaticis* qvi inſcribitur *Neophron & Palatinus*, nec non de *Syntaxi* dictum à me eſt Volum. VII. pag. 46. *Epimeriſmata* ejus memorat Geſneri Bibl.

24. De *Vita Æſopi fabulisqve Æſopicis*, Maximi Planudis ſtylo digeſtis dixi lib. II. cap. 9. §. 2. & 5.

25. De *Anthologia Epigrammatum Græcorum* à Planude recenſita, lib. III. cap. 28.

26. De *ſcholiis ad libros primores duos Arithmeticæ Diophanti*, lib. IV. cap. 22. §. 11.

27. Ψηφοφορία κατ' Ἰνδοὺς, ἡ λεγομένη μεγάλη *Calculatoria ſecundum Indos, magna appellata.* MS. in Bibl. Vaticana & teſte Cangio in Bibl. Regis Gall. Codice 1304. Primum fuiſſe Planudem è Græcis qvi

* Ita leg. pro Θεόσημον, in Caſaubonianis p. 39.

qvi Zifris uſus Indicis ſive Arabicis in numerando fuerit, notat Papebrochius in tractatu præliminari ad T. 3. Act. Sanctorum Maji pag. LVI. ex Athanaſii Kircheri Arithmologia, Romæ Anno 1665. edita part. 1. c. ult. & Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 797.

28. *Problematum Volumen*, memorat Geſnerus in Bibl. è Volaterrano.

29. *Commentarios in Rhetoricam Hermogenis.* id. Planudis ad Hermogenem de Statibus MS. in Bibl. Cæſarea, ad calcem Joannis Siculi ad Hermogenem περὶ ἰδεῶν.

30. *In Theophraſti characteres.* Geſnerus.

31. *Eclogam qvomodo appellentur animalia tum terreſtria, tum aqvatilia.* id.

32. *Figuras de Sole & Luna.* id.

33. *Διάγνωσιν ὑελίων τοῦ οὔρου, de colorum in urinis cognitione, & de ſanguine phlebotomiæ*, carmine politico ex Codice Regio 957. uſus eſt Cangius in gloſſario Græco. Exſtat etiam in Bibl. Cæſarea. Lambec. V. pag. 218.

34. *Ariſtotelem de Plantis* ex lingua Punica (imo ex Latino interprete * Galli neſcio cujus qvi ex Arabico verterat) in Græcam retraxiſſe Planudem, notat Simlerus.

35. *Ænigma* MS. in Bibl. Cæſarea, Incip. ἐρήμην πότε δικασθείς.

36. *Adagiorum Centuriæ tres*, ſæpe à Nic. Comneno allegantur.

37. *Additiones ad Bibliothecam Photii.* id. p. 16. 21. &c.

38. *Philologia de hiſtoria Dictyos & Troico bello.* id. pag. 387. prænot. myſtagog.

MARGUNIUS Cretenſis, ſæculo XVI. vergente celebris, & Romæ, Venetiis, Piſis, Patavii ſed & Pariſiis verſatus: primumqve *Manuelis* uſus nomine, neqve à probandis *Latinorum dogmatis* ** alienus: dein-

* Vide qvæ notâvi lib. 3. cap. 6. §. 19.

** Conſtat hoc ex Manuelis Margunii Epiſtola data Patavii 1573. ad Gabrielem Philadelphienſem, qvam Græce & Latine vulgavit vir illuſtris Scipio Maffejus in Epiſtola ad Rev. Abbatem Bacchinum Tom. XXVI. Diarii Venetii (Giornale de letterati d'Italia) pag. 125. Ab eodem eruditiſſimo Viro didici eundem eſſe Manuelem & Maximum Margunium, qvi ex more Græcorum, qvando ad Epiſcopatum evehuntur, nomen ſuum alio nomine, qvod ab eadem littera incipit, permutantium, pro Manuele Maximus dici voluit. Ad Manuelem Margunium, Martini Cruſii Epiſtola p. 527. Turco Græciæ. A Cangio, accuratiſſimo Viro perperam traditur Margunius vixiſſe A. 1500. & à Maximo Cythereníi Epiſcopo qvi A. 1600. ſcripſerit diſtinguitur.

deinde acris illorum adverſarius, & ex qvo Cytherorum in Inſula Cypro Epiſcopatum poſt A. 1574. ſuſcepit, *Maximi Margunii* nomine notior, varia ſcripſit Græco, Græco barbaro & Latino ſermone, qvæ prout mihi innotuerunt, hic commemorabo.

1) *Latine* vertit nondum Epiſcopus, Joannis Cantacuzeni Panegyricum in S. Baſilium. Meminit Nic. Commenus p. 399.

2) *Græcobarbaro ſermone Vitas Sanctorum* ex Græcorum Synaxariis Metaphraſtisqve & aliorum laudationibus. Venetiis apud Anton. Pinellum 1621. 1630. 4.

Notæ Margunii ad Metaphraſtæ vitas, citantur à Nic. Comneno p. 14. 25. &c. qvi etiam Νέον ejus λειμωνάριον allegat p. 37.

3) *Canones Apoſtolorum, Conciliorum & Patrum, cum ſcholiis* id. p. 10, 16, & paſſim.

4.) *Joannis Climaci ſcalam* ſcholiis illuſtratam, Venet. 1590 4.

5) Scripſit præterea *Antirrheticos II. contra Andream Coloſſenſem pro Marco Epheſio.* Antirrheticum ſecundum laudat Nic. Comnenus Papadopoli pag. 253. prænotionum Myſtagogicarum, qvo in toto opere multus eſt in Margunio oppugnando & exagitando, defendendisqve contra ejus objectiones Latinis.

6) *Libellum de traditionibus Eccleſiæ*, qvem eleganter ſcriptum à juvene citat idem p. 27.

7) *De Eccleſiaſticis dogmatibus.* Idem Comnenus p. 42.

8) *Dialogus Græci cum Latino de proceſſione Spiritus S.* editus Londini 1624. 4. cum aliis aliorum ſcriptis, de qvibus infra p. 784. Oppugnat Allatius de Conſenſu pag 589. 600. 608. 611. 620. ſeq. &c. & in libro qvem vulgari Græcorum ſermone de proceſſione Spiritus S. compoſuit p. 252. ubi negat eſſe Margunii, & in libro contra Creyghtonum pag. 194. *Auctor ſchismaticus Dialogi de proceſſione Spiritus S. & aliis Latinorum erroribus, typis Londinenſibus ſub nomine Maximi Margunii editus eſt. Scriptoris nomen incompertum latet in MStis adeo antiqvo charactere exaratis, ut ætate ipſa Margunii multo vetuſtior ſit, cui ipſe Margunius Epiſtolam* Venetiis A. 1587. datam *præfixit, qva deluſi typothetæ dialogum univerſum Margunio ſuppoſuere.* Adde Allatium p. 369.

9) *Diſputationem contra Georgium Metochitam.* Nic. Comnenus pag. 232.

10) *Adagia antiqua* id. pag. 55.

11) *Synodicam Hiſtoriam*, id. pag. 302.



Digitized by Google

12) *Hymni Anacreontici novem*, qvos Græce ediderat David Hœſchelius Lugd. Bat. 1592. 8. Græce & Latine leguntur in Corpore Poëtarum Græcorum Tragicorum, Comicorum & Lyricorum Genev. 1614. fol. Tom. 2. pag. 139-208.

13) *Sermones Quadrageſimales.*

14) *Variæ Epiſtolæ*, Græce à Margunio ſcriptæ, ſunt vulgatæ ab Hœchelio variis in locis, ut ante Bibliothecam Photii, & cum Nic. Cabaſilæ Oratione contra foeneratores: & ante Gregorii Nyſſeni opuſcula qvinqve: nec non ab Henrico Savili in notis ad Chryſoſtomum Tom. VIII. p. 114. Alias XVI. Epiſtolas ſervat vir ſupra laudes Scipio Maffejus à qvo jam notavi editam illius unam datam ad Gabrielem Philadelphienſem.

15) *Epigrammata varia*, ut qvod Danielis Furlani Commentario in Ariſtotelem de partibus animalium præmittitur, & cujus initium apud Cruſium pag. 538. Turco Græciæ.

*Maximus* è Callipoli Peloponneſiacus Hieromonachus (à Margunio utiqve diverſus atqve adeo diſtingvendus) in gratiam Cornelii Hagæ, * Belgici ad Turcarum Imperatorem Legati *Græcobarbaro ſermone* tranſtulit *Novum Teſtamentum*, editum cum Lucaris præf. græcis ex adverſo poſitis Genev. 1638. 4. typis majoribus nitidisqve. Deinde illa verſio interpolata à *Seraphino* Hieromonacho Mytilenenſi prodiit Lond. 1703. 12. qva me ipſe donavit cum Hamburgi verſaretur. Hanc 1704. poſt anathema Vulcano traditam in medio aulæ Patriarchii CPolitani narrat Alexander Helladius de ſtatu præſenti Eccleſiæ Græcæ pag. 247. qvi Margunii interpretationem reprehendit pag. 292. ſeq. nec minus pag. 322. ſeq. invehitur in editionem Hallenſem 1710. 12. (repetitam in Novo Teſt. qvadrilingvi V. C. Chriſtiani Reineccii Lipſ. 1713. fol.) qvam recenſuit *Anaſtaſius* Macedo Nauſenſis, cum notulis & interpolationibus Itali hominis *Liberii Colleti*, licet Athenienſem ſe venditet. Specimen novæ verſionis ſuæ exhibet Helladius p. 302.

*Maximi Mazari*, Monachi Canones Alphabetici ex Codice Colbertino 4343. citantur à Cangio. De aliis Maximis dixi Volum. VIII. pag. 769. ſeq. & IX. pag. 417.

*Baſilii Megalomitis* ænigmata circiter XVIII. MSta ſervat Bibl. Bodlejana in Codicibus Baroccianis 71. & 111. una cum ænigmatibus Micha-

* Confer Rich. Simon. lib. 2. Hiſt. Critic. N. T. cap. 20.

Digitized by Google

Michaëlis *Pſelli* ad Michaëlem Ducam, nec non *Georgii* cognomento *ἀφυοῦς* & *Euthymii* qvæ cum S. Artemii Oraculis exſtant Cod. 76. Habeo & ipſe ænigmata Pſelli ſcripta verſibus politicis, è qvibus nonnulla ſpeciminis vice infra adſcribam. Ænigmata veterum Poëtarum Græcorum Latinorumqve collegit Conradus Rittershuſius ad calcem Phædri Lugd. Bat. 1598. 8. Exſtat & inſignis libellus Libii Gregorii Gyraldi qvo ænigmata pleraqve antiqvorum explicantur ad Jo. Thomam Picum Mirandulæ principem Tom. 2. Opp. pag. 613. ut Nic. Reuſneri, Jac. Maſenii aliorumqve in hoc genere ſtudium omittam. De Sympoſii & Aldhelmi ænigmatibus dixi in novo ſupplemento Bibliothecæ Latinæ, ubi etiam à viri docti diceſſi ſuſpicione, cui ſub Sympoſii ænigmatibus viſum eſt latere memoratum Hieronymo Lactantii ſympoſium. Sed ecce tibi tria primora Pſelli ænigmata.

Τοῦ σοφωτάτου ΨΕΛΛΟΥ πρὸς τὸν βασιλέα
ΜΙΧΑΗΛ τὸν ΔΟΥΚΑΝ αἰνίγματα.
στίχοι πολιτικοὶ ἡρωελεγεῖοι ἰαμβικοί.
νοῦς ἢ ἄγγελος.

Ἔστι τι ζῶον λογικὸν, δέσποτα στεφηφόρε,
Ὁρῶν οὐκ ἔχον ὀφθαλμοὺς, ἐκτὸς ποδῶν βαδίζον
Ἐστερημένον κεφαλῆς, ἀκέραιον τὰς φρένας,
Πνεύμονος ἄτερ καὶ λοβῶν, καρδίας καὶ κοιλίας,
Ἐστερημένον τοῦ παντὸς τινὸς οὐ λελειμένον.
Τί τοῦτο; φράσον, λέξον, ἔξειπε, δήλωσον, γράψον,
ὡς συνετὸς, ὡς νουνεχὴς, ὡς ὑπερφέρων πάντων.

Οὐρανός.

Σφαῖρα τις ὕπερθεν τῆς γῆς πετάλοις σκεπομένη
Ὕπτιος ὑπανάκειται ὕδατος πεπλησμένη,
Καιρῷ προσφόρῳ λάμπουσα, πάλιν μαραινομένη,
Ἀλέαν ἀποτίκτουσα, σβεννύουσα τὴν ζέσιν.
Τοῖς εὐπαθοῦσι πρόφορος, τοῖς δυσπαθοῦσι πλέον.
Νοσήματα γεννητικὴ, λυτήριον τῆς νόσου.
Τίς αὕτη, πορφυρόβλαστε, τῆς λύσεως τίς λόγος;

Ἐνιαυτός.

Εἶδον ἀῤῥήτοις ὄμμασι, δέσποτα στεφηφόρε,
Νέον πρεσβύτην ἐν ταυτῷ τέλειον, λελειμμένον,

Ὑψιπετῆ καὶ χθαμαλὸν, κλονούμενον, ἑδραῖον,
Φωτίζοντα, σκοτίζοντα, τέμνοντα, συνελθόντα.
Τοὺς μὲν ἐκ γῆς ἀνάγοντα, τοὺς δὲ πρὸς γῆν κρατοῦντα
Καὶ σώζοντα καὶ τῇ φθορᾷ τῆς ὕλης συμπηγνῦντα.

*Melanii Cocini* excerpta iatrica de febri ardente, ἑρμηνεία πάνυ ὠφέλιμ☉ εἰς τὸν πυρετὸν, γράφεται δὲ οὕτως μετὰ Μελανίου Κοκίνου. Citatur à Cangio ex Cod. Reg. 1261.

*Metrophanes* Smyrnæus Photii æqvalis, cujus expoſitio in Epiſtolam Catholicam Johannis citatur à Joanne Vecco Tom. 2. Græciæ Orthodoxæ pag. 605. ſeq. Epiſtola ad Manuelem Patricium qva res in cauſa Photiana ab A. 858. ad 870. narrat, Latine apud Baron. ad A. 870. n. 453. & Græce ac Latine Tom. VIII. Concil. Labbei pag. 1385. & Tom. V. Harduin. pag. 1111. Primus utraqve Lingva cum Actis Concilii CPol. IV. A. 870. habiti ediderat Matthæus Raderus Ingolſtad. 1604 4. Photiana qvædam huic tribui Metrophani notat Allatius de conſenſu pag. 575.

*Metrophanes* Epheſius Metropolita à Nic. Comneno allegatur. De *Metrophane Critopulo* ſupra p. 498. ſeq. *Metrophanes* CPolitani Epiſcopi tres, de qvibus Vol. VI. p. 760.

*Michaëlis Cortacii* λόγ☉ ἐπιδεικτικὸς περὶ τοῦ ἀξιώματ☉ τῆς ἱερωσύνης. Venet. 1642. 4. Alii Michaëles ſupra pag. 221. ſeq.

*Modeſtinus* Nomophylax JCtus, Logotheta dromi, in chryſobullum Nicephori Botaniatæ de inceſtis nuptiis & ſponſalibus citatur à Nic. Comneno p. 394. Ejusdem ſcholia ad Novellas Conſtantini & Leonis pag. 371. 402.

*Georgius Moſchampar* à Jo. Vecco oppugnatus. Vide infra, p. 677.

*Nathanaël Canopius*, Cyrilli Lucaris ſyncellus, qvi Inſtitutiones Theologicas Joannis Calvini Græce vertere inſtituit. Vide Allatium de conſenſu pag. 1020. ſeq.

*Nathanael Chumnus* Monachus, qvi CPoli ante annos 400. vixit. Ejus Oratio ad Theſſalonicenſes miſſa & variæ Epiſtolæ MSS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſ. è qvibus apparet illum alterum fuiſſe Jobum, cui tot adverſa contigerunt, ut dici vix qveat. Ejus ſcripta vel ob ſummam pietatem digna lectu judicabat Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis pag. 21. De aliis Chumnis Georgio, Michaële & Nicephoro infra pag. 670. qvibus adde Demetrium Chumnum, Theſſalonicenſem Archi

Ep.

Ep. cujus exſtat Epiſtola ad Barlaamum Monachum, Gyracenſem Epiſcopum.

*Nectarius* Synaxarii auctor Nicephoro Calliſto antiqvior. Vide Goarum ad Eccholog. p. 661. & Nic. Comnenum pag. 138.

*Nectarius* Calaber, Abbas Caſulanus qvem A. 1181. defunctum laudavit Georgius Cuphara: Interfuit Concilio Lateranenſi A. 1180. ut ex actis ejus Concilii & Georgii Corcyrenſis ad Nectarium Epiſtola Baronius ad An. 1180. n. 9. ſeq. Ejus Epiſtolæ ad Georgium Corcyrenſem Archiepiſcopum & alios citantur à Nic. Comneno pag. 12. 207. 217. 342. &c.

De aliis Nectaris dixi Volum. VIII. pag. 407 ubi etiam de Nectario Hieroſolymitano Patriarcha, cujus nomine à Doſitheo ſucceſſore edita Græce eſt *ἀντίῤῥησις* contra Petrum Franciſcanum, qva Papæ imperium in Eccleſiam oppugnatur. Eam ajunt ſcriptam primum Arabice, qvod idioma hodie in Syria Palæſtinaqve vulgare eſt. Nectarium ſive qvem auctorem eſſe malunt Doſitheum oppugnat præter Stephanum de Altimura (de qvo ſupra p. 444.) Nic. Comnenus in prænotionibus myſtagog. reſponſo VI. ſect. 2. qvi ſect. 5 p. 384. Nectarium vocat vagum ex more Photianæ ſectæ Patriarcham, qvi vix annum in ſua Eccleſia moratus, Aſiam, Ægyptum, Europam ad corradendam pecuniam peragraverit. Subjungit Nectarius *Leonis* Diaconi Nomophylacis expoſitionem fidei p. 369. & Relationem Macarii Nicomediæ & aliorum Epiſcoporum & Clericorum, nec non Definitionem Philothei Alex. Dorothei Antiocheni & Joachimi Hieroſol. contra Synodum Florentinam. p. 372. 377.

*Neophyti* Monachi ſcholium de numeris Indicis citat Cangius ex Codice Colbert. 1758. Idem conſulendus de *Neophyto* Chemico & de herbis ſcriptore inedito. De aliis Neophytis ſupra p. 331.

*Neophytus Rhodinus* Cyprius de ſeptem Eccleſiæ ſacramentis Græce editus Romæ 1628. ejusdem Panoplia 1630. *ἐξήγησις εἰς τὴν ᾠδὴν τῆς Θεοτόκου*, 1636. Ejusdem Martyrium S. Neophyti id. ſynopſim vernaculam Doctrinæ Chriſtianæ laudat Nic. Comnenus pag. 28. 328.

*Nicaus* JCtus nomophylax in explicatione novellarum citatur ab eodem Comneno p. 371.

*Paleſtrius* Monachus ab eodem Comneno allegatus.

*Panaretus*, de qvo ſupra in Matthæo Qvæſtore.

*Parthenii* Patriarchæ CPol. fuere plures ſæculo XVII. vide Volum. VI. pag. 760. Ex his illum qvi A. 1644. & poſt, dignitatem illam geſſit, Calviniſmo addictum arguit Allatius de conſenſu p. 1021. 1061. 1076. 1082. &c. Ante hunc Parthenius A. 1642. decretum ſynodale Cyrilli Lucaris & Calvini dogmatibus adverſum promulgaverat, de qvo ſupra 499.

*Patricius Ararſius*. Πατρικίου Ἀραρσίου τοῦ μακάρος ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ἐπιλεγομένου ὠκεανοῦ de hæreſi Arii, fragmentum apud auctorem Synodici à B. D. Joanne Pappo editi cap. 32.

De *Paulo* Ægineta & aliis Paulis infra libro VI.

Legi, inqvit Allatius adverſus Creyghtonum pag. 692. ad *Phacraſem* ὄντα λογοθέτην τῶν ἀγκλῶν Epiſtolas plurimas Maximi Planudæ, & ad Johannem Phacraſem Epiſtolam Georgii ſive Gregorii Cyprii, Patriarchæ CPol.

*Georgii Phacraſſa* equitum ducis meminit Jo. Cantacuzenus Hiſt. III. 22.

Μανουὴλ Κανταχουζηνὸς ὁ Φακρασῆς Syropul. ſect. 8. c. 3.

*Phacraſes* qvi interfuit Concilio CPol. contra Medienſem & Ancyranum Epiſcopos. Allat. p. 702.

Ad *Matthæum Phacraſſem* Serrarum Epiſcopum legitur Epiſtola Iſidori Archi-Ep. Theſſal. Cod. Vaticano MS. Græco 651. p. 236. Allat. pag. 704.

Emanuelis Philes Jambi ſepulchrales in Phacraſen:

δῖον τὸ συμβάν; Φακρασῆς γὰρ ἐνθάδε
Θρήνων ἀφορμή. Φακρασῆς. ὢ τῆς τύχης!
Τί γὰρ τοσοῦτον ἄλλο δεινὸν τῷ χρόνῳ;
Τῆς φύσεως τὸ θάμβος ἐν τοῖς ἀψύχοις
Τῶν πραγμάτων ὁ κόσμος ἐν τάφῳ κόνις.
Τὸ κάλλος εἰς γῆν, ἀπρεπὴς ἡ σεμνότης.
Ἡ δόξα καπνός. ἐν σιγῇ τὰ τῶν λόγων.
Ὁ πλοῦτος ἀργός. εὐτελὴς ὁ πᾶς βίος.
Ὁ καλλίπαις ἔρημος. ὢ ζῶντος πάθος.
Ἀνδρὸς τελευτῆς ζῆν ἀτεχνῶς ἀξίου.
Λειμὼν γὰρ ἦν ἐκεῖνος εἰς τὸ πᾶν γένος
Τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐντελεῖ βλάσῃ βρύων

Ἡ χά-

Ἡ χαρίτων θάλαμος, ἢ μουσῶν τόπος;
Ἡ καταγωγὴ τῶν Θεοῦ προσαγμάτων,
Ὅις ἐκ βρέφους ὥπλιστε λαμπρῶς τὸν βίον
Ἀντικαταστὰς πρὸς τὰ τῆς ὕλης πάθη.
Τίς ἱκανὸς τοσοῦτον πενθῆσαι τέρας;
Ἥλιε καὶ γῆ, καὶ τελευταῖοι κρίτοι,
Κᾂν ἐκ θαλαττῶν συνάγῃ τὰ δάκρυα;
Πρεσβύτατον γὰρ καὶ πρὸ τῆς ἡλικίας
Ἐκεῖνον εὑρὼν, καὶ περὶ λόγους μέγαν,
Αὐτὸς βασιλεὺς, ὁ σκοπῶν εὖ τὰς φύσεις
Ἀνῆκεν αὐτῷ τὰς λαβὰς τῶν πραγμάτων
Ὁ δ' εὐθὺς ἦν ἄγρυπνος ἐν τούτοις φύλαξ
Σοφῶς κυβερνῶν τῶν φυλῶν τὴν ὁλκάδα
Καὶ Λογοθετῶν ἐγκριθεὶς τῆς ὀλβίοις
Ὁσημέραι προὔκοπτεν εἰς τὰ βελτίω.
Τοῦ δὲ φθόνου πνεύσαντος αὐτῷ πρὸς βίαν
Καὶ τὴν ἀγαθὴν παρενεγκόντος τύχην
Ὁ παῖς βασιλεὺς τοῦτον εὑρὼν πατρόθεν
Τὰς ἰδίας προὔθηκεν αὐτῷ φροντίδας.
Κἀνταῦθα δειχθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν
Ἐδυσφόρει μὲν κατὰ τῆς φαύλης τύχης.
Ἔχων δὲ τὴν σύνευνον ἑδραίαν βάσιν
Ἐπεὶ βοηθὸς, καὶ τρυγὼν ἦν τὸν τρόπον
Καὶ τῇ κατ' αὐτὸν προσφυῶς ὄντως φύσει
Πέπονθεν οὐδὲν ὑπὸ τοῦ δεῦρο κλόνου.
Ὤφθη δὲ τοῦ θλίβοντος αὐτὸν βελτίων
Καὶ τοῦ βίου κάλλιστα τὸν πλοῦν ἰθύνας
Καὶ λαμπρὸν ὑπόδειγμα φανεὶς τῇ κτίσει. * * *

*Philippus* Cyprius Protonotarius CPolitanus poſt A. 1639. ſcripſit Chronicon Eccleſiæ Græcæ, ſive ſucceſſionis Patriarcharum CPol. cum notitia Epiſcopatuum Patriarchæ CPol. ſubjectorum. Primus Græce & Latine edidit Nic. Blancardus Franeqveræ 1679. 4. addito Chriſtophori Angeli de ſtatu, dogmatis & ritibus hodiernorum Græcorum libello cum Georgii Fehlavii verſione. Poſtea hoc Philippi ſcriptum Latine ex Blancardi verſione cum Henrici Hilarii Rectoris Cellerfeldenſis commentario lucem vidit Lipſiæ 1687. 8. Deniqve Græce & Latine legitur in celeberrimi Viri Anſelmi Bandurii Imperio Orientali Tom. 1. p. 218. ſeq. Pariſ. 1711. fol. ut dixi Vol. VI. p. 576. *Pho-*

*Phocas* Drungarius Viglæ, JCtus, cujus ſcholia ad leges & Pandectas citat Nic. Comnenus pag. 372. 402. De alio Johanne Phoca vide Vol. VI. pag. 705.

*Phythæus* de proceſſione Spiritus S. citatur ab Allatio p. 419. libri contra Hottingerum.

*Polyeucti* ab A. 956. a 970. Patriarchæ CPol. Synodicon de ſangvine & ſuffocato citat Nic. Comnenus p. 145.

*Prochorus Cydones*, Demetrii Cydones (de qvo ſupra pag. 385.) frater, Hieromonachus adverſus qvem Joannes Cantacuzenus ſcripſit ἀντιῤῥήσεις de lumine Thaborio.

*Procopium* chartophylacem in eclogis hymnorum & ſcriptorum Samonæ Gazenſis laudat Nic. Comnenus pag 397. De aliis hujus & aliorum Procopiorum ſcriptis dixi Vol. VI. pag. 285. ſeq.

*Franciſci Proſalentis* è Corcyra Inſula liber Oxoniæ ſcriptus & in Belgio deinde editus adverſus Benjaminum Woodrofium præceptorem in Anglia ſuum pro traditionibus Græcorum vindicandis.

*Rhaſoxeſtes* de ſacris officiis citatur ab eodem Comneno p. 407. ubi Photianis junioribus annumerat.

*Rhetorius* de XII. Signis citatur à Cangio ex Cod. Reg. Rhetorii excerpta ex Antiochi Aſtrologi theſauris apoteleſmatum MS. in Bibl. Cæſarea.

*Romani Nicephori* Theſſalonicenſis, qvi ſæculo XVII. in Gallia vixit ex ordine Capucinorum, Grammatica linguæ Græcæ vulgaris, communis omnibus Græcis, ex qva alia artificialis, peculiaris eruditis & ſtudioſis tantum. Laudat idem Cangius ex Codice Colberteo 3663.

De Romani I. & II. legibus & conſtitutionibus & de Romano Cubiculario qvi Medica ſcripſit, infra libro VI.

Ex *Rufo* leges militares in jure Græco Romano Freheri T. 2. pag. 249-255.

*Santabarenus*, in qvem tanqvam ſceleſtiſſimum invehitur Nic. Comnenus pag. 410.

*Sergium* Hagiopolitem explanatione Epiſtolæ 1. ad Corinthios laudat idem p. 398.

*Sylveſter Syropulus* qvem Sguropulum Creygthonus appellat, magnus Eccleſiarcha * qvi Concilio Florentino A. 1439. interfuit, ejusqve

* Pag. 59. Hiſtor. Concil. Florentin. Ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης ὁ καὶ τῶν παρόντων συγγραφεύς.

Digitized by Google

qve hiſtoriam ſcripſit, ab unione cum Eccleſia Romana longe alienus, qvam per vim & fraudem Græcis obtruſam docet. Hanc ex Codicis Bibl. Regiæ Pariſ. apographo cum verſione edidit & Carolo II. Angliæ Regi inſcripſit *Robertus Creygthon* ſive *Critonius* † D. & S. Burianæ Decanus, Hagæ 1660. fol. Eamq; cum Theodori Xanthopuli hiſtoria atqve Actis Horatii Juſtiniani conferri omnino eſt operæ pretium, licet Allatius in exercitationibus Rom. 1674. 4 contra Creyghtonum editis, fidem omnem ei detrahere laborat. Diverſæ ab editis Concilii Florentini hiſtoriæ Græce ſcriptæ mentio in Epiſtola IX. Rob. Huntingtoni ad Joannem Laſcarem, archiepiſcopum montis Sinai. Idem Huntingtonus Theodori Xanthopuli hiſtoriam Georgio Scholario tribuit.

*Sicidites* idem cum Michaële Glyca. ſupra p. 228.

*Siſinnii* ab A. 969. ad 999. Patriarchæ CPol. ſynodicon, ut judices utramqve partem audiant, allegat Nic. Comnenus pag. 283. Aliud ne duobus fratribus liceat ducere duas conſobrinas, exſtat in Freheri jure Græco Rom. lib. 3. pag. 197. De Siſinnio antiqviore, Novatianorum CPoli Epiſcopo, ejusqve libro de pœnitentia qvo Joh. Chryſoſtomi dictum *millies peccaſti, millies pœnitentiam age* exagitaverat, videndi Socrates V. 10. 11. VI. 1. 21. 22. Sozomenus VII. 12. VIII. 1. De ſynodico ejus adverſus Maſſalianos Photius Cod. 52. Meminit etiam Nicephorus Gregoras pag. 582. Hiſt. Confer Clariſſ. Boivini notas ad Gregoram pag. 793. & Vol. IX. hujus Bibl. pag. 391.

*Sixtus* ſive *Sextus*, JCtus Nomophylax annotationibus ad Novellas citatur à Nic. Comneno pag. 371.

*Soliti* Archidiaconi Epiſtolam ad Majoranum Molphetæ Epiſcopum, in qva de ſacerdotalibus Græcorum Orientalium habitibus diſtincte agit, laudat Dominicus Macri in Hierolexico, voce epigonation. Sed Epiſtola illa Italice ſcripta eſt. Ibidem nonnulla affert ex gloſſario Cabaſilæ.

*Sophoniæ* Paraphraſis Græca in libros Ariſtotelis de anima MS. in Bibl. Cæſarea. Neſcio idemne Sophonias ad qvem Simon CPolitanus ſæculo XIV. ſcripſit, ut dixi pag. 328.

De *Sorano* Medico utroqve infra lib. VI.



† Critonium vocat Nic. Heinſius p. 202. Poëm.

Digitized by Google

*Soterichus Pantevgenus* vir eruditus, ſed ob hæreſin in exilium pulſus imperante Man. Comneno; vide Allatii præfationem ad excerpta Rhetorum, & lib. de conſenſu p. 691.

*Spachanis* Epiſtolam ad Meletium Monachum ex editione Rudolphi Gvaltheri, citat Cangius in Græco gloſſario.

*Splenii* Philoſophi *ἐξήγησις καὶ ἑρμηνεία περὶ γενέσεως ἀνθρώπου* ſcriptum breve de generatione hominis, MS. in Bibl. Cæſarea & Vaticana. Incip. *Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον ἐν μὲν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀλλοιοῦται εἰς αἷμα.*

De *Stephano* Athenienſi Medico aliisqve Stephanis infra, libro VI.

*Sticharas* Hieromonachus à præpoſito Lauræ in monte Atho ob hæreſin percuſſus anathemate, ſæculo ſuperiore XVII.

*Styliani Mappa*, Neocæſarienſis Epiſcopi in Euphrateſia ac Metropolitæ qvi Photii adverſarius Concilio CPol. A. 870. ſubſcripſit, lucubrationem brevem de S. Trinitate edidit Græce & Latine celeberr. Montfauconus Pariſ. 1715. in Bibl. Coisliniana pag. 88—90. Incip. *εἰ καὶ λόγου τυχεῖν.* Ejus Epiſtolæ duæ ad Stephanum VI Papam in cauſa Photiana, exſtant Græce & Lat. Tom. VIII. Concil. Labbei p. 1397. & 1410. & Tom. V. Harduin. p. 1122. 1130. Vide & Baron. ad A. 886. n. 17. Sacris interdictum ab Antonio Caulea, qvi Patriarcha CPol. fuit ab A. 893. ad 895. notat Nic. Comnenus pag. 410.

*Thalelæi* junioris Anteceſſoris JCti ſyntagma novellarum omnium & ſcholia ad novellas Baſilii Macedonis citat Nic. Comnenus p. 345. & 403.

*Theodulus* Monachus idem cum Thoma Magiſtro, de qvo dixi lib. 4. c. 34. §. 10. Alius Theodulus presbyter in cœleſyria A. 492. defunctus, cujus *librum de conſonantia Divinæ ſcripturæ contra antiquos hæreticos* laudat Gennadius c. 91. de Script. Eccleſ. & ex eo Honorius lib. 2. c. 90. qvi Theodorum vocat. De *Commentario in Epiſtolam ad Romanos* qvem ex Jo. Loniceri verſione Latine exhibent Orthodoxgrapha, alibi dixi, Oecumenio eum deberi. Deniqve Theoduli inferiorum temporum latini poëtæ Leonini *Eclogam* de qva Sigebertus cap. 134. habeo exaratam in membrana qvæ incipit: *Æthiopum terras cum fervida torruit æſtas.* Hunc Theodulum male cum Gennadiano eundem faciunt Trithemius cap. 185. de ſcriptor. Eccleſ. Poſſevinus, aliiqve. Recte diſtinguit præſtantiſſimus Caveus.

*Theolepti* Philadelphiæ Epiſcopi ac Metropolitani circa A. 1310. clari Canones ſive hymni eccleſiaſtici catanyctici & paracletici qvatuor, & unus

& unus ad animam ſuam de reſurrectione & judicio extremo exſtant Latine ex Jacobi Pontani S.J. verſione, ad calcem Simeonis S. Mamantis, Ingolſtad. 1603. 4. atqve inde in ſupplemento Bibliothecæ Patrum Morelliano T. 1. p. 862. & in Bibliotheca Patrum edit. Colon. T. XI. & Lugd. T. XXII.

*Theophilitzes* Nomicus JCtus, cujus eclogen Novellarum citat Nic. Comnenus pag. 15. & epitomen Baſilicon pag. 372. ſcholia ſive ecthesin ad epitomen Legum Leonis pag. 400.

*Theophronius* Cappadox, Eunomii diſcipulus de cujus hæreſi Nicetas lib. V. Theſauri Orthodoxæ fidei c. 36.

*Theoſteriĉtus* Medicienſis in Bithynia Monachus de vita Magiſtri ſui Nicetæ Confeſſoris, (circa A. 830. ſcripta) Latine ex Sirleti verſione apud Lipomannum & Surium 3. April. Græce vero ex MS. Vaticano ad calcem Tom. 1. Act. Sanctor Aprilis pag. XXII. & Latine p. 254.

*Thomas Diplovatacius.* Supra in Diplovatacio.

*Thomam Magiſtrum* JCtum de dignitatibus Romanis citat Nic. Comnenus pag. 156. Alterius Thomæ Magiſtri, Monachi vitam Socratis laudat pag. 281. De hujus, qvi *Theoduli* deinde adſcivit nomen, aliis ſcriptis editis & ineditis dixi lib. 4. cap. 34. §. 10.

*Thomas* Selybriæ Epiſcopus ſcholiis in Canones pœnitentiales S. Baſilii citatur à Nic. Comneno pag. 243.

*Timothei* Patriarchæ Alexandrini reſponſa ad qvæſita Canonica citantur à Cangio: Reſponſum qvartum à Nic. Comneno p. 267. prænotion. myſtagog.

*Tipucitus* JCtus freqventer ab eodem Comneno laudatur, Harmenopulo antiqvior, ex qvo pleraqve ſuppreſſo nomine Diplovatacius & Jo. Laſcares, ut p. 320. notat, Alciatus etiam multa, ſi eidem Comneno p. 338. credimus. Ejus ecthesin in Pandectas allegat paſſim, ut pag. 192. 205. 235. In Codicem p 196. In Baſilica p. 388. 398. 400. &c.

*Georgius Hieronymus Vlachus* Cretenſis, cui Menæorum editionem debemus Venet. 1634. ſex in fol. Voluminibus.

*Zacharias Gerganus*, Epiſcopus Artæ, ad Lutherana noſtra qvandoqve, interdum etiam ad Calvini dogmata viſus inclinare, unde Nic. Comnenus pag. 283. *Gerganus, vel quisquis ille fuit qui Græco ſub nomine multa è cœno Calvinianorum contra liberum arbitrium hominis, Græcia propoſuit in expoſitione fidei.* At p. 184. criminatur Critopulum cum Gergano nundinatum (circa A. 1620.) longa peregrinatione, peſtilentiſſima dogmata penes Lutheranos. Ejus Catecheſis oppugnata à Jo. Matthæo Caryophilo ut dixi ſupra pag. 416. & Vol. IX. pag. 358.



Digitized by Google

In Bibl. Cæſarea ſervantur Claudii Gviſii Cardinalis Lotharingiæ ἐρωτήσεις ſive *interrogationes* XII. de Fide pro Latinis ad Græcos, & totidem ἀνταποκρίσεις ſive reſponſiones Zachariæ Cretenſis, ſacerdotis pro Græcis. Vide Neſſelium part. 1. pag. 443.

*Zacharias Scordilius Marapbara*, Vicarius Patriarchæ CPol. *Eſt apud me*, inqvit Nicolaus Comnenus pag. 256. prænot. myſtagog. *ſylloge Conciliorum Joannis Tislii, quam Zacharias Marapbara, Photiänus, accuratiſſimis notulis ad marginem conſcribillavit.*

*Euſtratius Joannides Zialowski* Ruthenus, ſupra p. 512.

*Zenonis* Imp. ἑνωτικόν A. C. 482. de qvo vide Sirmondum T. 2. pag. 815. Tillemontium T. XVI. p. 327. 367. 367. 632. Natalem Alex. Sec. V. pag. 96. & 269. &c. Græce exhibet Evagrius III. 14. Hiſt. Latine Facundus XII. 4. & Liberatus c. 18.

*Zoſimæ* Abbatis colloqvia, digna lectu, Græce & Latine edita à Petro Poſſino S. J. in theſauro Aſcetico Pariſ. 1684. 4. Eundem eſſe putat Zoſimam Poſſinus de qvo in vita Mariæ Ægyptiacæ, obſervatqve Joannem Moſchum multa ex eo ad verbum repetiiſſe.

*Joannes Zygomala*, ex Rhetore interpres Patriarchii Eccleſiæ CPol. circa A. 1570. cujus varia apud Cruſium in Turco Græcia, ut dixi Vol. VI. pag. 696. 698. 699. 701. idem opinor, cujus *Orationem in laudem Lucæ Michaëlis Cydoniæ Ducis* una cum *Hermodori Laſtarchi* annotationibus in Demoſthenem MSS. ex Oriente ſecum A. 1598. attulit Georgius Douſa.

*Theodoſius Zygomala*, Jeremiæ Patriarchæ CPol. Protonotarius circa A. 1578. in gratiam Stephani Gerlachii ſcripſit de montibus Sina & Atho & de ſtatu Eccleſiarum Orientis, nec non itinerarium, qvibus ex Bibl. illuſtris viri Ulrici Obrechti uſus eſt Cangius in gloſſario. De eodem crebra in Cruſii Turcogræcia mentio qvi ejus Epiſtolas qvasdam edidit ut notavi Vol. VI. pag. 693. 697. 698. 700. 701. Etiam Epiſtolas qvasdam utriusqve Zygomalæ à B. Chytræo vulgatas dixi ſupra hoc ipſo Vol. p. 511.

# FINIS LIBRI QVINTI.

LEO-

Digitized by Google

808

# LEONIS ALLATII
## DE
# GEORGIIS,
## & eorum Scriptis
## DIATRIBA,

ſcripta A. 1644. &
*ad editionem Pariſienſem A.1651.*
cum notis, ſupplemento
& Indice
recuſa, curante

JO. ALBERTO FABRICIO.

Digitized by Google

882'

Digitized by Google

# VIRO CELEBERRIMO
## ATQVE ERUDITISSIMO
# MICHAELI RICHEY,
## HISTORIAR. ET GRÆCÆ LINGUÆ PROFESSORI IN GYMNASIO HAMB. COLLEGÆ MEO HONORATISS.

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

EN qvod jam dudum ſæpe peroptavi, ut aliqvod monumentum publicum ſtatuere mihi liceret mei in Te amoris, & congruenti aliqvo munuſculo Te referire pro bellis illis Epigrammatis Tuis & præconiis, qvibus me meaqve mactaſti, dum benevolentiæ in me Tuæ obſeqvebare potius, qvam conſuleres criticum acumen, qvo delicatiſſimo & ſagaciſſimo ſapis; vel eam adhiberes

Digitized by Google

beres ingenii ac doctrinæ vim, qvæ C. Perſio & Ariſtarcho Tibi multorum obelorum materiam objeciſſet citius, qvam laudis meritum in lucubratiunculis meis obtuliſſet. Tibi vero hanc Allatii diatribam, meæ qvaſi vicariam conſecrare juvat, cujus delectaberis ni fallor argumento, eruditione, varietate & copia, qvàm de meis copiis ſive de inopia mea præſtare Tibi minus potuiſſem. Cæterum rogo Te ſimul & obteſtor, ut agas qvod agis, atqve præclaris ingenii Tui foetibus prolatis in lucem & hanc præſentem Tibi & poſteram obligare ætatem matures, deinde ſylloge poëmatum tuorum dextro Apolline effuſorum, qvam jampridem exſpectamus a Te, oblectare ac delinire lecturos, tuoqve capiti pulcherrimam coronam nectere ne differas. DEUS proſperitatem Tibi largiatur valetudinis, firmetqve per plurimos annos, ut qvam diutiſſime poſſis præclare porro ut facis de ſtudioſa pube mereri, & egregiis monumentis tuis amplificare rem litterariam, atqve Aſcanium tuum videre per feleciſſima tua incedentem veſtigia, cui tunc demum nihil deerit ad laudem, ſi tui ſe, qvod facere pulchre minatur, qvam ſimillimum præſtiterit. Vale. Scripſi Hamburgi IV. Cal. Octobr. Anni Chriſtiani cIↄ Iↄ cc xx.

LEONIS

Digitized by Google

# LEONIS ALLATII DE GEORGIIS, ET EORVM SCRIPTIS, DIATRIBA.

GEORGII nomen ante Chriſtum, quod ipſe adnotarim, neque co- 303
gnitum, neque in uſu: a) poſt Chriſtum frequentiſſimum fuit. Quamvis enim ab Athenæo lib. 15. b) GEORGVS quidam περὶ τῶν ἐν Ῥόδου θυσιῶν, *De ſacrificiis Rhodiacis*, καὶ ὁ εἰς Πτολεμαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα, παιάν ἐστιν, ὃν ᾄδουσι Ῥόδιοι. Ἔχει γὰρ τὸ ἰὴ παιὰν ἐπιφθεγγόμενον, ὥς φησι Γεωργὸς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδου θυσιῶν. *Carmen, quod in Ptolemæum primum Ægypti regem conſcriptum eſt, & Rhodij canunt, Pæan eſt, cum habeat repetita ἰὴ παιὰν, ut ait Georgus in Opere de ſacrificiis Rhodiacis.* Georgius tamen non fuit. Immò nec Georgus, ſed ſi me non fallit ſuſpicio, Gorgon, qui Heſychio teſte de Rhodiacis ſacrificiis ſcripſit, in voce καταῤῥιπτίτης. & in Ἐπιπολιαῖος. Ερμῆς ἐν Ῥόδῳ, ὡς Γόργων ἱστορεῖ. *Mercurius apud Rhodios, ut Gorgon ſcribit.* Quem eundem eſſe cum ſuperiori nullus dubito. Dictum confirmatur ex ſcholiaſta Pindari Ode ſeptima in Diagoram Rhodium pugilem, ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαι φησὶ Γόργων ἐν τῷ τῆς Σελλιναίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ χρυσοῖς γράμμασιν. *Odem hanc appenſam fuiſſe narrat Gorgon in templo Selenææ Mineruæ aureis literis.* De GORGO c) etiam Alexandri Magni peritiſſimo artifice, & rerum metallicarum callentiſſimo, vide Strabonem lib. 15. & Caſaubonum Comment. in eundem lib. 9. d) ubi craſſæ ignorantiæ Xylandrum accu-

Aaaa ſat,

a) Georgi Aſiæ populi, ab agrorum cultu ita dicti, de quibus Mela lib. 1. c. 2. *Super Amazonas & Hyperboreos, Cimmerii, Ciſſianti, Achæi, Georgi, Moſchi.* Et lib. 2. cap. 1. *Vagi Nomades pecorum pabula ſequuntur, atque ut illa durant, ita diu ſtatam ſedem agunt. Colunt Georgi exercentque agros.* Meminit & Plinius VI. 13. Hiſt. licet alii Codices *Georgi* legunt, alii *Georgili.* Hodie Georgia ſive Georgiana, *Gurguſtan*, paret Perſis, & multos habet Chriſtianos cum Armeniis & Græcis in religione magnam partem conſpirantes.

b) p. 697. Georgum etiam vocat Io. Meurſius lib. 1. de Rhodo p. 51.

c) Γόργος ὁ μεταλλευτὴς Straboni XV. p. 700.

Digitized by Google

ſat, & Gorgi nomen in Strabone ſubſtituit pag. 142. Sed de his, aiebat ille, doctorum eſto judicium. De GORGO MESSENIO, opibus, ac generis ſplendore Meſſeniorum nulli ſecundo, formæ dignitate, & exteriori cultu, & coronarum numero in ipſa adoleſcentia omnium, qui in ludis Gymnicis decertabant celeberrimo, & poſt certamina in Reipublicæ negotiis, ac patriæ adminiſtratione non minori ac ante gloria incumbente;
394 Vide excerpta Polybij e) Valeſiana pag. 12. Ingratus ipſe in lares domeſticos, & ſanctiſſimum parentum cultum injurius dicerer, ſi dum de GORGO ago, GORGORUM patris, & filii pietatem æternitate dignam, ex Diodori excerptis f) non aſcriberem. ὅτι ἦν τις Γοργὸς Μοργαντῖνος ἐπικαλούμενος Κάμβαλος πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέρων, ὃς ἐπὶ κυνηγίαν ὁρμήσας, καὶ περιπεσὼν λῃστηρίῳ δραπετῶν, ἔφευγε πεζὸς πρὸς τὴν πόλιν. ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ Γοργοῦ, τοῦ τούτου πατρὸς ἐφίππου, καὶ καθαλλομένου, καὶ παραδιδόντος τὸν ἵππον, ὅπως ἐφαλλόμενος ἀφιππεύσῃ πρὸς τὴν πόλιν. οὔθ' ὁ παῖς τὴν ἰδίαν σωτηρίαν τῆς τοῦ πατρὸς προέκρινεν, οὔθ' ὁ πατὴρ προσεδέχετο τῷ τοῦ τέκνου θανάτῳ διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον. δεομένων δ' ἀλλήλων μετὰ δακρύων, καὶ διαφιλοτιμουμένων ὑπὲρ εὐσεβείας τε καὶ φιλοστοργίας, σύγκρισίν τε λαμβάνοντος ἤθους φιλοτέκνου πρὸς τρόπον φιλοπάτορα, συνέβη τοὺς λῃστὰς ἐπιφανέντας, ἀμφοτέρους ἀνελεῖν. *Gorgus erat Murgantinus cognomento Cambalus, vir opibus, & gloria civitatis ſuæ princeps. Hic venatum egreſſus, cum in latronum manus incidiſſet, curſu in oppidum contendere cœpit: cui cum forte Gorgus Pater, equo vectus obuiam occurriſſet, ſtatimque equo deſiliens filium hortaretur, ut equo inſcenſo protinus ſe in urbem abripere vellet, neque filius ſalutem ſuam patris incolumitati prauerti paſſus eſt, neque pater occiſo filio ſupereſſe ſuſtinuit: proinde cum alter alterum flens oraret, ac pietate ambo inter ſe certarent, commiſſo paterno amore cum filii caritate, interim latrones utrumque aſſecuti confoderunt.* Diſce Puer τρόπον φιλοπάτορα. Diſce Pater ἦθος φιλότεκνον. Patiare uterque vinci, victum gloria, dedecus ſequitur victoriam: abeant hinc palmæ, faceſſant triumphi: malo ipſe glorioſius in ſimili negotio vinci, quam turpiter vincere. Nunc ad Georgios orationem convertamus.

II. Nomen, inquam, poſt Chriſtum Chriſtianis omnibus, vel pro-

d) Pro verbis μεταλλεὺς τῆς Κρήτης ἀνὴρ χαλκιδεὺς Caſaubonus legit μεταλλευτὴς Γόργος α. χ. lib. IX. p. 407.

e) Ex libro VII. Hiſt.

f) In iiſdem excerptis Valeſianis ſive Peireſcianis p. 373.

Digitized by Google

propter Evangelicas Agricolarum, cum quibus Chriſtus ſe comparat, Parabolas, vel propter in Eccleſia eximium, ac ſingulare Georgii Martyris * certamen ſummopere excultum. Ut hinc videas Jacobi de Voragine Januenſis Epiſcopi ſomnia, ne dicam, deliria, & cæcitatem. Ipſe enim de Georgii nomine in Hiſtoria Lombardica, g) neſcio ex quo detracta ſimilia profert: *Georgius dicitur a Geos, quod eſt Terra, & Orge, quod eſt Cholera,* h) *quaſi colens terram, id eſt carnem ſuam. Vel dicitur a Geras, quod eſt Sacrum, & Gion quod eſt Arena, quaſi ſacra Arena. Fuit enim Arena, quia ponderoſus morum gravitate, minutus humilitate, & ſiccus a carnali voluptate. Vel a Gerar id eſt Sacrum, & Gion quod luctatio, quaſi Sacer luctator, quia luctatus eſt cum Dracone, & Carnifice. Vel a Gero, quod eſt Peregrinus, & Gir pretioſus, & Us Conciliator.* i) *Ipſe enim fuit Peregrinns in contemptu mundi, Pretioſus in corona martyrii, & Conciliator in prædicatione Regni.* O acetum! Sed nauſeæ moleſtiam Lector, ὁ πανηγυρικώτατος Andreas Cretenſis oratione de ſancto Georgio Martyre nondum edita k) diſcutiat. ὁ λαμπρὸς οὗτος καὶ περιβόητος ἀνεφάνη Γεώργιος, τὸ γλυκὺ καὶ πρᾶγμα, καὶ ὄνομα. Γεώργιος ὁ τῷ ὀνόματι τὴν ἔνθεον πρᾶξιν, καὶ τῇ πράξει τὴν φερώνυμον χάριν ἐν ἑαυτῷ δεικνύς. l) ὁ τὸν Ἰσάχαρ μιμησάμενος, καὶ τὸ καλὸν m) τῆς θείας γεωργίας ἐρωτικῶς ἐπιθυμήσας, ὁ τὴν ἐπίπονον ἐργασίαν ἀγαπήσας, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον n) ἀναδειχθεὶς o) γεωργία ὑπὸ ὑψίστου ἐκτισμένη. ὁ κοπιάσας Γεωργὸς ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, καὶ ἐν καιρῷ τὸν καρπὸν ἑκατοστεύσοντα p) ἀποδοὺς τῷ δεσπότῃ. ὁ τῷ ἀρότρῳ τῆς ἀρετῆς ἀτρέπτως τὴν γλυκεῖαν τῆς εὐσεβείας ὀρθοτομήσας αὔλακα, καὶ διὰ τοῦτο εὔθετος ἀναδειχθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ὁ σπείρας ἐν



* De hoc Georgio, Martyre celeberrimo, qui in Diocletiani perſecutione martyrium Lyddæ in Palæſtina ſubiit, varia Græcorum ſcripta memoravi Volum. IX. p. 79. 80. De eodem Cangius ad Alexiadem p. 373. Hottinger. Hiſt. Oriental. p. 150. ſeq. Matthias Frid. Beckius ad Ephemerides Perſicas p. 70. ſeq. Jo. Seldenus de titulis honorum II. p. 552. ſeq. Surius & Acta Sanctor. 23. April. T. 3. p. 347. p. 100. ſeqq. Theoph. Raynaudus in S. Georgio Cappadoce megalomartyre T. VIII. Opp. p. 335. ſeqq. ubi etiam de aliis Georgiis martyribus p. 347. ſqq.

g) Cap. LVI. (h) Legitur *colere* in Hiſt. Lombardicæ editt. quas inſpexi.

i) Al. *conſiliator.*

k) Ab eo tempore edita eſt à Franciſco Combefiſio inter alia Andreæ Cretenſis ſcripta, Pariſ. 1644. fol. & locus hic ab Allatio laudatus legitur p. 177. ſeq.

l) Δεικνύς.

m) Geneſ. XLIX. 14.

n) Sirach. VII. 16.

o) Combefiſ. ἀποδειχθείς.

p) ἑκατοστεύοντα.

δάκρυσι q) καὶ ἐν ἀγαλλιάσει θερίσας. ὁ ἐν κλαυθμῷ βαλὼν τὰ σπέρματα, r) καὶ ἐν χαρᾷ φέρων τὰ δράγματα. ἡ εὐγεώργητος γῆ, ἡ πολλάκις ποιοῦσα τὸν ἐπ᾽ αὐτῆς ἐλθόντα ὑετὸν τοῦ πνεύματος, καὶ τίκτουσα σωτήριον βοτάνην s) ὁ λειμὼν ὁ εὐωδέστατος, ἐν ᾧ τῆς εὐσεβείας τὰ ἄνθη πλουσίως ἐβλάστησεν, ἀφ᾽ ὧν γεωργεῖται καρπία ἀκήρατα, ὧν τὸ γλύκασμα ψυχῆς ἴασις. τὸ εὔχρηστον δένδρον, τὸ παρὰ τοῖς ποταμοῖς τοῦ πνεύματος πεφυτευμένον, ** καὶ τεθηλὸς διηνεκῶς, ἀεί τε τὸν καρπὸν τῆς ἀρετῆς ὥριμον φέρων t) εἰς ψυχικὴν γεωργίαν τῶν πιστῶς μετεχόντων. τὸ εὔφορον κλῆμα τῆς ἀληθινῆς u) ἀμπέλου, οὗ Γεωργὸς ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος, γεωργῶν ἡμῖν δι᾽ αὐτοῦ πνευματικὴν εὐφροσύνην εἰς ἴασιν παθῶν, καὶ ἀνακαινισμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐκ τῶν θείων ναμάτων τῇ γῇ, x) ἀφ᾽ ἧς ἀρδευομένη χερσωμανίσασα ψυχὴ γεωργεῖται, καὶ καρποφορεῖ πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην, τριάδα ἀρετῶν τὴν
395 τρισεράσμιον. y) τῶν θείων ἐννοιῶν γεωργὸς, καὶ τοῦ Θεοῦ γεώργιον, z) ἐν ᾧ ἐγεωργήθη τῆς εὐσεβείας ἡ χάρις, καὶ γεωργεῖται πᾶσι τῶν θαυμάτων τὰ πλήθη. οἶδε γὰρ οἶδε, καὶ προσηγορία δημοσιεύειν Θεοῦ χάριν, καὶ ἀρετὴν ἀνθρώπων, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Σάῤῥας, καὶ Ισαάκ, a) καὶ Ιακὼβ, καὶ Μωϋσέως, καὶ ἑτέρων πολλῶν μεμαθήκαμεν. οὗτος ὁ τῷ ὀνόματι, καὶ τῇ πράξει Γεώργιος. καὶ τὰ ἑξῆς. *Illuſtris hic, & ab omnibus laudatus Georgius & re, & nomine dulcis. Georgius, qui divinam operationem nomine, & operatione gratiam, quam nomine indicat, in ſemetipſo oſtendit, qui Iſacharum æmulatus divinæ agriculturæ bonitatem ingenti ſtudio exoptavit: qui laborioſum opus dilexit, &, ut ſcriptum eſt, ipſe agricultura demonſtratus ab excelſo fabrefacta, qui a teneris unguiculis agricola deſudans, laboranſque tempore ſuo fructum centuplum Domino reddidit; qui virtutis aratro conſtanter dulces pietatis ſulcos recta infindens in regno cœlorum idoneus apparuit, qui ſeminavit in lacrymis, & meſſuit in exultatione: qui ſementem in ploratu fecit, & in gaudio manipulos colligauit. Terra bene culta, quæ ſæpius in ſemet imbrem cadentem ſpiritus ebibens, herbam ſalutarem produxit. Pratum maxime odoriferum, in quo pietatis flores affluenter germinarunt,*

q) Pſal. CXXVI. 5.
r) Hebr. VI. 7.
s) addit Combef. τοῖς ἐν πίστει δρεπομένοις.
** Pſalm. 1. 3.
t) φέρον. (u) ἀληθινοῦς.
x) ἡ τῶν θείων ναμάτων πηγή.
y) τῇ Τριάδι τρισέραστον. ὁ τῶν θ.
z) 1. Cor. III. 9.
a) Ἰσαάκ τε.

Digitized by Google

*runt, ex quibus favi citra arandi laborem colliguntur, quorum dulcedo animorum eſt medicina. Arbor quam utilis prope flumina ſpiritus plantata, & vireſcens perpetuo, ſemperque virtutis fructum maturum afferens, in animorum, qui fide participant, culturam. Gravidus vera vitis palmes, cujus agricola eſt Pater cœleſtis, nobis per eum excolens ſpiritalem lætitiam in medelam affectuum, & animi, & corporis renovationem. Et divinis imbribus animus, qui in terrena inſaniit, irrigatus, colitur, producitque fidem, ſpem, & charitatem, virtutum triadem amabiliſſimam. Divinorum ſenſuum cultor ex cultura Numinis, in qua pietatis gratia exculta eſt, excoliturque omnibus miraculorum multitudo. Scit namque, ſcit nomen divinam gratiam & humanam virtutem, quemadmodum iu Abrahamo, Sarra, Iſaaco, Iacobo, Moyſe, aliiſque multis comperimus indicare. Hic & nomine, & actione Georgius. &c.*

III. GEORGIUS primum PRESBYTER ALEXANDRINUS, deinde LAODICENUS Epiſcopus, b) partes Arianas ſecutus, & dicto, & ſcripto contra Catholicos, Hæreticorum cauſam acerrime tutatus eſt. *Georgius vero,* ſcribit Athanaſius lib. de Synodis Arianorum, *qui nunc Laodiceæ eſt, & per id tempus Presbyter Alexandrinus erat, & Antiochiæ commorabatur, ita ad Alexandrum Epiſcopum ſcripſit: Conquereris de Ario, cum dicit, erat, quando non erat filius. Certe Eſaias filius fuit Amos, Amoſque prius fuit, quam gigneretur Eſaias.* Interfuit cum reliquis Arianis Antiocheno Concilio c) ab Euſebio Nicomedienſi coacto contra Athanaſium. Nicephorus Calliſti Hiſtoriar. Eccleſ. lib. 9. cap. 12. & 49. Et in electione Meletii Patriarchæ Antiocheni, d) cum Imperator Conſtantius, omnibus, qui dicendi facultate pollerent, mandaſſet, ut eam ſententiam *Dominus condidit me initio viarum ſuarum,* populo explicarent, notariique ad ſcribendum exercitati, cujuſque verba exciperent, primus omnium ſui erroris virus evomuit. Theodoretus hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 31. Poſtea e) in Palæſtina Epiſcoporum ordine motus, in communionemque receptus a Cyrillo Hieroſolymitano, in cauſa fuit eidem Cyrillo, ut ab Acacio, & Eudoxio Epiſcopatu privaretur. Sozomenus lib. 4. cap. 24. & ex eo Nicephorus lib. 9. cap. 46.



b) Ab A. 332.

c) Etiam Tyrio adverſus eundem S. Athanaſium congregato A. 335. Antiochenum habitum A. 340. vel 341.

d) A. 361. e) A. 361. vel 362.

Digitized by Google

*θινάς μητρόπολιν. συνέγραψε δὲ καὶ ὁ Λαοδικεὺς Γεώργιος ἀνὴρ τῆς μὲν Αρείου πρεσβευούσης αἱρέσεως, τοῖς φιλοσόφοις ἐντεθραμμένος μαθήμασι. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ Φοίνιξ Εὐσέβιος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν. Adverſus Manetis impietatem ſcripſerunt præclari veritatis patroni Titus & Diodorus; quorum alter quidem fuit paſtor Boſtrenorum eccleſiæ, alius vero rexit Cilicum metropolim. Scripſit etiam Georgius Laodicenus, vir, qui ante alios Arianam hæreſim defendebat, in Philoſophicis autem diſciplinis eruditus: præter hos Phœnix quoque Euſebius, cujus & prius meminimus.* Et ante Theodoretum Epiphanius contra hæreſes h) lib. 2. adverſus Manichæos. *ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ' αὐτοῦ ἀντιρρήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποίηνται Αρχελάῳ μὲν τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς προείρηται. Ὠριγένει δὲ, ὡς ἀκήκοα, Εὐσεβίῳ δὲ τῷ Καισαρείας, καὶ Εὐσεβίῳ τῷ Εμέσης, Σεραπίωνι Θμούεως, Αθανασίῳ τῷ Αλεξανδρείας, Γεωργίῳ τῷ Λαοδικείας, Απολιναρίῳ τῷ Λαοδικείας, Τίτῳ, καὶ πολλοῖς τῶν κατ' αὐτοῦ εἰρηκότων. Sed jam a viris magnis admirabiliter contra illius pernicioſum dogma contradictiones conſcriptæ ſunt ab Archelao Epiſcopo, ut antea diximus, Origene, ut audivi; Euſebio Cæſarienſi, Euſebio Emeſeno, Serapione Thmuenſi, Athanaſio Alexandrino, Georgio Laodiceno, Apolinario Laodiceno, Tito, & pluribus aliis, qui contra eundem locuti ſunt.*

5. Georgii quoque idem Theodoretus meminit in præfatione Operis, ex quo quemadmodum ex pluribus aliis, qui linguas ſuas adverſus falſum armarunt, Hæreſeon antiquas fabulas collegiſſe ſe ſcribit Ex Theodoreto ſua habuit Nicephorus, ut videre eſt.

6. Hunc Poſſevinus vocavit Gregorium in Apparatu. An memoriæ lapſu? In hiſce nominibus ſcriptores ſæpiſſime erraſſe, confudiſſeque perſonas, non quod ſolum unum in aliud mutata ſtatus conditione iidem commutarunt, ſed ex ſcriptorum etiam incuria, non Laodiceni, ſed aliorum quoque exemplo infra oſtendemus. Sane Gregorium in Laodiceno nullum invenio.

IV. Eodem Laodiceni Georgii ævo alter GEORGIUS CAPPADOX, * ut Athanaſius ad ſolitarios ſcribit, ærarii Conſtantinopolitani Quæſtor, & depeculator omnium, atque eo nomine profugus in *Alexandrinam* eccleſiam, Athanaſio pulſo contra jus omne intruſus i) tuanda *Aria*.

h) Hæreſi LXVI 21.

* Cappadocem etiam alibi vocat Athanaſius non uno in loco, etſi apud Epiphaniam Ciliciæ oppidum natus traditur ab Ammiano Marcellino XXII. 11.

i) factum hoc A. 355. Deinde hic Georgius Alexandrinus Epiſcopus Arianus à plebe tumultuante interfectus A. 362. Vide Tillemontii memorias Hiſt. Eccleſ. T. VIII. p. 160. & 209. ſeq. Ab aliis hunc quoque pro Georgio *Gregorium* dici videas, ut à Petavio ad Epiphanium p. 283.

*Arianorum* hæreſi, & flagitioſæ vitæ obſcœnitate multo Laodiceno infamior vivebat; Quamvis, num aliquid literis tradidit, nondum compertum ſit, antiquorum tamen tum exterorum, tum Eccleſiaſticorum monumentorum ſedulus inquiſitor, ex quibus non tenuem, neque contemnendam, ſed amplam, & Imperatoriis opibus parem Bibliothecam erexit: plebis tandem infidæ, quam ipſe Chriſtianæ, ſed ſuo commodo religioni addictus; ferro, & vi læſerat, furore trucidatus, diſcerptus, igneque abſumptus. Eum non ſuo, ſed Bibliothecæ tantum nomine inter alios Georgios recenſeimus. Julianus k) poſt hujus viri necem Ecdicio Ægypti Præfecto mandavit epiſt. 9. ut Georgii ſtudio recollecta volumina omnia, quæ in magna copia erant, compararet. ταύτην οὖν μοι ἰδιωτικὴν δὸς χάριν, ὅπως ἂν εὑρεθείη πάντα τὰ Γεωργίου βιβλία. πολλὰ μὲν γὰρ ἦν φιλόσοφα παρ' αὐτῷ, πολλὰ δὲ ἦν καὶ τῆς τῶν Γαλιλαίων διδασκαλίας δυσσεβῶν. ἃ βουλοίμην μὲν ἠφανίσθαι πάντη, τῷ δὲ μὴ σὺν τούτοις ἀφαιρεθῆναι τὰ χρησιμώτερα, ζητείσθω κἀκεῖνα μετ' ἀκριβείας ἅπαντα. ἡγεμὼν δὲ τῆς ζητήσεως ἔστω σοι ταύτης ὁ Νοτάριος Γεωργίου. ὃς μετὰ πίστεως ἀνιχνεύσας αὐτὰ γέρας ἴστω τευξόμενος ἐλευθερίας. εἰ δὲ ἄλλως πως γένοιτο κακοῦργος περὶ τὸ πρᾶγμα βασάνων εἰς πεῖραν ἥξων. ἐπίσταμαι δὲ ἐγὼ τὰ Γεωργίου βιβλία, καὶ εἰ μὴ πάντα, πολλὰ μέν τοι μετέδωκέ μοι περὶ τὴν Καππαδοκίαν ὄντι πρὸς μεταγραφήν τινα, καὶ ταῦτα ἔλαβε πάλιν. *Quocirca hoc mihi privatim beneficium dabis, ut Georgii volumina omnia reperienda cures. Multa erant apud illum Philoſophica, multa Rhetorica, multa de impiorum Galilæorum doctrina, quæ velim penitus extracta eſſe. Sed ne cum his illa quoque pereant, omnia diligenter exquiri volo. Dux autem tibi eſto ad inquirendum Librarius ipſius Georgii, qui ſi fideliter in eam curam incuberit, præmium ſibi libertatem eſſe ſciat. Sin autem malitioſe, & aſtute rem geſſerit, quæſtionem de ſe habitam iri. Georgii porro libros ego novi. Mihi enim cum in Cappadocia eſſem, & ſi non omnes, at quoſdam deſcribendos dedit, quos ad eum poſtea remiſi.* Et Porphyrio epiſt. 36. ut eam integram Antiochiam pœnis etiam indictis transmitteret. πολλή τις ἦν πάνυ, καὶ μεγάλη Βιβλιοθήκη Γεωργίου παντοδαπῶν μὲν φιλοσόφων, πολλῶν δὲ ὑπομνηματογράφων, οὐκ ἐλάχιστα δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τὰ τῶν Γαλιλαίων πολλὰ, καὶ παντοδαπὰ βιβλία. πᾶσαν οὖν ἀθρόως ταύτην τὴν βιβλιοθήκην ἀναζητήσας φρόντισον εἰς Ἀντιόχειαν ἀποστεῖλαι γινώσκων, ὅτι μεγίστη

δὴ

k) Ad hunc quoque Georgium exſtat Epiſtola Juliani VIII. & LIV. atque ad Alexandrinos qua eos de Georgio obtruncato increpat, X. quam habet etiam Socrates III. 3. & Nicephorus X. 7.

δὲ καὶ αὐτὸς περιβληθήσῃ ζημίᾳ, εἰ μὴ μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀνιχνεύσας, καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ὑπόνοιαν ἔχοντας ὑφῃρῆσθαι τῶν βιβλίων πᾶσι μὲν ἐλέγχοις, παντοδαποῖς δὲ ὅρκοις, πλέονι δὲ τῶν οἰκετῶν βασάνῳ, πεῖσαι εἰ μὴ δύναιο, καταναγκάσας εἰς μέσον πάντα προκομίσαι. *Georgii magna ſane, & copioſa Bibliotheca fuit, & Philoſophorum & Hiſtoricorum omni genere referta: Sed de Galilaeorum maxime doctrina permulti & varii commentarii extabant. Quare totam eam Bibliothecam perquire, & Antiochiam mitte. Scito autem te quoque graviſſimas pœnas eſſe daturum, niſi omnem diligentiam in quærendo adhibueris, & quos ſuſpicio erit, quacunque ratione libros aliquos intervertiſſe tum argumentis omnibus, tum jurejurando multiplici, tum magis ſervorum quæſtione, niſi queas convincere, ſaltem vi cogas eos in medium proferre.* Epiſtolam Juliani ad Porphyrium recenſet etiam Svidas in ἐπιστολῇ Ἰουλιανοῦ. Volumina Julianus Antiochiam advecta in Trajani fano ab Adriano extructo, pulcherrimo illo quidem, licet mole exiguo repoſuit: ea non multo poſt improba Joviani Imperatoris deſidia, mulierculis ignem ſupponentibus ingenti Reipublicæ literariæ damno exarſerunt. Joannes Antiochenus in excerptis Valeſianis, l) Ἀδριανὸς μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς εἰς ἀποθέωσιν, καὶ τιμὴν τοῦ πατρὸς Τραϊανοῦ ἔκτισε μικρὸν τινα, καὶ χαριέστατον ναὸν, ὃν Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης βιβλιοθήκην κατεσκεύασεν. ὃν, σὺν τοῖς βιβλίοις Ἰοβιανὸς κατέκαυσε. *Namque Imperator Adrianus in honorem, & conſecrationem Patris ſui Trajani fanum quoddam modicum eleganti opere extruxerat Antiochia, ex quo Julianus Bibliothecam fecerat, quam ædem Jovianus cum omnibus libris concremavit.* Et exactius Svidas in Joviano. ὁ δὲ Ἰοβιανὸς ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κινηθεὶς τὸν ὑπὸ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως κτισθέντα ναὸν χαριέστατον εἰς ἀποθέωσιν τοῦ πατρὸς Τραϊανοῦ, παρὰ δὲ Ἰουλιανοῦ κατασταθέντα βιβλιοθήκην, Εὐνούχῳ τινὶ Θεοφίλῳ, κατέφλεξε σὺν πᾶσιν, οἷς εἶχε βιβλίοις, αὐτῶν τῶν παλλακίδων ὑφαπτουσῶν μετὰ γέλωτος τὴν πυράν. *Jovinianus ab uxore ſua incitatus elegantiſſimum templum ab Adriano Imperatore conditum ad patris Trajani conſecrationem, & a Juliano Bibliothecam deſignatam Eunucho cuidam Theophilo, cremavit cum omnibus libris, quos habebat, ipſis concubinis cum* 308 *riſu pyram ſuccendentibus.* De Georgio Alexandrino vide plura apud Gregorium Nazianzenum oratione in laudem Athanaſii. Epiphanium Hæreſi 76. & alios Græcorum Hiſtoricos.

V. Sub Honorio, & Theodoſio Auguſtis, & Barbæ Epiſcopatu m) Ariana ſecta pene extincta, ac funditus ſublata, adiumentis præſtantium vire-



l) p. 846.

m) Barba Arianæ factionis Epiſcopus CPolitanus poſt Dorotheum A. C. 407.

virorum Timothei ac Georgii renaſci, & denuo vires acquirere viſa eſt. GEORGIUs a Barba presbyter deſignatur: humanioribus literis apprime eruditus, ſemper præ manibus Platonis, Ariſtotelisque volumina habuit; ideoque nonnullos admiratio ſubiit, quomodo hic Arianæ ſectæ addici potuerit, qui Platonis ſequeretur doctrinam, qui ſecundam, & tertiam cauſam initium ſubſtantiæ accepiſſe negavit. Ideoque Juſtino martyri n) aliquam quoque notionem Trinitatis habuiſſe viſus eſt. Nihilominus iſte Georgius una cum Timotheo in male ſana, & damnata hæreſi perduravit: licet ſua doctrina voluminibus etiam editis Arii blaſphemam ſententiam repurgarint, & in melius ſenſim, & clam traduxerint. Socrates lib. 7. cap. 6. πλὴν εἰ καὶ τῇ ἑαυτῶν Ἐκκλησίᾳ παρέμειναν, ἀλλ᾽ ὅμως τὴν Ἀρειανὴν θρησκείαν λεληθότως ἐπὶ τὸ κρεῖσσον μετέθεσαν. πολλὰς γὰρ τῶν Ἀρείου βλασφημιῶν ταῖς οἰκείαις διδασκαλίαις ἐξέβαλον. *At quamquam in ſua ipſorum permanſerunt Eccleſia, tamen ſectæ Arianæ opinionem pedetentim & ex occulto correxerunt: quippe eam ſua doctrina multis Arii blaſphemiis perpurgarunt.* Eadem habet o) Nicephorus Calliſti lib. 14. cap. 13.

VI. GEORGIUS cognomento PISIDES, magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus, & Chartophylax p) tum ſoluta, tum juncta oratione pleraque ſcripſiſſe dicitur. Suidas. Γεώργιος Διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ Χαρτοφύλαξ, τὸ ἐπίκλην Πισίδης, ἐξαήμερον δι᾽ ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια. Εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον. ἔτι τε Ἀβαρικά. Καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον. *Georgius Diaconus magnæ Eccleſiæ, & Chartophylax cognomento Piſides in Exahemeron carmine Iambico ad verſus* 3000. *In Heraclium Imperatorem. De bello contra Perſas. Præterea Abarica: & ſoluta oratione in martyrem Anaſtaſium encomium.* Cum Heraclius Imperator in Perſidem iturus, humi proſtratus, ſupplex, illacrymanſque opem Dei adverſus hoſtes, atque impios deprecaretur, divino numine percitus, ac futura prævidens, carminibus illis, quæ refert Georgius Hamartolus, q) & ex Hamartolo Cedrenus in hiſtoriæ compendio, mirifice ſolatus eſt, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, Heraclius, μέλανα ὑποδήματα περιβαλλόμενος ηὔξατο. ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισίδης μετὰ τῆς τοιαύτης ταπεινώσεως, ἔφη, ὦ βασιλεῦ,

Μελαμ-

n) Juſtinus hoc de Platone in cohortatione ad Græcos.
o) Confer Hiſt. tripartitam XI. 6.
p) clarus circa A. C. 630. ut dixi Volum. VII. p. 691. ubi de Piſide & ejus ſcriptis.
q) De Hamartoli Chronico adhuc inedito infra p. 329. ſq. Cedreni locus eſt p. 337.

Μελαμβαφὲς πέδιλον εἱλίσας ποδὸς,
Βάψεις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

*Et ingreſſus Eccleſiam, & nigris calceis indutus oravit, quem ita animo demiſſo videns Georgius Piſſida dixit, o Imperator, nigrum calceum convolvens pedibus, rubefacies tinctum cruore Perſico.*

2. Jambi illius *in Exabemeron* Græce cum ſelectis Gregorii Nazianzeni carminibus, & Syneſianis hymnis Romæ ſub *Cyrilli* Patriarchæ Alexandrini nomine typis vulgati ſunt, apud Franciſcum Zannetum in 8vo. anno 1590. Eos ex Gulielmi Sirleti Cardinalis exemplo deſcriptos, munus accepiſſe ſe a Conſalvo Ponce de Leon fatetur Hieronymus Brunellus, ſed de Auctore judicium nullum interpoſuit, *a veteribus tamen, graviſſimiſque Patribus, aut verborum lepore, & elegantia, aut rerum copia, & varietate, aut quod caput eſt, pia, religioſaque doctrina nulla ex parte videtur abhorrere.* Et Gregorius Corinthi Epiſcopus Piſidæ carmen Jambicum aliis prætulit, dignum ratus, ex quo tamquam abſolutiſſimo, exemplum petere debeamus. De conſtructione orationis: r) ἐπεὶ ὅυν τὰ ἰαμβεῖα λογογραφία τίς ἐστιν εὔρυθμος, ζηλούσθω σοι καὶ τὸ ἐνθυμηματικὸν ἐν αὐτοῖς. ἔχεις δ᾽ἀρχέτυπον τὸν Πισίδην νεωτέρους τὸν Καλλικλῆν, s) τὸν Πτωχοπρόδρομον, t) καὶ εἴ τις τοιοῦτος. ἐν 309
τοῖς παλαιοῖς τὸν Θεολόγον, τὸν Σοφοκλῆν ἐκτὸς τῶν ποιητικῶν ἰδιωμάτων αὐτῶν, τὰ εὐφραδέστερα τοῦ Λυκόφρονος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. *Verum tamen cum Jambicum carmen ſoluta quadam oratio ſit, ſed concinna, ac numeroſa: imitare in eo argutum & vehemens in argumentationibus. Præ aliis tibi imitandum propone Piſſidem, & ex recentioribus Calliclem, & Ptochoprodromum, & ſi quis alius fuerit; ex antiquis Theologum, Sophoclem, præter eorum poeticas proprietates, & eloquentiora Lycophronis, & ſi quid ſimile.* Poſtea u) ſuo Auctori vindicatos, & Latinis Jambicis redditos a ſe cum ejusdem ſenariis de Vanitate vitæ, aliiſque fragmentis Græce, & Latine edidit Federicus Morellus Typographus Regius, Lutetiæ 1584. in 4to. & alii ſæpius. x) Habentur

Bbbb 2

r) MS. in Bibl. Vindobonenſi, aliiſque infra p. 416.

s) Hujus Callicis Jambographi nihil exſtat, quod ſciam: & apud eos qui de poëtis ſcripſere altum de eo ſilentium. Alius Callicles Vari Pergæi Sophiſtæ pater, de quo Philoſtratus lib. 2. de Sophiſt. c. 7.

t) Hic eſt Theodorus Prodromus de quo Volum. VI. p. 815. ſeq.

u) imo jam ante, nam Morelli editio Romanam ſex annis anteceſſit.

x) Heidelbergæ apud Commelin. 1596. 8. & in Corpore Poëtarum Græcorum Trag. & Comicor. Genev. 1614. fol. nec non in appendice Bigneana Bibl. Patrum Pariſ. 1624. & in editione Bibl. Patrum Morelliana Pariſ. 1644. 1654. Tomo XIV. Denique Latine tantum in T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 323.

tur manifcripti in Bibliotheca Regis Gallornm, Bavarica Codice LI. Auguſtana Pluteo 3. Cod. LXXV. In Vaticana, ut refert Poſſevinus in Indice librorum Vaticanæ Bibliothecæ. Nec alii ſunt Georgii τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, quos dicit extare in Vaticana Geſnerus, ridenduſque venit, dum notat, Γεωργίου πόνημα τοῦ καὶ Πισίδου. *Inſcriptio trimetra Jambica libri, qui neſcio, in qua Italia Bibliotheca latet, varia opuſcula continens, de æſtate, de mari, ad eos, qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris, Phyſiologiam de plantis, avibus, volatilibus, feris, reptilibus, & herbis; de generibus animalium, de locuſta, de hirundine, de malo punica.* En quomodo unum, & continuatum tractatum in plures vir iſte diſcerpit. An non etiam hac ratitione, & carmen quandoque unicus tractatus aut opuſculum erit?

3. Eodem Jambico metro Joannis Philoponi, & ſectatorum hæreſim oppugnavit. Nicephorus lib. 18. cap. 48. ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ ὁ θαυμάσιος Διάκονος καὶ Ῥαιφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισίδης ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβων μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἴθιστο γράφειν πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀντιβὰς, καὶ παιδιὰν σπουδῇ κεραννὺς, οὕτω πως διεξέρχεται σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον,,

Ψηφίζεται θᾶτ]ον μίαν τε καὶ μίαν,
Εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν
Γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδιὰ.

ὃ δέ φησι, τοιοῦτον ἐστίν. ὁμολογεῖς, φησὶ, φιλοπονώτατε, καὶ φιλοσοφώτατε δύο φύσεις ἡνῶσθαι τῷ λόγῳ. μίαν τῆς θεότητος, καὶ μίαν τῆς ἀνθρωπότητος. εἰ τοίνυν δύο φύσεις λέγεις συνεληλυθέναι αὐτῷ, πῶς εἰς μίαν αὖθις τὰς δύο συστέλλεις; φησί. μία, δύο, ἀλλ' οὐχὶ μία. γέλως γοῦν εἴ τις κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου δύο κατηγοροίοι ἓνα, καὶ αὖθις ἓν πάλιν τὰ τοιαῦτα ποιοῖτο. *Poſt hunc & admirandus ille Diaconus, atque Referendarius Georgius Piſſides æqualis, ſive coætaneus illius, quamvis ætate aliquanto junior, Jambis pulcherrimis, quos ſcribere conſueverat, cum dicta hæreſi congreſſus, rem ſeriam ludicro temperando ad hunc modum refert, abſurditatem illius refutans;*

*Unam, atque mox unam lapillo computat:*
*At unam, & unam forte ſi unam dixeris,*
*Pueri vel ipſi tale dictum riſerint.*

*Quod autem verſiculis hic expreſſit; ſic habet. Profiteris, inquit, Philopone, philoſophorum omnium laborioſiſſime, & ſapientiſſime, duas naturas in Verbo unitas eſſe, unam Divinitatis, & unam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo conveniſſe, quomodo duas in unam rurſus contrahis? Una namque & una duæ ſunt, non*

*non una. Itaque ſi quis in eadem ſubjecta re duo quædam prædicando indicet, eaque ipſa rurſum in unum redigat, ridendum ſe meritò præbeat.* Hos etiam verſus laudat Nicetas Choniat. lib. 10. Theſauri Orthod. fidei adverſus Monophyſitas.

4. Ex *Heracliade*, quod unum opus fuiſſe videtur y) cum eo, εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, *De Perſico Bello*, deſumpta ſunt quæ refert Joannes Tzetzes Chiliad. 3. hiſtor. 66. ubi & octo Jambos illius z) producit, qui more illius Poetæ elegantiſſimi ſunt.

5. Eodem Auctore, Anaſtaſii Martyris a) vita extabat in Bibliothe- 310
ca Antonii Auguſtini Cod. 61.

6. Poſſevinus ſcribit Piſſidem de geſtis Imperatorum Conſtantinopolitanorum b) aſſervari in Bibliotheca Vallicellana, quem tamen licet anxie perquiſiverim, ſæpeque Indicem, & potiſſimam librorum partem pervoluerim, ad hunc tamen diem nuſquam tale opus occurrit. O utinam, quod non credo, eſſet. Errorem inde natum exiſtimo. Nam qui Librorum Gæcorum Indicem confecit, cum in Cod. B. 112. antiquo ſatis, & optimæ notæ Hiſtoriam de Imperatoribus Conſtantinopolitanis in principio reperiſſet, eam tamen ἀκέφαλον plurimarum paginarum amiſſione, quam poſtea opus in Exahemeron Georgii Piſſidæ excipiebat, cum non advertiſſet hiſtoriam primam de Imperatoribus, Conſtantini Manaſſæ Synopſim eſſe, eam Georgio Piſſidæ, ſequentis operis Auctori, ſed oſcitanter nimis donavit, & rerum harum anxiis fucum fecit. Piſſidæ teſtimonio uſi ſunt Iſaacus Tzetzes in Caſſandram Lycophronis, Svidas ſæpiſſime, & alii.



y) imo diverſum: nam prius de laudibus Heraclii libris duobus, alterum de bello Perſico tribus libris, utrumque jambis ſcriptum habuit Claudius Maltretus & cum Piſidæ Ἀβαρικοῖς editurum ſe promiſit præf. ad Procopium.

z) Septem Jambi, quos ibi legas non ſunt Piſidæ, ſed Tzetzæ & ipſius.

Οἱ χρονικοὶ ταῦτα φασὶ, καὶ σὺν αὐτοῖς Πισίδης,
Ἐμνήσθην δέ που καὶ αὐτὸς τοῦ χρονικοῦ ἐκείνου,
Ἰάμβους γράψας εἰς τὸν ναὸν ὧν τοὺς πολλοὺς ἐάσω,
Τοὺς δὲ ἐντεῦθεν λέξαιμι κλέμμα σοι γεγονέναι.

Deinde jambi ipſi ſeqvuntur.

a) Intellige Anaſtaſium Perſam, de quo Surius & Acta Sanctor. 22. Januar.

b) Chronicon à Georgio Piſide & Cyrillo decerptum ex Codice Bibl. Collegii Annæi Auguſtæ Vindel. legiſſe ſe profitetur Raderus præf. ad Chronicon Alexandrinum, quod & ipſum ad Piſidam velut auctorem, ſed parum certa conjectura referebat vir ſummus Jac. Uſſerius.

7. An poſtea in Epiſcopatum Nicomedienſem promotus idem cum Georgio Nicomedienſi fuerit, cui plures, nec illaudabiles orationes Panegyricæ c) tribuuntur, in dubium, nec immerito, verti poterit. Alium tamen hunc a Nicomedienſe Georgio, qui temporibus Photii, Photio ipſi operam navarat ſuam in Photiana Synodo, annorum ipſa ſpatia abunde probant: a Sergio enim Patriarcha, cui in Exahemeron opus inſcripſit, ad Photiana tempora anni ducenti & quinquaginta plus minus intercedunt. Si Nicomedienſis Epiſcopus fuit, alius ergo ab hoc omnino erit. Et fuiſſe Epiſcopum, illo forſan non male ſvaderi poſſumus. Nam oratio * in verba Joannis, *ſtabant juxta Crucem Ieſu Mater illius, & ſoror Matris*, &c. cujus initium eſt, πρὸς ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος, in manuſcriptis Codicibus Georgio Nicomedienſi aſcripta, in Codice alio manuſcripto, quem Chii videre contigit, in quo eadem oratio fuſior, ac multo amplior legitur, Piſſidæ cognomen Georgio Nicomedienſi adjungit; ſic enim legit, Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας τοῦ Πισίδη. Exſcriptoris lapſum, cui iſta non placuerint, in Codice eſſe, & puerilem oſcitantiam, qualia multa in titulis præfigendis fieri amant, fatebitur. Non contra ibo. Immo lapſum concedo. Ποσιδέιας namque, cum in exemplari, ut veriſimillimum eſt, legeretur, in Piſſidem ad pauca intentus exſcriptor tranſmutavit. Diverſuſque etiam eſt ab alio Georgio Piſſidiæ Epiſcopo, cujus memoriam Græcorum faſti die 19. Aprilis celebrant, faſtu, ac tyrannide Iconomachorum Martyre, cum hic Antiochiæ Piſſidenæ fuerit Antiſtes. οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ τῶν χρόνων ἦν τῶν Εἰκονομάχων ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐπίσκοπος χειροτονεῖται Αντιοχείας τῆς Πισιδείας. *Hic ſanctus ſub Iconomachis vivebat, a pueritia Deo dicatus, & ob excellentem virtutem Antiochiæ Piſſidiæ Epiſcopus eligitur.* In re tamen obſcuriſſima non diutius immorandum mihi eſſe cenſeo.

8. Piſſidæ apud Græcos, & illius carminum tanta fuit æſtimatio, ut plerique eum Euripidi comparare, multi anteponere non ſine animi contentione, lite etiam mota, præſumpſerint. Hinc Andronici Ducæ frater Michaelem Pſellum interrogat, τίς στιχίζει κρεῖττον ὁ Εὐριπίδης; ἢ ὁ Πισίδης; *Quis melius carmen condit Euripides ne, an Piſides?* Cui elegantiſſima, atque eruditiſſima, itemque longa epiſtola d) inter alia de Piſſide, neque enim omnia referre opus eſt, ita Pſellus reſpondet. τοῦτο δὲ παντὸς ἕνεκα

c) De his infra p. 312. ſeq. * De hac inſra, p. 313.

d) Videtur hæc fuiſſe inter illas circiter XXXIII. Pſelli Epiſtolas adhuc ineditas, quas memorat Allatius de Pſellis c. LXVIII.

ἕνεκα προκείσθω τοῦ λόγου, ὅτι τὰ μέτρα, καὶ οἱ ῥυθμοὶ ἑτερότητας μυρίας
παρὰ τοῦ χρόνου ἐδέξαντο. καὶ οὔτε τὸ ἡρωικὸν μέτρον τὴν ἀρχαίαν νῦν σώζει
μεγαλοπρέπειαν, οὔτε ἐν τοῖς ἀκριβεστάτοις μέτροις ἵσταται, ἀλλὰ τῷ δακ-
τυλικῷ καὶ σπονδαϊκῷ καὶ ἰθυφαλλικὰ μέτρα, καὶ ἰωνικαὶ συζυγίαι ἀναμεμί-
χαται. οὔτε τὸ ἰαμβικὸν μέτρον τὰς αὐτὰς ἀναπαύσεις, καὶ τοὺς αὐτοὺς ῥυθμοὺς,
καὶ τὴν αὐτὴν συνθήκην τοῖς προτέροις ἔχον προφαίνεται. ἀλλὰ θεατρικώ- 311
τερον νῦν ἐστὶ, καὶ ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήστρας ἀπηναισχύντηκεν, καὶ πάσης μὲν
ὑπεράλλεται βάσεως, παντὸς δὲ ῥυθμοῦ ὑπερίπταται, καὶ μόνον νῦν ζηλωτὸν τὸ
ἄτακτον τοῦ μέτρου, καὶ ἰαμβόκροτον. ἡ μέν τοι τραγικὴ ποίησις διαφόροις τε
ῥυθμοῖς κοσμουμένη, καὶ μέτρα ποικίλα λαμβάνουσα, οὐ πάντως ἐξορμεῖ-
ται τὰς ὑποθέσεις, οὐδὲ ὑπεράλλεται. ἀλλ᾽ ἔστι μὲν οὐ καὶ τοὺς εὐκρότους
ἤχους ζηλοῖ, καὶ τὴν ποδικὴν εὐρυθμίαν προκρίνει, καὶ τοῦ λόγου τὰς ἐμμέτρους
συζυγίας ἀσπάζεται. ὅπη δὲ δόξει τῷ ποιητῇ μεταβάλλει τι τοῦ τόνου, καὶ
τὸν ῥυθμὸν ἐξαλλάττει, καὶ ποτὲ μὲν αὐτὴν ἁρπάζει ὁ ῥυθμὸς, ποτὲ δὲ βαίνει
ἐπὶ τρισυλλάβου, ἢ τετρασυλλάβου τῆς βάσεως. *Hoc vero ante omnia ſer-
moni præponendum eſt: Metra nempe, rhythmosque ab ipſo tempore innumeras va-
riationes accepiſſe. Metrum heroicum antiquam hoc ævo neque ſervare magnificen-
tiam, neque in exquiſitiſſima metrorum regula conſiſtere, ſed dactylico, & ſpondaico,
ithyphallica metra, & jambicas combinationes immiſceri. Pari modo jambicum me-
trum eaſdem pauſas, earumque rhythmos, eandemque compoſitionem, quibus vete-
res utebantur, non continere. Sed illud nunc temporis theatris magis accommoda-
tum, ac velut in orcheſtra inverecunde tripudians omnem baſem tranſilit, & omnem
rhythmum ſupervolat, tantum nunc carmen illud imitari ſtudemus, quod ſubſiliat,
& ut ſolet jambicum perſtrepat. Tragica autem poeſis diverſis exornata rhythmis,
& carminum vario genere conſtans non ſemper extra materiam divagatur, neque
ſubſaltat, ſed nunc bene ſonantes tonos æmulatur, & pedum accuratum rhythmum
præponi, beneque commenſuratas ſermonis combinationes amplectitur: ubi vero id
viſum Poeta fuerit, tonum immutat, & rhythmum variat: & nunc quidem rapitur
a rhythmo, nunc vero ſuper triſyllaba, aut tetraſyllaba baſi graditur.* His præ-
ſuppoſitis Pſellus poſtmodum dictione, formaque carminum, ac figuris
Euripidis examinatis, judicium ſuum de Piſſide ſubnectit: ὁ δὲ ἐκ Πισσι-
δείας σοφὸς οἶμαι τῆς ἐλάττονος Ἀντιοχείας, ποιητὴς μὲν οὐκ ἔστιν ἐπῶν.
ἐν δὲ ζηλώσας γένος μέτρον τὸ ἰαμβικὸν, φημὶ δὴ τὸ ἀρχαῖον, καὶ μονομε-
ρὲς, καὶ περὶ τοῦτο τὰ πλεῖστα πραγματευσάμενος, ποικίλλει μὲν οὐδαμῇ
τὴν ποίησιν. Et; ἐν πᾶσι δὲ ἀβίαστος αὐτῷ ἡ ἁρμονία, ὥσπερ οὐκ ἐνθυ-
μουμένῳ, οὔτε τὰ νοήματα, οὔτε τὰ ῥήματα, ἀλλ᾽ ἀναγινώσκοντι ταῦτα προκείμενα,
ἑλληνικά τε αὐτῷ τὰ ὀνόματα ξύμπαντα, καὶ μετὰ τοῦ μεγαλοπρεπῶς εὐηχα-

εἰ

εἰ δὲ τροπῆς ἅψοιτο, εἴτε τῆς ἐν παιδιαῖς, καὶ ἐν χάρισιν, εἴτε τῆς ἐν σεμνότητι, οὕτω δὴ προβιβάζει τῷ λόγῳ τὰ μεμετρημένα, καὶ οὕτως οἰκείως τίθησιν, ὡς μὴ δοκεῖν τι παραφθείρειν τὴν ἑτέραν ὑπόθεσιν, ἀφ' ἧς ἐπὶ τὴν οἰκείαν ὡρμήθη. νόσημα γοῦν εἰπὼν ἐν τῷ λόγῳ, εὐθὺς τὴν ἰατρικὴν πᾶσαν ἐπισυνείρει, μήτε τῶν αἰτίων φειδόμενος, μήτε τῶν οἷς θεραπεύεται τὰ νοσήματα. κἂν σειρὰν οὐρανόθεν ἐξαρτύσῃ, καί τινας δυνάμεις ταύτης ἐξάψῃ, εὐθὺς οἱ δεσμοὶ, καὶ τὰ ἐξαρτύματα, καὶ ὅσα τῆς ἀκρότητος, καὶ ὅσα τοῦ ἀκροτελεύτου τῆς χαλαρᾶς ἐκείνης ἁλύσεως. κἂν τὰς ὥρας συναγάγῃ, καὶ συνελίξῃ, ὡς ἐν χορῷ, βαβαὶ τῆς τῶν χειρῶν ἀντεπιβολῆς, καὶ τοῦ κύκλου, καὶ τῆς λέξεως, καὶ τῆς περιόδου, καὶ τοῦ ἐπῳδοῦ, καὶ τῆς στροφῆς, καὶ τῆς ἀντιστροφῆς, καὶ τῆς κινήσεως. εἰ δὲ καὶ θεατρίζειν αἱροῖτο τὸν λόγον, καὶ τετράπωλον τὴν συνθήκην ἐρεῖ τῶν ὡρῶν. πόσα μὲν περὶ ἡνιόχων φθέγγεται, καὶ τῆς ἀρίστης ἡνιοχήσεως; πόσα δὲ περὶ ζυγῶν καὶ τροχῶν, καὶ χοινικίδων; ὁποῖαι δὲ αὐτῷ αἱ πλῆμναι, καὶ αἱ τῶν τροχῶν ἁψῖδες, τά τε ἵππεια φάλαρα, καὶ φρυάγματα; καταβαίνει δὲ ὁ λόγος αὐτῷ καὶ μέχρι τῶν τελευταίων τῆς τέχνης, καὶ περὶ ἃ οὐδὲ αὐτοὶ εἴπομεν οἱ τὴν τέχνην πραγματευόμενοι. εἰ δὲ καὶ φάλαγγας ἀλλήλας φήσειεν, εὕροις ἂν ἐκεῖσε τὴν ἱππικὴν ἅπασαν, καὶ πεζικὴν σύνταξιν, τοὺς δορυφόρους, τοὺς ἀκοντιστὰς, τοὺς τοξότας, τὸν ἐναμοτίαν, τὸν ἡμιλοχίτην, τὸν οὐραγὸν, τὸν παραστάτην, τὸν ἐπιστάτην, καὶ ὥσπερ ἀπὸ σφενδόνης αὐτῷ οἱ στίχοι ἅλλονται.

*Ex Piſſidia vero ſapiens minoris Antiochiæ, ni fallor, Poeta quidem carminum non eſt, ſed cum unum ſibi carminum genus ad imitandum propoſuiſſet, iambicum duntaxat, ſed antiquum, & ſortis unius, & in illius curam maxime occupatus, nullo in loco poeſim variat.* Et infra. *In omnibus harmoniam ambit minime coactam, ac ſi non tunc & ſententias, & verba meditaretur, ſed ante ſibi poſita percurrerst. Græca ſunt univerſa nomina, & non ſine magnificentia ſonora. Quod ſi aliquando trope uſus fuerit, ſive eo, qui in ludicris & venuſtis, ſive eo, qui in gravitate eſt, ita carmina oratione concinnat, & ita proprie accommodat, ut non externam materiam, ex qua in propriam appellit, viliare videatur. Morbum*
312 *itaque ſi in oratione aliquando dixerit, illico & medicinam omnem interſerit, neque a cauſis edicendis abſtinens, neque remedia, quibus morbi curantur præteriens. Si vero catenam a cœlo meditatus fuerit, ejuſque facultates aliquas addiderit, ſtatim & vincula, & ſuſpenſiones, & quæ ſummitates, & qui ſunt fines illius laxatæ catenæ enunciat. Quod ſi horas in unum reduxerit, & ad choream ducendam compulerit, papæ! quæ eſt manuum complicatio, & circulus, & dictio, & circuitio, & epodus, & ſtrophe, & antiſtrophe, & motus? Quod ſi veluti in theatro ſeſe experiens orationem componat, & horas una ſimul quadriga vehi dixerit, quan-*

ta

Digitized by Google

*ta ille de aurigis, deque optima aurigatione pronunciat, quanta de jugis, rotis, & modiolis, quæ ipſi ſunt fiſtulæ & rotarum apſides, equorum phalera, atque hinnitus? Et oratio illius ad minutiſſima quæque artis procedit, de quibus neque ii, qui artem illam callent, & profitentur, dicere poſſent. Siphalangum mentio incidat, equitum univerſam, ac peditum ſeriem reperies, haſtatos, jaculatores, ſagittarios, decanum, hemilochitem, uragum, paraſtatem, epiſtatem, & tanquam a funda carmina illius exiliunt.* An quid aptius pingi potuit? Piſſidæ nobis carmina præter pauca tempus invidit, nihilonminus cum Pſelliana percurro, quantum in eo ſcribendi genere Piſſides valuit, deprehendo.

VII. GEORGIUS NICOMEDIENSIS e) multa ſcripſit, Orationum valde elegantium meminit Poſſevinus, licet eum poſtea Gregorium nominet, fateaturque ſcriptas reliquiſſe orationes Panegyricas centum, & ſeptuaginta, & extitiſſe Conſtantinopoli. Namque in Bibliotheca Patriarchæ, *Georgii metropolitæ Nicomediæ orationes Panegyricæ valde pulchræ.* Et in Cantacuzeni, *Georgii metropolitæ liber Panegyricas orationes complectens centum ſeptuaginta*, recenſetur. Sed quis non videt, exſcriptoris incuria id factum, ut pro Georgio Gregorius irrepſerit?

Cumque in nonnullis orationibus modo Georgii Nicomedienſis, modo Georgii Chartophylacis in diverſis Codicibus profligatur, indicium non leve erit, eundem eſſe Nicomedienſem cum Chartophylace; quod poſtea confirmavit Codex perantiqvus, in quo oratio illa in Præſentationem Virginis legebatur, cujus illud eſt principium, *καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων*, in titulo namque prænotabatur, *Γεωργίου Χαρτοφύλακος, τῦ ὕστερον γεγονότος μητροπολίτου Νικομηδείας, Georgii Chartophylacis, qui poſtea fuit metropolita Nicomedienſis.*

2. Georgii Chartophylacis magnæ Eccleſiæ *Encomium in deductionem Deiparæ in templum, ejuſque conſecrationem*, habetur manuſcripta in Biblioth. Auguſtana, nec alia eſſe videtur, quam quæ ipſe legi alibi ſæpius, & in Sfortiana cum hoc titulo, *Γεωργίου μοναχοῦ, καὶ Χαρτοφύλακος*

Cccc τῆς

e) Ad hunc Georgium Nicomedienſem Archiepiſcopum ac Metropolitam exſtant Photii Patriarchæ Epiſtolæ plures, 84. 166. 210. 211. 224. 235. 243. 295. 296. 318. 380. Hinc patet eum recte a Caveo putari vixiſſe circa A C. 880. male vero á Combefiſio in auctario novo confundi cum Georgio Piſide & ad Heraclii tempora referri, quod deinde ipſe agnovit Combefiſius in Bibl. Concionatoria, in qua pleroſque hujus Georgii ſermones, quos in auctario Græce & Latine dederat, exhibet ex interpolata, non nullos etiam ex nova ſua verſione: Hippolyto Marraccio autem indignatur, quod in Mariali ſuo Georgium ſanctum appellaſſet.

τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἀφιέρωσιν τῷ Θεῷ κατὰ τὴν ἱστορίαν. f) Princip. Φαιδρὸν τὸ τῆς παρούσης ἑορτῆς τὸ σύνθημα. δι' ὃ πρὸς ἄπειρον φῶς· & eſt penes me. Ea in Bibliotheca Antonii Auguſtini, & Vaticana, alibique Nicomedienſi tribuitur cum hoc titulo, εἰς τὰ εἰσόδια τῆς Θεοτόκου, ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τελετίζουσα. *In ingreſſum Deiparæ, cum trimula in templum deducta eſt.*

3. Ejusdem Chartophylacis Encomium alterum in eandem feſtivitatem, εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ὅτε ἀπεδόθη ἐν τῷ ναῷ τελετίζουσα ὑπὸ τῶν αὐτῆς γονέων. *In ſanctiſſimam Deiparam, quando ad templum eſt triennis a parentibus ſuis deducta.* g) Princip. καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων ἀρχὰς, ἡ παροῦσα πανήγυρις δείκνυσιν. Habetur manuſcripta Mediolani in Ambroſiana, & alibi. Antiquiſſimus Codex, qui Regis Ungariæ fuit, & modo apud me eſt, Georgio metropolitæ Nicomedienſi donat, ſub cujus nomine edita eſt etiam Latine apud Surium, vigeſima prima Novembris.

4. Nicomedienſis præterea orationes leguntur, εἰς τὴν διαφόρησιν Ἰωσὴφ, καὶ πρὸς τὴν παρθένον διάλεξις. *In hæſitationem Joſephi, & in Virginem colloquium.* P. καλὸς μὲν ὁ τῆς εὐπειθείας νόμος. Extare ait in Vaticana Poſſevinus in Indice Biblioth. Vaticanæ.

5. Ejusdem Nicomedienſis oratio in Deiparæ Nativitatem, quæ incipit, εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, καὶ σπαρτίῳ περιγράφεται θάλασσα. Edita

f) Vulgavit Græce & Latine Combeſiſius in auctario novo Bibl. Patrum Pariſ. 1648. fol. p 1069. qui Allatii Codicem cum Mazariniano, tertioque ſuo contulit.

g) Dedit idem Combeſiſius ibid. p. 1091. ac præterea aliam homiliam ejusdem argumenti p. 1113 quæ incipit: αἱ τῶν θείων πανηγύρεων ἐλλάμψεις. In Bibl. Cæſarea exſtat etiam ineditum adhuc Georgii hujus ἐγκώμιον εἰς τὸν προφήτην Ζαχαρίαν καὶ Εἰς Ἐλισάβετ τὴν προφῆτιν, ὅτε συνέλαβεν Ἰωάννην τὸν πρόδρομον καὶ βαπτιστήν. *Encomium Prophetæ Zachariæ & Eliſabethæ propheteidis quando concepit Joannem Prodromum & Baptiſtam.* Incipit: ἀρχὴ τοῦ κόσμου χαρᾶς τὰ πρὸς τὸν Ζαχαρίαν τοῦ Ἀγγέλου Γαβριὴλ Εὐαγγέλια, καὶ πρώτη πιστοῖς ἀγαλλίασις τὸ τοῦ μεγάλου προδρόμου γενέθλιον. ἤδη γὰρ &c. Vide Lambec. VIII. p. 222. qui notat Georgium hunc in MSS Codicibus non raro appellari *Rhetorem*. Γεώργιος ἀρχιεπίσκοπος Νικομηδείας ὁ Ῥήτωρ. In Bibl. Coisliniana Celeberrimi Montfauconi p. 423 memoratur itidem inedita adhuc Georgii Nicomedienſis homilia *in hypapantem*. Incipit: Τὰ τῆς παρούσης ἱερᾶς πανηγύρεως ἡ ἀγγ. Georgium Nicomedienſem Metropolitam *libro de traditionibus Eccleſiæ* laudat Nic. Comnenus Papadopoli in prænotionibus myſtagog. p. 398.

dicta eſt Græco Latina ſub nomine Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Interprete Andrea Scoto in Bibliotheca Patrum Græco-Latina Tom. 2. pag. 450. reclamant tamen Codices antiquiſſimi, ſtylus, & modus, & Georgio aſſerunt. h) 313

6. *In immaculatæ Virginis in ſepulchro aſſiſtentiam, & gratiarum actio pro glorioſa reſurrectione.* i) P. Φωνὴ ἀγαλλιάσεως προοιμιαζέτω σήμερον.

εἰς τοὺς ἁγίους, καὶ θαυματουργοὺς Κοσμᾶν, καὶ Δαμιανόν. *In ſanctos, & miraculorum patratores Coſmam, & Damianum.* k) P. τὴν σὴν, ὦ τῶν καλῶν ἐραστὰ, θαυμάζειν μετ' ἐμοί. In Biblioth. Regis Galliarum Cod. 270. ſervanturque penes me. Ejuſdem

7. εἰς τὴν σύλληψιν τῆς ἁγίας Ἄννης. *In Conceptionem ſanctæ Annæ.* l) P. οὐδὲν ἡδύτερον, ἢ περιχαρέστερον τῆς παρούσης ἂν χρηματίσειεν. 

8. Εἰς τὴν σύλληψιν τῆς παναγίας Θεοτόκου. *In Conceptionem beatiſſimæ Deiparæ.* P. οὐρανὸν m) ἡ γῆ ταῖς τῆς χάριτος μαρμαρυγαῖς.

9. εἰς τὸ, εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου. *In illud: ſtabant ad Crucem Jeſu Mater ipſius, & ſoror Mariæ Cleopæ, & in ſepulturam Domini.* P. πρὸς ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος ἀναδραμὼν, γεγονωτέρα n) σάλπιγγι. In Biblioth. Antonii Auguſtini Cod. 24. ſub Gregorii Rhetoris Epiſcopi Nicomediæ legebatur. Hinc notare poteris nominum ſimilium confuſionem.

10. In Palatina habebatur præter jam dictas, *In Conceptionem Deiparæ* oratio ſecunda. P. ἡδεῖα μὲν ἡ τῆς παρούσης εὐφροσύνης προσηγορία.



h) Imo *Andreæ* Cretenſi, cui tribuunt Codices Cæſarei, Mazarinianus, et Segvierianus. Et ſub Andreæ nomine edidit Græce & Lat. Combefiſius ut dixi ſupra p. 128.

i) Edidit Græce & Latine Combefiſius in Auctario novo T. 1. p. 1176. Allatii Codice uſus.

k) Idem p. 1192.

l) Edidit idem Combefiſius in Auctario novo T. 1. p. 1015. ac præterea aliam homiliam εἰς τὸν χρηματισμὸν τῆς συλλήψεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου, in oraculum conceptionis S. Deiparæ. Incipit: λαμπρὰ μὲν καὶ περιφανής.

m) Leg. οὐρανὸν. Hanc quoque dedit Combefiſius p. 1043. Primusque illi videtur Georgius hic qui in Conceptionem B. Mariæ tanquam in peculiare ac ſolenne feſtum publice peroravit.

n) Leg. γεγωνοτέρα σάλπιγγος ἠχῇ. Edidit Combefiſius p. 1138. De Codicibus MSS. Cæſareis vide Lambecium IV. p. 21. V. p. 144. 277.

Digitized by Google

11. *Georgii Nicomediæ Archiepiſcopi de Cruce, quam falſo quidam Pſello adſcripſere, Græce MS, in 4°. Biblioth. Imp. Viennæ.* Epitome Geſneriana, miror præteritam a diligentiſſimo Gretſero. Et quinam hi erunt, qui Pſello tribuunt? In Codice meo ſatis antiquo, lacero, exeſoque habetur oratio Michaelis Pſelli, εἰς τὴν σαύρωσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In Crucifixionem Domini noſtri Jeſu Chriſti.* P. τὸν τοῦ σαυροῦ λόγον ὁ μὲν θεῖος ἀπόστολος τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρίαν τίθεται. Satis prolixa, & elegans, lacera tamen, & ipſa, qua ſane nihil in eo argumento vidi accuratius aut gravius, quod & adnotavit in ejus principio, neſcio quis: ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῶν πάνυ ἐξαιρέτων. *Eſt autem & hæc oratio præſtantiſſima.* Eam tamen hujus Georgii non eſſe, ſtylus ipſe, & modus rerum tractatarum arguit, que evidentiſſime Pſello vindicant.

12. Scripſit item Troparia varii generis, ex quibus memini me in libris Eccleſiaſticis Græcorum legiſſe, *In omnes ſanctos Patres, qui ad ſacras ſynodos Oecumenicas* o) *convenerunt. In S. Joannem Chryſoſtomum. In Profeſtum introitus Virginis in Templum.* p) Et plura ſcripſiſſe ſicut & Canones vero ſimillimum eſt; quæ cum Georgii tantum nomen præferant, aliique ejuſdem nominis id idem compoſitionis ſtudium excoluerint, incertum remanſit, cuinam ex illis potius tribuenda ſunt. Eorum nihilominus elenchum ſub Georgii Siculi nomine comperies. q) Nicomedienſis laudatus ab Hippolyto Thebano in Chronico, in Antiquit. Caniſii. Apud Poſſevinum in Indicibus legitur, *Georgii Diaconi oratio, in Medicea.* An ea fuerit Nicomedienſis opus? hæreo.

13. Georgii Chartophylacis magnæ Eccleſiæ Chronicon eſt Scoriaci in Bibliotheca Regia, Γεωργίου Χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας χρονικόν. I, Θ, 4. VI. γ. 2. & alia. An idem cum ſuperiore? cum non viderim, vah quomodo me ex hac turba expediam!

VIII. GEORGIUS, ſive ELEUSIUS PRESBYTER ex oppido Adirgemaro precibus Theodori Sicæotæ * a parentibus ſterilibus impetratus, ipſi Theodoro poſtea oblatus, ab eodem educatur, & literis imbuitur: cum quo per annos duodecim vixiſſet, poſt ejus mortem, quid-

o) ſpeciatim Nicænum. εἰς τοὺς ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν Νικαίᾳ.
p) Idiomela hæc tria Allatio memorata exhibet Græce & Latine Combefiſius, primum quidem & ſecundum p. 1221. & tertium 1136.
q) infra p. 337. ſeq.
* defuncti A. 613.

Digitized by Google

quidquid ipſe de eo oculatus teſtis viderat, vel a miniſtris ejus, & ſpectatoribus audierat, ſcripto ſatis prolixo, verum pio, ac ſolido retulit. r) Editum eſt Latine apud Surium 22. Aprilis. Ipſe de ſe in fine vitæ dicti Theodori: *Hæc ego Eleuſius, qui & Georgius a ſancto Theodoro vocatus ſum, omnia Deo adiuvante conſcripſi. Neque vero miraculorum ipſius expers fui; ſed* 314
*ea maxime omnium expertus ſum. Cum enim parentes mei ex oppido Adirgemaro oriundi diu ſimul vixiſſent, nec ullos poſſent liberos ſuſcipere, ad ſanctum virum acceſſerunt: cumque Zonas quibus ille benedixerat, accepiſſent, ego conceptus ſum, & in lucem editus, & infans ipſi oblatus, qui & in ejus ſancto monaſterio enutritus a religioſiſſimo præfecto literas didici. Cumque parentes mei filium alterum ſancti Theodori precibus ſuſcepiſſent, ejus illi nomen impoſuerunt. Duodecim igitur annorum ſpatio, quo apud illum vixi, multorum miraculorum, quæ ab ipſo facta ſunt, inſpector fui; quæ autem ab illo ſuperioribus temporibus geſta fuerant, ea vel a miniſtris ejus, qui ſpectatores extiterant, vel ab eiſdem, qui curati ſunt, accepi. Quanquam & multa me oblitum eſſe confiteor, & nonnulla propter imbecillitatem meam prætermiſi. Pauca igitur e pluribus attigi; nam ſi omnia perſequi voluiſſem, me tempus, & vires plane defeciſſent.* Georgius hic florebat circa Conſtantini Qvarti, Imperatoris Heraclii filii s) tempora.

IX. GEORGIUS CYPRIUS pietate celebris, & pro Chriſtiano, & Catholica religione certaminibus clarus, quem ſub Conſtantino Copronymo Iconoclaſtarum Conciliabulum t) ad oppugnandas imagines coactum una cum Germano Patriarcha, & Joanne Damaſceno veritatis Catholicæ acerrimis propugnatoribus uti non recte de fide ſentientem condemnavit, ita referente Synodo Nicæna ſecunda art. 6. u) Γερμανοῦ, Γεωργίου, καὶ Μανσοὺρ τῶν κακοδόξων Φρόνημα ὑμεῖς διελύσατε, Γερμανῷ τῷ διγνώμῳ, καὶ ξυλολάτρῃ ἀνάθεμα. Γεωργίῳ τῷ ὁμόφρονι αὐτοῦ, καὶ Φαλσευτῇ τῶν πατρικῶν διδασκαλιῶν ἀνάθεμα. Μανσοὺρ τῷ κακονύμῳ, καὶ Σαρακηνόφρονι ἀνάθεμα. ἡ Τριὰς τοὺς τρεῖς καθεῖλεν. *Germani, Ge-*



r) Citatur in Actis ſynodi ſecundæ Nicænæ Act. IV. Græce incipit: εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

s) Heraclii filius inter Imperatores eſt Conſtantinus III. & paucos tantum dies A. 640. rebus præfuit, veneno à noverca ſublatus. Sed Conſtantinus IV. Pogonatus ejus nepos imperitavit ab A. C. 668. ad 685.

t) A. C. 754. CPoli, cujus Synodi Actorum pars inſerta Actis Synodi ſecundæ Nicænæ A. 787. Actione VI.

u) Tom. IV. Concilior. edit. Harduini p. 438.

*orgii, & Manſur malæ opinionis virorum ſenſum vos diſſoluiſtis. Germano dupli- cis mentis, & lignorum cultori, anathema. Manſur nequam hominis, & ſimilia Saracenis ſentienti, anathema. Trinitas tres iſtos depoſuit.* Nec reticuit Ni- cephophorus Patriarcha in Breviario Hiſtorico : ὅρον δὲ πίστεως ἐκτίθενται ἐν ᾧ ὑπεσημήναντο ἅπαντες κακῶς, καὶ δυσσεβῶς σωφρονήσαντες, καὶ ὥσπερ νηπιωδῶς ἐπ᾽ ἀγορᾶς ταῦτ᾽ ἀναθεμάτιζον, μεθ᾽ ὃν καὶ Γερμανὸν τὸν ἀρχιερέα τοῦ Βυζαντίου γεγονότα, Γεώργιόν τε, τὸν ἐκ Κύπρου τῆς νήσου ὁρμώμενον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀπὸ Δαμασκοῦ τῆς Συρίας τὸν ἐπίκλην Μανσούρ. *In eo Conciliabulo fidei Canonem condiderunt de ſacris imaginibus evertendis, cui ab omnibus impio conſenſu, ac nefario ſubſcriptum eſt; eaque religio omnis pueriliter in foro anathemate damnata. Eadem & in Germanum Patriarcham dicta ſententia eſt, & Georgium Cyprium, & Joannem Damaſcenum cognomento Manſur.* Theophanes ſub anno Chriſti 745. eam totam ita proſecutus eſt: τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει καὶ Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς κατὰ τῶν ἁγίων, καὶ σεπτῶν εἰκόνων παράνομον συνέδριον τλή ἐπισκόπων συνέλεξεν ἐν τῷ τῆς Ἱερείας παλατίῳ, ὧν ἐξῆρχε Θεοδόσιος ὁ Ἐφέσου, υἱὸς Ἀψιμάρου, καὶ Πασιλλᾶς ὁ Πέργης, οἳ καθ᾽ ἑαυτοὺς τὰ δόξαντα δογματίσαντες, μηδενὸς παρόντος, ἐκ τῶν καθολικῶν θρόνων Ῥώμης, φημὶ, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων ἀπὸ ι´ τοῦ Φευρουαρίου μηνὸς ἀρξάμενοι διήρκεσαν ἄχρις ἡ´ Αὐγούστου, τῆς αὐτῆς ζ´ ἰνδικτιῶνος, καθ᾽ ἣν ἐν Βλαχέρναις εἰσελθόντες οἱ τῆς θεοτόκου πολέμιοι, ἀνῆλθε Κωνσταντῖνος ἐν τῷ ἄμβωνι κρατῶν Κωνσταντῖνον μοναχὸν, ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Συλλαίου, καὶ ἐπευξάμενος, ἔφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ. Κωνσταντίνου οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. καὶ τῇ κζ´ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνιέρῳ προέδρῳ σὺν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, καὶ ἐξεφώνησαν τὴν ἑαυτῶν κακόδοξον αἵρεσιν ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀναθεματίσαντες Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον, καὶ Γεώργιον τὸν Κύπριον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσοῤῥόαν Δαμασκηνὸν, τὸν Μανσοὺρ, ἄνδρας ἁγίους καὶ αἰδεσίμους διδασκάλους. *Hoc eodem anno impius Conſtantinus in ſacras, ac venerandas imagines perverſum CCCXXXVIII Epiſcoporum Conciliabulum in Hieriæ palatio congregavit: illi præerat Theodoſius Epheſinus Antiſtes, Apſimari filius, & Paſtillas Pergæus, qui privatim quidquid illis viſum fuit, ratum eſſe jubentes, nemine ex univerſalibus Thronis, Romano ſcilicet, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſoly-*
315 *tano præſente; a decima Februarii menſis usque od octavum Auguſti diem ejuſdem ſeptimæ Indictionis Synodum continuarunt; Eo die cum in Blachernarum templo conveniſſent Deiparæ hoſtes, Conſtantinus ambonem conſcendit, Conſtantinum Monachum tenens, qui Syllai fuerat Epiſcopus; precatuſque magna voce clamavit: Con-*

*Conſtantino Oecumenico Patriarchæ multi ſint anni. Et vigeſimo ſeptimo ejusdem menſis Imperator in forum progreſſus una cum Conſtantino deteſtando Praſide, & reliquis Epiſcopis pravam ſuam hæreſim coram univerſo populo proclamarunt, anathemate ferientes Germanum ſanctiſſimum, & Georgium Cyprium, & Joannem Chryſorrhoam Damaſcenum cognomento Manſur, viros ſanctitate celebres, & doctrina venerandos.* Ex Theophane ſua habuit Cedrenus, & Zonaras. Quibus conjicimus Georgium non tantum vitæ ſanctitate, ſed ſcripto etiam, ac editis monumentis, quæ nunc maximopere deſideramus, Iconomachorum hæreſim refelliſſe, quod & Germanum qvoque & Damaſcenum feciſſe ſcripta eorum ad hunc diem teſtanrur. Maximum illius elogium, & acclamatio in Nicæna ſecunda Synodo habetur. x) Γερμανοῦ τοῦ ὀρθοδόξου αἰωνία ἡ μνήμη, Ἰωάννου, καὶ Γεωργίου, quod Interpres mala fide *Gregorii* reddidit, αἰωνία ἡ μνήμη. *Germani orthodoxi perpetua memoria, Joannis, & Georgii perpetua memoria.* Et antea reſponſione ad Pſeudoſynodum a Patribus edita pleno pientiſſimorum virorum Theatro, ab Epiphanio Diacono nemine reclamante in ejus laudem lecta ſunt; y) Γεώργιος δὲ, οὗ Κύπρος ἡ πατρὶς, εὐαγγελικῶς τὸν βίον ἐμπολιτευσάμενος Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν δόντα ἡμῖν ὑπογραμμὸν, τὴν οἰκονομίαν αὐτοῦ μιμησάμενος, οὐκ ἐκραύγασεν, λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρησε, πάσχων οὐκ ἠπείλησε, τῷ τύπτοντι αὐτὸν εἰς τὴν σιαγόνα ἔστρεφε καὶ τὴν ἄλλην, τῷ ἀγγαρεύοντι αὐτὸν μίλιον ἓν προσετίθει τὸ διπλάσιον, ἦρε τὸν ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ, ἀγαθὸν ἡγησάμενος, κατὰ τὸν προφήτην καθίσαι, κατὰ μόνας, καὶ σιωπῆσαι. *Et Georgius patria Cyprius, qui evangelice vitam inſtituens, & Chriſtum Deum noſtrum, qui dedit nobis normam, diſpenſationem ſuam imitans non contendit, non clamavit: cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, percutienti maxillam, vertebat & alteram, angarianti ſe mille paſſus, apponebat & duplum. Tulit jugum a juventute ſua, bonum arbitratus ſecundum Prophetam* ſingulariter ſedere & ſilere.*

At cujus iſte fuerit civitatis Epiſcopus, cum a ſcriptoribus non dicatur, ſuſpicatur Baronius ad annum Domini 754. fuiſſe Georgium Epiſcopum Antiochiæ Piſidiæ, de quo inter alia Menologium Baſilii Imperatoris die 18. Aprilis hæc habet: *Poſtquam diaboli conſilio fuit Iconomachorum hæreſis exorta, & omnes Epiſcopi ab Imperatore juberentur Conſtantinopolim petere, venit & ipſe, & cum Sanctorum cogeretur adorationem negare, ne aſſentiretur, in exilium miſſus eſt, &c.* Hæc ego ita legi Græce in alio Menologio antiquiſſimo:

x) Actione VII. T. 4. edit. Harduin. p. 471.
y) p. 438. Actione VI. * Thren. III. 28.

quiſſimo. ἐπεὶ δὲ τῇ διαβόλου πονηρᾷ συμβουλῇ ἡ τῶν εἰκονομάχων αἵρεσις ἐκινήθη, καὶ γράμματα πανταχοῦ ἐπέμποντο διὰ τάχους τοὺς ἐπισκόπους ἅπαντας τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαβεῖν, παρεγένετο καὶ οὗτος, καὶ μὴ πεισθεὶς σύμφρων τοῖς αἱρετικοῖς γενέσθαι, καὶ ἀρνήσασθαι τῶν ἁγίων εἰκόνων τὴν προσκύνησιν, ἐξορίᾳ καὶ κακουχίᾳ καταδικασθεὶς, ἐν αὐτῇ θανὼν πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Auctor hiſtoriæ ſeptimæ Synodi, quæ eidem Synodo præfigitur, neſcio quo argumento, tradit hunc Georgium fuiſſe Cypri Epiſcopum. Zonaras in Conſtantino Copronymo ſcribit fuiſſe Georgium Patriarcham Conſtantinopolitanum. ἐνώπιον δὲ παντὸς λαοῦ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν ἀπηγόρευσαν εἰδωλολάτρας τοὺς ταύτας σεβομένους καλέσαντες, καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλλον τόν τε ἀοίδιμον Γερμανὸν, καὶ τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον Πατριάρχην τῆς Κωνσταντινου γενόμενον, καὶ τὸν μέγαν ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ Ιωάννην τὸν Δαμασκηνόν. *Coram omni populo venerandarum imaginum adorationem interdixerunt, Idololatris iis appellatis, qui eas colerent, & anathemate notarunt inclytum Germanum, & Georgium Cyprium, qui Conſtantinopolitanus Patriarcha fuerat,* z) *& doctrina, virtuteque præſtantem Joannem Damaſcenum.* Novatores in Zonaram debacchantur, idque ab hiſtoria diſſonare contendunt. *Tum enim,*

316 inquiunt, *Germanus erat Patriarcha, niſi fingamus duos ſimul fuiſſe. Præterea Paulus Diaconus non meminit ejus, ut Patriarchæ lib. 22. rerum Romanarum.* Sed hic, ut verum fatear, mentem Zonaræ prævertitis; Ipſe enim dicit Georgium, qui cum Germano anathemate feritur, fuiſſe Patriarcham, ſed non eo ipſo tempore, quo Germanus Thronum tenebat. Quemadmodum alij ante & poſt Germanum, ita & hic Patriarcha ætate prior fuerat: cujus Diaconus non meminit, quia hic Georgius, cum Germanus ſedem obtinebat, nullus erat; meminerunt tamen alij. Hæc pro ſe, Novatoribus Zonaras.

At quomodo hic Georgius, qui in Pſeudoſynodo Iconomachorum, tanquam imaginum propugnator anathemate feritur, Iconomachorum hæreſim nondum exortam, & ſcripto, & verbo oppugnavit? Quomodo ſolitudini addictus, in qua & vitam finiſſe ex ſupra laudato Epiphanio coniicio, ſolio præfuit Conſtantinopolitano? Cum reliqua

vitæ

z) Georgius Cyprius Patriarcha CPol. fuit poſt Theodorum A. 678-683. Vide Theophanem p. 301. ſeq. Et Cangii notas ad Zonaram p. 71. ſeq. De Georgio Lapitha Cyprio & de altero Georgio Cyprio Patriarcha CPol. qui ab A. 1283. ad 1289. fuit, dicetur infra.

vitæ exactiſſime, licet per ſummas enarrantur, nunquam illius dignitatem, ſi Patriarchalis fuiſſet, ex qua multum fructum cauſæ expepectare poterent, tacuiſſent Patres Nicæni. Quare ego eum pietate, doctrina, religione, licet nulla dignitate præditum, & Heſychaſtem fuiſſe exiſtimo: proque imaginibus aſſerendis multa ab adverſariis æque ac plerique alii perpeſſum, tandem animam Deo cui inſervierat, reddidiſſe. An præterea hic fuerit Georgius Taraſii Syncellus, cum de Syncello ſermo erit, examinabimus.

X. GEORGIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS, Vitam, & res geſtas S. Joannis Chryſoſtomi ex Palladio, Socrate, aliisque conſcripſit. Ex Commentariis etiam Cyrilli Alexandrini de vita Chryſoſtomi pleraque concinnaſſe tradit Auctor Anonymus Vitæ Chryſoſtomi in Catalogo eorum, qui de Vita Chryſoſtomi aliquid ediderunt, & ex quibus ipſe in eadem conſcribenda profecerat; μετὰ τούτους ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος Ἀλεξανδρείας μετὰ τὴν ὀπτασίαν ἐκείνην, ἣν περὶ ἑαυτοῦ ἐθεάσατο, οὗ τὰ σχέδη μετὰ πολλὰ ἔτη εὑρὼν ὁ Πάπας Ἀλεξανδρείας Γεώργιος, καὶ ἑτέρων συλλεξάμενος συγγραφέων ποιήματα τὸ διὰ πλάτους ἀπετέλεσε βιβλίον. *Praterea S. Cyrillus Alexandrinus poſt viſionem, quam de eo conſpexerat, hujus Schedas poſt multos annos comperiens Papa Alexandriæ Georgius, & aliorum Auctorum recollectis laboribus per expanſum libro conſignavit.*

Quinam iſte fuerit, aut quonam tempore vixerit, ingenue ſe Photius a) neſcire fatetur, cujus etiam ſtylum examinans, ita perſtringit: ἀνεγνώσθη βιβλίον τὰ περὶ τὸν Χρυσόστομον ἐπιγραφὴν ἔχον Γεωργίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. ὅστις δέ ἐστιν οὗτος, οὐκ ἔχω σαφές τι παραστῆσαι. ἔστι μὲν τοι τὴν φράσιν ἁπλοῦς; καὶ εἰς πολλὴν χυδαιότητα καταπενηνεγμένος. μηδὲ τοῦτο δὴ τὸ παρὰ τοῖς Γραμματικοῖς κατὰ χεῖρας τὴν τῶν ὀνομάτων, καὶ ῥημάτων σύνταξιν ἠκριβωμένος. λέγει δὲ ἐκ τοῦ Παλλαδίου, ἐπίσκοπος δὲ ὁ Παλλάδιος, καὶ διαλογικῷ τύπῳ καλῶς τι καὶ ἐσπουδασμένως τὰ περὶ τὸν Χρυσόστομον ἀνεγράψατο. ἐκ τε οὖν τούτου φησὶ, καὶ Σωκράτους, καὶ διαφόρων ἄλλων τὴν ἱστορίαν ἀναλεξάμενον εἰς ἓν συναθροίσασθαι. *Lectus eſt liber Georgii Epiſcopi Alexandrini hac inſcriptione:* Res B. Chryſoſtomi. *Qui vero hic Georgius ſit, non habeo certo affirmare. Dictio ſane ſimplex in humilem admodum ſtylum delabitur: neque ſaltem quod vel*

Dddd literæ

a) Cod. 96. Vide quæ de hoc Georgio ejusque editionibus dixi Volum VII. p. 556. & Volum. IX. p. 404. ſeq.

*literatoribus in promptu nominum, verborumque accuratam adhibet conſtructionem. Refert autem ex Palladio Epiſcopo (qui Dialogi forma pulchre, ac ſtudioſe, Chryſoſtomi res conſcripſit,) itemque ex Socrate, aliiſqve nonnullis hiſtoriam a ſe collectam.* Godefridus Tilmannus b) de ejus ætate ſic ratiocinatur. Poſteriorem fuiſſe Theodoreto, Socrate, & aliis, e quorum Commentariis, bonam rerum partem decerpſit, ſe fatetur, anteriorem Damaſceno, cum Damaſcenus, qui imperante Theodoſio Atramyteno, & aliquanto poſt ſcripſit, prima ex tribus oratione, quas de veneratione imaginum ad Leonem Iſaurum transmiſit, narrationem de B. Apoſtoli Pauli imagine ex hoc opere verbo tenus, non expreſſo ſcriptoris nomine exſcribat. Godefridum ſecutus Andreas Scottus in locum Photii, ait, illum eum fuiſſe, ut putet, qui Ioanni Eleemoſynario ſucceſſit circa annum Chriſti 620. c) Nec a Scotto diſcedit Voſſius de hiſtor.
317 Græcor. lib. 4. cap. 18. Et nuperi operum Chryſoſtomi editores d) ita rem collegerunt. Probabile eſſe inter quintam, & ſextam Synodum tempora hujuſce Georgii incidiſſe, cum poſt Cyrillum ad Apollinarium Alexandriæ Epiſcopum in Synodo quinta nemo fuerit Epiſcopus Alexandriæ eo nomine: & poſt Apollinarium ut ſeries Alexandriæ Epiſcoporum nobis ſuggerit, ad primum Georgium anni fluxerunt quinquaginta: paulo poſt annum Domini ſexcenteſimum, Georgium noſtrum vixiſſe. Sed in re obſcuriſſima, & rerum Alexandrinarum alto ſilentio non parvum lumen iſtud affulſerit. Opus Latine nobis dedit Godefridus Carthuſiæ Pariſienſis Monachus a ſe verſum. Pariſiis apud Audœnum Parvum 1537. e) & nunc recens inter opera Chryſoſtomi Græce Angli Impreſſores in fol. Tomo 8. f) Excerpta & rerum ſummam habes apud Photium in Bibliotheca, qui ſubdit: *ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος οὐκ ὀλίγα φαίνεται παριστορῶν.* f) *ἀλλ' οὐδὲν κωλύει τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐκλεγομένους τὰ χρήσιμα, τὰ λοιπὰ παρορᾶν.*

b) Præf. ad Latinam Georgii hujus verſionem, editam Pariſ. 1557. fol.

c) Hic eſt Georgius Alexandrinus Epiſc. cui CPolin aufugiendum fuit A. C. 639. à quo tempore Catholici nullum Patriarcham habuere Alexandriæ per annos XCVII.

d) Henricus Savilius T. VIII. p. 941. Etonæ 1612 fol.

e) 1557. fol. f) p. 157--265. è duobus MSS. Palatino & Bavarico. Cæſareus Codex Vindobonenſis deſinit in verſu 23 paginæ 247. teſte Lambecio VIII. p. 274.

f) Lambecius VIII. p. 273. contendit *παριστορῆσαι* hoc loco eſſe *tradere obiter ac præter inſtitutum*, quemadmodum apud Ciceronem VI. 1. ad Atticum; *hæc te volui παριστορῆσαι, ſumus enim ambo belle curioſi.* Tamen haud pauca etiam præter hiſtoriæ fidem ſcripta à Georgio in Chryſoſtomi vita, docuit David Blondellus in libro Gallice edito Genev. 1641. fol. de la primauté en l'Egliſe, p. 1230 ad 1244.

Digitized by Google

φορᾶν ; *Scriptor iſte præter hiſtoriæ fidem multa narrare videtur, verum quid prohibet utilia Lectorem ſeligere, cætera præterire?* Habetur manuſcripta in Bibliotheca Bavarica Cod. 194. ubi tamen exſcriptorum incuria pro Georgio Gregorius irrepſit; in Bibliotheca Regis Gallorum, & alibi paſſim.

Nonnullorum de hoc Auctore ea fuit ſententia, omnibus ſuis æqualibus, etiam poſteris, nam de vetuſtioribus ſilent, infantiæ in dicendo palmam merito præripuiſſe; & ex hujuſce fæcibus *Leonem* Imperatorem, g) cujus oratio nihil aliud eſt, quam hujuſce breviarium, non bono judicio collectum, & pæne barbare ſcriptum, *Auctorem incertum* multo eodem γραμματικώτερον, & *Simeonem Metaphraſtem* h) hauſiſſe. Acrior ſane cenſura, nimiumque a recta judicandi regula aberrans, cum affectui plurimum, veritati nihil dedat. Eſto infans Georgius, eſto ἀγράμματος: eſto rerum omnium imperitus, ideone & æqvalibus ſuis, & poſteris infantiæ palmam præripiet in dicendo, & merito? nimis ſane, & acerbiſſime vapulat. At quomodo Græcorum Imperatorem, cui univerſa Græcia ob unam ſolam ſapientiam ſapientis nomen indidit, expertique poſteri comprobarunt, ad Latium ipſum, jugaque ultra Appennina ad hunc diem propagatum, & judicio, & eloquentia, qua præ cæteris pollet, ſpoliant; nullamque, quod maxime opus eſſet, ſui dicti cauſam reddunt? Quod ſi rem penitius introſpicias, ſimilis in virum ſapientem, eloquentemque ignominiæ fontem, ſimilibus θιασώταις, nullum alium invenies, quam quod iisdem etiam fatentibus, non ſobrie ad dicendam vitam Chryſoſtomi acceſſerit, cum candorem hiſtoriæ, & ſinceritatem fabuloſis miraculorum aſſumentis polluerit, & contaminarit. Quidni enim fabuloſa dicerent, cum ipſe Chryſoſtomus ſexcentis in locis ſanationum χάρισμα, & aliquot ante ſeculis deſiiſſe teſtetur. Quo vel ſolo nomine præter *Leonem*, *Joannes* etiam *Damaſcenus*, i) *Coſmas Veſtitor*, k) *Joannes Euchaitarum Metropolita*, l) *Phi-*



g) Leonis Imp. Orationem Encomiaſticam in Chryſoſtomum Græce dedit Savilius T. VIII. Chryſoſt. p. 267-290.

h) Simeonem Metaphraſtem de vita Chryſoſtomi habes Græce ibid. p. 373-428.

i) *Damaſceni* Orationem in Chryſoſtomum, omiſſam à Savilio, Græce & Latine dedit Mich. le Quien T. 2. Operum Damaſceni p. 886-895. Pariſ. 1712. fol.

k) *Coſma* orationes quibus reliquiarum Chryſoſtomi translationem celebravit, adhuc ineditæ deliteſcunt. Pars ἐκ τοῦ δ λόγου τῆς ἐπανόδου λειψάνων τοῦ χρυσοστόμου MS. in Bibl. Coisliniana p. 139. Locum ex Coſma hoc Græce producit Combefiſius T. I. auctarii novi p. 493. ſeq. Alia Latine Baronius ad A. C. 438.

l) *Philotheus Patriarcha Conſtantinopolitanus*, *Matthaus Camariota*, *Conſtantinus Porphyrogenneta* ipſius Leonis filius, qui res geſtas Chryſoſtomi proſecuti ſunt, ut luce indigni perpetuis tenebris abdicantur: ne ſcilicet miracula ab eis fuſiſſime enarrata, illuſtrataque eloquentiæ luminibus, legentibus innoteſcant: ideoque Georgius, qui primus, & copioſior in illis tradendis fuit, & qui aliis ſemina ſimilium miraculorum jecit, contumelioſius atque inhumanius raptatur. Ut calumnia refellatur, calumniandi cauſa inter viros probos, integroſque licet περιέργως propoſita, ſatis ſuperque erit. Addimus ex traditione multa haberi, & ex libris, qui modo non extant. S. Nilus m) diſcipulus Chryſoſtomi narrat viſiones Angelorum, qui celebranti Chryſoſtomo aſſiſtebant,
318 in epiſtola ad Anaſtaſium: ita etiam Proclus n) narravit, vel etiam ſcripſit viſionem S. Pauli dictantis Chryſoſtomo interpretationem Epiſtolarum. Et ut idem Nilus ibidem ait, multa Chryſoſtomus τοῖς γνησίοις τῶν πνευματικῶν φίλων κατ' ἰδίαν διηγήσατο. *Neceſſariis ſpiritualium amicorum privatim narravit.* Concludam cum Caſaubono adverſus Baronium Exercit. 1. num. 17. qui dum ex Baſilio hujuſmodi narrationes rejicere conatur, ex traditionibus probat perpetuam Deiparæ virginitatem, licet id Scriptura non doceat.

XII. GEORGIUS HAGIOPOLITA o) ſcripſit λόγον ἐγκωμιαστικὸν εἰς τοὺς ἀσωμάτους. καὶ διατί ταῦτα τῇ θείᾳ γραφῇ ἀποκέκρυπται. καὶ περὶ ῥητῶν, καὶ ἀῤῥήτων. *Laudatio in ſubſtantias incorporeas, & quare ſimilia in divinis literis abſcondantur, deque fandis, atque infandis.* P. καὶ πάλαι τῷ θείῳ Δαυὶδ περὶ ἡμῶν πάντων προκελαδῆσαν. Hanc orationem hortatu religioſiſſimi, ac doctiſſimi viri Franciſci Boluiti, Neapolitani Clerici Regularis, cujus ſcripta ſuſpicio, Latinam feci. Illud hic obiter

l) *Joannis* hujus in Ss. Baſilium, Gregorium Naz. & Chryſoſtomum adhuc MS. in variis Bibliothecis, ut Coisliniana p. 418. 423. *Philotheum* in eosdem tres hierarchas Græce & Latine edidit Jac. Pontanus ad calcem dioptræ Philippi ſolitarii, Ingolſtad. 1604. 4. unde recuſus in auctario Ducæano T. 2. p. 313. & in Tomo XII. Bibl. Patrum Pariſ. 1654. p. 557. *Matthaum Camariotam* in eosdem tres habuit Savilius & editione indignum habuit. *Conſtantinum Porphyrogennetam* itidem ineditum de tranſlatione reliquiarum S. Chryſoſtomi laudat Allatius de conſenſu utriusque Eccleſiæ p. 281. ad Georg. Acropolitam p. 201. de purgatorio p. 71. de Simeonibus p. 111. &c.

m) S. Nilus lib. 2. Epiſt. 294. p. 266.

n) Vide Baron. ad A. 438.

o) Caveo Hieroſolymitanus.

Digitized by Google

ter admonitum te velim Lector, ſcriptorem hunc, dum de Angelis, & eorum miniſteriis agit, multa nova, incompta, parum Catholica ex male ſano ſuo genio egerere. Quamvis enim alii de Angelis multa eaque blaſphema congeſſerint, nullus tamen hoc noſtro abſurdior, & temerarior deprehenditur. Et ne me iſta fingere putes, aliquot illius dicta compendio ex hac oratione excerpta proponam, ut ſi quando in eam incideris, cautus, edoctuſque inoffenſo pede pertranſeas. Scribit itaque Angelos nobis in cuſtodiam datos, dum nobis adhærent, gloria divina privari, cujus privatione ſummopere cruciari: ſed multo magis angi, cum homo in cuſtodiam datus peccatis obnoxius, ſine ſpe remedii prave agendo perſeveret, contumax, atque obſtinatus: ideoque impenſe Deum exorare, ut miſereatur, & opem ferat, dubitans ne qua in ſe divinæ indignationis ira converſa proprium ordinem exul vertat. Qui vero hominem ſibi traditum pie vitam traducere videt, gaudet, tanquam qui poſt illius obitum majori gloria, & honore ſit potiturus. Primus cum hominem erroribus implicatum cernit, angitur, ne ignis cœlitus adveniens cum peccatore ipſum quoque devoret; & qvum Deo ſcelera exponunt, gemunt, & plorant, timoreque divini furoris torquentur, ne una cum peccatoribus a facie divina ejecti condemnentur. His, & aliis nugis, ne in illis enunciandis tempus conteram, tota ea oratio ad ſatietatem usque, quæ jam dixi aliaque repetens abſumitur. Quonam hic vixerit tempore, vel cujus conditionis Vir fuerit, non liqvet, licet nomini præpoſitum ſit, quod Sanctis tribui ſolet in Cod. mſ. τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν. *S. Patris noſtri.* Sed titulum hunc in ſeneſcenti Græcia, & a norma Patrum deerrante, iniquiſſimis etiam tributum comperio.

In libris Eccleſiaſticis Græcorum, ſed manuſcriptis potiſſimum, pleraque Troparia non inelegantia *Hagiopolitæ* cuidam absque nomine tribuuntur: quæ me judice, hujuſce Georgii non erunt. Non tanti æſtimo hominem: ea potius ſcripſere, vel *Sergius*, vel *Stephanus* Hagiopolitæ, Tropariorum ſimilium Auctores, neque infimi nominis, neque contemnendi. De quibus in libro meo de Melodis Græcorum verba facio.

XIII. GEORGII CHOEROBOSCI Grammatici quædam excuſa ſunt in Appendice Lexici Græco-Latini, p) in quibus ſcilicet dictioni-

 bus

p) Ad calcem Lexici Græcolatini excuſi Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Aſulani ſoceri A. 1523. fol. exhibetur apoſpaſmation περὶ ἐγκλινομένων ἐκ τῶν τῦ χοιρο-

bus N addatur, vel abiiciatur. Et omnium verborum canones exacte inveſtigari non poſſe. Περὶ τοῦ ἐφελκυστικοῦ ν. & πρὸς τοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ῥήμασι κανόνας ζητοῦντας, καὶ ὁμοιότητας. Quæ etiam paſſim leguntur in Codicibus manuſcriptis.

2. Bononiæ in Monaſterio ſancti Salvatoris quædam Chœroboſci, & Moſchopuli ad Syntaxim, & alias Grammaticæ partes ſpectantia in uno volumine manuſcripta ſe vidiſſe ſcribit Geſnerus: *illius Canones Grammaticos* recenſet Robertus Conſtantinus in Biblioth. & epitome Geſneriana Chœroboſcum *de Spiritibus*, ſeu *Accentibus* in 4o. mſ. in Biblioth. Imperator. Viennæ extare. Habetur & in Vaticana Cod. 883. Incipit, τὸ ἃ περὶ τοῦ ἑαυτοῦ ψιλοῦται ἀεὶ, Ἀαρὼν, ἀάατος. Aliud opus inſcripſerat, περὶ προσῳδιῶν, *De Proſodiis*, in Vaticana, & alibi. P. ἰστέον ὅτι τελχῖνες λέγεται.

3. Nec alterius eſt,* quod apud Ioannem Suzium fuiſſe tradit Verderius in ſupplemento *Georgii Grammatici de Syntaxi.* Et idem eſſe reor cum illo, quod in Bibliotheca Antonii Auguſtini legebatur Cod. 260.

βόσκω. *de voculis encliticis* ſive accentum rejicientibus. Idem exſtat in Varini theſauro & cornu copiæ atque hortis Adonidis, ſive Græcorum Grammaticorum collectione quæ Græce apud Aldum A. 1496. fol. & minori typorum charactere 1504. fol. lucem vidit, ubi etiam occurrunt duo illa laudata Allatio, de νῦ ἐφελκυστικῷ quibus addatur vel non addatur, & ad eos qui ubique regulas & analogiam quærunt: ac præterea alia duo, περὶ τῶν εἰς ὢ θηλυκῶν ὀνομάτων, & σχηματισμοὶ τῶν εἰμὶ καὶ εἶμι ῥημάτων. Incertum autem ad quem Chœroboſcum referri ſcripta illa debeant, cum duos ſaltim diverſos Georgios Chœroboſcos Grammaticos Græcos fuiſſe oporteat, unum qui vixit ſæculo quarto vel quinto, & à Stephano Byz. vel epitomatore ejus Hermolao (qui Juſtiniani Imp. temporum æqualis fuit) allegatur, ὀνοματικὸν ejus laudante in ταμίαθις. Alterum qui Simeone Metaphraſte eſt junior, atque adeo non ſcripſit ante ſæculum decimum. Allatius ipſe infra memorat libellum Georgii Chœroboſci, Latine editum & Græce ab interprete Fed. Morello Pariſ. 1615. 12. *de figuris Poëticis, Oratoriis & Theologicis*, περὶ τρόπων τῶν κατὰ τὴν ποιητικήν τε (καὶ ῥητορικὴν) καὶ θεολογικὴν χρῆσιν. In hoc p. 30. ubi de metaphraſi diſſerit, Simeonem Metaphraſtem laudat his verbis: μετάφρασις ἡ ἐναλλαγὴ τῶν λέξεων κατὰ ποσὸν, ἢ πλειόνων μετ' ἀρχαϊκοῦ (an ἀρκετοῦ) κάλλους γινομένη. ὡς ὁ Μεταφραστὴς ἡμῖν δείκνυσιν ἐν τοῖς τῶν Μαρτύρων καὶ Ἁγίων αὐτοῦ μεταφράσεσι. Τούτων γὰρ οἱ βίοι καὶ τὰ μαρτύρια πρὸς τὸ ἰδιωτικώτερον ἐξ ἀρχῆς συγγραφέντα παρ' ὧν δῆτα καὶ συνεγράφησαν, ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐντεχνόν τε κ.. πάνυ ὡραῖον μετεφράσθησαν.

* Imo Georgii Lecapeni, de cujus Syntaxi infra.

260. *Georgii Chœroboſci de arte Grammatica.* Grammatica etiam illa Græca, Baſilii nomen oſtentans nugaciſſime, indignus tanto auctore Liberculus, neſcio an huic Georgio * vindicari poſſit; vindicat tamen Codex manuſcriptus Collegii Græcorum hic Romæ. In quo ea habentur, *Γεωργίου τοῦ Χοιροβοσκοῦ γραμματική. Georgii Chœroboſci Grammatica.* P. *τί ἐστι γραμματική, τέχνη θεωρητική, καὶ πρακτική.* Addit ſub eodem titulo: *ἄλλοι λέγουσιν ὅτι τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Alii S. Baſilio aſſerunt.* Id, ſi argumentum permitteret, res tamen in ea adductæ, modusque tractandi, Baſilii eſſe nunquam concedent. Verum de his fuſius agemus in noſtro Opere de Libris Apocryphis. q) Leguntur que hodie in Biblioth. Regis Gallorum *Georgij Chœroboſci, Doctoris Oecumenici de Tropis, de Dialectis, de Schematibus. Ejusdem orthographia. Iterum de Tropis poeticis. Ejusdem Grammatica. Ex Chœroboſco variæ regulæ Grammaticæ.*

4. *Onomaſticon* r) illius laudatur a Stephano de Vrbibus in Ταμίαθις, & a Magno Etymologo *Rhematicum* in Θεράψας. An fuerit idem opus? Puto diverſum quid a Grammatica, in quo nomina, & dictiones expoſverit, minime fuiſſe, ſed Onomaſticon q) eam Grammaticæ partem, in qua Nominum, & Rhematicum, in qua Verborum Canones proſequeretur, a Nominibus, & Verbis ita appellatam, quemadmodum & alios ab Etymologo titulos, ac ſi diverſi, & ſeparati tractatus eſſent, ſæpius laudatos. Haud namque fuere variæ diſtinctæque tractationes, & peculiares de illis rebus libelli, ſed partes unius operis perfecti, atque abſoluti, quod ſub Grammaticæ Inſtitutionis nomine circumferri potuit: idque ab aliis etiam Auctoribus factum adeo notum eſt, ut ſi id probare vellem fruſtra laborem ſuſciperem, quando id in aliis etiam Auctoribus obſeruaſſe me memini.

5. Scripſit præterea de Figuris & Tropis Poeticis libellum, neque incomptum, nepue inelegantem, eſt manuſcriptus in Bibliotheca Sancto-Silueſtrina Romæ & penes me. Eratque in Bibliotheca Antonii Auguſtini Codice 56. & Regis Catholici, Scoriaci: recenſet illius *De metris Poeticis & de figuris Poetarum* Robertus Conſtantinus in Biblioth. Geor-

* Vel Manueli Moſchopulo potius Vide ſupra, Volum. VII. p. 35. & 37.

q) Hoc ſæpius promiſſum ab Allatio, lucem non vidit.

r) Ὀνοματικὸν legendum, quod differt ab ὀνομαστικῷ ita, ut hoc ſit quod inſtar lexici interpretatur nomina, illud Grammaticam tractationem de nominibus, (perinde ut ῥηματικὸν de verbis) complectatur. Vide Clariſſ. Hemſterhuſiii prolegomena ad Pollucem p. 35.

Georgii Chœroboſci de figuris Poeticis, Oratoriis, & Theologicis primum Græce & Latine prodiit ex Bibliotheca Federici Morelli cum Procli diſſertatione de Poetica. Lutetiæ apud Federicum Morellum 1615. in 12°.

6. Hujus aliquid extare in novem Pſalmos Davidis in Bibliotheca Regis Catholici, quæ eſt Scoriaci, ſcribit Poſſevinus. Alii ἐπιμερισμὸν τῶν ἐννέα ψαλμῶν. *Novem Pſalmorum diviſionem*, in ejuſdem Bibliothecæ Catalogo vocaverunt. Ego vidi laborem hominis in omnes fere Pſalmos, & legiſſe pœnituit. Dum enim ſententiarum expoſitionem attendo, nihil aliud præter putidas Grammaticorum regulas, & nugas verbis Pſalmorum applicatas comperio. Quemadmodum enim Moſchopulus periodum ſibi propoſitam coloribus, & artificio Grammatico exornat, ita & noſter Chœroboſcus verba, & verſiculos Pſalmorum condit. Nec dubium eſt, ea omnia, quæ ſub Chœroboſci nomine circumferuntur, Georgii hujus eſſe.

7. Sed ex quonam illi Chœroboſci cognomen appoſitum, fuſe
nobis Euſtathius Theſſalonicenſis Commentariis in Jambica carmina s)
de Pentecoſte exponit. Οὓς ἐγὼ μισῶ καθὰ καὶ ἄλλους, οἳ καί τινα σο-
φὸν διδάσκαλον παλαιὸν πολλοὺς καὶ πολλαχῶς ἐν λόγοις ὀμματώσαντα φε-
320 ρόμενοι φθόνῳ Χοιροβοσκὸν ἐπωνόμασαν, οὐκ ἂν ἐκεῖνον οὕτως ἑαυτὸν δηλοῦν-
τα, ὅτε γράφων ἐχαρακτήριζε τὰ οἰκεῖα, κακώνυμοι ἄνδρες ἐκεῖνοι οὐδὲν
ἧττον ἤπερ οἱ κατὰ τὴν Μασσαλιωτικὴν Πίσαν Λατῖνοι, παρ᾽ οἷς τεθέληται
ἀναιτίως οὕτω εἰς οὐδὲν δέον δυσφημεῖν τοὺς ἐγχωρίους ἐπιθέτοις ὀνόμασι.
τὸν μὲν γὰρ σκύλον, τὸν δὲ Σκλάβον, τὸν δὲ Παγάνον ἐπονομάζουσιν, ἢ
καλοῦσιν, ὡς αἱρετὸν εἶναι ἀνώνυμον παρ᾽ ἐκείνοις εἶναι τινὰ, ὃ τοῖς Ψύλλοις
τῷ ἔθνει ἐπισυμβέβηκεν, ἢ οὕτως ἀτέχνως ὀνομαστὸν, χρόνῳ δέποτε μακρῷ καὶ
πελώνυμον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τοιοῦτον, ὡς ἐν παρεκβάσει. ὅσοι δὲ Χοιροβοσκὸν,
τὸν τὴν λογιότητα τοσοῦτον σιλλαίνουσιν εἶεν ὑπὸ συβώτην ἀγέρμενοι. καὶ οἱ
τὸν ἀρχὰς δὲ λαλοῦντες ἀποθήκης τοιαύτης εἶεν ἐπάξιοι, ἐὰν πλαττόμενοι
τὰ τοιαῦτα ἐπιγράφουσιν ἀνδράσι πελωνύμοις. *Eos ipſe deteſtor, quemad-
modum & alios, qui Magiſtrum ſatis vetuſtum, & ſapientia celebrem, neſcio quem,
qui multorum, ac ſæpiſſime in conſtruendis ſermonibus oculos aperuit, invidentia
ducti Chœroboſcum nuncuparunt, qui cum ſua ille ſcribens digerebat, nunquam
ſe tali cognomine indicaſſet. Verum homines illi, genii perverſi æque atque qui
Maſſalien-*

s) Ex ineditis hisce Euſtathii ad Ioannis Damaſceni Canonem Iambicum & Pentecoſten Commentariis nonnulla affert etiam Allatius lib. 2. de conſenſu c. 8. §. 4.

Digitized by Google

*Maſſalienſium Piſam accolunt Latini, quibus absque ulla cauſa, ac neceſſitate, indigenas nominibus adjectis infamare ſolemne eſt; quippe hunc canem, illum Sclavum, t) Paganum alium cognominant, & appellant, adeo ut ſine nomine apud eos eſſe, quemadmodum & Pſyllorum genti accidit, optabilibus eſſet, quam ita indecore inſignem, & quandoque etiam longum poſt tempus celebrem, fieri. Sed hæc quidem, & ſimilia præter propoſitum dicta ſunt. Quicumque vero Chœroboſcum tantum eruditione, ac doctrina virum per opprobrium denominant, a ſubulco ducantur, & qui Arclam* u) *dicunt, tali illi dignentur depoſito, dummodo illi ſimilia confingentes nominibus, illisque inſignibus appingunt.* Sed quid de ejusmodi hominibus ſtatuendum eſt, in noſtro de Libris Apocryphis opere fuſe dicemus. Neque enim omnia per ignominiam dicta ſunt. Neque nomen additum, licet in malum etiam trahi poteſt, ad malum tantummodo illud denotandum adjectum eſt. Sed quandoque uſus, & caſus, quæ alias viderentur enormia, familiaria fecit.

8. Fuit in arte Grammatica ſua ætate ſingularis, cum cæteri ſubſecuti Grammatici illius Canones, & præcepta paſſim, & ubique, ubi ſeſe occaſio tulerit, vel nomine illius appoſito, vel etiam ſuppreſſo ſtudentibus pandunt: unde & Τεχνικοῦ cognomen, ut ego exiſtimo, ſibi adoptavit. Idemque eſt Georgius Technicus, ex quo ſua in Cornucopia Favorinus Camers, quemadmodum & alii collegerunt. Plures etiam alii a profeſſione, & ſtudio, quo verba omnia ad certas regulas concludere conati ſunt, idem ſibi quemadmodum & Grammatici nomen uſurparunt. Ne reliquos recenſeam, unum nobis Apollonium Alexandrinum, cognomento Dyſcolum, ſuggerit Compilator Stephani de Urbibus in Πάρος. Εἰκῆ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ Τεχνικὸς Ἀπολλώνιος, Παριανὸς, εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ παρωνύμων. *Perperam itaque ex Paro nationi nomen familiare, ſive gentilitium Apollonius Technicus* Parianum *vocavit in eo, quem de Paronymis libro conſcripſit.* Debuerat namque *Parium* dicere. Hinc, amice Lector, ex pererudito ſummi Viri x) de Apolloniis, eorumque operibus ſyntagmate, expungas velim Apollonium Parianum; cum Parianus ille nullus fuerit, & Technicus Apollonius, cujus ibi mentio fuit, non alius ab Alexandrino, atque Dyſcolo habeatur, qui opus περὶ παρωνύμων conſcripſerat, ut ex Svida, & Conſtantino Porphyro-



t) *Sclavum* pro ſervo, vide Cangii utrumque Gloſſarium. *Paganus* pro ethnico.

u) Ἀρκλᾶς dictus Iohannes Damaſcenus. Vide Volum. VIII. hujus Bibl. p. 774.

x) Ioannis Meurſii.

phyrogenneta de adminiſtr. Imper. cap. 23. idem Vir, & bene obſervavit. At quemnam ex his ſcriptores intelligunt, qvum ſuppreſſo Auctoris nomine, *Technicum* tantum laudant, & teſtem producunt? An etiam præter hos tertium? Res in ambiguo eſt, & quid dicam, neſcio. Dicant quibus Delphi, aut Hammon, aut Dodona in pectore eſt. Ego ſane non oracula fundo.

9. Eum tandem haud recentem, ſed ſatis antiqvum fuiſſe, y) & ante Anaſtaſiii tempora famam ſibi comparaſſe, vel inde colligas, quod illius teſtimonio non ſemel Stephanus Grammaticus de Urbibus, qui dictum Imperatorem præceſſerat, vel ejus epitomator Hermolaus, qui Iuſtiniano imperante, cui epitomen nuncupaverat, Byzantii flore-
321 bat, dicta ſua comprobant.

XIV. GEORGIUS DIACONUS, & Magiſter univerſalis ſcripſit *προλεγόμενα τῶν Θεοδοσίου κανόνων ἀπὸ φωνῆς Γεωργίου Διακόνου οἰκουμενικοῦ διδασκάλου. Prolegomena in Theodoſii regulas, dictante Georgio Diacono, œcumenico magiſtro.* P. *ἐπειδὴ κανόνων εἰσαγωγικῶν μέλλομεν ἄρχεσθαι. Ἐν ἐπιτομῇ δὲ τούτους παραδίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεοδόσιος, μάθωμεν τί ἐστι κανών.* In Biblioth. Regis Gallorum Cod. 1385. An idem cum Chœroboſco? hæreo. z) Num Chœroboſcus Diaconus fuerit, incertum mihi eſt: Titulo tamen *univerſalis Magiſtri* a) inſignitum non uno in loco comperi.

XV. GEORGIUS DIÆRETA, ex quo ſicut & aliis non contemnendi nominis ſcriptoribus, expoſitiones nonnullæ in Hermogenis Rhetoricam collectæ ſunt, ſub hoc titulo: b) *Συναγωγὴ τῶν ἀναγκαιο-*

*τάτων*

y) Certum hoc eſt de altero Chœroboſco, quem laudat Stephani Byzantini epitome. Atque huic etiam libenter pleraque illa in Etymologico magno memorata tribuerim, quæ retuli ſupra p. 30. Sed non minus certum eſt junioris eſſe Georgii Chœroboſci librum de tropis, quia in illo Simeon Metaphraſtes allegatur. Itaque videndum utri adſcribendæ lucubrationes variæ Grammaticæ quas Græcè MStas partim memoravit Allatius, partim ipſe retuli Volum. VII. p. 42. ſeq.

z) Non dubito Chœroboſcum juniorem eundem cum hoc Georgio Diacono pronunciare, quia in Codice Bibl. Coislinianæ de quo Clariſſ. Montfauconus p. 230. memorantur *προλεγόμενα τῶν Θεοδοσίου ὀνοματικῶν Κανόνων ἀπὸ φωνῆς Γεωργίου χοιροβόσκου.* Incipit: *ἐπειδὴ ὁ Θεοδόσιος ἐν συντόμῳ παραδίδωσιν.* Theodoſius ille Grammaticus fuit Alexandrinus Chriſtianus, cujus lucubrationes in Dionyſiii Thracis Grammaticam evolvi MStas in Bibl. publica hujus Urbis Joannea.

a) Sic Chœroboſcus vocatur apud Labbeum in Bibl. nova MSS. p. 104.

b) Confer Lambecium VII. p. 258.

Digitized by Google

*τάτων ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικὴν τῶν ἀποδοθεισῶν ὑπό τε Χριστιανῶν ἐξηγητῶν, καὶ ἄλλων, ὧν εἰσὶ Χριστιανοὶ μὲν Ιωάννης φιλόσοφος μέγας, καὶ ὀρθοδοξότατος ὁ Σικελιώτης, καὶ ἕτερος Ιωάννης διδάσκαλος ὁ Γεωμέτρης, Γρηγόριος μητροπολίτης Κορίνθου, ἕτερος μητροπολίτης Σάρδεων, ὁ Δοξαπατρῆς, κύριος Ιωάννης, Γεώργιος ὁ Διαιρετὴς λεγόμενος. ἕλληνες δὲ Σιμπλίκιος, Λογγῖνος, Συριανὸς, Ιάμβλιχος. Collectio interpretationum maxime neceſſariarum in Rhetoricam, quæ a Chriſtianis, itemque Gentilibus expoſitoribus traditæ ſunt. Ex his Chriſtiani fuere Ioannes Philoſophus magnus, & apprime orthodoxus Siculus, alius Joannes Magiſter Geometra, Gregorius metropolita Corinthi, alius metropolita Sardenſis, Doxapatres Dominus Joannes, Georgius Diæreta dictus: Gentiles vero Simplicius, Longinus, Syrianus, Jamblichus.* Fuit patria Alexandrinus, cognomento Monus, profeſſione Sophiſta, Diæretem dictum exiſtimo ob ſcholia, quæ in *διαίρεσιν, Diviſionem** ſcripſerat. Habeo ex Indice manuſcriptorum Librorum, in quo legitur: *Γεωργίου τοῦ Μόνου Σοφιστοῦ Αλεξανδρέως σχόλια εἰς τὴν διαίρεσιν. ἔστι δὲ ῥητορικὸν τὸ βιβλίον. Georgii Moni Sophiſtæ Alexandrini ſcholia in diviſionem. Liber ad Rhetoricam pertinet.* Si non fallit titulus, & *μόνου* pro *μοναχοῦ* irrepſerit. Nec aliud videtur, quod in Bibliotheca Regis Gallorum aſſervatur, *Georgii Monachi ſcholia* in Librum de diviſione Rhetor. cap. 53.

XVI. GEORGIUS ARISTINUS Hiſtoricus. Illius meminit Joſephus Methonenſis Epiſcopus in reſponſione ad Marcum Epheſinum pro Concilio Florentino, tanquam illius qui retuliſſet additamentum illud, *Filioque*, in ſymbolo mox a ſecunda œcumenica Synodo tempore Damaſi Papæ appoſitum fuiſſe. *καὶ οὐ πρὸ τούτων μόνον, ὡς εἴρηται, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὴν δευτέραν σύνοδον ἐν τῷ καιρῷ Δαμάσου Πάπα, ὡς μαρτυρεῖ Γεώργιος Αριστινὸς* c) *ὁ Ιστορικός. Nec ante illas tantum, ut dictum eſt, ſed mox a ſecunda Synodo tempore Papæ Damaſi, ut aſſerit Georgius Ariſtinus Hiſtoricus.* Et infra, *τὸ δὲ σύμβολον ἀπὸ τῆς δευτέρας συνόδου ἡ Ρωμαϊκὴ οὕτως ἔψαλλεν ἐκκλησία, ὡς ἄδει καὶ σήμερον, καθὼς μαρτυρεῖ Γεώργιος ὁ Αριστινὸς, ὡς ἔφημεν. Symbolum vero poſt ſecundam Synodum Romana canebat Eccleſia, ſicut hodie canit, teſte Georgio Ariſtino, ut diximus.*

XVII. GEORGII PEDIASIMI *Hiſtoriam* nondum editam laudat Petrus Pantinus Notis in orationem de Deipara Virgine, d) quando ad tem-



* Hermogenis Rhetoris.

c) *Αρισηνὸς* apud Allatium p. 577. de conſenſu utriusque Eccleſiæ. Perperam *Areſtinus* apud Michaelem Nau in effigie Eccleſiæ Romanæ Græcæque p. 75.

d) Antverp. 1601. 8. p. 387. T. 2. & Auctarii Bibl. Patrum Ducæani p. 445. Etiam Georgii Lecapeni hiſtoriam ineditam memorat Allatius infra p. 363.

Digitized by Google

templum eſt triennis a ſuis deducta, Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolitani. Ex ea namque Germanum hunc ſub Leone Iſauro, ſeu Conone, a quo & in exilium actus eſt ob Imaginum cultum, vixiſſe refert. De quo ſane Auctore cum ipſe nihil compertum habeam, ſed tantummodo mihi dicto Pantini cognito, nihil dicam. Joannes Pediaſimus & cerdonibus notus eſt.

XVIII. GEORGII MITYLENÆI *in ſalutiferam D. N. Jeſu Chriſti paſſionem* Homilia edita eſt Græce & Latine Tom. 2. de Cruce a Jacobo Gretſero pag. 659. De qua nihil aliud dixerim præterquam ipſius Gretſeri verba: eam piam eſſe, cæterum non magni pretii: a Librario itidem, qui Codicem Viennenſem e) exaravit, peſſimis modis mutilatam. Neque hic alius ab illo eſt, ſi conjectura non fallit, quem inter
322 Libros Bibliothecæ Imperatoris extare dicit Poſſevinus in Indice dictæ Bibliothecæ Georgii Methinenſis, *de paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Et epitomatores Geſneriani, *Georgii Methiminenſis de paſſione*, &c. Typis quoque prodierunt Epigrammata varia f) Georgii Patricii, cui Mitylene patria, in laudem librorum D. Dionyſii de cœleſti Hierarchia, de divinis nominibus, & de myſtica Theologia. Ejusdem ne an alterius? quid refert?

XIX. GEORGII NICODII *de Cruce* liber, ſic inſcriptus in Bibliotheca Imperatoriis Viennæ Auſtriæ, Poſſevinus. An lapſus exſcriptoris fuerit, *&* *Nicodius* nobis pro *Nicomedienſis* irrepſerit? g) Miror hanc orationem *de Cruce*, cum pleraſque alias ex eadem Bibliotheca erutas publicarit, Gretſerum non habuiſſe, vel habitam neglexiſſe.

XX. GEORGII GRAMMATICI, diverſi ab illo Technico, quem Chœroboſcum eſſe diximus, ad hæc tempora ſuper eſt laudationum biga. *De S. Barbara Virgine, & Martyre.* Earum primæ principium eſt: ἔστι μὲν τοῖς οὐκ ἀξίοις ἐπισφαλὲς τῶν ὑπὲρ ἀξίαν ἐφάπτεσθαι. alterius, ἐπειδὴ ἡ τῆς μάρτυρος πανσεβάσμιος μνήμη τῶν αἰγληφόροις ἄνωθεν καταυγασθεῖσα ἐλλάμψεσιν. Vidi in Bibliotheca Barberina. Et memini me etiam puerum adhuc vidiſſe in Meſſanenſi monaſterio S. Salvatoris.

Hujus

e) Confer Lambecium lib. 1. p. 136.

f) Meminit Martinus Delrio in *Vindiciis Areopagiticis* p. 458.

g) Nulla alia quam edita Georgii Nicomed. homilia reſpicitur, quæ incipit: πρὸς ὑψηλοτάτην. De qua ſupra p. 611. Vide Lambec. l. p. 135.

Hujus pleraque *Anacreontica Carmina*, eaque ſuaviſſima varii, nec inelegantis argumenti quandoque literatorum uſui edenda penes me conſeruo, & ne talia fingere videar, en eorum argumenta.

Τί εἴποι ἡ Ἀφροδίτη τῆς Ἀθηνᾶς φυτευσάσης ἐλαίαν, καὶ ἀνελθόντος ῥόδου. *Quid dicere potuerit Venus, cum Minerva olivam plantaſſet, & roſa nata eſſet.* Carmen ſatis prolixum ſed ſine principio.

Τί εἴποι ἡ Ἀφροδίτη τῆς Ἀθηνᾶς διὰ ῥόδου πεισθείσης βοηθῆσαι τοῖς Τρωσί. *Quid dicere potuerit Venus, cum oblata roſa Pallas ſuaderetur Trojanis auxilia conferre.* P. Καλύκων χάριν λαβοῦσαν θεράπαιναν Ἀφροδίτην.

Τί εἴποι ὁ Ἄρης τῆς Ἀφροδίτης τρωθείσης ὑπὸ ἀκάνθης ῥόδου. *Quid dicere potuerit Mars, Venere vulnerata a ſpina roſa*, P. τὸ ῥόδον δύω τιτρώσκει, σὲ μὲν εἰς δέμας Κυθήρη.

Τί εἴποι ὁ Ἀπόλλων κατατρέχων τῆς Δάφνης, καὶ ἐμποδισθεὶς εἰς ἄκανθαν ῥόδου. *Quid dicere potuerit Apollo Daphnem inſequens, & ſpina roſa obvia impeditus.* P. Γενεὴν ῥόδων φανεῖσαν δότε μοι δρέπειν μανέντα.

Τί εἴποι ἡ Φαῖδρα ἐρῶσα τὸν Ἱππόλυτον ἐστεμμένον ῥόδοις. *Quid diceret Phædra videns Hippolytum coronatum roſis.* .P. τί καλὸν χρόνον δοκοῦσα Παφίην ὁρῶ τυχοῦσαν.

Ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν. *Aliud in eundem.* Ἐπ' ἐμοὶ πανδαμάτωρ ὅπλα κορύσσει.

Ἐπιθαλάμια. *Epithalamia.* P. · Γάμιαι πνέουσιν αὖραι, μέλος ὀργάνων δονεῖται.

Ἐπιθαλάμια alia. *Epithalamia*, P. ἀναβάλλομαι χορεύειν, λιγυροῖς μίτοισι κρούων.

XXI. GEORGII Paneuphemi PRÆFECTI AFRICÆ *ad moniales Alexandriæ, quæ a Catholica Eccleſia defecerant*, Græce Romæ ſervari in Vaticana refert Geſnerus, & Poſſevinus. Meminit Robertus Conſtantinus in Bibliotheca. Auctorem tamen illius ſcripti Georgium non eſſe, ſed Maximum Homologetam, titulus ipſe per ſe indicat. Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ ὁμολογητοῦ ἐκ προσώπου Γεωργίου τοῦ Πανευφήμου Ἐπάρχου Ἀφρικῆς, πρὸς ἀσκητρίας ἀποστάσας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Maximi monachi Homologetæ, ex perſona Georgii Paneuphemi Præfecti Africæ ad Moniales Alexandrinas, quæ a Catholica Eccleſia defecerunt.* P. ἐγὼ μὲν ᾤμην ὑμᾶς ὡς ἀληθῶς ἐστηρίχθαι καλῶς, καὶ ἀμεταθέτους ἔχειν τὰς τῆς ψυχῆς βάσεις. Legi in Bibliotheca Barberina. h) ſimilia ſunt,

 quæ

h) Prodiit inter Opera S. Maximi T. 2. p. 336-342. edente Combefiſio, Pariſ. 1675. fol.

quæ alii ſcriptores celebres ex perſona aliorum ſcripſerunt, de quibus nos alibi.

XXII. Georgios Monachos Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores plures fuiſſe, nemini dubium eſt. Matthæus Raderus Not. in Vitam i) ſancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani a Niceta Paphlagone ſcriptam tres commemorat, quos penes ſe eſſe ſcribit. *Præter ea, quæ paſſim*
323 *ad oram notavi, placuit quædam enotare ex Georgio Hamartolo, qui diverſus eſt a Georgio Syncello Taraſii, quamvis in fronte nomen Syncelli præferat: Diverſus item a Georgio Monacho qui Chronicon ſcripſit, quod a Panuino laudatur, tametſi Chronicon illud Georgii nomen præſcriptum non habeat. Tres enim diverſos Georgios monachos manuſcriptos partim ex Palatina Boiorum, partim ex Auguſtana Bibliotheca ineditos omnes, nec tranſlatos hactenus mecum habeo, conferoque.* Diſcrimen tamen inter eos nullum adducit; pleraque etiam obſcurius prolata nobis divinanda reliquit. Saltem illud tacere non debuit, quanam ratione Hamartolus Syncelli nomen præferat, & Georgius alius, qui Chronicon ſcripſit, & laudatur a Panuino, cum Georgii nomen non habeat, Georgius ſit. Et cum Panuini locum ſubticeat, rem nobis apertam forte per ſe, difficiliorem reddit. Utinam nobis vel eorum Hiſtoriæ exordia, vel terminos præfixiſſet; Sic enim Hiſtorici prædicti dilucidius innoteſcerent. Quare de noſtro, ſi quid id fuerit, ut rem implicatiſſimam extricemus, aliquid in medium afferamus: primumque de Syncello, deinceps de Hamartolo, tandem de Tertio, ſi eſt. Nam uti de primo, & ſecundo nulla dubitatio eſt, ſic de tertio conjectura non levi hæſitare poterimus, diſſeramus.

XXIII. Primus ergo eſt GEORGIUS MONACHUS, & ABBAS, ab Officio, quo Taraſio Patriarchæ k) inſerviebat, SYNCELLUS, veluti nota ſibi propria hoc cognomine ab aliis diſcretus. Quid officii nomen præ ſe ferat, ex aliis ſumpſeris. Syncelli pro fide Catholica certamen, & in Eccleſia dignitatem tetigit Anaſtaſius Bibliothecarius in Præfatione Hiſt. Eccleſiaſticæ. *Operæ pretium duxi ex Georgii ſummatim quædam, & Theophanis Chronographia plura, ſed ſuccincte carpenda, quorum prior usque ad Diocletianum, poſterior uſque ad Leonem, qui poſt Michaelem imperavit, patrem ſcilicet Ignatii, qui adhuc ſupereſt, habenas Conſtantinopolitanæ*

i) prodiit Ingolſtad. 1614. 4.
k) CPolitano, defuncto A. 806. Confer ſi placet quæ de Georgio Syncello ejusque Chronico dixi Volum. VI. p. 151.

Digitized by Google

*tanæ tenens Eccleſiæ, prædicti operis ſui ſtylum protraxit. Qui autem ſint iſti, leviter annotabo. Horum igitur alter electa Monaſtica vita, mundoque contempto, Chriſti ſe levi jugo, & ſuavi ſarcinæ mancipavit; Præterea contra Hæreticos inceſſanti agone deſudans multis verberibus, mundi Principibus contra Eccleſiæ ritum ſævientibus, diverſiſque pœnis affectus eſt. Sic ergo ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portans tam pro fidei conſtantia, quam pro multarum virtutum inſignibus ſanctæ memoriæ Taraſii Regiæ Urbis Præſulis Syncellus effectus eſt. Sed ne multa proſequar, ſufficere arbitror ad præconium ejus, quod a Sede approbatus ſit Apoſtolica. Quando ſcilicet Vicarii ejus una cum trecentis quinquaginta Patribus in Nicæa Urbe ſecundo convenientes univerſalem Synodum celebratur* [lego, *celebrarunt*] *ſiquidem & laus ejus in eodem ſeptimo, & ſancto Concilio reperitur.*

Dicti itaque Anaſtaſii Syncellus iſte ille idem erit, cujus apud Nicænos Patres æque, ac Germani Patriarchæ, & Ioannis Damaſceni honorifica mentio eſt, & Cyprium fuiſſe ſupra in Georgio Cyprio l) abunde ſatis, ut opinor, cum nullius alterius Georgii mentio habeatur, probatum eſt. Id optime Anaſtaſio, qui iiſdem temporibus accurate, diligenterque hiſtoriam ſcribebat, innoteſcere potuit. Verumtamen ſimus in ſpeculis, obſervemuſque, quemadmodum res ſe iſta habeat, aucupemuſque ſi fieri poteſt ex puteo veritatem. Georgius Cyprius Vir ſanctitate, doctrina, & certaminibus pro aſſerendis imaginibus celebris, ſub Conſtantino Copronymo a Pſeudoſynodo damnatur, non uti jam vivens, ſed vita functus, ſicuti Germanus, & Damaſcenus; idque contigit circa annum Domini ſeptingenteſimum quadrageſimum quintum m) vindicaturque poſtea ab injuria, & probris malitioſe, & contra jus omne a nebulonibus illi oblatis, a Patribus Nicænæ ſecundæ in Reſponſione ad dictam Pſeudoſynodum Act. 7. Taraſio ipſo vidente, & audiente, ejusque vita Chriſtiane, & orthodoxe tranſacta ſummatim percurritur, ut ſupra etiam notabamus. Quomodo ergo Cyprius ille jam demortuus Taraſii Patriarchæ poſt quinquaginta ad minus annos (quadraginta namque inter Pſeudoſy- 324
nodum illam ſub Copronymo, & Nicænam Synodum & plures excurrerant) Syncellus eſſe, & Taraſii Patriarchatus hæres, ſi Syncelli nomen id præ ſe ferat, ut doctiſſimorum virorum opinio eſt, ſubſtitui potuit? Vel memoria ergo Syncelli in Nicæna ſecunda immedicabili vulnere abraſa eſt: Vel Anaſtaſius nobis fucum fecit, & alium pro alio, ut fieri ſolet, vel lapſu memoriæ, vel Commentariorum male fida relatione

l) p. 613. ſeq. m) A. 754.

tione ſuggeſſit. Quidquid ſit, Cyprium a Syncello diverſum eſſe, ego pro certo, donec contrarium perdoceatur, dicere audeo; & potiſſimum, ſi, ut adnotavit Ioſephus Scaliger, *Inſtituit opus ſuum anno Chriſti DCCXII. annis viginti uno ante exceſſum Karoli Magni, Indictione prima ineunte.*

Syncelli ſtudium, diligentiam, & in contexenda hiſtoria conatus Theophanes Iſaurus, hiſtoriæ illius continuator, ipſo ſtatim ingreſſu ſic expreſſit: ὁ μὲν μακαριώτατος Ἀββᾶς Γεώργιος, ὁ καὶ Σύγκελλος γεγονὼς Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐλλόγιμος ἀνὴρ, καὶ πολυμαθέστατος ὑπάρχων, πολλούς τε Χρονογράφους, καὶ Ἱστοριογράφους ἀναγνοὺς, καὶ ἀκριβῶς τούτοις διερευνησάμενος, σύντομον Χρονογραφίαν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, καὶ διώκτου τῶν Χριστιανῶν ἀκριβῶς συνεγράψατο. Τούς τε χρόνους ἐν πολλῇ ἐξετάσει ἀκριβολογησάμενος, καὶ συστήσας, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν πρὸ αὐτοῦ, τάς τε τῶν ἀρχαίων βασιλέων παντὸς ἔθνους πολιτείας τε, καὶ τοὺς χρόνους ἀναγραψάμενος, καὶ κατὰ τὸ ἐφικτὸν αὐτῷ τοὺς ἀρχιερεῖς τῶν μεγάλων καὶ οἰκουμενικῶν θρόνων, Ῥώμης τε φημὶ, καὶ Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλεξανδρείας τε, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων, τούς τε ὀρθοδόξως τὴν ἐκκλησίαν ποιμάναντας. καὶ τοὺς ἐν αἱρέσει λῃστρικῶς ἄρξαντας, καὶ τοὺς τούτων χρόνους ἀκριβῶς ἐνέταξεν. Ἐπεὶ δὲ τὸ τέλος τοῦ βίου τοῦτον κατέλαβεν, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ καθὼς προέφημεν μέχρι Διοκλητιανοῦ συγγραψάμενος τὸν τῇδε βίον κατέλιπεν, καὶ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει, ἡμῖν ὡς γνησίοις φίλοις τήν τε βίβλον, ἣν συνέταξε, καταλέλοιπε, καὶ ἀφορμὰς παρέσχεν τὰ ἐλλείποντα ἀναπληρῶσαι. Id eſt, ut qui non illaudabilem operam in vertendo, illuſtrandoque Theophane impendit Jacobus Bullardus n) interpretatus eſt, *Georgius ſanctæ memoriæ Abbas & ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani Taraſii Syncellus factus, Vir ſpectatiſſimus, atque eruditiſſimus multis Chronographorum, Hiſtoricorumque libris evolutis, & ſedulo excuſſis compendiariam Chronographiam ab Adamo usque ad Diocletianum Romanorum Imperatorem, & Chriſtianorum perſecutorem omni ſtudio conſcripſit: Temporum rationes ad exactiorem calculum revocans, ipſarumque diſcrepantias concilians, emendans, & tam opportune conſtituens, ut qui hactenus de hac re ſcripſerint, omnes facile ſuperarit. Quin etiam priſcorum nationis cujuscumque Regum adminiſtrationes, & regimina, ætateſque adſcripſit, ipſos etiam, quantum in eo fuit, magnarum, & Catholicarum*

n) Jo. Jacobus Buchardus, de cujus inedita Theophanis verſione vide Volum. VI. p. 152.

*licarum ſedium Præſules, Romana, inquam, Conſtantinopolitana, Alexandrina,*
*Antiochena, & Hieroſolymitana. Tum qui fidelium paſtorum munere in Eccleſia*
*defuncti ſunt; Vel qui in hæretica pravitate principatum contra jus, faſque oc-*
*cupavere: Eorumque omnium tempora pulchro ordine digeſſit. Enim vero cum*
*morte præceptus conſilium, quod in opere ſcribendo primum inierat, ad optatum*
*finem perducere non potuerit, ſed quemadmodum jam ſupra diximus, ut ad Dio-*
*cletiani tempora devenit, ex hac vita ad Dominum in fide Catholica migraverit,*
*nobis, qui amicitia ipſi conjunctiſſimi fuimus, librum, quem compoſuerat, reli-*
*quit, occaſionemque ſimul præbuit, ut quæ hactenus deſiderarentur in illo explere*
*aggrederemur, &c.*

Breviarium ergo Chronographicum ab ipſo orbe condito ab Dio-
cletianum, quod ultra deducere morte præreptus non potuit, conſcri-
pſit. Meminit illius Cedrenus, ſive Ioannes Scylitza in Procemio. ὅ τε
γὰρ μοναχὸς Γεώργιος, καὶ Σύγκελλος ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσ-
μου εἰς Μαξιμιανὸν, καὶ Μαξιμῖνον τοὺς τυράννους κατέληξε, καὶ ὁ ὁμολο-
γητὴς Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέλος ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν ἄχρι τοῦ τέ-
λους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ Γενικοῦ κατήντησεν. *Nam & Georgius Monachus, idem-*
*que Syncellus ab initio mundi orſus usque ad Maximianum, & Maximinum Ty-*
*rannos rem produxit: Et quo is loco deſiit, inde principium ſumens Theophanes* 325
*Confeſſor obitu Nicephori, qui ex Genico, hiſtoriam ſuam finiit.* Id etiam de eo
teſtatus eſt Michael Glycas Annalium partis tertiæ in fine. Γίνωσκε
δὲ ἀγαπητὲ, ὅτι καθά φησιν ὁ χρονογράφος Ἰωάννης ὁ Σκυλίτζης τῆς
Χρονογραφίας μὲν κατήρξατο Γεώργιος, ὁ καὶ Σύγκελλος χρηματίσας
Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, καὶ μέχρις
αὐτῶν τῶν τυράννων κατέληξε Μαξιμιανοῦ δηλονότι καὶ Μαξιμίνου, τοῦ υἱοῦ
αὐτοῦ. μετὰ δὲ τὸν Γεώργιον ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης, καὶ τοῦ Ἀγροῦ ἡγούμενος
τὰ ἀπόλοιπα συνελέξατο ἕως τέλους τῆς βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ Γενικῶν,
ἐφ' ᾧ καὶ ἀπὸ Μιχαὴλ τοῦ Ραγκαβὲ τῆς Χρονογραφίας ὁ Σκυλίτζης κατήρ-
ξατο. *Debes autem ſcire, dilecte Fili, temporum annotationem inchoatam eſſe,*
*Joanne Scylitza Chronographo auctore, ab Georgio ſanctiſſimi Patriarchæ Taraſii*
*Syncello, qui a mundi exorſus initio in his ipſis Tyrannis Maximiano ſcilicet, &*
*Maximino ejus filio deſiit. Deinde poſt Georgium Theophanes Confeſſor, & Agri*
*præpoſitus, reliqua literis eſt complexus usque ad Nicephori Genici finem, qua ip-*
*ſa de cauſa Scylitzes Chronographiam ſuam a Michaele Rangabe voluit auſpicari.*
Eadem repetit Joannicius Cartanus in Flor. cap. 183.

Syncellum in hoc volumen univerſam Euſebii Chronologiam
ſine ulla verborum immutatione tranſtuliſſe: Et quemadmodum Eu-

Ffff ſebius

ſebius Africanum, & alios, qui ante eum huic ſcriptioni manum admoverunt, caſtigabat, quod multa adverſus veram temporum rationem ſciſcebant, ſic ipſum Euſebium Georgius iſte Syncellus, ubi quid ille paulo alienius a vero dixit, aut fecit, ita exagitat, ut ubi uſus venit, raro hominem ſine acerba objurgatione, aut contumelioſo dicto dimittat; Quin etiam ἐμβρόντητον appellat, adnotavit non male Joſephus Scaliger in Euſebii Chronicon, & ex eo Joannes Voſſius de Hiſtor. Græcis lib. 2. cap. 24. Eum merito ab Euſebio diſſentire ſæpe, ſæpe etiam immerito, Joſephus paſſim conatus eſt ibidem oſtendere, cui ut in multis ſubſcribes, ita in pluribus meram animi contentionem agnoſces. De illis, quibus plus otii eſt, judicium ferant. Sed enim a Joſepho probe, & honeſte diſſentio, maledicentiamque illam in Auctorem tantopere ab eo perpolitum condemno. Fruſtra enim in immeritum, ac optimum ſcriptorem convicia illa, quæ ſine ſtomacho non audies, jaciuntur. Syncellus *ſententiam ſuam nullo valido argumento præterquam pertinacia, qua illi familiaris eſt, formare potuit. Et multa alia, in quibus non præter ſolitum levis. Inſignis hallucinatio, vel potius deliratio. Inſigne delirium. Quæ ſunt ſtultiſſima. Non pauca vomit, quæ non referam. Quod hujus latratoris oppones vecordiæ. Qui nullum errorem Euſebii præterire ſolet. Plane puerile eſt.* Hæc indigna Philoſopho, animoque ingenuo ſunt. Satius erat ſine iſtis contumeliis o) de erroribus admonere. Nollem ab aliquo dici probationum defectu maledicta ſubſtitui. O quantus eſt in rebus inanibus tumor, & ſtrepitus.

Evenit porro, ut exſcriptorum incuria, vel legentium tædio, & ſolemni, ac miſera ſcriptorum conditione, ut pars anterior operis, qua a mundi exordio res geſtæ ad obſeſſam a Pompejo Hieroſolymam, vel ad Julii, & Auguſti principatum enarrantur, in Auctore exſcribendo, omitterentur; Adeo ut vix uno, vel altero loco inveniatur: p) a Pompejo, & Auguſto ubique. Hinc nonnulli nullam aliam Syncelli Hiſtoriam præter hanc poſteriorem agnoſcunt. Plerique etiam, cum nullam aliam ab orbe condito Georgii Hiſtoriam præter Hamartoli deprehenderent, & ſcirent Syncellum ab orbe condito opus inchoaſſe, Hamartoli ſententias pro Syncelli, ut alii quoque Theophanis parili fuco divendunt. Specimen hujus rei eſſe poterunt excerpta ſub Georgii Syn-

o) Bene ſvades, Allati, utinam ipſe ſemper tam ſani conſilii memor.
p) Confer Goari præfationem ad Syncellum, & Allatium infra, p. 318.

Syncelli nomine ex illius Chronico a Dionyſio Petavio exhibita poſt Breviarium hiſtoricum Nicephori Patriarchæ. q) Ea enim, ut Vir ille animadvertit, falſo Georgii nomen præ ſe ferunt, cum ſint Theophanis. At ipſe Georgii Hamartoli eſſe non Theophanis deprehendi. Quod inde etiam facili negotio haberi poterat, quando in illis nulla anno- 326
rum diſtinctio, nulla temporis delineatio, ſed rei, uti ſe habuit, plana & continuata narratio, quod præter inſtitutum Theophanis eſt, qui omnia annis concludit, ut uno obtutu conſpiciatur. Et ne alios in crimen adducere videar, ipſe egomet in Syntagmate meo de Engaſtrimytho r) olim edito ſententiam de ea Hamartoli, Syncello, errore non levi, aſſerui: Multa itaque ſub Syncelli nomine, quæ Theophanis, & Hamartoli, multa ſub Theophanis, quæ Syncelli, & Hamartoli; Multa denique ſub Hamartoli, quamvis non ita ſæpe, cum Auctor in promptu haud fuerit, quæ Syncelli, & Theophanis ſunt, laudantur: Et hi tres Auctores, quando non omnibus pateant, apud recentiores confunduntur, & unus alterius ſæpe numero locum occupat. Quid Georgium Theophanem Voſſii s) referam? Plura rapit calamus, dixi ille. Ego dicerem, plurima Typographicorum amanuenſium incuriam confundere, plurima ex recta ſcriptorum ſemita in pravam, diſtortamque nulla pœna protrudere.

Fraudem in hiſce Georgiis aperiam, ut futuris temporibus, ſuis quiſque plumis, alienis abactis, præfulgeat. Cauſa erroris fuit, nomen illud Monachi, quaſi cognomen Georgiis addictum, quod recentiores parum advertentes, unumque Georgium Monachum Hiſtoriarum ſcriptorem opinantes, ſcripta omnia ad unum retulerunt. Poſſevinus in Apparatu: *Georgius Hamartolus, qui aliis idem, qui Georgius Syncellus Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus, ab mundi ortu uſque ad imperium Conſtantini, filii Leonis, Chronicon ſcripſit; Idque in Bavar. Biblioth. MS. extat. Quin & ſcripſit de Inventione ſanctæ Crucis, cujus fragmentum inſeruit Græce & Latine Jacobus Gretſerus Tomo ſuo ſecundo de Cruce. Sane Georgii Syncelli hiſtoria ab Adamo ad Alexium Comnenum extabat in Vaticana, & in Cæſarea Viennæ Auſtriæ Bibliothecis.* Vides hic multa peccare Poſſevinum: Inauditum illud eſt, Georgium Syncellum Taraſium Patriarcham, aut Patriarcham



q) Pariſ. 1616. 8. pag. 399-407. Græce περὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, ἐκ τῶν Γεωργίου Μοναχοῦ Συγκέλλου χρονικῶν.

r) cap. XI p. 454. Lugd. 1629. 4.

s) ita per errorem Voſſius vocat lib. 2. de Hiſt. Græc. c. 24. p. 285.

Conſtantinopolitanum fuiſſe. Qui in Maximiano, & Diocletiano morte oppreſſus finiit, nec ultra producere potuit, quanam ratione ad Conſtantinum, filium Leonis perduxit? Multo minus ad Alexium Comnenum trecentos, & plus annos ante mortuus continuavit. Scriptum illud de Inventione S. Crucis a Gretſero editum ex hiſtoria Hamartoli depromptum eſt, non per ſe ſeparatum. Vides ergo in his verbis, ut omnia confunduntur, Georgius Hamartolus cum Georgio Syncello, & Georgio Cedreno, & Patriarcha Taraſio; & hiſtoriæ ab his conſcriptæ, licet diverſæ, ac variæ, & ab uno Adamo initium trahentes in unum veluti ſurculum coaleſcant. Cedrenus enim in Iſaacio Comneno, Hamartolus in Michaele Theophili filio, Syncellus in Diocletiano ſcriptionem terminant.

Geſnerus, *Georgii cujusdam Græci Monachi hiſtoria temporum, ſive Chronica a condito mundo, uſque ad regnum Nicephori Botaniatæ* t), *extat manuſcripta Venetiis in Bibliotheca ſanctorum Joannis, & Pauli, & apud Diegum Urtadum Cæſaris Legatum ibidem. Vide, ne idem ſit, qui infra Georgius Pachymerius nominatur; Nam & ipſe Monachus hiſtoriam quandam ſcripſiſſe fertur.* Cujuſnam ea hiſtoria Georgii ſit divinare non poſſumus, & certum eſt ex commemoratis ſuperius nullum ad Botanitatem usque hiſtoriam ſuam produxiſſe; Niſi id affirmaremus, alium quempiam ad Hiſtoriam Georgii, quicunque ille fuerit, quæ deerant ad Botaniatem usque de ſuo, vel ab alio ſcriptore adjeciſſe. Ridiculum præterea eſt, ſimilem Auctorem Pachymerem fuiſſe, cum Pachymeres non a principio mundi hiſtoriam inchoarit, neque plurium Imperatorum res geſtas, ſed Michaelis, & Andronici ejus filii Palæologorum tantum, quando etiam ipſe rebus interfuit, proſecutus ſit, ut infra dicemus.

Syn-

t) In Bibl. illuſtris Viri Frid. Adolphi Hanſen ab Ehrencron p. 426. memoratur MS. Chronicon Græcum foliorum 310. in 4. incipiens à temporibus Conſtantini Magni & deſinens in imperio Nicephori III. ſive Botaniatæ. Subjuncta διήγησις περὶ τῆς κτίσεως τῆς ἁγίας Σοφίας τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἥνπερ ἔκτισεν Ἰουστινιανὸς ὁ Βασιλεύς. In calce Chronici hæc adſcripta ſunt verba: Ἐπληρώθη ὁ παρὼν χρονογράφος εἰς δόξαν Θεοῦ, διὰ χειρὸς κἀμοῦ ἁμαρτωλοῦ Γεωργίου ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου τοῦ ἐντιμοτάτου καὶ εὐγενεστάτου Κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Καντακουζηνοῦ. Ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ζ ξ γ´ ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αφνέ. Κτῆμα Ἀλεξάνδρου τοῦ Μοσχολέου. De διηγήσει illa dixi Volum. VI. p. 689.

Syncelli itaque Chronicon potiore ſui parte mutilum viſebatur in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 136. *Georgii Monachi Syncelli Chronographiæ epitome a C. Iulio Caſare ad Diocletianum usque. Sequitur Chronographia Theophanis ad Michaelem,* & Theophylactum ejus filium.* Ejus refertur 327
ad Theophylactum, ſicuti in præcedenti nota, non ad Diocletianum, *a Theophane Monacho continuatum.* Index manuſcriptus. Et fortaſſe idem erit cum alio ejusdem in eadem Bibliotheca, ut eſt in Indice edito. *Georgii Monachi, & Logothetæ Syncelli Chronicon breve ex diverſis Chronographis, & Interpretibus collectum, continens hiſtorias ab exordio mundi uſque ad Heraclionem Heraclii filium.* Ubi vides Syncellum Logothetæ etiam dignitate, neſcio an ex vero, inſignitum: quemadmodum & in Codice Ambroſiano Mediolani. *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν, καὶ συντεθὲν ἀπὸ Γεωργίου μοναχοῦ, καὶ Συγκέλλου.* Et in fine, *ἕως ὧδε τὰ χρονικὰ Γεωργίου μοναχοῦ καὶ Λογοθέτου.* Dixeram dubium eſſe, an Syncellus Georgius, Logotheta itidem fuerit: Alium namque fuiſſe Codex Palatinæ MS. in Bibliotheca Vaticana evincit, in quo tota Georgii Hamartoli Hiſtoria præter nonnulla loca, quibus res fuſius, vel ſuccinctius habentur, & variantes, ſed ſæpiſſime in melius Lectiones, ad verbum exſcripta eſt, Joanni Siculo, poſtmodum Patriarchæ Conſtantinopolitano tributa. Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Σικελιώτου, τοῦ καὶ χρηματίσαντος ὕστερον Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης. *Chronicon breve ex diverſis Chronographis, & expoſitoribus collectum, & compoſitum a Joanne Monacho Siculo, qui poſtea fuit Patriarcha Conſtantinopolis novæ Romæ.* P. πολλοὶ τῶν ἔξω χρονογράφοι, καὶ φιλολόγοι. Et infra. βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ θεός. Poſt nonnullas paginas, τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ Σικελιώτου περὶ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ τῆς Εὔας, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν καταγομένων. *Ejusdem Joannis Siculi de Adamo, & Eva, & eorum deſcendentibus.* P. Ἀδὰμ Ἰώσιππον κατὰ τὸν σοφώτατον. Præter Auctoris nomen diverſum, omnia Hamartoli ſunt: Deſinit in Michaele filio Theophili, notaturque in fine, ἕως ὧδε τὰ χρονικὰ Γεωργίου, καὶ τοῦ Λογοθέτου. *Hucusque Chronica Georgii, & Logothetæ.* Multo quam in Ambroſiano clarius. Chronica nempe hæc ex Georgio, & Logotheta, duobus duntaxat ſcriptoribus concinnata fuiſſe. Sed quis his Logotheta fuerit? An idemmet Joannes Siculus, qui ante Patriarchatum initum Logotheta fuit? Vel etiam cognomento talis, quan-

Ffff 3 do

* Michaëlem cognomento Rancabe.

do ſequioribus Græciæ temporibus multi cognomentum illud, ſive a Logothetæ dignitate, qua fuerant inſigniti, ſive alia cauſa, ut fieri ſolet, uſurparunt, & nunc quoque uſurpant? An etiam alius a Siculo? Certe Logothetæ illud Georgio adſcribendum non videtur, ex quo ſua Siculus deſcripſit, vel cui ſua appinxit. Quis præterea Joannes iſte Siculus fuerit poſtmodum Patriarcha? Græci Hiſtorici quod ipſe viderim, ſilent. Ego ſuſpicor non alium a Joanne Glyca u) fuiſſe, cujus licet taceatur patria, eum tamen Atticiſmi ſtudioſiſſimum eloquio valuiſſe, & quod magis eſt, Logothetam Dromi, antequam in Patriarchicum ſolium collocaretur, fuiſſe tradit Gregoras hiſtoriæ Romanæ lib. 6. & Phranza lib. 1. cap. 9. & Ephræmius Monachus in Chronico.

Τοῦ δ' ἐν γραφῇ δὲ θῶκον ἀπειπαμένου
Ἰωάννης τις, ὁ Γλυκὺς δὲ τοὐπίκλην
Συγκλητικός τε, καὶ Λογοθέτης Δρόμου
Εἷς ὢν ἀρίστων, καὶ σοφῶν λόγων ἴδρις,
Χειρίζεται δὴ τὴν λεὼ προστασίαν.

*Hoc porro Niphone ſcripto ſolio renunciato, Joannes quidam Glyca cognomento, Senator, & Logotheta Dromi, optimorum, ac ſapientum ſermonum peritus populi regimen excepit.* Nec ob aliam cauſam exſcriptorem Logothetæ nomine Ioannem Siculum, ſive mavis Glycam indicaſſe. Non placet? da certiora, & concedam. Sed quis non videt exſcriptorum
328 turbas, & nugas? Vnus illis Georgius omnia fuit; & propria unicuique ſingulis, ac ſi communia eſſent, concedunt. Ambroſiana Hiſtoria jam ſub Syncelli nomine allegata, Syncelli non eſt, neque diverſa ab ea, quæ Hamartolo in eadem Bibliotheca adſcribitur, ſi ex principio de reliquis libri partibus ſententiam ferre inconcinnum non eſt. Opus tamen hoc, ſi conjectura non fallor, non eſt, neque Hamartoli, neque Syncelli, ſed ex utriſque, ut libuit Epitomatori compilatum, productumque ad Heraclionem, & infra ad ſua tempora: Eam tamen hiſtoriæ partem cum ultimis foliis vetuſtate laceram, vel alio infortunio deperditam, ut ſæpe uſu venire ſolet, ſuſpicor. Quod etiam in Codice 154. Bibliothecæ Vaticanæ adnotabam, in quo a principio mundi ad Imperium Romanorum, & inde ad Theophanis principium hiſtoria continuatur totidem verbis, quibus Syncellus & Hamartolus uſus eſt: Ut videri poſſit ab aliquo tertio ex Georgio Hamartolo, & Syncello hiſtoriam illam fuiſſe decurtatam, cum in mul-

tis

u) Hic Patriarchatum geſſit ab A. 1316. ad 1320.

tis conciſior ſit, nec tam crebris, longisque ſanctorum auctoritatibus abundet, licet iisdem verbis Hamartoli, & Syncelli, ubique ſemper narrationem continuet, nec uſquam variet.

Conjecturam confirmat Gretſerus, qui de Georgii Syncelli Codice Boico, & Auguſtano ſermonem habens, teſtis oculatus ſcribit; *Verum nec Boicus, nec Auguſtanus Codex, utrumque jam vidimus, genuinum Syncellum continet, ſed miſcellaneam quandam farraginem ex variis ac neſcio quibus rhapſodis conſutam. Nam verus, & germanus Syncellus Chronicum ſuum auſpicatur a Julio Cæſare, prætexitque uſque ad primum annum Diocletiani; deque termino teſtem habemus Anaſtaſium Bibliothecarium in præfatione, quæ Miſcellæ præfigi ſolet. Legitimum Syncellum nacti ſumus, & legimus beneficio Marci Velſeri Viri Auguſtani, in cujus Codice titulus ſic habebat* : Γεωργίου εὐλαβεστάτου μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως σύνταξις, ἤτοι χρονογραφία ἐν ἐπιτόμῳ ἀπὸ τῆς βασιλείας Ιουλίου Καίσαρος Ῥωμαίων, μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ, &c. Falſum nihilominus eſt Syncellianæ hiſtoriæ principium a Julio Cæſare eſſe, quod poſtea & idemmet Gretſerus ex Theophane, ac Cedreno agnoſcit; ac proinde Codex illi a Velſero exhibitus non integer fuit, ſed pars poſtrema Syncellianæ hiſtoriæ, cujus quemadmodum & Theophanis plures Codices, quæ eam ab obſeſſis a Pompejo Hieroſolymis, vel a Iulij, vel Auguſti principatu auſpicantur in Italiæ Bibliothecis, & præcipue Vaticana cuſtodiuntur. Attamen partem illam, quæ ab orbis conditi initio ad tempora Pompeij res pertractat, etſi ſedulo avideque perveſtigarim, nuſquam hactenus vidi. Reperiri tamen nullus dubito, confirmorque ſchedula, quæ in Codice quodam Palatino dicti Georgii reperta eſt: In ea aſſeveratur Chronographiam Syncelli integram ab orbe condito in Bibliotheca Regis Gallorum adhuc extare, x) charactere vetuſto, bonæque notæ, cujus illud dicitur eſſe principium : ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ, Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανοῦ. *Ecloga Chronographica compoſita a Georgio Monacho, qui fuit Syncellus Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani, ab Adamo ad Diocletianum.* P. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἀρχὴ πάσης χρονικῆς κινήσεως τῆς ὑπὸ χρόνον ὀρα-

x) Ex hoc Codice Regio publicavit Iacobus Goar, & cum verſione ſua ac notis in lucem integrum Syncellum produxit Pariſ. 1652. fol.

δρατῆς κτίσεως ἐςὶν, ἐν ᾗ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρὰ τοῦ θεοῦ πατρὸς, &c. Hunc eſſe Codicem arbitror, ex quo Euſebiana ſua Scaliger habuit, quare ejus de Codice judicium audiamus. *Quam mutilus vero ille liber ad nos pervenerit, colligere licet ex eo multis locis, in quibus aut quorundam meminit, aut quædam promittit, quæ tamen nuſquam comparent. Accedit manifeſtum mutilati Codicis argumentum, verba ante lemma operis ad hunc modum*
329 *concepta:* παρεκβολαὶ ἀπὸ τῶν Γεωργίου τοῦ Συγκέλλου Ταρασίου Πατριάρχου. *Sane* τῶν παρεκβολῶν, *id eſt excerptorum nomen, ſatis indicat plura deſiderari, quam ſupereſſe. Codex ſcriptus eſt ante plus, minus annos DC. ex eo omnia Euſebiana excerpſimus, quæ quidem deprehendere potuimus, quæ tanquam ne centeſima quidem pars eorum eſſe videtur, quæ ab Euſebio relicta ſunt, aliquando tamen juſtum volumen explere poſſunt.* Sed Codicem illum mutilatum eſſe, pace tanti Viri, difficile adduci poſſum, ut credam. Verum de libro, quem nec vidi, nec examinavi, quid firmi, aut certi ſtatuere potero? Ne nobis tantum theſaurum, quibus id incumbit, Muſarum ſelectiſſima παιδικὰ, invideant, precor, obteſtorque, ſed typis omnibus communicent. Monachum porro & Abbatem Syncellum agnoſcit Theophanes in principio. ὁ μὲν μακαριώτατος Ἀββᾶς Γεώργιος, ὁ καὶ Σύγκελλος γεγονώς. Vivebat temporibus Karoli Magni.

Cum autem Georgius *Chronographus*, ſeu *Chronicus* laudetur a pleriſque, ut ab Hippolyto Thebano in Chronico apud Caniſium Antiquarum Lectionum T.3., Photio Patriarcha libello,* cui titulum fecerat, συναγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις περὶ ἐπισκόπων, καὶ μητροπολιτῶν, καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων, Nec non Joanne Tzetza Chiliade 2. hiſt.33. de Cleopatra, & Pharo.

Μέμνηται μὲν Βιργίλιος ταύτης τῆς Κλεοπάτρας,
Λουκιανὸς, καὶ Γαληνὸς, καὶ Πλούταρχος σὺν τούτοις.
Διόδωρος, Γεώργιος ὁ Χρονικὸς συν ἄλλοις,
Καὶ Ιωάννης μετ' αὐτοὺς Αντιοχεὺς ὑςέρως.

*Mentionem quidem Virgilius hujus Cleopatra fecit, Lucianus, & Galenus, & Plutarchus cum his, Diodorus, Georgius Chronicus cum aliis, & Joannes poſt hos Antiochenus poſtremo.* Dubitari poteſt de quonam Georgio intelligi debeat. De Syncello dici plane cenſet Gerhardus Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. 3. in Ioanne Antiocheno, & poſtrema iſta Tzetzæ convincere videntur. Nam ſi Georgio poſterior eſt Joannes Antiochenus, qui

* De hoc dixi Volum. IX. p. 363.

Digitized by Google

qui nihilominus eſt Damaſceno antiquior, cum ab eo Orat. 3. de Imaginibus laudetur, ſane Georgius ante Damaſceni, cum etiam ante Joannis Antiocheni tempora fuit, ergo non alius, quam Syncellus, cum ille antiquior ipſo Hamartolo, & aliis fuerit. Sed enim in his inſulſe, quemadmodum & in plerisque aliis Tzetza argutatur. Nam ſi vera ipſe pronunciat, quod ipſe neutiquam crediderim, alius erit hic Tzetzianus Chronographus a Syncello. Et vim argumenti nec Tzetza ipſe, nec alius eo acutior, aut turbulentior effugiet. Joannem Antiochenum, ut diximus, Damaſcenus ſub Leone laudat, ſed per Tzetzam Antiochenus poſterior eſt Chronographo, cum poſt eum ſcripſerit, y) ergo Chronographus hic non erit Syncellus Taraſiii Patriarchæ, qui poſt Damaſcenum annos fere ſeptuaginta ſcribebat ſub Conſtantino, & Irene. Ergo quantum hic Syncellus Joanne Antiocheno, & Georgio Chronographo, qui ante Antiochenum ſcribebat, diſtabit? Chronographi tamen nomen Syncello magis, quam alteri competet, quod ipſe res per annos diviſas pertractaverit, cæteri ſine ulla annorum diſtinctione illas proſequantur. Verum in tanta Auctorum confuſione non dubito aliis etiam Georgiis, & Hamartolo præcipue a ſcriptoribus, qui non ſingula ad amuſſim examinant, tributum.

XXIV. GEORGIUS alter MONACHUS, qui gaudet HAMARTOLUS, Peccator Latine diceres, in ſui contemptum: quod etiam plerique alii, ſed Theophanes Syncelli continuator, potiſſimum in Inſcriptione operis, & ex Latinis etiam multi conſueverunt, appellari. Chronicon & ipſe ſcripſit ab exordio mundi ad Michaelem Theophili filium, z) quando ipſe vitam agebat, ex variis, & diverſis Chronographis, & Interpretibus ſacris contextum; Hiſtoria quidem non admodum opulentum, ſed ad firmanda fidei capita, diſſertationibus, & ſanctorum Patrum auctoritatibus longiusculum. Pleraque ſunt in

 eo,

y) Fieri poteſt ut Tzetzes ne quidem voluerit tempus quo Ioannes Antiochenus vixit Georgio Chronico poſterius innuere, ſed tantum quia poſt cæteros Antiochenum commemorat, ideo μεῖ' αὐτὸς ὑςέρως eum nominare. Nam ita Plutarchus ab eo laudatur poſt Lucianum & Galenum licet utroque antiquior, & Diodorus poſt Plutarchum cum diu ante vixerit. Cæterum Georgium Chronicum Tzetzæ, Hamartolum potius ſignari mihi perſvadeo quam Syncellum; quemadmodum Georgius Monachus inter ſcriptores, è quo excerpta Peireſciana, nominatus cum Ioanne Antiocheno, itidem Hamartolus, eſt, de quo vide ſi placet quæ dixi Volum. VI. p. 154. ſeq.

z) Hic imperio præfuit ab A. C. 841. ad 867.

eo, quæ in Cedreno, Theophane, Glyca, aliiſque iisdem pene verbis, ac ſententiis, pauciſſimis tamen exceptis deſcripta: ex hoc au-
330 tem illi veluti e fonte ſua, cum poſteriores ſint, hauſiſſe, nemo ambiget. Hiſtoriam ad aliorum ſcriptorum loca obſcura, & ardua explananda apprime neceſſariam nos e Græca lingua multis ab hinc annis vertimus in Latinam. Quæ utinam aliquando bono Reipublicæ literariæ lucem videat. a) Quid ex ejus lectione ſperare poſſis, auctor quisquis ille fuerit in principio libri carmine Jambico ſignificavit.

Πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου,
Πράξεις πατρικῶν καὶ χρόνους στεφηφόρων
Πράξεις παλαιὰς, ἔργα, καὶ καταστάσεις.
Συμβάντα καὶ πραχθέντα πᾶς μαθεῖν θέλων,
Ταύτην βίβλον δίελθε, τοῖς γεγραμμένοις
Τὸν νοῦν ἐφιστῶν πᾶσι, μή τι που λάθοι,
Ὡς ἂν πατρικῶν ταῦτα τοῖς οὐκ εἰδόσι
Ἔχειν νομίζῃ πραγμάτων ἐμπειρίαν.

Cujus ea eſt ſententia:

*O exarati Codicis mirum Indicem*
*Recenſet acta, Principum annos computat,*
*Antiqua narrat facta: quis rerum ſtatus.*
*Te ſi cupido temporis lapſi tenet*
*Noviſſe ſeriem; Codicem iſtum perlege,*
*Et ſcripta volue ſerio, ut fugiat nihil.*
*Namque illa neſcientibus cum poſtmodum*
*Ediſſeres, diceris expertus, catus.*

Nec alio reſpexiſſe videtur, ut id quoque obiter hic notem, quam ad Dionyſii Periagetæ carmina, b)

Νῦν δέ τοι ἠπείρου μυθήσομαι εἶδος ἁπάσης,
Ὄφρα καὶ οὐκ ἐσιδών περ ἔχοις εὔφραστον ὀπωπὴν,
Ἐκ τοῦ δ' ἂν γεραρός τε, καὶ αἰδοιέστερος εἴης
Ἀνδρὶ παρ' ἀγνώσσοντι πιφαυσκόμενος τὰ ἕκαστα. Et infra:
Ῥηϊδίως δ' ἄν τοι λοιπὸν πόρον αὐδήσαιμι

Γαιάων

a) Nec dum, quod dolendum, lucem vidit, neque Allatio neque alio editore, licet manu exarata in variis Bibliothecis ut Cæſarea, apud Lambecium VIII. p. 462.

b) verſ. 170. & 881.

> Γαιάων Ἀσίης. ὁ δέ τοι λόγος ἐν φρεσὶν ἔστω,
> Μηδ᾽ ἀνέμοις φορέοιτο πονηθέντων χάρις ἔργων,
> Εἰ γάρ μοι σάφα τήν δε καταφράσσαιο κέλευθον,
> Ἠ τάχα καὶ ἄλλοισιν ἐπισταμένως ἀγορεύοις,
> Καὶ ποταμοὺς πολίων τε θέσιν, καὶ γαῖαν ἑκάστην.

Andreas Papius Gandenſis:

> *Nunc age telluris formam tibi verſibus omnem*
> *Quam facile haud viſam capias, & mente repenas,*
> *Exequar: Unde ingens veniat tibi gloria quondam,*
> *Si quando ignaros inter bene ſingula narres.*

Et

> *Nunc age, quod ſupereſt Aſia progreſſus apertis*
> *Expediam dictis; Tu condita mente teneto*
> *Nec fugat in tenueis opera mihi gratia ventos,*
> *Namque hujus bene ſi tractum perſpexeris ora*
> *Continuo inde aliis poteris narrare perite*
> *Fluminaque & poſitas urbes, faciemque locorum.*

Hocque meus Paraphraſtes manuſcriptus (c) ſoluta oratione ſic extulit: λοιπὸν δὲ ἁπάσης τῆς ἠπείρου, ὅ ἐστι τῆς γῆς τὴν μορφὴν λέξω, ὅπως εὔφραστον αἴσθησιν, καὶ εὐσύνοπτον τὴν γῆν καίπερ μὴ ἰδὼν ἔχοις, ἐκ τούτου καὶ γὰρ τοῦ εἰδέναι σε τῆς ἠπείρου τὰ ἔσχατα καὶ τὰ μέτρα, αἰδεῖ πάρ ἀγνώσσοντι, οἱονεὶ πάρ ἀνεπιστήμονι ἀνδρὶ καὶ μηδὲν εἰδότι; ἀγνώσσοντι γὰρ τῷ ἀπείρῳ, καὶ ἀνεπιστήμονι, καὶ μηδὲν εἰδότι σημαίνει. ἕκαστα πιφαυσκόμενος, φανεροποιῶν, καὶ κατὰ μέρος, καὶ ἁρμοδίως λέγων ἐντιμότερος ἂν ὑπάρχοις, καὶ αἰδοιέστερος, τουτέστιν αἰδοῦς, καὶ ἐντροπῆς ἄξιος. Et, τὸν δὲ λοιπὸν πόρον τῶν γαιῶν ῥαδίως σοι προσείποι- 331
μι. οὗτος δέ σοι ὁ λόγος ἐν ταῖς φρεσὶν ὑπαρχέτω, καὶ ἡ χάρις τῶν πονηθέντων ἔργων τοῖς ἀνέμοις μὴ φέροις.* καὶ γὰρ ἐὰν σαφῶς, καὶ καλῶς ταύτην τὴν ὁδὸν καταμάθοις, ὅμως ἂν ταχέως καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἐπισταμένως ἀγορεύοις τούς τε τόπους, καὶ τὴν θέσιν τῶν πόλεων, καὶ ἑκάστην γῆν. *Nunc autem univerſæ continentis, terræ ſcilicet formam exponam, ut ſenſum habeas bene loquentem & terram ſatis conſpicuam, licet eam non videris,*



c) Hunc paraphraſtem periegeſeos Dionyſianæ Eduardus Thvvaiteſius primum in præclara ſua Dionyſii editione Oxon. 1697. 8. Deinde integriorem A. 1712. 8. ad calcem Voluminis quarti Geographorum Græcorum minorum vulgavit doctiſſimus vir Joannes Hudſonus, bonis literis nuper eheu ereptus. * lege, φέροιτο.

*ris, ex eo enim, quod ſcias continentis extrema, & menſuras apud hominem minime gnarum, hoc eſt imperitum, nihilque ſcientem, nomen enim* ἀγνάσσοντι *inexpertum, idiotam, & nihil callentem ſignificat, ſingula enarrans, manifeſtans, & ſecundum partes, apteque enuncians, honoratior eris, ac venerabilior, hoc eſt veneratione, & ſuſpicione dignus.* Et, *Reliquum vero curſum terrarum facile tibi tradam: Hic porro ſermo in mente tua firmus ſit, & gratiam laborum, quos ſuſtinui ne ad ventos tranſmittas. Etenim ſi clare beneque viam hanc didiceris, facili negotio, & reliquis omnibus ſapienter & loca, & ſitum urbium, & terram quamlibet expones.*

Sed operis argumentum, & Auctoris in colligenda hiſtoria conatum, & finem a quonam melius, quam ab eodem addiſcemus? En procemium operis, quod eo libentius hic tranſcribo, ut inediti operis guſtum aliquem habeas. Πολλοὶ μὲν τῶν ἔξω φιλόλογοι, καὶ λογογράφοι, ἱστορικοί τε, καὶ ποιηταὶ, καὶ χρονογράφοι τὰς τῶν ἀρχαίων βασιλέων καὶ δυναστῶν, καὶ τὰς τῶν ἀνέκαθεν φιλοσόφων, καὶ ῥητόρων τε, καὶ τῶν ἐπ᾽ εὐγλωττίᾳ, καὶ ὀξύτητι λόγων καὶ στωμυλίᾳ διαθρυλλουμένων πράξεις, καὶ ῥήσεις, καὶ μέν τοι καὶ τὸν τρόπον ἐνίοτε τῆς τούτων ἀποβιώσεως δι᾽ ὑφηγορίας, καὶ ἐπιτάσεως λόγων συγγεγραφότες, οὐκ ἀλήπτους, καὶ εὐκαταλήπτους τε καὶ εὐκρινεῖς τοῖς πολλοῖς τὰς πραγματείας, ἅτε δι᾽ ἐπίδειξιν, καὶ κρότον, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ἀνάῤῥησιν τοῦτο δεδράκασιν, ἥκιστα πεφροντικότες τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, καὶ διηγημάτων, καὶ ἀνθρώποις ὠφελίμων. ἡμεῖς δὲ πάμπαν οἱ τῶν ἔνδον ἀνάξιοι δοῦλοι τῶν δούλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἀμέτοχοι τῆς τῶν ἔξω φυσιολογίας, καὶ τεχνολογίας ἐξ ἐπιμέτρου πέλοντες, οὐ μόνον ἑλληνικῶν καὶ παλαιῶν ἱστορικῶν, ἀλλὰ καὶ νέων, καὶ πολὺ μεταγενεστέρων, καὶ σεμνοπρεπῶν ἀνδρῶν, ἐλλογίμων ἐξηγήσεσι, καὶ χρονογραφίαις, ἱστορίαις τε καὶ διδασκαλίαις ψυχωφελέσιν ἐντετυχηκότες, ἀκριβῶς κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, καὶ περιεσκεμμένον ἐν φόβῳ Θεοῦ, καὶ πίστει χρονικῇ, τοῦτο δὴ τὸ μικρὸν, καὶ πανευτελὲς βιβλιδάριον ἐξεθέμεθα, τὰ πρὸς ὄνησιν ἐκ πολλῶν ὀλίγα συντείνοντα πεσῶς μετὰ πόνου συλλέξαντες, καὶ συνθέντες, τότε πᾶσαν μὲν ἀλήθειαν ἄκομψον, καὶ ἀκατάσκευον σφόδρα περιέχον δραματουργίαν, ἀναγκαῖα δὲ πάνυ, καὶ χρήσιμα λίαν εἶναι δι᾽ ἐπιτομῆς καὶ σαφηνείας ἐναργεστάτης ὑφηγούμενον ὅτι μάλιστα. κρεῖσσον γὰρ μετὰ ἀληθείας ψελλίζειν, ἢ μετὰ ψεύδους Πλατωνίζειν. οὐχ ὅταν γὰρ ὁ λόγος ῥεῖ, καὶ ἔξω τῶν ὅρων φέρεται θαυμαστός ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅταν βραχὺς μὲν ᾖ τῷ μήκει, πολὺς δὲ τοῖς ἐνθυμήμασι, καὶ ἐν τῷ συντόμῳ τὸ ἀπαράλειπτον, καὶ ἀτρεκὲς ἔχων τῶν ἀναγκαίων, καὶ ὀνησιφόρων,

ὑπὸ

ὑπὸ τοῦ καιροῦ μάλιστα, καὶ τῶν βασκανίας, καὶ πάσης ἐθελοκακίας ἀπηλ-
λαγμένων ψυχωθεὶς ζητικώτερος ἀναδειχθήσεται. εἰ γὰρ οἱ πνευματικῶς
τὰ πνευματικὰ συγκρίνοντες, καὶ ἀνακρίνοντες, καὶ μεταλλεύοντες, ὡς
ἐπιστήμονες, καὶ δόκιμοι τὰς ἱερολογίας οὐ λαμπραῖς, καὶ γραφάδεσι καὶ
τετορνευμέναις λέξεσι, καὶ συντάξεσιν ἐντέχνοις, καὶ καλλιεπείᾳ, ἐν ᾗ τὸ
ψεῦδος πολλάκις διὰ τῆς δεινοτάτης μεθόδου, καὶ κατασκευῆς ἐπικρύπτου-
σιν οἱ δεινοὶ τοὺς ἀπερισκέπτως, καὶ ἀβασανίστως ἀναγινώσκοντας ἐκλανθά-
νοντες, ἐπιζητοῦσιν, ἀλλὰ τὰς ἀληθείᾳ λαμπρυνομένας ῥήσεις, εἰ καὶ δια-
βαρβαριζούσης, καὶ σολοικιζούσης ἐκφωνοῦνται γλώσσης. εὕρεις τοίνυν ὄγε
πιστῶς, νουνεχῶς τε, καὶ ἀφθόνως ἅμα, καὶ ἀπεριέργως, καὶ πάσης διπλόης,
καὶ ῥᾳδιουργίας ἐλευθέρως ἐντυγχάνων ἐνταῦθα δι' ὀλίγων τὰς τῶν εἰδώλων
εὑρήσεις καὶ ἀνατροφὰς ἐντέχνως, καὶ ἐπιτεταγμένως τὰς τῶν φιλοσόφων ἑλλήνων
ἐρεσχελίας, καὶ μυθοπλασίας, καὶ θρησκείας, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀθείας, καὶ κακονοίας.
πῶς τε ἡ τῶν μοναχῶν ἤρξατο διαγωγὴ, καὶ τάξις ἀπὸ τοῦ νόμου, καὶ διὰ τῆς Χριστοῦ
παναρίστου πολιτείας καὶ διδασκαλίας ὑψηλοτέρα, καὶ φαιδροτέρα, καὶ πλατυτέρα
μάλα εἰκότως ἀναπέφηνε, καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ διάφορα σωτηρίαν ψυχῶν εὐ-
γνωμόνων, καὶ ὀρθοδόξων ὠδίνοντα. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν ἔκφυλον, καὶ θεοστυ-
γῆ τε καὶ παμβέβηλον τῶν Μανιχαίων λύσσαν, ἀφ' ἧς ὥσπερ ἐκ λιος λυσσῶντος
κυνὸς τὴν ἀρχὴν ἤν τε, καὶ κακίστην μετειληφυῖα νόσον ἀνεφύη ἡ τῶν ἀλιτηρίων, καὶ
κακοχόλων εἰκονομάχων ἐμβρόντητος αἵρεσις, καὶ ὅθεν ἀπήρξατο, καὶ ποῦ κατέ-
ληξεν, ἤ τις γε τοὺς προστάτας αὐτῆς καὶ συνίστορας ἀλλοτρίους ἐκ περιουσίας τῆς
ὀρθοδόξου πίστεως καταστήσασα σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτῶν ἐκδήλως ἅμα καὶ τὰ τού- 332
των ληρήματα καὶ βληχήματα τῆς ἀδεκάστου δίκης ὑπευθύνους, καὶ ἐκδίκους ἀ-
πέδειξεν. ὢ τῆς ἀπάτης καὶ παραπληξίας τῶν πεφενακισμένων καὶ ματαιοφρόνων,
οἳ ἐνδίκως μάλα τῷ αἰωνίῳ πυρὶ παρεπέμφθησαν, τήν τε τῶν ἀταθάλων, καὶ
κακοφρόνων Σαρακηνῶν καταγέλαστον δόξαν, καὶ τὴν κτηνώδη ζωὴν καὶ τὴν διδα-
σκαλίαν τοῦ λαοπλάνου ψευδοπροφήτου αὐτῶν, καὶ ὅθεν κακῶς ἀναδέδεικται. καὶ
πρὸς τούτοις καὶ τὴν τοῦ γέροντος Θωμᾶ νεωτερισθεῖσαν παιδοπρεπῆ ματαιοφροσύ-
νην τε καὶ παραφρένειαν, καὶ τὴν ἀργαλέαν καταστροφὴν τοῦ παναθλίου, καὶ ταλαιπώρου,
καὶ ταῦτα μὲν ἅλις. τῆς δὲ χρονικῆς πραγματείας τὴν ὑπόθεσιν ὡς ἐν τάξει
τμημάτων διὰ τὸ εὐσύνοπτον, καὶ εὐμνημόνευτον πεποιήκαμεν. ἀπὸ μὲν
γὰρ τοῦ Αδὰμ ἀρξάμενοι, καὶ μέχρι τῆς Αλεξάνδρου τελευτῆς ἐλθόντες ἐν
συντόμῳ, πάλιν ἀνάπαλιν ἀπὸ τοῦ Αδὰμ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐπιχείρησιν, καὶ
ἔννοιαν δι' ἐπαναλήψεως τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς τῶν ἐφεξῆς καὶ τὰς πράξ-
εις, ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων ἀπεμνημονεύσαμεν ἕως Ιησοῦ τοῦ Ναυῆ· εἶτα
πάλιν διὰ σκοτομίας τοὺς κριτὰς μέχρι τοῦ προφήτου Σαμουὴλ, καὶ εἶθ'

αὐτίκα τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἰουδαίων ἀπὸ Σαοὺλ ἕως Σεδεκίου, καὶ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ, ἐν οἷς καὶ κατὰ Ἰουδαίων ἐκ παρόδου διὰ βραχυλογίας. ἔπειτα δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἡγεμόνας, ὥσπερ δὴ καὶ τοὺς πάλαι Περσῶν, καὶ Μακεδόνων, Σελεύκων τε, καὶ Ἀντιόχων, καὶ Πτολεμαίων ἐν παρεκβάσει διεξήλθομεν ἀρχὰς, καὶ δυναστείας, οὕτως δὲ καὶ τοὺς Ῥωμαίων ἐξ ἐλλιπῶν καταγομένους καθολικοὺς βασιλέας, ἅμα καὶ τὰς ἐργασίας, καὶ τοὺς θανάτους ἀπὸ Ἰουλίου Καίσαρος μέχρι Διοκλητιανοῦ, καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν ἀνοσίων, καὶ Χριστομάχων. εὐθύς τε Κωνσταντῖνον τὸν εὐσεβέστατον, καὶ πρῶτον βασιλέα τῶν Χριστιανῶν, καὶ τοὺς καθεξῆς ἕως τελευταίου Μιχαὴλ, υἱοῦ Θεοφίλου, ὅστις μειράκιον βασιλεύσας τὴν ὀρθόδοξον αὖ πάλιν διὰ συνόδου θείας ἀνεκήρυξε, καὶ κατώρθωσε πίστιν. τέλος δὲ λόγου τὸ πᾶν ἀκούειν σοφῶς ἡμῖν ὁ σοφὸς ἐγκελεύεται, ὡς μὴ κάλλεσι συνταγμάτων προσετηκέναι τὸν ἀναγνώσεσι χαίροντα, καὶ θελγόμενον, ἀλλ᾽ αὐτῷ τῷ σκοπῷ καὶ τῷ τέλει τοῦ λόγου προσερεθίζειν τὸ τῆς καρδίας ὄμμα. ἡ γὰρ τοῦ λόγου κατασκευὴ καὶ ποικιλία ταῖς φιλοκρότοις, καὶ φιλοκόμψοις καλλιεπείαις οἱονεὶ μεταμορφουμένη λυμαίνεταί που τὴν προκειμένην θεωρίαν κλέπτουσα λεληθότως τὴν αἴσθησιν, καὶ πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς ὑποθέσεως ἐπισκοποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας. ἐκλιπαρῶ δέ γε τοὺς ἐντευξομένους φιλοθέους καὶ φιλολόγους ὑπερεύχεσθαί μου διὰ τὸν κύριον τοῦ ταπεινοῦ, καὶ ὑπερλίαν ἁμαρτωλοῦ τε, καὶ ἀλόγου. καὶ εἰ μὲν χρήσιμον, καὶ ἀποδοχῆς ἄξιον ὀφθείη τὸ παντελὲς τουτὶ δραματούργημα, τῷ πάντων αἰτίῳ τῶν καλῶν ἀναθετέον. εἰ δὲ καὶ παρὰ τὸ προσῆκον ἀσυνάρτητόν τε, καὶ περιττὸν, ὡς εἰκὸς, διὰ τὴν ἀλογίαν ἡμῶν εὑρεθείη, συγγνωσθείη μὲν πρὸς τῆς ὄντως, καὶ ἀρρήτου σοφίας. ἔτι μὴν καὶ παρὰ τῶν τροφίμων ταύτης θεοσόφων, καὶ θεηγόρων τε καὶ φερεσβίων, ὡς ἰδιώτῃ πάντως οὐ μόνον τῷ λόγῳ ἀλλὰ καὶ τῇ γνώσει. ἤδη δὲ λοιπὸν σὺν θεῷ τῆς ὑποθέσεως τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν κατὰ τὴν ἐμὴν ποιήσομαι δύναμιν. Hæc ita vertimus. *Externi, nec ſane pauci Philologi, atque Oratores, Hiſtorici etiam, & Poetæ, annaliumque ſcriptores, cum priſcorum Regum ac Principum, veterumque Philoſophorum, & eorum, quibus ornata verborum ſtructura, vis, & acumen ſententiarum, gloriam haud incelebrem peperit; res geſtas, & ſæpe diverſa exceſſuum genera ſublimi ſtylo, atque uberi, & in primis copioſa dicendi forma memoraſſent, obſcura illi quidem monumenta poſteris, adeoque perplexa reliquere, ut agnoſci plane non poſſint. Nam qui ad oſtentationem, plauſumque alienas laudes attigerant, ad inconcuſſam rerum veritatem, & eorum quæ hominibus uſui eſſent, narrationem pertingere non potuerunt. Nos autem Chriſti Domini noſtri ſervi, & quidem indigni, nulla exterarum ſcientiarum,*

*tiarum, artiumque ope adiuti, non ex Græcis, veteribusque ſolum hiſtoriis, ſed ex recentiorum, nec minoris æſtimandorum, planeque cordatorum Auctorum commentariis, annalibus, hiſtoriis, doctrinisque animo proficuis accurate & pro virium, ſtudiorumque noſtrorum modulo juxta Dei timorem, annaliumque fidem, hunc qualemcumque exiguum ſane, & contemptibilem libellum excerpſimus. Itaque paucis ex multis, quæ utilia eſſe poſſunt, ſelectis, & laborioſe diſpoſitis, nudam, apertamque veritatem, arte nulla fucatam, neceſſaria, & utilia tantum continentem ſummatim, ut arbitror, & quanta fieri perſpicuitate poteſt, afferimus. Siquidem præſtat vera vel balbutiendo dicere, quam Platonem referendo inſigniter mentiri. Neque fluentem, lateque vagantem orationem admira* 333
*mur, ſed quæ multa brevi verborum ambitu complectitur, contractaque neceſſaria, utiliaque ubertim ſuppeditando, ab invidia, & omni offenſa apud poſteros libera, multo alacrior eſt, & vividior. Præterea qui tanquam periti admodum, optimique ſpiritalia juxta ſpiritum interpretantur, examinant, atque explorant, ſermones de divinis rebus non requirunt ab illuſtri, ſinuata, turbinataque dictione, artificioſa compoſitione, elegantique verborum lenocinio, quibus vehementi dicendi vi, callidi iſti, facundiaque præſtantes, ut ſcripta incaute, oſcitanterque percurrentes fallant, ad mendacium occultandum ſæpenumero abutuntur: ſed ab ea, cujus eſt conſpicua veritas, tametſi barbarie, ac ſolœciſmis plena ſit. Habes itaque quisquis hæc conciſa minime curioſus, & ab omni fraude, ac fallacia alienus, fideliter, prudenterque, & incorrupte perlegis, Idolorum inventiones, fomentaque eorum callide excogitata, Gentilium Philoſophorum deliramenta, fabellas, ceremoniasque, diſcordes inſuper, ac portentoſas opiniones, diverſarum gentium inſtituta, Deorum multiplicitatem, vel ut verius dicam, impietatem, ſententiasque perverſas. Habes, ut a lege ſolitaria vitæ cœperit inſtitutio; quæ deinde ex Chriſti vita omnium optima, ac doctrina eminentior, illuſtrior, ampliorque multo effecta eſt. His plura nec unius generis annexa, quæ cordatorum virorum, recteque ſentientium animis ſalutaria ſint. Habes præterea, ut immanis, impia, deteſtabilis, fallaxque Manichæorum rabies exorta, ut ex ea, tanquam ex rabida cane ſceleſtiſſimorum, otioque turpiſſime abutentium Iconomachorum hæreſis ſtupida illa quidem, morborumque omnium pernicioſiſſima eruperit, & quatenus graſſata: ut ipſius auctores, nec non paria ſentientes, defenſoresque ab Orthodoxa fide penitus avulſos una cum eorum ſcriptis, & concionibus divina juſtitia quæſitiſſimis ſubjecit pœnis. O fraudem, impoſturam, ac vecordiam! pro qua æternis ignibus merito traditi ſunt. Irridendam inſuper ſtultam, ac ſceleroſam Saracenorum perſuaſionem, belluinumque vivendi modum, & ut eorum falſus Propheta, gentiumque ſeductor doctrinam perperam colle-*

*collegerit. Ad hæc Thomæ ſenis puerilem ſtultitiam, atque amentiam, ipſiusque omnium infeliciſſimi triſtem, miſerumque interitum. Hucusque ſatis. Temporum vero tractatus per ſectiones diviſimus: ita enim promptiora omnia, & memoriæ expeditiora erunt. Exorſi ab Adamo ad Alexandri Magni interitum res ſummatim complexi ſumus. Iterum ab Adamo eadem ratione incipientes, eorum, qui poſt Adamum vixerunt, res geſtas, atque ætates majori, qua potuimus veritate usque ad Jeſum Nave perſtringimus. Sic etiam deinceps per Judices ad Samuelem Prophetam usque decurrimus. Inde Judæorum Reges a Saule, ad Sedeciam recenſentes, Hieroſolymitanum excidium, ac quæ Judæi pertulere, quaſi aliud agentes compendio ſumus proſecuti. Denique Romanorum Principum, nec non veterum Perſarum, Macedonumque, Seleucorum, Antiochorum, ac Ptolemæorum regna obiter tangimus. Eadem ratione Romanorum, qui a Græcis oriuntur, Imperatorum rès geſtas, atque obitus a Julio Cæſare ad Diocletianum, & Maximianum impios Chriſti hoſtes deducimus. Verti ſubinde ſtylum ad piiſſimum, ac primum Chriſtianorum Imperatorem Conſtantinum, eosque, qui mox ſubſecuti ſunt. Tandem in Michaele Theophili filio, qui rerum puer adhuc potitus Orthodoxam fidem in ſacra olim Synodo promulgatam reſtituit, conſiſtimus. Verum, ut a ſapiente ſapienter prolatum,* Eccleſiaſtæ XII, 13. Omnia audire finis orationis eſt; *qui lectionibus libentiſſime dant operam, ne ad Commentariorum ornatum reſpiciant, ſed ad ſermonis ſcopum, ac finem cordis oculos dirigant. Varia enim orationis ſtructura, quippe quæ ad oſtentationem, ac ſtrepitum comparata, quodam modo immutatur, propoſitam deturpat materiam, ſenſum illico rapit, ingeniique aciem, ne argumentum percipiat, retundit. Quiſquis autem Dei, ac literarum amicus hæc lecturus erit, eum ego exoratum velim, ut pro me homunculo, peccatis obnoxio, ac rationis experte Deo preces alleget. Si quid vero utilitatis, atque operæ pretii hos exiguos noſtros habere viderit conatus, id totum eidem bonorum omnium auctori Deo imputet.* Sin, *ut ab inſcientia noſtra expectari par eſt, inconcinni, ac fœde exuberantes illi fuerint, per veram illam, atque ineffabilem ſapientiam, quæ ſuos alumnos non minus divina doctrina, quam eloquio inſtruit, nobis, ut im-*
334 *peritis omnino, & non eloquentia ſolum, ſed ingenio deſtitutis venia detur. Jam vero Deo ipſo auſpice pro viribus inde exordiar.* Operis initium ita conceptum eſt, Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν, καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου Ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς. *Breve Chronicon e diverſis Annalium ſcriptoribus, & expoſitoribus decerptum, concinnatumque a Georgio Mona-*

*cho*

*cho Peccatore. Liber generationis hominum ab eo die, quo Deus Adamum ad imaginem, & ſimiltudinem ſuam creavit, exorditur. Adamus tres ſuſcepit filios.* Temere ergo plerique dictum Hamartoli Chronicon Syncello adſcribunt, ut adnotavit Gretſerus; & inter alios Codex Ambroſianus Mediolanenſis, cujus verba ſupra d) exſcripſimus, ut humaniſſimis Literis non multo ante nos admonuit virtute, religione, ac nobilitate inſignis Paulus Sfondratus, Clericus Regularis. Idem Chronicon legitur etiam Scoriaci in Biblioth. Regia.

Ex hoc opere, *de inventa Cruce* Narrationem edidit Græce, & Latine cum aliis Gretſerus Tom. 2. de Cruce pag. 1140. Notatque eam deſumptam eſſe ex Alexandro, aut Julio Polluce; e) aut certe utrumque eam ab hoc Georgio deſcripſiſſe, eamque iisdem fere verbis referri a Theophane in Chronico. Nec ignorare, qui in momumentis ſequioris, ac poſterioris Græciæ verſatus eſt, quam liberaliter ſcriptores ſeſe mutuo exſcribere, aut expilare conſveverunt. Subditque hunc Georgium, Chronicum ſuum ab exordio mundi usque ad Imperium Conſtantini, filii Leonis pertexiſſe. Si de Conſtantino Porphyrogenneta filio Leonis ſermo eſt, fallitur Gretſerus, cum multo ante diem ſuum Georgius obierit, nec ultra quam ipſe in proœmio jam allato promiſerat, hiſtoria illa producta ſit. Quare ab alio, nec ab uno, ex aliis ſcriptoribus illa addita eſſe manifeſtum eſt, & ego in nonnullis manuſcriptis id obſervabam.

In Excerptis etiam, *De Legationibus Romanorum ad exteros*, nondum vulgatis, quædam ex ejusdem Georgii hiſtoria ejusdem argumenti habentur. *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ἐκ τῆς ἱστορίας Γεωργίου τοῦ μοναχοῦ.* P. *ὅτι ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης ἀποστείλας κατὰ Ῥωμαίων.* Ut hinc videas Georgii Hiſtoriam ab Imperatore Conſtanti-



d) p. 637.

e) Alexandrum Monachum intellige, cujus hiſtoricam narrationem de inventione Crucis Gretſerus Græce & Lat. præmiſit: Julium Pollucem, Chriſtianum ſcriptorem, auctorem Hiſtoriæ Phyſicæ in Hexaëmeron & Chronici ſive Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ab origine rerum ad Valentem & Valentinianum, quæ in variis Bibliothecis ſervatur manu exarata ut dixi Volum. V. p. 491. De Codice Bavarico hujus Pollucis præter Gretſerum facit mentionem Poſſevinus appendice ad apparatum ſacrum, & Iac. Pontanus præfatione ad Phranzam. De Auguſtano vide Nova literaria Hamburg. A. 1703 p. 306. De Schleuſingenſi Godofredum Ludovicum in notitia Bibl. Schleuſingenſis &c.

no Porphyrogenneta, f) tanquam non contemnendam in pretio habitam, & dignatione.

Servaturque penes me ex ſatis antiquo Codice deſcripta, *ἐκ τοῦ χρονικοῦ Γεωργίου μοναχοῦ διήγησις ἀποδεικνύουσα πόθεν καὶ ἐκ ποίου βασιλέως ἔλαβε τὴν ἀρχὴν ἡ τῶν εἰκονομάχων αἵρεσις, καὶ πότε ἐπαύσατο. Καὶ περὶ τῆς ἐπιτελουμένης συνάξεως τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν. Ex Chronico Georgii Monachi Narratio demonſtrans, undenam, & ex quo Imperatore originem ſumpſerit Iconomachorum hæreſis, & quando finem habuit; & de Synaxi, quæ fit prima ſanctorum Jejuniorum Dominica.* P. μετὰ Θεοδόσιον τὸν Ἀδραμυττηνὸν ἐβασίλευσε Λέων Ἴσαυρος, ὁ καὶ Κόνων. Quæ in iſta Narratione habentur ex Georgii hiſtoria carptim, & uti concinnatori placuit, deſumpta ſunt: nihil ex ea hauries, quod non melius, ac perfectius ex ejus hiſtoria addiſces. Multa tandem ex Georgio in ſuos Annales refert Michael Glycas, quæ tamen non omnia probat, de quibus penes alios judicium ſit.

XXV. GEORGIUS CEDRENUS a quibusdam etiam Monachus, vel Sacerdos exiſtimatus, tum quod ſimilis ſortis hominibus genus dicendi familiare ſequatur, tum quod de religione, & ceremoniis, & vita monaſtica prolixas diſputationes ſæpe ſæpius interſerat, a quibus ipſe non diſſenſerim, dummodo libri titulus, quem ipſi etiam producunt ſuſpectus non ſit. Ab orbe ipſo condito compendium ſuæ hiſtoriæ exorſus, ad Stratiotici abdicationem g) deduxit: Opus e variis hiſtoriis non ſententiis ſolum, ſed verbo tenus conſarcinatum abſolvit. Quæ ſi ab Auctoribus repeterentur, nudus ipſe, æque ac cornicula illa remaneret. Primam enim hiſtoriæ partem a Georgio Syncello,
335 & Georgio alio, Hamartolo ad Maximianum, & Maximinum; Cætera ad Nicephorum ex Genico a Theophane Syncelli continuatore, de Baſilio Macedone ex Conſtantini Porphyrogennetæ libro de vita, & rebus geſtis Baſilii Macedonis: a Nicephoro * ad Stratioticum ipſum, in quo hiſtoriam finit, a Joanne Scylitza exſcripſit, h) & neſcio qua fronte pro ſuis divendidit, adeo ut vix unam, alteramve periodum in tam vaſto volumine Cedreni propriam ac legitimam reperies: Gra-

tiæ

f) Etiam inter ſcriptores è quibus excerpta Peireſciana collecta ſunt, Georgius Monachus laudatur.

g) A. C. 1057.

* Nicephoro Rangabe.

h) Confer quæ ſupra, Volum. VI. p. 387.

tiæ tamen illi agendæ ſunt, quod Auctores nobis præcipuos, & raros ſuo ipſe furto conſervavit, quando illi non haberentur; Sed cum jam nobis Georgii Syncelli, Hamartoli, Theophanis, Conſtantini, Scylacis, i) aliorumque ſcripta, accuratiſſimorum hominum beneficio, ac diligentia obtinemus, fruſtra faciet, qui Cedrenum perquiret: Niſi aquarum rivuli, quam fontes, unde emanant, puriores, ac dilucidiores, magis accepti fuerint. Editus eſt hic Auctor Græce, & Latine ex Interpretatione Gulielmi Xylandri, qui Annotationes, & tabulas Chronologicas etiam addidit, Baſileæ 1566. in folio. ita tamen ut paginarum integrarum defectum pluribus in locis ſentiat, qui ex manuſcriptis in Altempſiana, & Vaticana Bibliothecis conſervatis ſuppleri poterunt. k) Erat quoque in Bibliotheca Patriarchæ Conſtantinopolitani, ut tradit Verderius, & in Biblioth. Antonii Auguſtini Cod. 131. Hunc aliquando Vvolphius, ſed quam ſano judicio? prætulerat Zonaræ. Zonaras enim licet in hiſtoria poſt Conſtantinum magnum jejunior ſit, & nonniſi obvia quæque percurrerit, in his vero, quæ ante Conſtantinum ad mundi exordia diligentius, ac copioſius verſatur. Sed quod laude dignum, eaque ſumma eſt, Zonaras res de ſuo componit, & narrat, non alienorum furtis plauſum captat, neque tractatus integros exſcribit.

Joſephus Scaliger notis in Chronicon Euſebii de Cedreno illa habet: *Georgius Cedrenus totam Chronographiam Syncelli verbatim deſcripſerat, & ex eo, atque aliorum Chronologorum ſcriptis ingens volumen contextum, σύνοψιν ἱστοριῶν vocavit. Sed ne illud quoque breviatorum manus, librorum præſentiſſimum venenum effugere potuit. Plus dico, non breviatores illi, ſed mutilatores fuerunt. Nam quæ habemus non juſtum illius συνόψεως breviarium eſt, ſed potius cadaver, & disjecti membra ſcriptoris παρεκβολαὶ, & excerpta ex eo ingenti volumine ſine ullo ordine temporum, aut geſtorum, aut delectu eorum, quæ aut omittenda, aut excipienda erant. Idiotam quidem hunc Cedrenum fuiſſe, illius ſcripta clamant, ſed pejus & de illo, & de tota Chronologia meruerunt, qui eum tam crudeli genere lacerarunt. Denique totum Cedreni opus eſt*



i) Scylitzæ.

k) Poſt hæc A. 1644. ab Allatio ſcripta, Georgium Cedrenum undequaque reparatum & abſolutum ex Regia Biblioth. typis pariter Regiis publico dederunt Pariſienſes A. 1647 fol. ubi Baſileenſis editionis lacunæ expletæ, caſtigata in plerisque a Carolo Annibale Fabrotto Xylandri verſio, notæ poſteriores Iacobi Goari additæ, Gloſſarium ejusdem Fabrotti præmiſſum, & appoſita Scylitzæ ad Cedreni hiſtoriam continuatio.

*ſtabulum quiſquiliarum, & cento ex multis pannis ſordidis, purpureis, malis, bonis, integris, laceris conſutus. Ex ea farragine multa Euſebiana eruimus, quæ ex Georgio Syncello ille exerpſerat, & præfato Euſebii nomine producit: multa etiam, quæ quamquam tacito Euſebii nomine, manifeſto Euſebiana conſtat eſſe tum ex Syncello, tum ex aliorum fragmentorum reliquiis. Non pauca præterea apud eundem Cedrenum ſuperſunt optimæ notæ analecta, quorum partem Euſebii, partem Africani eſſe non dubitamus, ſed ea, quod, quibus opinionis noſtræ fidem faceremus argumenta nobis deſunt, maluimus intacta relinquere, quam incerta pro certis adferre. Cedreni vero Synopſim arbitramur non multo poſt ejus obitum mutilatam fuiſſe, atque ita ab illis librorum carnificibus, ut hodie edita eſt, poſteritati tranſmiſſam; quin ne ea quidem, quæ breviatores collegerant integra omnino ad nos perveniſſe. Nam Leunclavius Vir doctiſſimus in Notis ad Annales Turcicos ſcribit aliquot Cedreni folia penes ſe habuiſſe, quæ in excuſis deſiderarentur. Nos vero apud Syncellum paginam integram reperimus, & quædam alia quæ in editione vulgata non extare ſuo loco demonſtrabitur.* Nec diſſimilia ſunt, quæ apud Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. 2. cap. 26. leguntur. Acre nihilominus eſt Scaligeri de Cedreno judicium, & iniuriam, qua ipſe idiotam, ut ſupponit, afficit, ſummis, doctiſſimis, & in Hiſtoria Eccle-
336 ſiaſtica proceribus facit; Africano ſcilicet, Euſebio, Syncello, Theo-
phani, Hamartolo, Conſtantino Porphyrogennetæ, Scylitzæ, & aliis, quos verbatim deſcribit Cedrenus: fateturque ipſe Scaliger de quibusdam, de aliis, alii adnotarunt, & potiſſimum de Theophanis Annalibus Dionyſius Petavius Not. in Nicephori Patriarchæ Breviarium Hiſtoricum: neque enim de ſuo quippiam, quod illi prius ſcripto *non* tradiderint, ſcribit. Euſebius Africanum deſcripſit. Euſebium ſine ulla verborum mutatione in ſuum Chronicon tranſtulit Syncellus, verba ſunt Scaligeri: poſtea Theophanem, & Hamartolum, qvum morte præreptus Syncellus opus non abſolviſſet, Porphyrogenneta deinceps ſuppeditante materiam Theophanis affinis, & continuator, Theophanem excipit, & rerum ſeriem proſequitur: a morte Nicephori ad Iſaacium Comnenum totus Scylitza proponitur. Quomodo tot, tantique Viri, & de hiſtoria Chriſtiana bene meriti ſtabulum erunt quiſquiliarum, & panni ſordidi, ac laceri? An quia de ritibus, & ceremoniis Eccleſiæ Catholicæ fidentiſſime ac veriſſime tractant, ſtabulum olent Scaligero, & ſapiunt? Primos talium rerum Auctores, non collectorem, neque reſcriptorem reprehendere debuerat. An non ſub perſona Davi vapulat Alexander Macedo, & pro libidine ſibi fingit

ſingit hominem Scaliger, quem opprimat? Leviores erunt Eccleſiæ ritus, contemptibiliores traditiones, faciliusque reprobari poterunt, ſi earum aſſertor nullius eſſe dignationis aſſeratur? Sed vellem in univerſa Cedreni hiſtoria aliquid; quod peculiare Cedreni ſit, a Scaligero demonſtratum fuiſſet, quod nuſquam perlectis dictis Auctoribus demonſtrabitur: ut hinc poſtea dignum ne illud laude ſit, an reprehenſione, diiudicare poſſemus. Dicet illud eſſe ſapere, qui ubicumque opus ſit, lingvam poſſit flectere. Sed id, quibus in pectore acetum eſt, haud probabunt. Immerito præterea Scaliger temporum ordinem in Cedrenicis hiſce, quæ ſuperſunt, deſiderat. Cedrenus enim *Hiſtoriarum Synopſim*, non *Chronographiam*, cui diſtinctio temporum magis competit, ſcripſit. Satis illi fuit Regibus, res quoque ſub eorum principatu geſtas, nullo annorum ordine diſcriminatas ſupponere. At evolue ſodes Cedrenum, quam ille diſtincte pleraque, quam accurate, & ea potiſſimum, quæ ex Theophane mutuatur ſuo loco diſtribuit. Et in exſcriptione Scylitzæ Scylitza ipſe ſequendus erat, qui actiones non ad annos, ſed ad imperia refert. Neque prudentiori conſilio opus Cedreni unicum in duo partitur; alterum ingens, quod ipſe Cedrenus ex variis Auctoribus compilatum conſcripſerat, alterum a junioribus non multo poſt ejus obitum mutilatum, adeo ut nec prioris voluminis breviarium ſit, ſed potius cadaver, eſtque illud ipſum, quod editum Græce & Latine præ manibus omnium eſt. Cedreni etenim opus, quod habemus non eſt primi operis a Cedreno compoſiti, quod nullum fuit, breviarium, ſed illud ipſum ab eodem collectum, & quod ipſe nuncupavit *σύνοψιν*, *breviarium*, quod brevi verborum circuitu, & veluti in compendio res prolixas, atque immenſæ ſcriptionis legentibus traderentur: argumento erunt Auctorum ſententiæ, & narrationes, quas ille, ut apud eos leguntur, neque immutans, ſed fida verborum continuatione, rebus minus opportunis neglectis, diſponit. Et Breviarii eſt, rem longa verborum ſerie circumſcriptam breviori ſententia, & paucioribus verbis concludere: quod ſecus ſe habet in Cedreno.

Monet tamen Voſſius ex Geſnero, Hiſtoriam Cedreni a morte Nicephori usque ad imperium Iſaaci Comneni etiam legi ſub nomine Joannis Curopalatæ (qui idem eſt cum Scylitza) paucis exceptis. I) & Caſau-



I) De ſimilibus Codicibus MSS. Segvierianæ ſive Coiſlinianæ Bibliothecæ, vide eruditiſſ. Montfauconum p. 206.

Cauſaubonum Notis in lib. 17. Strabonis referre, cum a Græculo hiſtoriam Curopalatæ eruiſſet, eumque contuliſſet cum Cedreno, deprehendiſſe eadem iisdem verbis ab iis dici, ut alteruter neceſſario
337 plagiarius ſit. Addit Caſaubonus: *At cum me ab illo Græculo deceptum, qui magna me pecunia emunxerat inique ferrem: hoc me tamen recreabat, quod ex utriusque collatione multa poſſe in utroque emendari videbam. Cedrenum enim ita eſſe editum ſciebam, ut multa paſſim in ejus ſcriptis turpiſſima relicta ſint menda.* Sane Caſaubonus non a Græculo, qui id quod erat, quam plurimi vendidit, ſed errore ſuo, qui Scylitzam in Cedrenum translatum neſciuit, deceptus eſt. Fruſtra ergo queritur de Græculo illo, qui Curopalatæ hiſtoriam, quam vere profitebatur ſe habere, venalem expoſuit: at ipſe grandi pecunia mercatus eſt; cautius rem ſuam gerere debuit; rerum namque pretium vendentis, redimentiſque æſtimatione accreſcit. Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. 3. in Ioanne Antiocheno videtur hunc Antiochenum Ioannem cum Curopalata confundere, quem dicit Syncellum, quod tamen falſum eſt, exſcripſiſſe. Quod multis in libris Hiſtoricum Cedreni compendium tribuetur Joanni Curopalatæ. Certum tamen eſt, non univerſam Cedreni hiſtoriam, ſed eam tantum, quæ a Nicephoro Rangabe exordium ducit, Joannis Curopalatæ eſſe, ut ſupra** diximus. Puerile denique eſt, dubitare m) an Cedrenus a Curopalate, ſive iſte a Cedreno acceperit. De Cedreno vide Genebrardum in Chronico, & Bellarminum de ſcriptoribus Eccleſ. ſecul. 11. anno 1070.

XXVI. GEORGII SICULI in S. Demetrium Myroblytem, *Troparium* legitur 28. Octobris in Menæo Græcorum, & in Anthologio; ſed qvonam ipſe tempore vixerit, aut quiſnam fuerit mihi non liquet. Verum cum Nicomedienſis Georgius, ut ſupra** notabamus, Troparia, Canones, Hymnoſque, in ſanctorum dies feſtos varios, nec unius generis concinnaverit; & in Menæis Græcorum tum editis, tum manuſcriptis pleraque ſimilis argumenti occurrant ſub Georgii nomine n) quem quiſnam

* p. 650.

m) Joannem Thraceſium, (qui idem eſt cum Scylitze) ſequi ſe non diffitetur Cedrenus, & priorem ἔκδοσιν illius utique in ſynopſim ſuam tranſtulit: ſed altera Scylitzæ editio ad Alexium Comnenum usque h. e. ad A. 1081. continuata, poſt Cedreni ſynopſim demum in manus hominum venit. Georgium Cedrenum Epiſtola LXXXIV. ad Euthymium citat Nic. Comnenus Papadopoli in prænotionibus Myſtagogicis p. 361.

** p. 612.

n) Troparioruw & hymnorum ſacrorum auctores ab Allatio in hac ipſa diatriba memorantur præter Georgium Nicomedienſem & Siculum, Georgius Scylitza & Georgius

nam ille fuerit, non facile diſcernes, operæ pretium duxi, ea omnia, de quibus aliorum erit judicium, huc, ſed in ambiguo referre. Canones vero Georgii eſſe Acroſtichis ipſa Canonum, & potiſſimum Theotociorum Tropariorum, quod huic Auctori ſolemne eſt, ex qua nomen ſedulus Menæa Græcorum & manuſcripta, & edita evoluendo expiſcatus ſum, indicat. Ex his nonnulla vulgata ſunt, pleraque etiam manuſcripta in Bibliothecis Italiæ latent. Pro captu ſimilis ſcriptionis operæ pretium eſſet hic ſummatim, quid Troparium ſit, quid Canon, quid Ode, quid Triodion, quid Tetraodion, o) & alia, quæ non ita in promptu ſunt, nec cuique obvia exponere. Verum cum id in tractatu meo de Melodis Græcorum latius peregerim, ne ſæpius eandem cantilenam canere videar, ſatius me facturum puto, ſi ea tamquam ad catos, eorumque ſcientes expoſitionibus verborum omiſſis, ſola compoſitionum enumeratione referam. Georgium Nicephorus Xanthopulus inter Græcorum Eccleſiaſticos hymnographos numerat,

Γεώργιος, Λέων π, Μάρκος, Κασία.
*Georgius, Leo, Marcus, Caſia.*

Leguntur itaque ſub Georgii nomine, quisquis ille fuerit, Troparia, *In ſanctam Martyrem Chreſtinem* 24. Iulij.

Canones *in ſanctos Carpum, & Papalum.* P. Καρπούς με δικαιοσυνῆς.

*In S. Artemium Martyrem.* P. ἀκτῖνες ἀπλαμπεῖς ἀνίσχουσιν, Acroſtichis. Ἀρτέμιος ἔπλησεν ἄεθλον δρόμον.

*In Calliſtratum Martyrem.* P. καλλοναῖς ταῖς θείαις κοσμηθείς. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In Neſtorem Martyrem.* P. ξύλον ζωῆς ὑπάρχον. Acroſtichis. ξυνωρὶς αὐτάδελφος αἰνέσθω πόθῳ.

*In Philemonem Apoſtolum, & ſocios.* P. χωροβατῶν χαρμονικῶς τὰ οὐράνια.

*In Archippum, Philemonem, & Siſinnium,* P. ὁ Παύλου συμμέτοχος.

*In*

Rammata, nec non Georgius Pamphilus & qui expoſitionem Canonum ac tropariorum ſcripſit Georgius Corinthi metropolita. Georgium Siculum Gregorii Syracuſani fratrem in explicatione hymnorum à ſe ſcriptorum laudat Nic. Comnenus libro laudato p. 397.

o) Majores hymni ſacri vocantur Canones. Hi in odas dividuntur, odæ in troparia. Triodium eſt Canon tribus odis conſtans. Tetraodium quatuor. Theotocion hymnus laudibus Deiparæ deſtinatus.

338 *In Parthenium Epiſcopum Lampaſaci.* P. Φαιδρυνει ταῖς ἀςραπαῖς. Acroſtichis. φερώνυμον σέβω σε τῆς παρθενίας.

*In Geraſimum Confeſſorem.* P. ὅπλον κατὰ πάσης τῆς μεθοδείας. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In Sabinum Martyrem.* P. τὸ ὄμμα καθάραντες τῆς ψυχῆς. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In Vigiliam Annunciationis Deiparæ,* P. ὁ κόσμος περιχαρῶς εὐφράνθητι.

*In Ingreſſum in templum Deiparæ Virginis.* P. Σοφίας πανάχραντε σὲ θησαυρόν. Acroſtichis. Σοὶ τὴν χάριν δέσποινα τῷ λόγῳ δίδου.

*In Pelagiam Martyrem.* P. προθεῖσα ὡς πανδαισίαν σήμερον. Acroſtichis. πόθῳ γεραίρω τὴν Σοφὴν Πελαγίαν. Et in Theotociis Γεωργίου.

*In Procopium Martyrem.* P. ἡ αἴγλη τοῦ παναγίου πνεύματος. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In Cerycum, & Iulittam Martyres,* P. ὁ νοητὸς ἥλιος. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In Eliam Prophetam.* P. πυροφόρῳ τῆς σῆς πρεσβείας. Acroſtichis. ποθῶν γεραίρω τὸν θεόπτην Ηλίαν. Et in Theotociis. Γεωργίου.

*In Irenem, Agapem, & Chioniam Virgines.* P. Αγνείᾳ κοσμήσασαι τὴν ψυχήν. juxta ſeriem Alphabeti.

*In Joſephum Juſtum, patrem Domini, Jacobum fratrem Domini, Davidem Regem, & Prophetam,* P. χαρίτων προχέονται. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In Hermylum, & Stratonicum Martyres.* P. ἐπέφανεν ἐν κόσμῳ. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In Vigiliam Epiphaniæ.* P. ςολίζεται σήμερον ἡ ἐκκλησία καὶ κόσμον. Acroſtichis in Theotociis Γεωργίου.

*In reditum reliquiarum S. Ignatii Theophori.* P. ἰσχὺν μοι κατὰ παθῶν περίζωσον. Acroſtichis, Ιγνάτιος εἰσαῦθις ἡμᾶς αἰτιᾷ. Et in Theotociis Γεωργίου.

*In Marcum Arethuſiorum Epiſcopum, & Cyrillum Diaconum Martyres.* P. τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ. 29. Martii.

*In Publicanum, & Phariſæum.* P. παρεμβολαῖς ἐμβιβάζων πάντα. Acroſtichis, in Theotociis Γεωργίου.

*In depoſitionem venerandæ Zonæ Deiparæ Virginis.* P. λαμπάδα φωτοφανῆ. 31. Auguſti.

*In*

*In vigiliam ſanctæ & venerandæ Crucis.* P. Σ]αυρὸς προερχόμενος.

Melodum hunc Georgium alii etiam cognomines, qui ſe ad idem ſtudium Muſicum, & concinne admodum applicarunt, etſi longo temporum intervallo diſiungi non nemo fidenter ſatis fatebitur, nec ego honeſte diſſentire poſſum, excipiant: & materia, & ſtudii ſimilitudo licet diſiunctiſſimos, conjunctiſſimos faciat. Accedat ergo

XXVII. GEORGIUS SCYLITZA, cujus elegantiſſimum Canonem *in S. Georgium Martyrem*, Smyrnæ me aliquando legiſſe memini. P. Γεωργηθεῖσαν ἐν καρδίας αὔλαξιν ἐκ βρέφους. Acroſtichis erat μάρτυρι τὴν ᾠδὴν φέρω Γεώργιος ὁ Σκυλίτζης.

Hujus etiam χρονικά, *Annales* dicuntur extare in Bibliotheca Sfortiana. Codicem, eumque ingentem cum avidiſſime arripuiſſem, Georgii Scylitzæ nomine in fronte, articulo præſignitum, quaſi theſaurum nactus, Deus immortalis! immenſis gaudiis oneratus ſum; at ubi penitius rem introſpicio, nullum ibi Georgii veſtigium, ſed *Zonaræ* omnia verbo tenus eleganti charactere comperio, demiſſo vultu occidi, & librum abjeci. O ſpem inanem, & theſaurum falſo æſtimationi hominum concreditum! Ego illud ſcio, quam doluerit cordi meo. Multa tamen ex eo in Zonara poſſunt emendari. Sed illud obiter hic obſervandum eſt, Manuelem Malaxum in Nomocanone cap. 195. cujuſdam Judæi hiſtoriam referre, qui in gravi morbo, & vitæ diſcrimine Baptiſmum a Chriſtianis comitibus petiit, quem tandem precibus ob- 339
tinuit. Namque cum nuſquam aqua ſuppeteret, unus ex ſociis, Chriſtianus tamen, arena manibus capiti illius ſuper infuſa, & forma baptiſmatis enunciata, baptizavit; & in margine Codicis notare hanc hiſtoriam decerptam fuiſſe παρὰ τοῦ χρονικοῦ Γεωργίου, τοῦ Σκυλίτζη, *ex Chronico Georgii Stylitzæ.* Id tamen parum caute, ut multa alia ſolet ſæpiſſime effutiſſe, Georgiorum nomine Abbatis nempe, & Cedreni, qui eandem hiſtoriam recenſent, decerptum exiſtimo. Nunquam enim hæc hiſtoria apparet in Zonara, ex quo ſub Scylitzæ Georgii nomine Chronicon tranſcriptum eſt: niſi etiam aliud ab eo, quod ipſe vidi Chronicon Scylitza ſcripſiſſe dicendus ſit; quod an verum fuerit, alii dicent. Præterea inter Codices Palatinos Romæ advectos Cod. 261. Zonaræ hiſtoria principio mutila a monarchia Romanorum incipit; in ea etſi notis ab hiſtoria diverſis præfixum eſt Γεωργίου τοῦ Σκυλίτζη, *Georgii Scylitzæ*; differtque ab edita Zonaræ, quod in capita diviſa, ubicumque ſummaria capitum exhibeat. An ſummarum auctor Scylit-

za iſte ? An propterea vel fraude ſua, vel exſcriptorum oſcitantia hiſtoriæ auctor comminiſcitur ?

XXVIII. GEORGIUS RAMMATA, hoc ſolo mihi notus Auctor, Troparia quædam *in S. Nicolaum Myrrhenſium Epiſcopum* non ineleganter compoſuit, quæ cani deberent εἰς Ἴους ἄινους, *ad Laudes*; quæ ita exorditur :

1. Τὸν Σοφὸν ἀρχιποίμενα τῶν Μυρέων.
2. Ο Φωςὴρ ὁ αὐέσπερος ὁ πυρσὸς ὁ ἀείφωτος.
3. Νῦν εἰσῆλθες τὰ ἄδυτα, νῦν πλεῖς τὰ ἀπόῤῥητα.
4. Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ἀσμάτων, σκιρτήσωμεν ἑόρτια.
5. Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ἀσμάτων. κύψασα γὰρ ἄνωθεν.

Digna omnia luce, quam nondum viderunt. Præter enim quartum & qnintum in Menæo Græcorum die 6. Decembr. edita abſque nomine Auctoris, reliqua tria, quod ipſe ſciam, inedita ſunt.

XXIX. GEORGII HERACLEENSIS *Laudatio ad Imperatorem Michaelem Ducam*, ἐγκώμιον πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ τὸν Δοῦκα, conſervabatur in Biblioth. Medicea.

XXX. GEORGIUS p) CORCYRENSIS Metropolita ſub Friderico, & Manuele Comneno Imperatoribus doctrina, eruditioneque clarus innotuit. Romam ab Imperatore ad Concilium poſt etiam ſi facultas data fuiſſet, ad Imperatorem Fridericum tranſmittitur. Sed dum ille infirmitate Brunduſii, Hydruntique per ſex menſes retardatur, Concilio Romano finis imponitur, ad quod loco illius Nectarius Abbas Monaſterii Caſulorum in Magna Græcia, Vir, & dicacitate, & pertinacia, & propugnando ſchiſmati, & Græcorum erroribus impudentia, longe poſt natos homines improbiſſimus, convenit. Ex Brunduſio ſcripſit Patriarchæ Antiocheno Simeoni. Baron. Tom. 12. anno 1178. Hinc Georgius ab Imperatore revocatur; primum, ut ſuæ provideret Eccleſiæ, poſtmodum ut Synodo Conſtantinopolitanæ a Parriarcha indictæ intereſſet.

1. Scripſit plures *Epiſtolas* ad diverſos, q) quas Federicus Metius Thermularum Epiſcopus, & Collegii Græcorum Alumnus ex Manuſcripto Codice Latinitate donatas Cardinali Cæſari Baronio dederat, qui

p) Cognomento *Cupharas*.

q) Ut *ad Imp. Fridericum* Epiſtolas II. Baronius ad A. 1176. n. 21. & 1178. n. 13. *ad Manuelem* (Comnenum) *Imp.* ad A. 1176. n. 23. *ad Baſilium Camaterum* (ab A. 1138

qui ex illis aliquas Annalium ſuorum Tom. 12. Latinas inſeruit, ea-
rum lectione non parum delectatus. *Delectat quippe*, ait, *audire Græ-
cum antiquitatis quidpiam redolentem, utinam & pietatis. Namque ipſe Geor-
gius erat ſchiſmaticorum fuligine tinctus, & morbo affectus.*

2. Scripſerat præterea *Monodiam* de Nectario jam dicto r) per mo-
dum Epiſtolæ ad Nicolaum Hydruntis Judicem. Eadem Latina ab eo-
dem Metio facta in eodem Annalium Tomo legitur. s) Maxima viſitan-
di Hieruſalem cupiditate exæſtuaſſe, ex ejusdem ad Athanaſium Patriar-
cham Hieroſolymitanum; & Patriarchæ ad eundem literis datis, edi-
tisque a Baronio apparet. Legi ipſe ejusdem nonnulla adverſus Lati-
nos Opuſcula, t) inter ea præcipua ſunt, ἀρχὴ ἐπισημειώσεων πρὸς ἅπερ 340
ἠρωτήθημεν κατακείμενος ἀσθενῶς ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ τῶν Κασούλων παρὰ
τῶν λεγομένων φρατομινουρίων, οἵ τινες παραδιδάσκουσι, καὶ παραδογμα-
τίζουσιν, εἶναί τι πῦρ καθαρτήριον, ἐν ᾧ οἱ τελευτῶντες ἐν ἐξαγορεύσει,
μήπω δὲ φθάσαντες ἀποκλαύσασθαι τὰ οἰκεῖα πλημμελήματα ἀπάγον-
ται, καὶ καθαίρονται πρὸ τῆς τελευταίας κρίσεως, τέλος εὑρίσκοντες ἀ-
παλλαγὴν τιμωρίας πρὸ τῆς τελευταίας κρίσεως. ἅμα προϊστῶντες σύμ-
μαχον τοῦ τοιούτου λόγου, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Γρηγόριον τὸν Διάλογον. καὶ
ἡ μὲν πεῦσις τοῦ Λατίνου, ἐκαλεῖτο δὲ οὗτος Βαρθολομαῖος, τοιάδε τις ἦν.
θέλων μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν τῶν Γραικῶν. *Initium conſiderationum eorum, de
quibus in ſancto Caſulorum Monaſterio male affecti a Fratribus Minoribus interro-
gati ſumus, qui perverſa docent, & male aſtruunt eſſe quendam ignem purgato-
rium,* u) *in quem dum confeſſi moriuntur, nec propria crimina deplorarunt,
aſportantur, & purgantur ante finale judicium; tandem aliquando pœnæ finem*



ad 1186. Patriarcham CPol.) *Epiſtolam* unam dat Baronius ad A. 1180. n. 26. *quarta*
citatur à Nic. Comneno p. 202. prænot. Myſtagog. *Ad Athanaſium Patriarcham
Hieroſol.* Baron. ad A. 1188. n. 30. *ad Simeonem Patriarcham Antiochenum* ad A.
1178. n. 14. *ad Imperialem notarium Joannem Hydruntinum.* ad A. 1178. n. 15. *ad
Nectarium Caſulorum Abbatem* Epiſtolas II. ad A. 1179. n. 10. & 12.

r) Defunctus Nectarius A. C. 1181. ut ex Acindyno conſtat.

s) ad A. C. 1181. n. 30-33.

t) Ex Georgio Corcyrenſi de proceſſione Spiritus S. quædam producit Allatius II. 6. de
conſenſu §. 6. p. 581. Idem p. 705. lib. 2. c. 13. §. 4. notat ſub Nicolai Hydrunti-
ni ſive Hydruſſæ magiſtri nomine quædam legi ex Nic. Methonenſi deſumta vel ex
Georgio Corcyrenſi: & multa per exſcriptorum incuriam ad Georgium referri quæ
Nicolai Hydruntini ſint.

u) locum ex Georgio Corcyrenſi contra Latinos de purgatorio igne affert Allatius p. 134.
diſſ. 2. de libris Eccleſ. Græcorum.

*ante dictum judicium adipiſcentes, & hujuſce dicti advocatum aſtruunt ſanctum Gregorium cognomento Dialogum. Interrogatio porro Latini, cui nomen erat Bartholomæo, hæc fuit, Cupio a vobis Græcis perdiſcere.* &c.

3. Τοῦ αὐτοῦ δεύτερον σύνταγμα περὶ θείας κοινωνίας, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀπόδειξις ἁπλῶς ἐκ τῶν θείων γραφῶν. ὅτι ἔνζυμος ἄρτος τῇ ἐκκλησίᾳ παρεδόθη παρὰ τῶν ἀποστόλων προσφέρεσθαι ὃς καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου τῇ Ῥώμης προσεφέρετο ἐκκλησίᾳ. γράφει δὲ καὶ τὴν περὶ τούτου ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένην διάλεξιν, καὶ πῶς ἀντειπεῖν οὐκ ἠβουλήθησαν οἱ Λατῖνοι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπήνεσαν τὸν θεῖον ἄρτον, τὸν ἔνζυμον. καὶ ὅτι εὑρεθείσης καὶ μερίδος ἐκείνου τοῦ ἄρτου, ὃν ὁ Χριστὸς ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ δείπνῳ, ἐν τῷ τοῦ μεγάλου παλατίου σκευοφυλακείῳ πᾶσα πρόφασις ἤρθη ἐκ μέσου. *Ejusdem ſecundus Commentarius de ſancta Communione, in qua eſt ex ipſis ſacris Scripturis ſincera demonſtratio, Panem fermentatum Eccleſiæ traditum fuiſſe ab Apoſtolis ad oblatio-nem, quemadmodum ad tempora ſancti Gregorii cognomento Dialogi in Romana Eccleſia offerebatur. Proſequitur præterea diſputationem de hac re Byzantii habitam, & quomodo illi contradicere noluerunt Latini, ſed potius ſanctum panem fermentatum laudarunt; & cum illius panis, quem Chriſtus in cœna diſcipulis tradidit, particula in Magni Palatii Sceuophylaceio inventa eſſet, omnis contradicendi cauſa de medio ſublata ſit.* P. κοινωνικὸν μὲν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ τῆς ἰδίας φύσεως ἀδιαίρετος πέφυκεν ἐραστής.

Liber erat in Bibliotheca Barberina ſatis antiqvus lacerus, male compaginatus, & erroribus plenus, exſcriptus a Ioanne Neriteno anno Domini 1036. ut ex male conflatis in fine libri carminibus elicitur: quæ ſunt,

Σοὶ Χριστὲ χάριν τῷ χαρίσαντι νόμον
Πρὸς ἀχάριστον Ἰωάννην σὸν λάτριν
Ὑγείαν ὃν φύλαττε, καὶ πάσης βλάβης
Ψυχοφθόρου ῥύσαιο τῇ σῇ δυνάμει.

Ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς Ἰωάννου Νεριτινοῦ, μηνὶ Ἰουνίῳ εἰς ταῖς ιγ΄. ἡμέρᾳ παρασκευῇ, ὥρᾳ θ΄. ἔτει δὲ ϛφμδ΄. x) τῆς Ἰνδικτ. θ΄.

*Tibi*

x) Non dubito errorem eſſe in numeris, & ſcriptum ϛψμδ 6744 hoc eſt CHriſti 1236. Certe Georgii Corcyrenſis lucubrationes qui A. 1180. & poſt ſcripſit, A. 1036. a librario deſcribi non potuere. Allatius eosdem titulos librorum Georgii, verſusque cum ſubſcriptione referens lib 2. de conſenſu c. 11. § 6. p. 664. exhibet ϛχμδ, 6644, hoc eſt CHriſti 1136. Sed ita quoque error eſt manifeſtarius, eo ut dixi modo emendandus.

*Tibi Chriſte gratia, qui dediſti legem ingrato Joanni ſervo tuo, quem ſanum conſerva & ab omni noxa animiperda libera tua facultate. Scriptus eſt hic liber manu Joannis Neriteni, menſis Junii die decimo tertio Paraſceves hora nona. Anno* 6544. *Indict. nona.* Ab his ſi detrahas annos Mundi 5508. qui remanent erunt 1036. a Chriſto nato.

XXXI. GEORGIUS MANGANES ſub Alexio Comneno, illius ſcriba, plura ad munus ſuum pertinentia ſcripſiſſe veriſimile eſt, ſub anno Domini 1081. Anna Comnena Alexiados lib. 2. κατανεύει πρὸς τοῦτο ὁ Ἀλέξιος ὁ ἀρτιφανὴς βασιλεὺς, καὶ μετακαλεσάμενος εὐθὺς Γεώργιον τὸν Μαγκάνην, ὃς καὶ ὑπογραφεὺς αὐτοῦ ἐχρημάτιζεν, ἀνατίθεται τούτῳ τὴν τοῦ χρυσοβούλλου γραφήν. ὁ δὲ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ὑπερετίθετο ἄλλοτε ἄλλας αἰτίας συνείρων. ποτὲ μὲν λέγων, ὡς ἄρα κατάκοπος γεγονὼς κατὰ τὴν ἡμέραν ὅλην, τῆς νυκτὸς μὴ δύνασθαι γραφὴν ξυντελέσαι. ἄλλοτε δ' ὅτι τὰ γεγραμμένα νυκτὸς σπινθὴρ ἐμπεσὼν ἀπετέφρωσεν. Τοιαῦτα καὶ ἄλλοτε ὁ Μαγκάνης προφασιζόμενος, καὶ οἷον μαγγανευόμενος ἄλλοτε ἄλλως ὑπερετίθετο. *Annuit ad hac Alexius recens Imperator, & accerſito illico Georgio Mangane qui Scriba illius erat, imponit aureæ* 341
*bullæ ſcriptionem; ille per tres dies rem differebat, alias atque alias tarditatis cauſas adducens, nunc quidem dicens, ſe per totum illum diem laboribus attritum, nocte non potuiſſe ſcripturam abſoluere; aliquando, quæ noctu ſcripta erant, ſcintillam incidentem in cinerem convertiſſe. Hæc & ſimilia Manganes prætexens, & quaſi manganizans in aliud, atque aliud tempus negotium prolatabat.* Ut hinc quoque prudentiam hominis in adminiſtranda Republica deprehendas; quod & accuratius infra deſcribit. ἅμα δὲ τούτοις καὶ οἱ τοῦ Μελιοσηνοῦ πρέσβεις σφοδρῶς ἐπέκειντο ἀπαιτοῦντες τὸν ὑπεσχημένον χρυσόβουλλον λόγον. καὶ ὁ Μαγκάνης εὐθὺς μετεκαλεῖτο κομίσων αὐτόν. ὁ δὲ τὸν χρυσόβουλλον λόγον γεγραμμένον ἔχειν ἔλεγε; τὸ δέ γε χρησιμεῦον σκεῦος εἰς τὰς βασιλικὰς ὑπογραφὰς σὺν τῇ γραφίδι ἀπολωλεκέναι διϊσχυρίζετο, κρυψίνους ὢν ἀνὴρ καὶ δεινὸς τὸ μέλλον ῥᾷστα προϊδεῖν, καὶ ἐκ μὲν τοῦ παρεληλυθότος θηρᾶσαι τὸ συνοῖσον, τὸ δέ γε ἐνεστὼς ἀκριβῶς διαγνῶναι, καὶ πρὸς ὅπερ ἂν βούλοιτο εὐφυῶς μετενεγκεῖν ἐπισκιάσαι τὸ πρᾶγμα εἰ μὴ θελήσῃ. ἀνεβάλλετο γὰρ τὴν τοῦ χρυσοβούλλου γραφὴν ὁ Μαγκάνης μετεώρους τὰς ἐλπίδας διδοὺς τῷ Μελιοσηνῷ. ἐδεδίει γὰρ μὴ τοῦ χρυσοβούλλου τάχιον ἢ προσήκει καταπεμφθέντος αὐτῷ, ᾧ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν τοῦτο κατεχαρίζετο, τὸν Καίσαρα μὲν ἀποπέμψοιτο, τῆς δὲ βασιλείας ὅλως ἐξέχοιτο. καθάπερ καὶ πρὸς τοὺς Κομνηνοὺς διαμεμηνυκὼς ἦν, καὶ σπουδάσειέ τι θρασύτερον. καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη καὶ τὸ

μαγγάνευμα τοῦ Μαγγάνη περὶ τὴν ἀναβολὴν τοῦ Χρυσοβούλλου λόγου τοῦ Καίσαρος. *Cum his ſimul & Meliſſeni Oratores enixe inſtantes petebant promiſſam ſibi auream Bullam, & Manganes ſtatim accerſebatur, ut illam aſportaret. Ille Bullam auream ſcriptam habere dicebat, ſed vas opportunum ad Imperatorias ſubſcriptiones cum calamo perdidiſſe ſe contendebat, Vir diſſimulator, atque aſtutus; futuraque prævidere facillimo negotio ingenioſus, ex rebus etiam quæ præterierant, utilia aucupare, & præſentia exquiſite diiudicare, & ad quodcumque liber & ſatis commode tranſuehere, reique tenebras obducere, quam tectam vellet. Differebat enim aureæ Bullæ ſcriptionem, Manganes, Meliſſenum in expectatione ſuſpenſum tenens; namque verebatur ne Bulla aurea citius quam decebat miſſa, quæ Cæſaris illi dignitatem conferebat, Cæſare neglecto ad Imperium occupandum totis ſe viribus accingeret, quemadmodum Comnenis indicaverat, & audacius quidpiam conaretur. Et hæc erat ars, & manganium Manganæ circa dilationem Bullæ aureæ Cæſaris.*

XXXII. GEORGIUS Presbyter CHIONIADES ſcripſit, σχήματα καὶ σχόλια εἰς τὴν βίβλον Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ πρὸς τὸν ἐν μοναχοῖς σεβασμιώτατον κύριν Θεόδουλον. *Schemata, & ſcholia in librum Joannis Damaſceni ad reverendiſſimum Monachum Dominum Theodulum.* P. τὰ εἰωθότα ζητεῖσθαι κύριε. Labor eſt ad intelligentiam ſententiarum tanti Patris ſatis idoneus, & opportunus. Ex Codice Vaticano jam habuit doctiſſimus Aubertus, una cum Damaſceni operibus editurus.

XXXIII. GEORGIUS XIPHILINUS ex Magno Vaſorum Cuſtode poſt Doſitheum Patriarcha Conſtantinopolitanus. y) Notitia Patriarcharum, καὶ γέγονε μετ' αὐτὸν πατριάρχης ὁ μέγας Σκευοφύλαξ Γεώργιος ὁ Ξιφιλῖνος, καὶ ζήσας ἔτη ς'. καὶ μῆνας ι'. καλῶς καὶ θεοφιλῶς πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν. *Et ſubſtitutus eſt in ejus locum Georgius Xiphilinus magnus Vaſorum Cuſtos, qui cum an. VI. menſ. X. præclare, at religioſe vixiſſet, ad Dominum migravit.* De eo Ephremius;

Ἔπειτα Γεώργιος ὁ Ξιφιλῖνος
Σκευοφύλαξ ὢν τῆς Θεοῦ γ' ἐκκλησίας.
Ποιμαντικὴν εἴληφε καὶ προεδρίαν.

*Deinceps Georgius Xiphilinus Vaſorum Dei Eccleſiæ cuſtos cum eſſet, paſtoralem dignitatem, & primam ſedem adeptus eſt.* Ejus meminit Nicetas Choniates in Iſaacio Angelo lib. 2. cap. 4. & Theodorus Balſamo ſuam in Canones

y) ab A. C. 1192. ad 1198.

nones Apoſtolorum, Synodorum, & Patrum expoſitionem carmine Iambico, quod operi præfigitur, eidem nuncupavit.

Illius *de juribus territoriorum*, conſtitutio, ſubſcriptione, & ſigillo
Joannis Camateri, qui in Patriarchatu ſucceſſit, confirmata legitur 342
apud Leunclavium Græce, & Latine in Jure Græco-Romano lib. 2. pag. 283. z) Legi ejusdem duo Synodalia ſancita de Stauropegiis ſub anno 1192. ab Euſtachio Chandreno magnæ Eccleſiæ Chartophylace ſubſcripta apud Manuelem Malaxum in Nomocanone, quem ille communi Græcorum lingua conſcripſit cap. 483. Primi erat illud principium: *πολλάκις καὶ ἐν διακόνοις τελοῦσα ἡ μετελέτης ἡμῶν,* Secundi, *Γέγονεν οἰκονομία ὡς εὔλογος δι' ὑπομνήματος.* Protecdici præterea dignitatem olim minoribus annumeratam, majoribus adſcripſit; & factum ſuffragio ſuo approbavit Euſtathius Metropolita Theſſalonicenſis, ſummisque laudibus tanquam rectum rectæque rationi conſentaneum evexit. Ioannes Epiſcopus Citri, Reſponſis ad Conſtantinum Cabaſilam Dyrrhachii Archiepiſcopum; *τὸ τοῦ Πρωτεκδίκου δὲ ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ὂν ἔκπαλαι, ὕστερον τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου, τῇ τάξει δὲ ταύτῃ ἐπηκολούθησε, καὶ γνώμη γενναία τοῦ ἐν ἁγίοις μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Εὐσταθίου, ἐπαινοῦσα, καὶ ἐξαίρουσα τὸ γεγονὸς, ὡς εὐλόγως, καὶ ἀμέμπτως πραχθέν. εἴα τηνικαῦτα τινῶν ἀντειπόντων, ὡς μὴ ἀποδεξαμένων τὴν πρᾶξιν.* *Protecdici autem officium cum antea eſſet inter inferiora, poſtea in altiorum ordinem ſtatutum eſt a beata memoria Patriarcha Conſtantinopolitano Georgio Xiphilino. Hanc autem actionem ſubſecuta eſt præclara ſententia ſancti Metropolitæ Theſſalonicenſis Euſtathii, id laudans, & extollens, ut juſte, & extra reprehenſionem factum; cum quidam qui actionem non admittebant, tunc contradicerent.* Et Anonymus de officiis magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ apud me, *τὸ δὲ τοῦ Πρωτεκδίκου ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσι πρότερον ὂν τοῖς ὑπερέχουσιν ὕστερον συντέτακται παρὰ τοῦ πατριάρχου Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου.* *At Protecdici officium cum antea eſſet inter inferiora, poſtmodum inter eminentiores ordines a Georgio Xiphilino Patriarcha collocatur.*

XXXIV. GEORGII LAPITHÆ CYPRII verſus morales a) Græcos

z) Georgii Xiphilini *decretum de Eunuchis* allegat Nic. Comnenus p. 158 prænot. myſtagog. & *Synodicon de trina in baptiſmo immerſione* p. 310.

a) Genere carminis proſæ proximi, quod politicum vulgo appellant, *στίχοι πολιτικοὶ*

cos 319. vidit Geſnerus Venetiis in Biblioth. S. Antonii, recenſetque Robertus Conſtantinus in Biblioth. Florebat eadem cum Barlaamo Monacho ætate, ad quem ipſe plurima ſcripſit, ut idemmet Barlaamus epiſt. ad Nilum Incluſum, quem Iudicem inter ſe, & Palamam conſtituit, affirmat: ὅμοια δὲ τούτοις καὶ ἐν τοῖς πρὸς Λαπίθην τὸν Κύπριον ἐμοῖς συγγράμμασι γέγραφα ταῦτα, ἅπερ ἐπὶ τῶν Φυσικῶν εἴπομεν. *His ſimilia noſtris ad Lapithem Cyprium Comentariis ſcripſimus, & in Phyſicis etiam pertractavimus.* Tempore itaque Palamæ florebat, qua & Barlaamus ætate circa annum Domini 1337. ut ex ejusdem Barlaami Monachi de Lunari defectu comprehendendo ex Mathematica conſtructione Ptolemæi, quæ incipit, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐκθέσθαι σοι, colligi poteſt.

Inter Barlaami opera illud quoque legi. Βαρλαὰμ μοναχοῦ λύσεις εἰς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ ἀπορίας παρὰ τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Λαπίθου; *Barlaami Monachi ſolutiones ad propoſita ſibi dubia per ſapientiſſimum Georgium Lapithem.* Lapithæ dubiorum principium illud eſt, ἐν τοῖς πρώτοις περὶ κινήσεως λόγοις ἀπεδείξατο Ἀριστοτέλης διὰ πλειόνων. Reſponſionum Barlaami, πρὸς μὲν οὖν Πλάτωνα, ὦ γενναῖε, ὁπωσποτε ἔχει Ἀριστοτέλης, ἐν οἷς φιλοσοφεῖ. Ejusdem in Biblioth. Regis Gallorum Cod. 2039. habentur στίχοι πολιτικοὶ αὐτοσχέδιοι εἰς κοινὴν ἀκοήν. *Verſus Politici inſubide & immeditate facti, palamque omnibus recitati.* P. γνῶθι σαυτὸν, ὦ βέλτιστε, τίς τε καὶ ποῦ τυγχάνεις. Opus eſt diviſum per titulos juxta varia rerum argumenta. Et neſcio an diſtinctum ab eo, quod nobis Geſnerus, & Conſtantinus recenſuit.

Lapitham, ejus ſtudia, res ac fortunas ad amuſſim nobis repræſentavit Agathangelus b) Calliſtrati filius in Narrationibus. Ejus verba, ſcriptionis tædio fatigatus, ut animo recreeris, nec invitus, quia rara. & nondum edita perleges. Δευτεραῖοι ἐς Κύπρον τὴν νῆσον κατήχθημεν, ἔνθα δὴ καὶ πολλὴν διατρίβειν ἐγνώκειν χρόνον διά τε τ'
343 ἄλλα τῶν τῆς νήσου καλῶν, καὶ τήν γε ἔννομόν τε καὶ φιλόξενον πολιτείαν, καὶ μάλιστα πάντων διὰ τὴν τοῦ σοφοῦ ἐκείνου ἀνδρὸς ὁμιλίαν, Γεώργιον φημὶ τὸν Λαπίθην, ᾧ οὐκ εὐθὺς διαβὰς τῆς νεὼς ἐντετυχήκειν αὐθημε-

αὐτοσχέδιοι εἰς κοινὴν ἀκοήν, τοῦ σοφωτάτου κυρίου Γεωργίου Λαπίθου τοῦ Κυπρίου. Incipit:

Γνῶθι σαυτὸν, ὦ βέλτιστε, τίς τε καὶ ποῦ τυγχάνεις.

b) Hic eſt Agathangelus qui adverſus Nicephorum Gregoram ſcripſit pro Ariſtotele.

θημερόν. οὐ γὰρ πλησίον ἐκεῖ που τὴν οἴκησιν εἶχεν. ἀλλὰ δυοῖν ἡμέραιν τοῦ λιμένος ἀπέχουσαν, εἰς ὃν ἡμεῖς τηνικαῦτα ἐσεπεπλεύκειμεν. Ῥόδου μὲν γὰρ ἐκείνης τῆς νήσου μείζων ἐστὶν ἡ Κύπρος, καὶ ἅμα οὐ κατ' ἐκείνην ἀλλ' ἐπιμήκης τὸ σχῆμα· μεταξὺ δὲ αὐτῆς ὄρος ἑστήκει τὴν κορυφὴν εἰς ὕψος ἀνάγον μακρόν. Ὄλυμπος καλεῖται τὸ ὄρος. ἐξ οὗ καὶ πηγαὶ ποταμῶν ἀποβλύζουσι τρεῖς, ὧν ὁ μείζων καλούμενος Λάπιθος κάτεισι τέμνων, καὶ περιρρέων τὴν Λευκωσίαν οὑτωσὶ καλουμένην χώραν, καὶ ἀποπλύνων τὸ ῥεῖθρον παρὰ τὴν ἐς Ἄρκτον βλέπουσαν θάλασσαν. τούτου παρὰ τὰς ὄχθας ἔτυχεν ἔχων ἐκεῖνος τὴν οἴκησιν, διὸ καὶ Λαπίθης ἔκ γε τοῦ ποταμοῦ, καὶ αὐτὸς ὁπωσποτε παρωνόμασται. γνοίη δ' ἄν τις εὐθὺς, κἀκ μόνης τῆς περιφανείας τε καὶ τοῦ μεγέθους τῶν οἰκιῶν, καὶ ἐπαύλεων τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πρὶν εἰς ὄψιν ἰέναι αὐτοῦ, μὴ τῶν ἀγεννῶν εἶναι καὶ τῶν πολλῶν ἕνα. ὅτι μὴ τῶν πάνυ τοι λίαν ἐνδόξων, καὶ πρώτων τῆς νήσου. γνοίη δ' ἂν μᾶλλον ἐκ τοῦ τρόπου, καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βίου σεμνότητος. ἑορταὶ γὰρ καὶ πανηγύρεις ἱεραὶ τὴν οἰκείαν ἐκείνου ἐκόσμουν καὶ χορηγίας τῶν δεομένων δαψιλεῖς, τῶν γε μὴν συχνὰ περιαγομένων ἐκεῖ Χριστιανῶν αἰχμαλώτων μεγίστην ἐποιεῖτο προμήθειαν, αὐτός τε παρέχων ἀφθόνως τὰ μείζω καὶ τελεώτερα τῆς τούτων ἐλευθερίας, καὶ ἅμα τοὺς ἄλλους ὀτρύνων διδασκαλίαις τῶν θείων γραφῶν. ἔργον γὰρ αὐτοῦ σπουδαιότατον μάλιστα πάντων ἱεραῖς ἐκκλησίαις ἀθροιζομένους Χριστιανοὺς διδάσκειν τά τε ἄλλα τῆς εὐσεβείας νόμιμα, καὶ πρός γε φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν δεομένων μεγίστην. ὡς εἶναι δι' ἐκεῖνον πᾶσαν ἐκείνην τὴν νῆσον ἐλέους, καὶ πίστεως στάδιον, καὶ μάλιστα πάντων αἰχμαλώτων ἐλευθερίας. Εἰσί γε μὴν καὶ αὐτοῦ ῥηγὸς περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους ἐπαύλεις, καὶ δίαιται. καὶ αἱ τῶν οἴκων ἐκείνου λαμπρότητες πάνυ καλαὶ διὰ τὸ χαριέστερον εἶναι τῆς νήσου τὸ μέρος ἐκεῖνο, ἀέρος τε ἕνεκα, καὶ ἅμα θέσεως ἄλλης, καὶ ῥαθυμίας τῶν τόπων. διὸ κἀκ τοῦ σχεδὸν ἐπεφοίτα θαμὰ παρ' αὐτὸν ὁ Λαπίθης Γεώργιος, καὶ σφόδρα κομιδῇ πολλῆς ἀπήλαυσε τῆς ῥηγικῆς αἰδοῦς καὶ τιμῆς διά τε τὴν ἄλλην σεμνότητα, καὶ ἣν ἐκέκτητο μάλιστα πάντων σοφίαν. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς οὐ μετρίως τῆς Λατίνων μετέσχε φιλοσοφίας ὁ ῥήξ, καὶ δι' αὐτό γε τουτὶ πολλοὺς μὲν ἀμφ' αὐτὸν τοὺς Λατίνων εἶχε σοφοὺς ἀεί. ἤρα δὲ μᾶλλον τῆς Γεωργίου μούσης καὶ ὁμιλίας. σοφοὶ γάρ φησι τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ. ἔχων οὖν αὐτὸν, ἔχειν ἐπέπειστο καὶ σοφίαν κατὰ ταυτὸν ἑκατέραν, τήν τε Ἑλλήνων φημὶ καὶ Λατίνων. δεξιὸς γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ καθ' ἑκατέραν σοφίαν, καὶ γλῶτταν ὁ Γεώργιος ἦν. ταύτῃ τοι καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε διαλεγομένου συχνὰ τοῖς Λατίνων σοφοῖς ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τοῖς τῶν συλλογισμῶν ἀποδεικτικοῖς βέλεσιν ἐς τὰ κράτιστα βάλλοντός τε καὶ νικῶντος αὐτοὺς, καὶ μάλιστα ὅτε περὶ δογμάτων πατρίων τῆς θρη-

σκείας ἦν ὁ ἀγών. τοιαῦτα γὰρ πολὺς κατὰ σφῶν ταῖς τῶν θείων γραφῶν ἀποδείξεσι ῥέων ἰχθύας ἀφώνους ἄντικρυς ἔφαινεν. ὥστε καὶ χαλεπαίνειν ἐνίοτ' ἐν τούτοις ὡρμημένον τὸν ῥῆγα, ἔθελγεν αὖθις αὐτὸν τῇ τῶν λόγων σειρῆνι, καὶ ταῖς τῆς ἀληθείας ἀναντιρρήτοις στροφαῖς καὶ περιστροφαῖς. τοιαύταις δή τισι μεθόδοις τὸ χαλεπαῖνον τε ἀνέστελλεν ἐμμελῶς τῆς ῥηγικῆς ἐκείνης ψυχῆς, καὶ τὸ εὔθυμον ἀντεισῆγεν ἐπιεικῶς, καὶ ἦν ἁπλῶς εἰπεῖν οὐδεὶς τῶν ἁπάντων, ὃς οὐ λογικοῦ παντὸς ἀγῶνος μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῷ τὰ τῆς νίκης παρεῖχε τρόπαια. οὐθ' ὅστις οὐ μάλα ἀξύνετος Ἑλληνικῆς μούσης ἦν, οὐθ' ἔστις Λατινικῆς φιλοσοφίας οὐ μάλα τοι ἀδαής. εἶχον γε μὴν ἔγωγε τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου τὴν φήμην, καὶ πρὶν ἐντεῦθεν ἐκπλεῦσαι, μὴ μόνον ταῖς γραφαῖς ἐντυχάνων ἐκείνου πολλάκις ὧδε ἃς ἐκεῖθεν ἐκεῖνος ζοι τῶν τε γραμμάτων, καὶ ἅμα τοῦ φιλικοῦ καθήκοντος ἀμειβόμενος ἔπεμπεν, ἀλλὰ καὶ ἀκούων ἐπαίνους αὐτοῦ γε μακροὺς ἀπὸ στόματος τῶν ὅσοι ἀφιγμένοι ἐκεῖθεν ὑπῆρχον ἐπὶ τὸ πλεῖστον. *Altero die in Cyprum inſulam pervenimus, in ea diutius immorari deliberaveram, tum propter Inſulæ commoda, tum propter juſtam, hoſpitalemque vitæ rationem, & ante omnia propter ſapientis illius viri conſuetudinem, Georgium, inquam, Lapitham, cum quo non illico, e navi deſcendens, eodemque die congreſſus ſum; neque enim proxime viciniæ habitabat, ſed biduo e portu loca diſtantia iucolebat, ad quem nos tunc poſtea adnavigavimus. Rhodo ſiquidem Inſula Cyprus grandior eſt, illique diſſimilis, & figura prolixior, in ejus medio mons in magnam altitudinem caput erigit. Olympo nomen eſt, ex quo fontes in fluvios diviſi tres emergunt, eorum major Lapithus nomine procurrit ſcindens, circumfluenſque Leucoſiam, agrum ſic nuncupatum, tandem aquis in mare, quod Urſam reſpicit,*
344 *immergitur. Hujus in ripis ædes ille habet, unde & illi a fluvio, utcumque fuerit Lapithæ nomen habet, ſtatim quilibet ex ſolo rerum aſpectu, & ædium, ac ſtabulorum magnitudine, coniiciet Virum, antequam videat, neque a degeneribus eſſe, neque ex multitudine unum, ſed ex præcipuis, ac celebrioribus, Inſulæque primatibus. Sed hoc potius ex moribus, reliquoque vitæ inſtituto, ac gravitate dignoſcet. Feſti enim dies, ac ſacræ ſolemnitates habitationem illius exornabant, & dapſiles in indigentes fortunarum profuſiones, & Chriſtianis præcipue captivis, circa ea loca peregrinantibus operam ſedulam impertiens, ipſe effuſe de ſuo majora, ac magis neceſſaria pro eorum libertate exhibens, aliiſque id idem ſuadens, & divinarum literarum auctoritate compellens. Primum namque ac potiſſimum illius ſtudium eſt, Chriſtianos in ſacroſanctas Eccleſias convenientes pietatis leges edocere, nec non ut indigentibus ex corde primum omnium occurrant. Hinc per eum tota ea inſula miſericordiæ, ac fidei, & præcipue*

*cipue captivorum liberationis ſtadium eſt. Sunt circa ea loca Regis Inſula, & manſiones, & ædes ſplendidæ, ac magnificæ, quod ea pars Inſulæ propter aëris, & ſitus, locorum aptitudinem, ac dexteritatem pulchrior ac venuſtior judicatur. Quapropter ob vicinitatem crebræ ad Regem, Georgii Lapithæ erant itiones, a quo in maximo honore, ac veneratione, tum ob gravitatem morum, tum ob rerum omnium, qua pollebat, ſcientiam, habebatur; cum & ipſe Rex Latinorum Philoſophiam apprime callebat, protereaque multos ex Latinis ſapientes, ac doctos penes ſe retinebat: ſed Georgij doctrina ac conſuetudine ſummopere delectabatur. Sapientes enim, ajunt, Reges ſapientum conſuetudine. Illius itaque poſſeſſione utramque eodem tempore & Græcam, & Latinam ſapientiam poſſidere exiſtimabat: erat enim in utraque ſapientia, & lingua Georgius dexterrimus. Quamobrem eum libenter audiebat, ſæpiſſime cum Doctoribus Latinis, qui apud eum erant, differentem, & demonſtrativis ſyllogiſmorum jaculis penitiſſime percutientem, ac eos ſuperantem, & præcipue cum de patriis, & religionis dogmatibus certaretur. Tunc enim vehemens, ſacrarumque ſcripturarum auctoritatibus, indeque petitis demonſtrationibus ſpiſſus, ac frequens, piſces mutos maniſeſtiſſime commonſtrabat, adeo ut Regem ob hæc in iram prorumpentem rurſum ſermonum illecebris, & veritatis inexpugnabilibus ſtrophis, ac machinis demulcebat. Hac ſane ratione Regis illius animi iracundiam ſuaviter compeſcebat, & pavidum modeſte excitabat. Nemoque erat ex omnibus, ut verbo finiam, qui in rationali certamine illi palmarium cum exceſſu non concederet, & qui Græcarum literarum non erat admodum rudis, quique Latinæ Philoſophiæ non valde ignarus. Famam viri ipſe audieram, & antequam illuc adnavigarem, non tantum compoſitiones illius hic ſæpiſſime perlegens, quas ille tibi ex inſula literis tuis, & honeſtæ amicitiæ reſpondens dirigebat. Sed & laudes illius ingentes excipiens ex ore quotquot inde, ut plurimum advenerant.*

At quomodo ſe ille in rebus Aſtrologicis pertractandis gereret, ejusque de ea ſcientia ſententia, ita Agathangelus poſt pauca ibidem expreſſit: καὶ μὴν δὴ οὐδὲ τὴν Πτολεμαίου ἀποτελεσματικὴν τετράβιβλον, περὶ ἐλάσσονος ἐποιεῖτο σπουδῆς ἐκεῖνος, ἀλλὰ ταύτην καὶ ὅσα περὶ τῶν ὁμοίων τοῖς Πτολεμαίου παλαιοτέροις ἅμα, καὶ νεωτέροις ἔτι περίεισι γεγραμμένα. καὶ ὅσα πάλαι Χαλδαίοις καὶ Πέρσαις πεπόνηται πάνυ τοι πάντα φιλοπονώτερον μετῄει. καὶ ὁπόσα μὲν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα τοῖς εὐσεβέσι νόμοις, καὶ ὑπερόριον τείνει πόδα, ταῦτα δὲ ἀπεσείετό τε καὶ διέπτυεν ὡς ἄχρηστα τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν. ὅσα δὲ εἰς τοὺς δημιουργικοὺς τῶν ὄντων ὑγιῶς ἐπορεύετο λόγους, ταῦτα δὲ ἀσμένως παντάπασι μάλα προσίετο. *Nec minus ille quatuor Ptolemai libros de effectibus aſtrorum in deliciis habuit,*

*ſed eos, & quidquid a Ptolemæo antiquioribus ſimul, & junioribus in ſcriptis relatum ſupereſt, nec non & Chaldæorum, & Perſarum labores multa cura, atque ſollicitudine percurrebat: inter ea quidquid pietatis leges everteret, aberrantique pede peregrinaretur, abiiciebat, & tanquam ij, qui pietatem ampleƈtuntur, inutilia execrabatur. Quidquid vero ad opificis rerum omnium ſanam, reƈtamque cognitionem deduceret, lubenti animo, promptoque omnino deoſculabatur.* Et hæc pauca ex multis de Lapitha Georgio ſatis ſint.

345 XXXV. GEORGII CERAMEI c) *Jambica in Librum Simeonis Sethi de Stephanite, & Ichnilata* laudantur in Indice manuſcripto Græco. *Συμεὼν Μαγίστρου διήγησις μυστικὴ τῶν κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνηλάτην μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς Αράβων διαλέκτου ἐν λόγοις η. Γεωργίου Κεραμέου Ιαμβεῖα ἐπὶ τῇ προῤῥηθείσῃ βίβλῳ. Simeonis Magiſtri Narratio arcana de Stephanite, & Ichnilata ex Arabum lingva converſa libris oƈto. Georgii Ceramei carmina Jambica in prædiƈtum librum.*

XXXVI. GEORGIUS CHUMNUS Byzantinus d) ſcripſit, *Hiſtoriam Rhythmicam* ab iis primis Geneſeos verbis, *In principio creavit Deus cœlum, & terram*, uſque ad regnum Davidis, & Salomonis. Extabat cum figuris in charta bibacina mſ. Conſtantinopoli apud Joannem Suzium. Verderius in ſupplemento.

XXXVII. GEORGIUS DIACONUS METOCHITA, *e)* pro quo Gregorium nobis falſo Geſnerus, & ex Geſnero Poſſevinus obtrudit, inſignis pietate, ac doƈtrina Vir: pro ſtabiliendo Byzantii Latinorum dogmate, de proceſſione Spiritus ſanƈti etiam ex Filio, & errore Græcorum refellendo, & carceres, & tormenta, eaque dira, atque enormia cum certaminis ſocio Conſtantino Meletiniota f) Diacono, & Joanne Vecco Patriarcha Conſtantinopolitano ſubiit, tandem una cum illis in exilium abaƈtus eſt. * Nicepho-

c) Plura Allatius infra p. 414 ſeq.

d) In Codice Cæſareo apud Lambecium V. p. 219. τὸ παλαιὸν διὰ στίχων, ποιηθὲν παρὰ κυροῦ Γεωργίου χούμνου, τοῦ ἐκ τῆς περιβοήτου τῶν νήσων καὶ εὐδαίμονος Κρήτης ἐκ πόλεως χανδάκου. Incipit: Δέομαι τρισυπόστατε κύριε καὶ πατέρα τὴν χάριν σου μ᾽ ἀπέστειλε ἐς τούτην τὴν ἡμέραν. Fuit & Michael Chumnus, de quo ſupra, p. 218. & Nicephorus Chumnus de quo Volum VI. p. 344.

e) Hujus filius Theodorus Metochita de quo Volum. IX. p. 214 ſeq.

f) Vide Volum IX, p. 198.

* Contigit hoc circa A. C. 1283. Imperatore Andronico Palæolgo.

cephorus Gregoras lib. 5. καὶ ὁ πρὶν μαχαίρα δίστομος κατὰ Λατίνων ἱστάμενος, πρύμναν ἤδη κρουσάμενος ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖται. δι' ἃ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον πάντα ἦν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ γλῶττα, καὶ χεὶρ, καὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς, καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος τόν τε Μελητινιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου, καὶ ἔτι Γεώργιον τὸν ἐκ Κύπρου. *Et qui*, Joannes Veccus, *dudum acerrime Latinis adverſabatur, mutata ſententia, victoriam facit ambiguam. Quamobrem Patriarchica ſede conſcenſa Imperatori unus fuit omnia, & lingua, & manus, & acuti ſcriptoris calamus, & dicendo, & ſcribendo, & dogmata ſtatuendo: ejus certaminis adiutoribus Meletiniota, & Metochita Imperatorii Cleri Archidiaconis, & Georgio Cyprio.*

Plura pro aſſerendo Latinorum dogmate ſcripſit: quæ ego vidi, ſunt; Σύγγραμμα διαλαμβάνον ἃ μὲν πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀντικείμενοι φασὶν εἰρήνην ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσει, καὶ λοιπαῖς πατρικαῖς φωναῖς, αἵπερ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦτο φωνοῦσιν. ἃ δὲ πατέρες οἱ θεοφόροι διευλυτοῦντες διδάσκουσιν: *Tractatus partim ea continens, quæ Eccleſiaſticæ pacis adverſarii de proceſſione Spiritus ſancti, aliisque Patrum ſententiis illud ex Patre, & Filio aſſerentibus, opponunt; partim ea, quæ Deo pleni Patres dubia diſſolventes docent.* Tractatus dividitur in partes quinque, g) quas ipſe λόγους, *orationes*, appellat.

Primæ illud eſt Principium. τὸ περὶ Θεοῦ λέγειν, οὐχ ὅπως φορτικῶδες τοῖς κατ' ἐμέ.

2. ἐν ἡμῖν καὶ τοῦτο τῶν ἐγκλημάτων, τὸ, θείων ἐκ γραφικῶν.

3. ἐπειδὴ περὶ τάξεως, τῆς ἐν Τριάδι διαλαμβάνοντες τῶν θεοφρουρήτων.

4. περὶ τῆς δι' Υἱοῦ δημιουργίας Μουζάλων ἐν μέσοις ἐκείνοις δικαστηρίοις τὸ συνερρεῦσαν πλῆθος ἀνακυκῶν. h)

5. Ἃ μὲν οἱ περὶ τὸ λέγειν ὄντες δεινοὶ τῶν καθ' ὑμῶν ὠφρυωμένων τοῖς θείοις λόγοις ἐναπερεύγονται. Nec alios ab his quinque fuiſſe exiſtimo libros quinque Georgii Metochitæ, *De Proceſſione Spiritus ſancti*, qui aſſervabantur in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 96.



g) Conferendus Allatius libro II. de conſenſu utriusque Eccleſiæ cap. 15. §. 9. p. 771.

h) Ex hoc quarto λόγῳ edidit quædam Combefiſius T. 2. auctarii novi p. 1018-1026. Ex quinto Allatius de purgatorio p. 668-677. & contra Hottinger. p. 511.

Digitized by Google

Ἀντίῤῥησις τῶν τριῶν κεφαλαίων, ὧν ἐξέθετο Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανούδης. *Ad tria capita, quæ Maximus Planudes Monachus publicavit, Reſponſio.* i) P. πρὸς ἐρώτησιν ἀπροόπτως ἡμῖν φανεῖσαν χρεὼν ἀποκρίνασθαι.

Ἀντίῤῥησις τῶν, ὧν συνεγράψατο Μανουὴλ ὁ τοῦ Κρήτης ἀνεψιός. *Ad ea, quæ Manuel Cretenſis nepos conſcripſit, Reſponſio.* k) P. οὐκ οἶδα εἰ καὶ ἀλλοτέποτε τοσοῦτον.

Λόγος ἀντιῤῥητικὸς ἐπὶ τῷ τοῦ Κυπρίου τόμῳ. *Oratio antirrhetica in Cyprii* l) *Tomum.* P. ὁ μὲν δὴ διεξοδικώτερον τῶν ἐμῶν λόγων ἔχει περανθεὶς, ὡς οἷόν τε ἀποχρώντως.

Λόγος διαλαμβάνων τὰ κατόπιν τῶν προῤῥηθέντων δύο λόγων
346 ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει λεχθέντα τε, καὶ πραχθέντα. *Oratio proſequens ea, quæ poſt prædictas duas orationes in eadem materia diſputata, & geſta ſunt.* P. ἦν ἡμῖν ἄρα προτεθειμένον τοῦ κατὰ σκοπὸν, ὡς ἐνὸν ἐκτερματωθέντα. m) Dictio in omnibus dura, compoſitio aſpera, nullo fuco, nullo lenocinio demollita: ubique tamen pietatem redolet. Sententiæ graves, argumenta ad probandum, id quod voluit firma, ſed elocutione, & compoſitione nominum horrida, & confragoſa. Indignus tamen Auctor, qui tamdiu cum tineis luctetur, ſibique ſoli ſapiat. Leguntur ejusdem in Biblioth. Regis Gallorum mſ. *De Spiritu ſancto libri tres. Refutatio trium Capitulorum Maximi Planudis. Refutatio ſcriptorum Manuelis.* Gret-

i) Græce & Latine edidit Allatius in Græcia Orthodoxa T. 2. p. 912-958. Rom. 1650. 4.

k) Græce & Lat. ibidem p. 959-1074.

l) Georgii Cyprii Patriarchæ CPol. ab A. 1283. ad 1289. de qvo infra p. 420. ſeq.

m) Præterea apud Allatium p. 771. de conſenſu, memoratur hujus Georgii Metochitæ λόγος διαλαμβάνων τὰ τῆς προβασάσης εἰρήνης μέσον ἑκατέρων τῶν ἐκκλησιῶν τῆς τε πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῆς νέας καὶ ἡμετέρας καὶ τὰ παρηκολουθηκότα καθεξῆς. *Oratio continens concordiam inter utramque Eccleſiam antiquæ Romæ, & novæ ac noſtræ initam & quæ deinceps ſubſecuta ſunt.* Incipit: Οὐκ οἶδα εἰ καὶ ἄλλοτέ ποτε τοσοῦτον. Ex hac *Oratione de unione Eccleſiarum* quædam affert Allatius contra Hottinger. p. 429. & ex *oratione de diſſidio Eccleſiarum* p. 458. 462. Etiam à Nic. Comneno Papadopoli in prænotionionibus Myſtagogicis p. 165. & 396. citatur Georgii Metochitæ *Oratio de ſacris myſteriis* & p. 20. 396. *explicatio Canonum ſive regularum S. Nicephori CPol. Patriarchæ,* & p. 410. & 361. *ecthesis hiſtoriarum & orationes contra Georgium Cyprium.* præterea *Oratio II. pro Vecco* p. 356. & *liber de ſacra Synaxi* p. 137. & *Oratio contra ſuſurrones* p. 141.)

Gretſerus, quod ſæpe etiam in aliis facit, Georgium hunc cum alio Metochita Theodoro, & Magno Logotheta, de quo forte prolixius, quam par erat, Gregoras in hiſtoria ſermonem inſtituit, confundit. Summa namque totius Philoſophiæ, quam Georgio aſcribit, Theodori fuit. Errorem Gretſeri ſequitur etiam Voſſius de hiſtor. Græcis lib. 2. cap. 28. dum aſſerit Theodorum Metochitam a ſeniori Andronico una cum Vecco, & Meletiniota relegatum fuiſſe. Georgius enim hic fuit Vecci, & Meletiniotæ in dogmate contra Græcos de proceſſione Spiritus ſancti defendendo ſymmiſta, & cum dictis in exilium miſſus, ſi Hiſtoriæ fides habenda eſt.

Sed ut tanti Viri pro Eccleſia Latina certamina non ex ſolo Gregora Latini legant, quæ ipſe ex Pachymeræ hiſtoriis obſervabam, in medium afferam. Una cum Vecco Patriarcha & Conſtantino Meletiniota in Synodo Conſtantinopolitana ſub Georgio Cyprio ſiſtitur lib. 7. καὶ τὸν λόγον ἀναλαβόντα τὸν Πατριάρχην Γρηγόριον. καὶ τί γε τὸ δεξαζόμενον φάναι τοῖς ἀμφὶ σέ. ἦσαν γὰρ σὺν ἐκείνῳ καὶ οἱ πάλαι ἀρχιδιάκονοι, ὅ τε Μελητινιώτης Κωνσταντῖνος, καὶ ὁ Μετοχίτης Γεώργιος. *Ubi ſermonem excepiſſet Gregorius Patriarcha. Et quanam eſt, inquit, eorum ſententia, qui circa te ſunt? Namque una cum eo aderant, qui ante Archidiaconi erant Conſtantinus Meletiniota, & Georgius Metochita.* Deponitur cum Meletiniota ob hanc ſolam cauſam, quod legatus miſſus ad Pontificem interfuerit Miſſæ Latinorum, quod non probat nec ipſe Pachymeres ſchiſmaticus. Τοῖς δέ γε ἀρχιδιακόνοις τῷ τε Μελητινιώτῃ φημὶ, καὶ τῷ Μετοχίτῃ, ὅτι πρέσβεις ἐκπεμφθέντες πρὸς βασιλέως ξυνῆλθον τῷ Πάπα λειτουργοῦντι, καί γε συνίσαντο. ἐπείπερ καὶ ἐνταῦθα οἱ ἀμφὶ τὸν Παράστρον Ἰωάννην φρέριοι καὶ αὐτοὶ πρὸς τοῦ Πάπα κατὰ πρεσβείαν σταλέντες οὕτως ἔπρατ]ον λειτουργοῦντος τότε τοῦ Πατριάρχου Ἰωσήφ. καί γ' ἀνεκτὸν ἐδόκει, καὶ μηδὲν ἔχον πρόσκρομα. ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις ὡς παραβᾶσι τὰ μέγιστα τελείαν ἐπῆγον καθαίρεσιν. *Archidiaconos vero, Meletiniotam, inquam, & Metochitam quod legati ab Imperatore miſſi cum Papa ſacra faciente convenerant, id nec ipſi negabant quandoquidem & hic qui cum Paraſtro Ioanne a Papa adlegati adſunt, non aliter faciebant, cum Miſſam caneret Joſephus Patriacha, idque tolerabile videbatur, nec vertebatur in crimen, nihilominus ob hanc cauſam, ac ſi in maximis, ac deterrimis deliquiſſent, deponuntur.* Hinc exilia, & omnium generum tormenta ſubſecuta ſunt, quæ ita narrat Pachymeres, ἐκείνους μὲν τὸν Μελητινιώτην, τὸν Βέκκον, καὶ τὸν Μετοχίτην, οὓς τότε τῆς συνόδου διαλυθείσης, ἡ τοῦ Κοσμιδίου εἶ-

χι

χε μονῇ, πλὴν ὑπὸ Φρουροῖς καὶ Φυλακαῖς προσηκούσαις. οὓς δὴ καὶ
πέμπων ὁ βασιλεὺς εἰρηνεύειν ἠξίου, καὶ πᾶσαν δικαιολογίαν ἀφέντας
διάγειν ἀνέδην καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ εὐμένειαν ἔχοντας. Εἰ δ' οὖν ἀλλ' ἐξο-
ρίας προσηπείλει καὶ κακουχίας ἐπαξομένας σφίσι. μηδὲ γὰρ εἶναι
ἄλλως, ἢ ὡς ἐτάχθη γίγνεσθαι. αὐτοὺς δὲ Φήμην κακὴν ἔχοντας προσ-
απόλλυσθαι, εἰ μή γε μετανοήσαντες τῆς εἰρήνης γένωνται. Ταῦτα δὲ
βασιλέως συχνάκις διαμηνυομένου, καὶ ἀγαθὰ προτείνοντος, ἐκεῖνοι
οὔτε πρὸς δέος τῶν λυπηρῶν προήχθησαν, οὔτε πρὸς τὰς τῶν ἀ-
γαθῶν ἐπαγγελίας ἐμαλακίσθησαν. διευτονοῦντες δὲ πρὸς ἀμφότερα,
ἑτοίμους ἑαυτοὺς παρεῖχον πρὸς ὅτι δόξῃ τῷ βασιλεῖ ὡς ἐκεῖνο μᾶλλον πει-
σομένους ἡδέως, ἢ τοῖς οὕτω δικάζουσι σπεισομένους, ἐπὶ μᾶλλον δὲ πρὸς
αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς παρωξύνετο ἀνενδότως μένοντας τὸ παράπαν. πάντων
δ' ἀπορηθεὶς τῶν μαλάττειν ἐχόντων ψυχὴν, τέλος ἐξορίαις δικαιοῖ ἐγνω-
347 καὶ δὴ πρὸς τὸ κατὰ δεξιὰ εἰσπλέοντι τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον Φρούριον,
τὸ οὕτω πως τοῦ ἁγίου Γρηγορίου λεγόμενον προσάσσει πλῷ χρησαμένους
ἀπάγεσθαι, οὗ δὴ καὶ ἐγκλεισθέντες ὑπὸ Φρουροῖς Κελτοῖς, καί τινι τῶν
προκοιτούντων τῷ βασιλεῖ ἀφεῖντο ὅσον τὰ εἰς χρείαν τῶν ἀναγκαίων
ἀπρονόητοι οὐδὲν πλέον ἀπονάμενοι βασιλέως. ὅτι μὴ μετὰ καιρὸν ἐπ' ἀνα-
τολῆς ὁρμῶντος, πατριαρχοῦντος Ἀθανασίου τόν τε κατὰ τὴν Ἑλενόπο-
λιν περαιωθέντος πορθμὸν, καὶ τὸν μέγαν Λογοθέτην ἐπ' αὐτοὺς πέμ-
ψαντος, ὃν καὶ εἰς Πρωτοβεστιάριον ἀνεβίβασεν. ὁ μὲν ἑκατὸν χρυσίνους
ἐνικανοῦτο, ὁ δέ γε Μελητινιώτης πεντήκοντα. ὁ γὰρ τρίτος ὁ Μετοχίτης
διὰ νόσον προκατήχθη ἐπὶ τὰ οἴκοι, ἐκεῖθεν βασιλέως προσάξαντος.
*Illos itaque*, Veccum nempe, Meletiniotam, ac Metochitam, *diſſo-
luto Concilio Coſmidii Monaſterium habuit, carceribus tamen, atque cuſtodiis
convenientibus mancipatos, ad quos mittens Imperator, ut quiete agerent, de-
precabatur, & ſepoſitis juribus libere viverent illius benevolentia compotes: aliter
illis & exilia minabatur, & mala afferenda. Neque enim aliter, quam ordi-
natum fuerat; fieri poterat: eosdem ignominia infames vitam amiſſuros, ni
mutata ſententia pacem complecterentur. Hæc ſæpe Imperator cum per nuncios
ſignificaret, & bona ſponderet, illi neque triſtium metu adacti; neque bonorum
ſponſionibus emolliti ſunt, quin imo ſeſe ad utraque indurantes promptos ad ſin-
gula, quæ Imperatori liberent, exhibebant, illud lubentius ſubituri quam cum
iis, qui ita condemnarent, fœdus inituri. Cum vero magis ac magis contra
eos iraſceretur immites, ac inſigniter pervicaces, nec quidquam amplius illi ad
emolliendos eorum animos ſuppeteret, tandem eos exilio multare decernit, ſtatim-
que ad Caſtellum, quod in Aſtacenum ſinum naviganti ad dextram ſeſe offerre, &*

*a S.*

*a S. Gregorio nomen habet, in navicula poſitos conduci jubet, in eo incluſos Celtis, & uni ex Imperatoris Accubitoribus cuſtodire committit, rebus omnibus neceſſariis deſtitutos, nullo in poſterum uſu ab Imperatore percepto, præterquam eo poſtmodum ad Orientem commeante. Præerat tunc Patriarchatui Athanaſius, fretoque qui apud Helenopolim eſt, emenſo & Magno Logotheta, quem in Protoveſtiarium promovit, ad eos miſſo hic quidem centum, Meletiniota quinquaginta aureis ad ſummum donatus eſt, tertius namque Metochita propter ægritudinem antea inde patria Imperatoris juſſu reſtitutus fuerat.* Cum interim in Caſtello Veccus ſancte, ſtrenueque efflaſſet animam, n) non amplo funere in eadem, in qua degebat cella, humatus: Meletiniota inde advectus. Byzantii cum Metochita carceribus includitur. Idem Pachymeres lib. 9. cap. ultimo, τὸν Μελητινιώτην δὲ ἐξαγαγόντες ἐκεῖθεν, καὶ τῷ κατὰ τὴν πόλιν Μετοχίτῃ συνδιάσαντες. ἐπεὶ οὐκ ἦν σφίσιν εἰρηνεύειν καθὼς ἀπῄτουν, οἵ τε περὶ τὸν βασιλέα, καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας κατὰ τὸ μέγα παλάτιον κατακλείουσιν, ὅπου καὶ ὁ Ταρχανιώτης Ιωάννης ὕστερον κατεκλείετο. *Meletiniotam vero inde extractum una cum Metochita, qui in urbe erat, collocat. Verum tamen cum quiete ſecundum Imperatoris, domeſticorum, & Eccleſiaſticorum arbitrium vivere nollent, in magno Palatio concluduntur, ubi & Joannes Tarchaniota poſtmodum concluditur.* Etiam poſt Meletiniotæ mortem propoſiti tenax, τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς Βοηδρομιῶνος κατὰ τὴν καινὴν κυριακὴν, καὶ ὁ φυλακίτης Μελητινιώτης θνήσκει τῇ ἐξ ἀρχῆς ἐπιμένων γνώμῃ, μηδὲν πλέον πρὸς βασιλέως ἀξιώσας, ἢ τὸ ἐπί τινι τῶν περὶ τὴν πόλιν ἀοικήτων νήσων ἀπαχθὲν τὸ ἴδιον σκῆνος ταφῆναι. ὃ καὶ γέγονεν, καὶ εἰς τὴν Πλάτην ἐκκομίζεται, καὶ εἰκαίως θάπτεται. μόνος δὲ τῇ φυλακῇ ὁ Μετοχίτης ἐγκαταλέλειπτο, μηδὲν καὶ αὐτὸς ἐνδιδοὺς ἐπὶ ὧν ἐξ ἀρχῆς εἴχετο. *Hoc eodem menſe Boedromione, nova Dominica in carceribus Meletiniota moritur, quam a principio ſibi propoſuerat opinioni perſiſtens, cum nihil amplius ab Imperatore impetraſſet, quam ut in deſerta quapiam inſula circa urbem, cadaver illius abactum ſepeliretur. Quod & factum eſt, & in Platem delatum negligenter humatur. Solus vero Metochita cuſtodia reliquus, nihil ex iis, quæ ſibi a principio mordicus inhæſerant, remittens.* Sed quonam vitæ fine diem clauſerit ſtrenuus iſte, ac multis nominibus dignus, qui ſemper celebretur Athleta, nondum comperi; in carceribus tamen vitam obiiſſe, veroſimile eſt.

Quid in poſtremis tribus tractatibus Metochitæ contineatur, ſatis



n) A 1282.

348 tis nobis indicavit Joannes Chameta o) Chartophylax Chii. & Archimandrita magnæ Eccleſiæ. αὕτη ἡ βίβλος Γεωργίου τοῦ Μετοχίτου διαλαμβάνει τὰ αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς, δι' ἃς οἱ Γραικοὶ ἀπέκοψαν τὸ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα μνημόσυνον, ὡς ἐγένετο διὰ φιλαρχίαν, ἧς ἤρξατο Φώτιος. προσέτι δὲ καὶ τὸν τόμον, ὃν ὁ Κύπριος πατριαρχεύων, καὶ τὰς τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἡνίας παρανόμως ἔχων σὺν τοῖς αὐτοῦ συνθιασώταις κατὰ τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας φιλαρχῶν ἀπειργάσατο ἐφ' ᾧπερ παρανόμῳ, καὶ ἀθέσμῳ κακίστῳ τόμῳ ὁ πρώην τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἀρχιερεὺς Ἰωσὴφ τούτῳ ἅμα σὺν τῷ μεγάλῳ Χαρτοφύλακι τῆς αὐτῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῷ προρρηθέντι διακόνῳ τῷ Μετοχίτῃ τῇ εἱρκτῇ ἐνεβλήθησαν διὰ τὸ μὴ ὑπογράψαι αὐτοὺς ἐν τῷ αὐτῶν κακῶς εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν διαίρεσιν ἐκτεθέντι τόμῳ, οὗ ἕνεκεν ὁ αὐτὸς διάκονος Μετοχίτης ἐν φυλακῇ διάγων οἰκτρῶς τὸ παρὸν βιβλίον εἰς ἔνδειξιν τῆς ἀληθείας ἀρίστως ἐγράψατο, καὶ τὰ κακῶς παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα, καὶ τυπωθέντα ἐντέχνως, καὶ σοφῶς ἀνεσκεύασεν, καὶ πρώτιστον, τὸν τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας πάντων ἀρχιερέων ἀνέδειξε, καὶ διὰ μαρτυρίας τῶν θείων καὶ ἁγίων προαπελθόντων πατέρων ἀπεφήνατο, ὡς τὸ θεῖον καὶ πανάγιον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ οὐκ εἰσὶ δύο αἴτια, οὐδὲ ἀρχαὶ δύο. ἀλλ' ἡ μία καὶ ἡ αὐτὴ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἀρχὴ, καὶ αἰτία ἐκπορεύει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθ' ὅσον ἑνοῦται ὁ υἱὸς τῷ πατρί, καὶ ὡς πάντα τὰ τοῦ πατρὸς διαβαίνει φυσικῶς πρὸς τὸν υἱὸν κατὰ τὸν θεῖον, καὶ πνευματοφόρον πατέρα Κύριλλον. *Liber hic Georgii Metochitæ continet cauſas, & principia, ob quæ Græci, ſanctiſſimi Papæ commemorationem exciderunt, idque factum eſſe propter dominationis ambitionem; cujus primus Auctor fuerat Photius. Item tomum, quem Cyprio Patriarchatum obtinente, & Orientalis Eccleſiæ habenas præter jus omne moderante, cum ſuis ſequacibus adverſus Occidentalem Eccleſiam dominationem ambiente compoſitum: cui impio, iniquo, & peſſimo tomo prior Orientalis Eccleſiæ Pontifex, & ejuſdem magnæ Eccleſiæ Magnus Chartophylax, & dictus Diaconus Metochita, quod Tomus ille in diviſionem Eccleſiarum expoſitus maligne fuerat, noluerunt ſubſcribere, carceribus traduntur. Propterea hic Metochita Diaconus cum peſſime in cuſtodia tractaretur, ad comprobationem veritatis volumen hoc quam optime conſcripſit, & male ab illis tradita, & conſtituta, artificioſe, ſapienterque refutavit, primumque reliquorum omnium Pontificum Occidentalis Eccleſiæ Præſulem oſtendit;* &

o) Chamata vocatur apud Allatium p. 771. de conſenſu, ubi idem locus ex illo produ-ctus exſtat.

*& auctoritatem divinorum, ac ſanctorum, qui præceſſerant Patrum demonſtravit, divinum, ac ſanctiſſimum Spiritum ex Patre, & ex Filio procedere; nec ideo eſſe duas cauſas, nec duo principia, ſed unum, & idem Patris, & Filii principium, & cauſam effundere Spiritum ſanctum, in quantum unitur Filius Patri, & omnia Patris tranſeunt naturaliter ad Filium, ut divinus, & Spiritum ſanctum ferens Pater docet Cyrillus.*

XXXVIII. GEORGIUS MOSCHAMPAR fuit magnæ Eccleſiæ Chartophylax. p) Georgius Pachymerius hiſt. lib. 2. ἐντεῦθεν ὁ Μοσχάμπαρ Γεώργιος Χαρτοφύλαξ ὢν τῆς ἐκκλησίας τότε νόθον ἔλεγε τὸ ῥητόν. *Hinc Moſchampar Georgius Chartophylax cum eſſet Eccleſiæ, ſpuriam eſſe ajebat ſententiam.* Illius meminit Joſephus Methonenſis Epiſcopus Apologia contra Marcum Epheſium. καὶ σὺ μὲν συνῆφθης, ὡς φῇς, τοῖς ἁγίοις σου πατράσι καὶ διδασκάλοις Φωτίῳ πρώτῳ σχισματικῷ, μᾶλλον δὲ αὐτουργῷ, καὶ δημιουργῷ τοῦ σχίσματος, καὶ τῆς διαιρέσεως, Καβασίλᾳ, Παλαμᾷ, Καματηρῷ, Φουρνῇ, Ψελλῷ, Μοσχάμπαρι, Βουλγαρίᾳ, Νικολάῳ Μεθώνης, Πανaρέτῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μετὰ τὸ σχίσμα, καὶ τὴν πολλὴν ἔριν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας εἰποῦσι. *Et tu quidem, ut ais, ſanctis tuis Patribus ac Doctoribus te adjunxiſti, Photio ſchiſmaticorum principi, immo vero auctori, & opifici ſchiſmatis, & diſſidii, Cabaſila, Palama, Camatero, Phurnio, Pſello, Moſchampari, Bulgaria, Nicolao Methonenſi, Panareto, & ceteris, qui poſt ſchiſma, & multam contentionem in Romanam invecti ſunt Eccleſiam.* Meminit etiam Ioannes Pluſiadenus Dialogo pro Synodo Florentina. Cum Vecco, & Cyprio ſub Palæologis vivebat Latini nominis infenſiſſimus, quos palam in Synodis Conſtantinopolitanis, redarguere conatus eſt, & calamo etiam in eos ſtricto pleraque conſcripſit: non magni tamen nominis apud ſuos, neque magnæ æſtimationis: hinc & in conſenſu multorum Doctorum ſententia ejus de dicto Damaſceni, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ οὐ λέγομεν, tanquam minus prudens rejicitur. Pachym. in hiſtor. lib. 8. cap. 1. τό γὰρ κατὰ τὸν Μοσχάμπαρα, καὶ αὐτοὺς λέγειν, ὡς νόθον δὴ τὸ ῥητὸν. καὶ ὡς ἔν τισι τῶν βίβλων οὐ φέρεται τὸ κεφάλαιον, οὐ ξυνετὸν ἐδέχει. προσίστατο γὰρ ἡ τῆς ἱερᾶς ἀποθήκης βίβλος φέρουσα, καὶ τοῦτο μετὰ τὰ τῶν ἄλλων ἀνάγραπτον. καί γε τὸν γνωρίζοντα μαρτυροῦσα. πλὴν οὐκ ἔχουσα πλέον εἰς θεραπείαν, ἢ τὸ προφέρειν ἐν ταύτῃ τὸν Κομνηνὸν Μανουὴλ βασιλέα ὡς οὐκ ἐξ υἱοῦ, ἀλλὰ διὰ λέγοντα καὶ υἱοῦ ὁ θεολογῶν ἀπεφήνατο. *Namque eos aſſerere, quemadmodum Moſchampar affirmarat, dictum illud ſpurium eſſe, & in aliquibus Codicibus caput illud non haberi,* 349

 *haud*

p) Eadem Allatius ll. 15. de conſenſu §. 13.

*haud prudentis eſſe exiſtimabant; ad manus ſiquidem erat ſacri armamentarii liber, in quo una cum aliis id quoque exaratum, non alium, quam Damaſcenum dicti parentem conteſtans aſpiciebatur; nec quicquam aliud amplius in rei moderationem adducens, quam quod in eo Manuelem Imperatorem proferat Comnenum, quod non ex Filio, ſed per Verbum, & Filium Theologus determinarit.* Et a Vecco non invenuſto ſcommate proſcinditur. Pachymeres lib. 7. Καὶ τοὺς αὖθις ἀναγνόντας ἀρνεῖσθαι, καὶ ἀναθεματίζειν τὸν λόγον, σχεδὸν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν γράψαντα. ἀλλὰ τὸν Μοσχάμπαρον ἰδόντα ὁμολογεῖν ἑαυτοῦ τὸ σύγγραμμα εἶναι, καὶ ἀπολογεῖσθαι πειρᾶσθαι. ἐφ' οἷς ὁ Βέκκος μεθ' ὅσου εἴποι τις ἂν τοῦ χαριεντισμοῦ. ἡμεῖς μὲν προσεδοκῶμεν σὸν εἶναι πρὸς τὸν Πατριάρχην φησίν. εἰ δὲ μὴ σὸν ἀλλὰ τούτου, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγησε, ψύλλα τις ἐπικαθίσασα τῷ τῆς ἁμάξης ῥυμῷ, οὔτ' ἀνασπᾶν οὔτε καθέλκειν ἔχει τὴν μήρινθον. *Illi cum rurſum perlegiſſent, negare, & cum anathemate non tractatum modo, ſed Auctorem quoque ferire. Id ubi vidiſſet Moſchampar, fateri Commentarium eſſe ſuum, & pro eo Apologiam parare. Super his Veccus quam maxime venuſte, neque ingratiis. Nos equidem, ait reverſus ad Patriarcham, tuum eſſe opinabamur; quod ſi non tuus, ſed hujuſce, quemadmodum & ipſe faſſus eſt, culex quiſpiam in currus temone inſidens, neque attrahere, neque adducere funem poteſt.* Hoc autem dixerat, quod duplici nomine compellaretur Chartophylax. Multa in Latinam Eccleſiam, illiusque dogmata monumentis editis oblatravit, quibus Joannes Veccus Patriarcha Conſtantinopolitanus docte reſpondens, tanti nebulonis impetum, faſtumque compreſſit. Ego neque Moſchamparis ſcripta, neque Joannis reſponſiones vidi, id tamen ab eodem Patriarcha Ioanne habeo, ex libro, cui ipſe titulum fecit ἐπισημείωσις τῆς τῶν ἁπασῶν αὐτοῦ βίβλων, καὶ γραφῶν συμφωνίας. *Adnotatio de ſuorum omnium librorum, & ſcriptorum concordia.* Et incipit, καὶ τὴν παροῦσαν δέξαι δὴ βίβλον. In ea inter alia habet, q) ἅπαντα εἴσεται ὁ ζητητικὸς, ἐν οἷς ἡμεῖς τὴν ἀντίρρησιν τοῦ δεκάτου ἕκτου τῶν τοῦ Μοσχάμπαρ ἐσχεδιάσαμεν κεφαλαίων. *Quæ omnia curioſus intelliget ex his, quæ nos decimo ſexto capiti reſpondimus, capita Moſchamparis ex tempore refutantes.* Et infra. r) μετὰ τὸ τὰς κατὰ Φωτίου, καὶ τοῦ Μεθώνης, Φουρνῆ τε, καὶ τοῦ Βουλγαρίας, ἔτι δὲ καὶ τῆς τοῦ Καματηροῦ βίβλου ἰδίως, καὶ αὖ ἕτερον μέρος μετὰ τὸ τὰς κατὰ τοῦ Μοσχάμπαρ λογογραφῆσαι ἡμᾶς ἀντιρρήσεις, ἄλλων πάλιν ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς πολεμίων τῆς ἀληθείας ἀναφανέντων. *Poſt Photii, Metho-*

q) T. 2. Græciæ Orthodoxæ Allatii p. 3.

r) id p. 9.

*Methonenſis, Phurnes, Bulgariæ, nec non Camateri libri ſeparatim & per partes, itemque Moſchamparis ſcripto traditas refutationes, aliis rurſum tanquam a principio veritatis hoſtibus emergentibus.* Modum etiam in refellendo Moſchampare, quem ipſe tenuerat, paucis interjectis ſic promit. s) *τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς κατὰ τοῦ Μοσχάμπαρ ἀντιρρητικοῖς ἐβαδίσαμεν, πᾶσαν μὲν ἡμετέραν ἀντίρρησιν ἀπαραποίητον ἐν ἑκατέρᾳ τῶν βίβλων τετηρηκότες, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Καματηροῦ. ὁπόσα δὲ μέρη τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων μόνην τὴν ἐν ματαίῳ εἶχον πολυλογίαν, ἐφ' οἷς οὐδὲν εἶναι καίριον διεγνώκαμεν, εἰς ἀντίρρησιν ἐπιτεμόντες. Eandem etiam viam in refellendis Moſchamparis dictis inivimus, omnem noſtram contradictionem in utroque libro minime immutatam ſervantes, quemadmodum & in Camatero egimus: quotquot vero illius capitum partes tantum in multiloquio inaniter perſtrepebant, in quibus nihil eſſe, quod refutationem poſtularet, dignovimus perſecantes.*

XXXIX. GEORGII ſacerdotis, & NOMOPHYLACIS ſanctiſſimæ Dei magnæ Eccleſiæ *explicatio in omnes Jmperiales leges*, apud Antonium Cantacuzenum. Verderius in ſupplemento.

XL. GEORGIUS BYZANTIUS ex Arabica lingua in Græcam 350 tranſtulit *Librum medicinalem N. Beekzeber Ebi.* Septem ſectionibus diſtinctum. Erat Conſtantinopoli apud Michaelem Cantacuzenum. Verderius in ſupplemento.

XLI. GEORGIUS ZEGABENUS t) *Conſtantini Cæſarei librum de Romana hiſtoria*, ex Romana in Græcam lingvam traduxit: habebatur apud Manuelem Eugenium Conſtantinopoli. Verderius in ſupplemento. Quis Conſtantinus Cæſareus fuerit, dubium mihi eſt. Et forte ille fuerit, cujus Theodorus Balſamon in Synodum ſextam Trullanam meminit. *εἰ δὲ θέλεις οὖν μαθεῖν τὰ περὶ τούτου πλατύτερον, ἀνάγνωθι τὸ πρῶτον τῆς παρὰ τοῦ Καισαρέως Κωνσταντίνου συγγραφείσης ἱστορίας. Si vis ergo de hoc fuſius edoceri, lege primum a Conſtantino Cæſarienſi ſcriptæ hiſtoriæ librum.* Et Macarius Ancyranus Metropolita contra Barlaamum, & Acyndinum cap. 35. *οὐ γὰρ δὴ παρ' ἐκείνου ἐχειροτονοῦντο, ὡς καὶ ὁ Καισαρεὺς ἱστορεῖ Κωνσταντῖνος. Neque enim ab eo ordinabantur, ut Cæſarienſis Conſtantini hiſtoria refert.* Cum itaque Conſtantinus iſte hiſtoriæ ſcriptor *Καισαρεὺς Cæſarienſis* fuerit, Verderius in Cæſarium, Gentianus Hervetus in Cæſarem, dum Balſamonem vertit, majori oſcitantia tranſmutavit. Neque ſolus Conſtantinus hic in Græ-

 cia

s) id. p. 10.

t) De Euthymio Zegabeno dictum Volum. VII. p. 460. ſeq.

cia natus in ſcribenda hiſtoria Latina lingva uſus eſt. Eum cum aliis peculiari Diatriba u) reſervamus.

Ejusdem, *De Herbis particularis demonſtratio*, erat Conſtantinopoli apud Michaelem Cantacuzenum. Verderius ibidem.

Georgius Zegabenus *de ſeptem Vocalibus, & reliquis literis conſonantibus. in 4. manuſcript. Biblioth. Imper. Viennæ*, Epitome Geſneriana. Habeoque penes me ejusdem περὶ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων, καὶ περὶ τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων. *De ſeptem Vocalibus, & de viginti quatuor literis*, Carmine Politico, incipit: τὸν Ἀβραὰμ ὦ φίλτατε Ἀβραμιαῖοι παῖδες. Vita, & conditione miſerrimum fuiſſe conſtat ex iis, quæ ipſe ibidem ſcribit.

Φίλε ἀρκεῖ σοι ἐνταυθοῖ τὸ ὕφος τῶν πνευμάτων
Ἀμίσθωτος καὶ νῆστις τε οὐ γράφειν οὐκ ἰσχύω.
Οὔτε ψωμόν μοι ἔφερες, οὔτ᾽ οἶνον τὸν εὐώδη,
Οὔτε τυρὸν, ἢ ὄψον τι, οὔτε ὠὰ ὀρνίθων,
Ἃ καὶ οἱ οἶκοι πλήθουσιν ἀεὶ μὲν καὶ τῶν ἱρων.
Ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ὀλίγα κήπια, ἢ καί τινας ὀπώρας.
Ἵνα ἐσθίων πρὸς μικρὸν ἰσχύω γράφειν ταῦτα.
Ἀλλ᾽ ἀληθῶς καὶ φανερῶς λέγω σοι τοῦτο πάτερ
Τὴν χθὲς, καὶ πρώην νηστρεκῶς οὐκ ἐζύμασαν οἱ οἶκοι
Διό τι μηδ᾽ ἀλεύρλον, οἶδε θεὸς, οὐκ ἦν μοι
Νόμισμά τι μοι πίστευσον οὐκ εἶχον ἀγοράσαι,
Καὶ ἤρξάμην ὀλιγοθυμεῖν, καὶ συνεσκοτιζόμην
Πολλὰ τῆς, εἶπα, πείνα μου δίφθογγον νά σε γράψω
Καὶ μόνον ἔασεν μικρὸν, μὴ σκοτιωθῇ τὸ φῶς μου.
Καὶ πρός με ἀπεκρίνατο μετὰ θυμοῦ μεγάλου,
Καὶ τρίφθογγον εἰ γράψεις με, ἥκιστά μοι ἀρκέσεις
Πληροφορήθητι καλῶς, γοργὸν νὰ σὲ ὠλέσω
Ρίψω δέ γε σε κατὰ γῆν, καὶ χάσεις τὴν ζωήν σου;
Καὶ οὕτως οὐχ ὑπήκουσεν, εἰ μὴ νὰ τὴν χορτάσω.

*Amice hic tibi ſatis erit ſpirituum pertractatio. Ipſe ſine mercede, & jejunus ſcribere nequeo. Non attuliſti mihi panem, neque bene odoratum vinum, non caſeum, non condimentum aliquod, neque ova gallinarum, quibus & miſerrimorum ædes abundant. Quinimo neque aliquid ex horto, neque fructus aliquot, ut*

u) Hanc Allatii diatribam de Græcis qui Latine ſcripſerunt, non vidiſſe lucem dolendum eſt.

*ut comedens ſaltem ad parvum tempus hæc ſcribendo ſufficerem. Verum tamen vere, palamque hoc tibi dico Pater. Heri, & nudius tertius, domi certe farinam non ſubegerunt, quod farina non ſuppeteret, idque novit Deus, nec eſſet mibi, crede dicenti, pecunia ad emendum. Quare cœpi animo linqui, & lumen oculorum amittere. Multa illi dixi, Fames mea, diphthongo te in poſte-* 351
*rum ſcribam, tantum mihi concede, ne lumine ſpolier, quæ mihi cum magna iracundia reſpondit: & licet me triphthongo ſcribas, non facies ſatis. Præpara igitur te, cito te perdam, proſternam te in terram, & vitam profundes. Sic illa me non audiit, niſi prius ſatiata.* Adnectitur Zegabeno Canon Maximi Mozari *de Spiritibus*, & *Antiſtichis*, x) quemadmodum & ea, quæ Zegabeni ſunt, non magni pretii.

*Translatio* ipſius *Vaticiniorum Theophili* * *Romani* in Græcam lingvam habebatur apud Manuelem Eugenium. Verderius: *Oracula omnia cum figuris picta principium Methodii Epiſcopi Patarenſis, Viſiones Danielis Prophetæ, & Choſroæ Regis Perſarum, & Theophili presbyteri Romani translata a Georgio Zegabeno, prætereaque Leonis Philoſophi, & Imperatoris.* Theophili tamen hujusce vaticinia a Joanne Rhizeno in lingvam Græcam verſa cum aliis, in primo meorum Variorum y) Antiquorum libro annexa ſunt. An eadem, vel diverſa, cum iſta Eugenii non viderim, incertus hæreo.

Ejusdem etiam aſſeritur explicatio in Pſalterium in Catalogo a Grammatico exhibito apud Verderium: niſi mendum ſit, & Euthymii locum Georgius occupaverit, & forte Zegabenus hic non alius a ſuperiori Byzantio, vel Byzantius a ſubſequenti Choniata fuerit.

XLII. GEORGIUS CHONIATA *Antidota Perſica* in Græcum ſermonem tranſtulit. Diegus Hurtadus Venetiis habuit, ut refert Geſnerus. Et Scoriaci in Biblioth. Regia habetur Γεωργίου Χωνιάτου ἐξελλωνισμὸς Αντιδότων, τῶν ἐκ Περσίας κομισθέντων. *Georgii Choniatæ Antidotorum ex Perſide advectorum translatio in lingvam Græcam.* II. κ, 3. Meminit & Robertus Conſtantinus in Bibliotheca. Hic diverſus erit a Chryſococca, z) quantum Chryſococca a Choniata, & unius familiæ homo ab alio alterius familiæ differt.

Ejusdem

x) Maximi Mozari Canones περὶ πνευμάτων καὶ ἀντιςοίχων memorat Labbeus p. 134. Bibl. novæ MSS.

* Presbyteri, confer Lambecium lib. V. p. 15. ſeq.

y) Hæc Varia Antiqua Allatii lucem non viderunt. De vaticiniis illis dixi Volum. VI. p. 164. ſeq.

z) de quo infra p. 359. ſeq.

Ejuſdem *hiſtoria* incipiens inde ab Imperatore Leone, qui fuit filius Alexii: in folio mſ. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ aſſeritur extare in Epitome Geſneriana. Sed quiſnam hic erit Leo Imperator Alexii filius? Monſtrum.

XLIII. GEORGIUS ACROPOLITA, & Magnus Logotheta Conſtantinopolitanus, quem Typographi Lugduno-Batavi, ut mos eſt in Joannem Acropolitam apud Voſſium de hiſtor. Græcis lib. 2. cap. 29. tranſmutarunt, & cujus cauſa a) hunc Diatribæ laborem *De Georgiis* ſuſcepimus, undecim annos natus (b) (quæ ipſe de ſe in Hiſtoria ſua nondum edita* tradidit, in unum conferimus) Encycliique doctrinæ, quam vulgus Grammaticam vocat diſciplina inſtructus ad Imperatorem Theodorum Laſcarim, tunc Conſtantinopoli exulantem mittitur. Pater etiam e Latinorum manibus ſe ſurripere decreverat, licet ab illis, & ſumptuoſis impenſis, & officiis, quibus eum prolixe admodum proſequebantur, detineretur, nec leve eſſent filii famulique impedimentum. Sed pertinacius ille in ſententia perſiſtens, filium ad Imperatorem præmiſit, morbus tamen gravis conatus intercepit, pene enim ſemivivus, & media ſui parte fere exiccatus poſt duos annos vitam amiſit. Georgius in aula Imperatoria neceſſariis providebatur, & Mathematum amore excito, ſublimioris diſciplinæ gratia omnibus valere juſſis, una cum aliis adoleſcentibus, ita annuente Imperatore, atque Exapterygo Theodoro informante, Logicæ ſcientiæ aditus aperiuntur; monitiſque Imperatoris aula egreſſus præceptori ſe dedidit annos ſeptem & decem natus. Exapterygus in *Mathematicis* non admodum præſtabat, ſed multum dicendo valuit, utpote Rhetoricis ſtudiis eximie inſtitutus, & ad eloquendum compoſite uſu, atque ingenio comparatus, ideoque ingenti nomine, ac memoria dignus habitus eſt. Eo demortuo, poſtquam poematum ambages explicaſſet, & orationis conficiendæ artem tradidiſſet, ad Blemmidam Nicephorum, quo neminem in Philoſophicis diſciplinis
352 præſtantiorem noverat, ſe ipſe contulit, & quicumque una ſecum Logicis ſpeculationibus attendebant. Quod idem aſſerit in expoſitione Theologicorum dictorum. *Poteſt autem & unum*, &c. Ἢ δ' ἄλλο πολλῆς

a) Nam in editione Pariſienſi A. 1651. fol. hæc Allatii diatriba Chronico Byz. Georgii Acropolitæ præmittitur, de quo confer ſi placet quæ notavi Volum. VI, p. 448. ſeq.

b) A. C. 1231. nam Georgium Acropolitam natum eſſe conſtat A. 1220.

* Tunc cum iſta ſcriberet Allatius A. 1644.

λῆς ἄλλος καὶ ποικίλης, καὶ ὑψηλοτέρας, ὡς εἶμαι, δεῖται τῆς σαφηνείας τοῦ τοιούτου. καὶ γὰρ ἐν μείραξιν ἐπιτελῶν, καὶ τῷ θεσπεσίῳ ἐκείνῳ ἀνδρὶ τῷ σοφωτάτῳ Βλεμμίδῃ, ἡνίκα παρ᾽ ἑαυτὸν ἐφοίτων ἐκοινολογησάμην. ἀλλ᾽ οὐδέν τι μοι εἶχεν εἰρηκέναι σαφῶς, ἀλλ᾽ ἅπερ καὶ ἄλλοι τὰ τοῦ πατρὸς ἐξηγούμενοι. *Verum aliud multa, & variæ, altiorisque, ut exiſtimo, indiget expoſitionis. De hoc enim, dum in pueris eſſem cum divino illo Viro ſapientiſſimo Blemmida ſermonem contuli, quando mihi ab eo doctrinam expetebam. Sed nihil mihi de hoc proferre, quod lumen afferret, potuit ſed ea tantum, quæ reliqui hujuſce Patris expoſitores in medium afferebant.* Indolis ſuæ ſpecimen, & ingenii dedit. Namque cum ab Imperatrice Irene in defectu ſolis meridiano, de defectus cauſa interrogaretur, licet tum primum Philoſophiæ arcanis a Blemmida imbueretur, ideoque accurate rem non poſſet extricare, ex ſe ipſo, quod par erat, decernens, Lunæ interpoſitionem adumbrati ſolis cauſam eſſe enunciat: viderique ſolem deficere, cum revera lumine non ſpolietur. Verum Lunam defectum ſubire, cum in umbram terræ inciderit, quandoquidem illa ſolis ſplendore renideat. Sed cum oratio in longum protraheretur, dicta refellebat Nicolaus Medicus, Vir nullatenus in Philoſophia verſatus, arte vero, quam ipſe profitebatur eximius, & ea præcipue, quæ experientia comparatur, Imperatrici ſummopere carus, & Actuarius dignitate; nimiæ tamen garrulitatis non nimis honorifica compellatione ab Imperatrice tulit μωρὸς nuncupatus, quaſi puerum, vel ſtultum diceres, erat quippe tunc unum & viginti annos natus. In ſcribendis epiſtolis operam ſæpius Imperatori navavit, urbibus, ac oppidis captis ſcribens, & Imperatorium ſigillum imprimens. Namque id moris erat Romanorum Imperatoribus, per literas illis, qui longe diſtabant, egregie a ſe geſta ſignificare, voluptatemque illis, quam ipſi experirentur, conciliare. Ad Michaelem Deſpotam Lariſſæ commorantem ab Imperatore Joanne una cum Phoca Philadelphienſi, Iſaacio Duca, & Michaela Hyalea, ad pacta cum eo inita complenda miſſus eſt: aliaſque poſtea legationes feliciſſime obiit. Quare illius prudentia, ac diligentia perſpecta, fideque niſus ſumma imperii conſilia credidit: deinde, ut ſunt rerum vices, tanti viri virtute pertæſus, hominem de ſe tantopere bene meritum Theodorus * Joannis Batazæ filius non tantum minis perterruit, ſed ex neruo emiſſum compingit in carcerem. Sed audiemus ab ipſo, ut fortunas ſuas deploret. ** καὶ αὐτὸς πολλάκις εἰρήκειν, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐπιπλέον μοι δοκεῖ τὸ εἰρημένον ψευδὲς,



* p. 71. edit. Allatianæ. ** Theodorus Laſcaris Imperator A. 1255.-1259.

δὲς, ἔστ' ἔλαττον δὲ ἀληθές. τὸ δὲ ἐπὶ ταῖς ἀδήλοις ἀκριβῶς ἀποφαίνε-
σθαι οὔ μοι δοκεῖ ῥᾶον εἶναι. ἡ δ' ἐκεῖνος. ἐν τοῖς ἀδήλοις ἐστὶ χάρις βε-
βαίως καὶ ἀληθῶς ἀποφαίνεσθαι. ἐπὶ γὰρ τοῖς δήλοις, καὶ οἱ ἀείδαροι
λέγουσιν. ἦν δ' ἐγώ. ἰδοὺ μετὰ τῶν ἀειδάρων καὶ ἡμεῖς συντετάγμεθα. καὶ
ὁ βασιλεὺς χόλου πλησθεὶς, σὺ πάντοτε, ἔφη, ἦσθα μωρὸς, καὶ ἀρτίως
πάλιν μωρός. καὶ αὐτὸς οὐδὲν τι πλέον μετὰ τοὺς λόγους ἀνταπεκρίθην. ἀλλ'
εἰ ἐγὼ μὲν εἰμὶ μωρὸς, καὶ ἵνα σιωπῶ, οἱ δὲ φρονιμῶτες λαλείτωσαν. ταῦ-
τα εἶπον, καὶ ὀργῆς ὁ βασιλεὺς ἀπλέτου πλησθεὶς, ἑλκύσαι μὲν ὥρμησε
τὴν σπάθην τοῦ κουλεοῦ τῆς κώπης ἐπιλαβόμενος. ἀλλ' οὕτω μὲν κατέσχε.
μικρὸν γὰρ ταύτην ἀπογυμνώσας, πάλιν εἰσῆξε. τῷ μεγάλῳ δὲ Δομεσί-
κῳ αὐτοῦ τῷ Μουζάλωνι Ἀνδρονίκῳ καταβαλεῖν με τοῦ ἵππου προσέταξε. καὶ
ὃς ἤρεμά πως ἔφη, ἔκστηθι τῆς ἐφεστρίδος. καὶ αὐτὸς ἀπέβην τῆς ἡμιό-
νου. ὁ δὲ χρηστότατος περὶ ἡμᾶς βασιλεὺς τοὺς πολλὰ πρὸς τοῦ πατρὸς αὐ-
τοῦ δι' αὐτὸν πεπονθότας. ὃς ἐν πολλῷ πλήθει, καὶ πολλάκις διαπρυσίῳ
ἔλεξε τῇ φωνῇ, ὡς πολλῶν μοι αἴτιος ἀγαθῶν οὗτος ὁ ἄνθρωπος γέγο-
νε, περὶ τῆς λογικῆς φάσκων παιδείας, καὶ πολλῶν ὀφειλέτης τούτῳ
τυγχάνω, δυεῖν κορυνηφόροιν προσέταξε τύπτειν με, χθιζὰ καὶ πρὸ τρί-
της τούτους χειροτονήσας, ὡς εἰκοσιτέσσαρας πάντας τὸν ἀριθμόν. οὐκ οἶδα
εἰ μὴ δι' ἐμὲ, ἵν' εἴη καὶ σκηνὴ τοῦ δράματος εἰς τραγῳδίαν μεμορφωμένη.
καὶ οἱ μὲν ἔτυπτον, ἐγὼ δὲ σιγῇ τὰς τύψεις ἐλάμβανον. ὃ καὶ μᾶλλον οὗτον ἐξέμαι-
νεν, ὅτι μηδόλως πρὸς δεήσεις κάμπτομαι καὶ πληττόμενος. ἐπεὶ δὲ πολ-
λὰς κατὰ παντὸς ἐδεξάμην τοῦ σώματος, μόγις ἰσχνῇ καὶ ἠρεμαίᾳ φωνῇ,
353 ὦ Χριστὲ βασιλεῦ, ἔφην, πόσας νενόσηκα νόσους. καὶ διατί ἐν οὐδεμιᾷ
τούτων κατέλυσα τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἐν τοιούτοις με καιροῖς ἐταμίευες; ταῦτ'
εἶπον. καὶ ὁ βασιλεὺς οἷον αἰδεσθεὶς ἀπηλλάγη, ἑνὶ τῶν ἀκολούθων αὐτοῦ
εἰρηκὼς, λάβε τοῦτον αὐτός. καὶ ὃς ἔφιππόν με λαβὼν ἠρώτα, ποῦ ἂν καὶ
ἀπέλθοιμεν. *Tum ego, At ſepius effatus ſum, plus mendacii, quam veritatis, quod circumfertur in ſe continere: & in dubiis exquiſite ſententiam ferre, non ita facile mihi videtur. Reſpondit ille. Sed in dubiis vere, ac firmiter enunciare id prudentis eſt. De manifeſtis quippe & aſini pronunciaverint. Et ego. Jam & nos inter aſinos collocamur. Imperator ira inflammatus, tu ſemper, ait, haud ſanus ineptis, & nunc quoque ineptis. Ipſe, nec aliud. ita me ſermones ament, reſpondi. Ego quidem ineptio, ideoque ſilendum eſt mihi: qui ſapiunt, ipſi loquantur. Dixeram: Imperator incredibili, atque atroce percitus iracundia enſis capulo manu compreſſo, vagina detegere tentat. Sed motum temperat: & quem paululum retexerat enſem, vagina reddit. Dein Magno Domeſtico Andronico Muzaloni, me de equo dejicere imperat. Ille voce ſubmiſ-*

*ſa,*

*ſa, ſecede, ait, ſago. Ego mula deſcendi. Tum optimus erga nos Imperator, nos, qui multa a patre ſuo, ſui gratia aſpera perpeſſi eramus, ut palam, ſæpeque multis audientibus, clariſſima voce teſtatus eſt, virum hunc, me nempe intelligens, bona ſibi plurima apportaſſe pro diſciplina Logica,* * *qua eum inſtitueram, nec non & aliis non exiguis me debere confeſſus, duobus clavigeris, heri, aut nudius tertius, neſcio an propter me, ut Dramatis ſcena in Tragædiam ad amuſſim converteretur, electis, eorum numero ad viginti quatuor aſcendente, verberibus appetere juſſit: Illi itaque verberare. Ego ſilentio verbera excipere; id magis in furorem agebat Imperatorem, quod nec verberibus caſus ad ſupplicationes effunderer. Ubi vero frequentium ictibus verberum univerſum corpus foedaverant, vix tandem ego debili, ac ſubmiſſa voce, Chriſte Rex, inquam, quot morbis afflictatus ſum, quare eorum nullo vitam amiſi, ſed ad has me tempeſtates ſervaſti. His dictis, Imperator nonnihil, ut videbatur, veritus ſeceſſit, cum uni ex iis, qui ipſum ſequebantur, dixiſſet, duc ſecum ipſum. Ille equo advehens, interrogat, quo abituri ſumus?* Hinc carcerem, cuſtodiam, aliaque proſeqvitur, tandem beneficio delinitus, in familiaritatem rurſus Imperatoris inſinuatur, atque priſtinæ dignitati reſtituitur, neque multo poſt, rebus Byzantinis in propinquum diſcrimen adductis, militiarum Prætor in occiduis partibus præficitur. Verum Ducum oſcitantia, atque perfidia rebus Romanis afflictis, debilitatiſque, Georgius poſt longam Prilapi obſidionem captus a Michaele Defectore in ſervitutem rapitur, carcerique mancipatur: poſtea ſervitute exemptus novo Imperatori, ** muneribus, ac legationibus obeundis operam navat: nec alium fuiſſe exiſtimo, quam qui a Michaele Palæologo, ad illa namque tempora ſuffecerat, ad ſummum Pontificem, pro ſtabilienda Occidentalis, & Orientalis Eccleſiæ unione mittitur. † Georgius Pachymerius lib. 5. καὶ ἦν ἀνάγκη πρέσβεις πέμπεσθαι, ἐφ' ᾧ παρ' ἐκείνων τὸ ἀσφαλὲς γενέσθαι, ὡς ἐντεῦθεν μὲν ὑποπλεύειν τὸν κίνδυνον ὑποταγέντας τῇ τῶν ἐκκλησιῶν πρωτίσῃ, καὶ ἤδη γνησίους ἐκείνης νομιζομένους. ἐξελέγοντο μὲν οἱ πρέσβεις. οἱ δ' ἦσαν ὁ Πατριαρχεύσας Γερμανὸς, καὶ ὁ Νικαίας Θεοφάνης, καὶ τῶν συγκλητικῶν ὁ μέγας Λογοθέτης Ακροπολίτης, ὁ προκαθήμενος τοῦ Βεστιαρίου Πανάρετος, καὶ ὁ μέγας Διερμηνευτὴς Βερροιώτης. οἱ δὴ καὶ ἀνὰ μίαν τελήρη ἐντεῦθεν μὲν οἱ τῆς ἐκκλησίας, ἐκεῖθεν δὲ πλὴν τοῦ μεγάλου Λογοθέτου οἱ ἐκ τοῦ βασιλέως λαβόντες ἀνήγοντο ἐπιφερόμενοι, καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν δώρων, καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀναχθέντες ἀπέπλεον. *Neceſſumque erat legatos mitti, ut res*

Mmmm 2 ab

* Liberali eruditione. ** Ioanni Laſcari A. 1260. † A. 1268.

*ab ipſis confirmarentur, ut ne qua inde prima omnium Eccleſiæ ſubjectis illiusque in familiaritem conjunctis periculi ſuſpicio relinqueretur. Eiguntur ergo Legati Germanus, qui olim* c) *Patriarchatui præfuit, Theophanes Nicænus, & ex ſenatu Magnus Logotheta Acropolita, Veſtiarii Præfectus Panaretus, & magnus Interpres Berraota, qui triremibus conſcenſis, una quidem qui ab Eccleſia erant, altera pro uno Magno Logotheta, qui a ſervitio Impera-*
354 *toris erant, ſoluunt e portu, marique ſe committunt, multaque ſacra dona, &c. Hi itaque hac ratione & in altum mare delati navigabant.* Sed, cum oborta tempeſtate Senatores metu procellæ in terram triremem, tanquam in tutum portum abigunt, fluctibus immerſi, uno tantum ſuperſtite, omnes naufragio pereunt: Logotheta, & Viri Eccleſiaſtici in altum mare, tanquam ad tutiora ſe conferunt, & quamvis non ſine diſcrimine cum mari luctarentur, tandem die luſcente Methonem appellunt, & de alterius triremis naufragio, hominumque ſubmerſione edocti Romam contendunt. Ubi a Pontifice d) humaniſſime excepti tiaris, mitris, annulis, aliiſque pro more muneribus cumulantur. Pachymerius. *εἰ δὴ καὶ μόνοι λειφθέντες, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὑποστρέφειν τοῖς πρόσω ἐπιβαλλομένοις πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπέπλεον. καὶ δι' ὀλίγων ἡμερῶν καταλαβόντες τὸν Πάπαν τὰ τῆς πρεσβείας ἐπλήρουν. ὥστε καὶ τιμῆσαι σφᾶς τιάραις, καὶ μίτραις, καὶ δακτυλίοις, ὡς ἡ ἐκείνων ἔχει ἐπ' ἀρχιερεῦσι συνήθεια. ἔαρ οὖν καὶ θέρος ἐκεῖσε διαγαγόντες, καὶ τὰ εἰκότα φιλοφρονηθέντες παρὰ τοῦ Πάπα τὰ τῆς πρεσβείας διευθετοῦσι, καὶ φθινοπώρου λήγοντος συνάμα πρέσβεσι τὴν πόλιν καταλαμβάνουσιν. Qui ſoli relicti, cum retrocedere haud fas eſſet, progrediuntur, Romamque verſus iter dirigunt; ibique poſt non multos dies Papam allocuti, legationis munere fungebantur. Sic tiaris, & mitris, & annulis, quibus ſummorum Pontificum munificentia ſimilis conditionis homines donare ſueverat, cumulantur. Vere ergo, atque aſtate ibidem exacto, & ut par erat, cumulatiſſime pertractati a Pontifice, res legationis componunt, & prope finem autumni cum Legatis Conſtantinopolim remeant.* Niſi quis de alio Acropolita, & Magno Logotheta Conſtantino, e) cujus complures Orationes in ſanctorum feſtivitates tempus nobis non invidit, dicta hæc a Pachymerio velit. Quantum Georgius eloquentia, ac diſciplinis reliquis valuit, Georgius Cyprius Patriarcha Conſtantinopolitanus hiſce expreſſit: *λόγων δὲ σπέρματα, καὶ συνθήκας ὡς εἰπεῖν μαθημάτων, ἦν ὁρᾶν σωζόμενα μηδαμοῦ,*

c) Proximo Anno 1267.

d) Clemente IV.

e) Hic Conſtantinus Georgii Acropolitæ filius, de cujus ſcriptis dixi Volum. VI. p. 449.

δαμοῦ, ὅτι μὴ παρὰ τῷ Λογοθέτῃ, οὐ μέγα δ' εἰπεῖν, καὶ καθ' ἡμᾶς Ἀριστοτέλει, εἴτε καὶ Πλάτωνι, ἢ ἐπώποτε τούτοις παραπλησίως τὸν ἄνδρα βούλοιτό τις καλεῖν. ἢ ἵνα διέλω σαφέστερον, ὃν Ἀριστοτέλην νομίζειν χρεὼν, οὐδὲν ἐκείνου ἀπολειπόμενον, ὅταν τι δέῃ τῆς λογικῆς ἐπιστήμης, ἢ τῆς τῶν φυσικῶν ἀποφήνασθαι. Πλάτωνα δὲ θεολογοῦντα, καὶ κατὰ μοῦσαν φθεγγόμενον Ἀττικὴν, παρ' ᾧ μόνῳ κατ' αὐτὸν Πλάτωνα φάναι σαφῆ τε καὶ στρογγύλα, καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται. οὕτως μὲν γὰρ μόνος ἐλείπετο, ἢ τ' ἀληθέστερον εἰπεῖν ἐταμιεύετο μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν ἐκ Θεοῦ. ἔσχατος μὲν τῷ χρόνῳ μεθ' ὅσοι σοφοὶ πεφηνὼς, τοῖς πρώτοις δὲ συνεισάγεσθαι δίκαιος, παιδεύσεως εἰς ὃν ἅπαν εἶδος συναγηοχὼς, καὶ διὰ πάντων εὐδοκιμῶν, ὡς ἐν οὐδενὶ πρὸς οὐδένα καταδέχεσθαι σύγκρισιν. *Scientiarum ſemina, & ut ſic dicam; fomites diſciplinarum nusquam erant reliqui, unum Logothetam excipio, abſit dicto invidia, ſive quis Ariſtotelem eum, ſive Platonem, ſive alio ſimili appellare velit nomine. Aut, ut plenius diſtinguam, quem recte Ariſtotelem vocaveris, ut qui nulla in parte quicquam huic conceſſit, quoties in Logica, Phyſicave aliquid exponendum eſſet ſcientia. Platonem vero quoties Theologum ageret, Atticaque elegantiam exprimeret Muſa, apud quem unum, ut cum ipſo loquar Platone, verba ſingula & perſpicua, & rotunda, & ad amuſſim quamdam quaſi facta ſunt. Solus enim hic tunc ſuperabat, aut ut loquar verius cum bonis aliis a Deo, quaſi promicando datus eſt; tempore quidem omnium, quotquot fuerunt ſapientes, ultimus; qui cum primis tamen jure merito certare poſſit. Quippe qui cum unus eſſet, omne diſciplinarum pariter conjunxerat genus, & in omnibus tenebat primas, ut in nullo cum alio conferri poſſit.* Laus hæc nimia quidem Voſſio de hiſt. Græcis lib. 2. cap. 29. videtur, & Chronicon ejus quod habemus fidem adimere ſcribit de tanta Viri facundia. Nempe liberale adeo elogium amicitiæ datum, quæ fortaſſe cum Logotheta interceſſit. Vel id tribuendum ſeculi vitio, quo quantæ eſſent Platonis, & Ariſtotelis virtutes, nemo ſatis capiebat; ait tamen ſe non negare, nulli eruditorum ſeculi ſui ſecundum fuiſſe. Meminit illius Ephræmius in Chronico.

Πρὸ τοῖς δε Γεώργιον Ἀκροπολίτην
Ἄρχοντα πάντων, καὶ πρόεδρον δεικνύει
Πρόσθεν τιμήσας τῇ Πραίτωρος ἀξίᾳ. 355

*Inſuper Acropolitam Georgium omnium præſidem, ac primatem conſtituit, prius Prætoris dignitate inſignitum.*

Mathemata publice profitetur, illique poſtmodum ſuccedit Olobolus

bolus. f) Pachymeres hiſtor. lib. 4. ὡς ἤδη μὲν ὁ Ἀκροπολίτης, καὶ μέγας λογοθέτης Γεώργιος ἐφ' ἱκανὸν ἐκ προστάξεως τῆς βασιλέως ἐνιδρώσας παραδιδοὺς τὰ μαθήματα ἤδη, καὶ ἀποκεκαμήκει, καὶ χρεία ἐστὶν ἄλλους ἀνάγεσθαι. *Jam enim Acropolita, & Magnus Logotheta Georgius ad multum tempus Imperator tuo juſſu Mathemata tradens inſudavit, jam defatigatus aſſiduo labore: quare neceſſe eſt, ut alii promoveantur.* Quemadmodum ergo in Mathematis Olobolus, ita in dignitate Logothetæ ſuccedit Theodorus Muzalon. Pachymeres hiſtor. lib. 7. ex quo res illius Byzantinæ præclariſſimum lumen accipiunt. Ἀνδρόνικος ὁ Παλαιολόγος πλείστοις μὲν καὶ ἄλλοις συμβούλοις χρώμενος, μάλιστα δὲ καὶ διαφερόντως τῷ Μουζάλωνι Θεοδώρῳ. ὃν ὁ πατὴρ εἰς μέγαν λογοθέτην τοῦ Ἀκροπολίτου ἀποθανόντος ἐτίμα. *Andronicus Palaeologus quam plurimorum aliorum conſilio utebatur, potiſſimum vero & ante alios Muzalonis Theodori, quem illius pater in Magni Logotheta Acropolitæ demortui locum ſuffecerat.* Eum tanquam non incorruptum judicem, nec piis moribus præditum aſpere perſtringit Pachymeres lib. 4. cum ei tumultuantium contra Patriarcham Joſephum Galeſium Monachorum cauſa & judicium defertur. καὶ ἐπειδὴ τὸ πείθειν οὐκ ἦν, ποῦ γὰρ ἄνδρας ἀμειλίκτους εἰς ἔνστασιν, κολάζειν ἡγοῦντο. ἀνατιθέντες τοίνυν τὰ περὶ τούτων τῷ Ἀκροπολίτῃ Γεωργίῳ, καὶ εἰς λογοθέτας μεγάλῳ, καὶ σοφῷ τὰ μάλιστα, πλὴν κατημελημένως τῶν εἰς συνείδησιν ἔχοντι, καὶ δὴ ἐπὶ οἰκίας ἐπαγαγὼν χαλεπῶς ᾐκίζετο δαίρων, κρεμμανύων, μαστίζων. τοὺς δέ γε κρείττους ἐκείνων, καὶ ἀτιμοῦν τῷ δι' ἀγορᾶς θριαμβεύειν ἀτίμως ἐπ' αἰτίαις κακίσταις καὶ πεπλασμέναις, ἄνδρας πολὺ τὸ ἀξιοπρεπὲς ἔχοντας ἐκ τοῦ βίου, καὶ τῆς σφῶν καταστάσεως, οὓς καὶ μετὰ τὸ πικρῶς, ὡς οἷόν τε μετελθεῖν ἐξορίαις ἐδίδου τοὺς καθάπαξ τῆς γῆς, καὶ τῶν γηΐνων ἐξωρισμένους. *Cum vero poſſidere non poſſet, quomodo enim quis viros immites, atque inexorabiles in viam diduceret, ad flagella deſtinant. Res itaque Georgio Acropolitæ, & Magno Logothetæ, & quam maxime ſapienti, etſi quæ ad conſcientiam ſpectant, parum accuraret, committitur. Qui in ædem*

*ſuam*

f) Hic eſt *Manuel Olobolus* ſive *Holobolus* Rhetor Rhetorum, cujus *ſcholia in Doſiadæ aram* fuere MSS. in Bibl. Palatina, lectaque Salmaſio & Iſ. Voſſio p. 214. Melam nec non Huetio, quem vide in quæſitis per Epiſtolas p. 279. T. 2. diſſ. à Tilladeto collectarum. *Verſus Politici ad Michaëlem & Andronicum Palaeologos* MSS. in Codice Colbert. 6044. Cangio laudati. De hoc Holobolo vide Pachymeris hiſtoriam VII. 8. Allatium de conſenſu p. 774. 775. Cangii gloſſarium in ῥήτωρ. Alius *Jo. Chryſocephalus Holobolus* ſæculo XV. Diaconus CPol & hypomnematographus, alius item *Maximus Holobolus* protoſyncellus, cujus in S. Mariam Ægyptiam elogium MS. in Bibl. Coisliniana. Vide Montfauconum p. 251. & 245.

*ſuam deductos miſere excruciabat ſuſpendio, cædibus, ac fuſtibus: & eorum ſpectatores infamia, cum per forum ignominioſe flagitiis peſſimis, & a ſe confictis traduceret. Viros ex vita, & conſtitutionis ratione valde venerandos, quos peſſimis excruciatos exemplis exilio multabat, terra, terreniſque hiſce jam inde ſemel exterminatos.* Reliquit filium Conſtantinum. Pachymeres hiſt. lib. 6. Τοῦτο ξυνέβη καὶ ἄλλοις πλείστοις. ξυμβεβήκει δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ Ἀκροπολίτῃ καὶ τῷ Θεοδώρῳ Μουζάλωνι, ὧν τὸν μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ μεγάλου Λογοθέτου λαβὼν ἀνῆγε παιδεύων, καὶ οἰκεῖον ἀποκαθιστῶν ἐς ὅτι μάλιστα, τὸν δὲ ἐκ στρατιωτικῆς μοίρας ἀναλαβών. καὶ τὰ ἑξῆς. *Hoc & aliis quamplurimis accidit: acciderat vero & Conſtantino Acropolitæ, & Theodoro Muzaloni, quorum illum quidem a Patre Magno Logotheta acceptum diſciplinarum, ac doctrinarum ſtudiis promovebat: & ſibi comparans quam maxime familiarem. Hunc vero ex militaribus ordinibus arreptum, &c.*

Neque hic variæ Acropoles conquirendæ ſunt, ut ex qua illi nomen Acropolita inditum dignoſcamus: multo minus Athenæ in tres partes ſive regiones diſtinctæ olim, atque diviſæ allegandæ, ut inde Athenis illum natum ex nonnullorum ſuſpicione putemus: cum Acropolita non illi ex patria, quod Byzantium fuit, ſed ex familia tributum ſit. Qualia multa in Byzantinis Hiſtoriis in promptu ſunt; ita enim & Eumathius Macrembolita non a Macremboli, & Berræota non a Berræa, & Decapolita non a Decapoli, ut perperam verterat Carolus Labbæus in Novellis Conſtitutionibus Conſtantini Imperatoris Porphyrogennetæ, & Hagiotheodorita non ab Hagiotheodori, Attaliota non ab Attalia, ſexcentaque alia ne nimius ſim.

Scripſit Chronicon Conſtantinopolitanum, quod continet hi- 356
ſtoriam a capta per Latinos Conſtantinopoli g) uſque ad Imperium Michaelis Palæologi. Illius duæ ἐκδόσεις, quemadmodum in Diatriba noſtra de Pſellis h) notabamus feruntur, altera diffuſa, prolixa, minima quæque enarrans: conciſa altera, ac brevis, & tantum digito rem monſtrans, ideoque perobſcura. Hanc Georgius Douſa repertam Galatæ redemptamque a Georgio Cantacuzeno, in Batavos attulit: Theodorus Douſa Latine tranſtulit, & Græce, ac Latine publicavit, cum Notis, Lugduni Batavorum apud Godefridum Baſſon. 1614. 8. ſed in qua edenda animum, & conatum Douſæ laudes, ſtudium amice deplores, adeo diis

g) Capta CPolis à Latinis A. C. 1204. & à Mich. Palæologo recuperata A. 1265.

h) p. 63. ad calcem Voluminis V. hujus Bibl.

Digitized by Google

diis iratis illuſus verſionem tentavit, & in tam laudabili labore bonæ felicitates omnes adverſæ fuere. Quid enim ipſe non confundit, aut potius evertit? Quis illius purgandi locus? At erit, isque ampliſſimus, ſi inhumani nolumus eſſe. *Exemplar quippe*, verba ſunt Douſæ, *quo unico uſi ſumus, ita corruptum, tot lacunis, & maculis oppletum, tam denique ab omni parte culpa amanuenſis, & qui ipſe corrupto exemplari uſus erat vitioſum, ut nihil minus, quam hiſtoria aliqua inde elici poſſe videretur. Non mentior, ad ſingula propemodum verba ſubſiſtendum mihi fuit, & divinandum.* Acceſſit difficultas operis. Idem in Notis. *Difficultatis illius in cauſa ſunt, antiquitas, peregrinitas, novitas, quæ tria ſermoni vitium, rei obſcuritatem adferre ſolent. Sermoni vitium a vocibus vulgaribus, & a ſeculi phraſibus accedit; rem obſcurat hiſtoriæ varietas; quæ & non parum hic diſtorta eſt, & implexa. Sane accuratiorem temporum, & rerum diſtinctionem deſidero. Sed quemadmodum illo ævo omnium rerum, & Imperii confuſio erat, diſtractioque & quaſi Chaos quoddam nationum, ita etiam exiſtimo hanc hiſtoriam.* In tanta ergo obſcuritate, & corrupti Codicis ſordibus, ſi non omnia aſſecutus eſt Douſa, excuſari debet, gratiaque illi referenda, quod Auctorem neutiquam aſpernandum, ex pulvere, ſituque erutum Reipublicæ vindicavit. Hanc, qualis illa fuerit, Douſianam editionem Aurelianenſis altera i) inter rerum Byzantinarum ſcriptores cum Gregora, & Chalcondyla nulla re perfectior, ſubſecuta eſt; præter primæ impreſſionis, verſionisque lapſus aliis multo atrocioribus erratis a Typographis deformata. Quare non contemnendi ſcriptoris incommodo commotus animum ad illum poliendum, ac nitori priſtino reſtituendum, ſi fieri poſſet, applico, nec laboris pœnituit, nec diligentiæ; ex antiquo quippe Vaticano Codice, charactere non ita eleganti, neque multum ob atramentum, ſive etiam propria imbecillitate, qua nigredinem diu chartæ impreſſam continere non potuit, uno vel altero loco excepto, ab omnibus fere ſordibus repurgavi, ut diverſum ab illo primo absque dubio ſit, peneque novum, quod una cum Hiſtoria ejusdem dabo cum hoc titulo, Γεωργίου τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου πόνημα Χρονικὸν ἡμιτελές. *Georgii Magni Logothetæ Acropolitæ labor Chronologicus ſemiperfectus.* Sic enim titulus operi præfigebatur, ut Breviarium hoc hiſtoriæ ab hiſtoria diffuſa, & integra ſejungeretur. Et hæc eſt prima operis hujuſce ἔκδοσις, *editio:* non ab Auctore, ſed ab alio reſectis, quæ illi minime opportuna viſa ſunt, compilata, &

quæ

i) A. 1615. fol.

quæ jam præ omnium manibus, ubique proſtat cum verſione Latina, ſed modo, quo ſupra indicavimus.

Altera ἔκδοσις prolixa, ac diffuſa, quam annuente Deo inter nonnullos Codices manuſcriptos Chii invenimus, accurateque deſcriptam Romam adveximus, unde omnia Breviarii mutila, hiulcaque & male ab exſcriptionibus tractata ad mentem Auctoris corriguntur; eam, cum per curiales occupationes facultas facta eſt, in lingvam Latinam vertimus, illuſtravimusque hiſtoricis notis, typis, quando per Typographos licet emiſſuri. k) Ejus ſpecimen in noſtra de Pſellis Diatriba exhibuimus, Principium idem, ac Breviarii, τὸ τῆς ἱστορίας χρήσιμον, καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ συγγραψάμενοι. Titulus ita concipitur: ἡ παροῦσα Χρο-
νικὴ συγγραφὴ τοῦ μεγάλου Λογοθέτου, τοῦ Ἀκροπολίτου ἐστὶν, ὃς ἔκτισε καὶ 357
τὸ μοναστήριον. τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως. περιέχει δὲ τὰ μετὰ τὴν
ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἄχρι τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολό-
γου. *Præſens Chronographica compoſitio magni Logotheta Acropolita eſt, qui monaſterium ſancta Chriſti Reſurrectionis exadificavit*, ut hinc etiam pietatem viri agnoſcas; *Continet qua poſt captam a Latinis Conſtantinopolim evenere, uſque ad Imperium Michaelis Palaologi.* Acropolitæ Chronicon, ſed non liquet, quænam editio ſit, habetur manuſcriptum Mediolani in Ambroſiana. Et in Bibliotheca Regis Gallorum Cod. 734. Ex hac hiſtoria multa recentiores Auctores mutuantur, quæ tamen, ut etiam alii notaverunt, plenius, planiusque in ipſo Logotheta traduntur.

2. Ejusdem *Forma de Fide, De Virtute, & anima, anno mundi* 6771. hoc eſt anno Chriſti 1263. Liber ſic inſcriptus habebatur in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 174.

3. Ejusdem ἑρμηνεία τῶν Θεολογικῶν ῥητῶν, τοῦ π, ἔστι γὰρ τὸ ἓν στασιάζον πρὸς ἑαυτὸ πολλὰ γίνεσθαι, καὶ τοῦ, μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι τριάδος ἔστι. *In Theologi Nanzianzeni ſententias. Poteſt enim unum, ſi a ſeipſo diſſideat, multa fieri.* Et, *Quare unitas a principio in binarium mota, in ternario conſedit.* Cujus eſt principium: πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν φίλων ὦ θειοτάτη καὶ σεβασμιωτάτη κεφαλὴ, εἰς λόγους ἐλθεῖν ἡμᾶς κατηνάγκασαν. Bibliotheca Palatina.

4. Scripſit præterea *tredecim ad Deum precationes*, quæ poſt recuperatam a Græcis Conſtantinopolim, dum gratiæ Deo pro tanto beneficio redderentur, alta voce omnibus audientibus recitatæ

Nnnn

k) Factum hoc Pariſ. 1651. fol.

tatæ ſunt. Sed rem ab eodem Auctore, quando ineditus, l) audiamus. ἐγγίσαντι γοῦν τῷ Κωνσταντίνου τῷ βασιλεῖ κατὰ νοῦν ἐπῄει θεοπρεπεστέραν μᾶλλον, ἢ βασιλικωτέραν τὴν εἰς τὴν Κωνσταντίνου ποιήσασθαι πάροδον. καὶ τὸν τρόπον ἐσκέψατο ὅπως ἂν γένοιτο. ὃ δὴ διὰ λόγων εὐχαριστηρίων πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ φωνῶν εὐκτηρίων ὑπέρ τε βασιλείας, καὶ ἱεραρχίας, ὑπέρ τε τῆς πόλεως, καὶ τῶν αὐτῆς οἰκητόρων, καὶ τοῦ ταύτης πληρώματος. ἐπεὶ δὲ ἐζήτει τὸν τὰς εὐχὰς συγγράψασθαι μέλλοντα, τὸν Φιλόσοφον Βλεμμίδην πρὸς τοὔργον ἐπινύξαι βεβούλοιτο. μακρὰν δὲ ἦν ὁ ἀνὴρ, ἀμφὶ γὰρ τὴν Ἔφεσον τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, εἰς ἀργίαν δὲ τὰ τοῦ πράγματος ἔπιπτεν. ὁ δὲ βασιλεὺς μελλήσειν οὐκ ἤθελε πρὸς τὴν εἴσοδον. ἐδυσχέραινε γοῦν ἐπὶ τούτοις. ἀλλ᾽ αὐτὸς τὸ δυσχερὲς διελυσάμην τῷ βασιλεῖ· εἰ μὲν γὰρ ἔφην, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐξ ἁγίου ἀνδρὸς βούλει τὰς εὐχὰς, ὥσπερ ἐθέλεις γενέσθαι σοι, οὐκ ἔχω λέγειν. εἰ δὲ ἐξ οἵου δή τινος, δυναμένου δὲ συγγράφειν προείλου τὴν βούλησιν ἐκπεπλῆσθαι σοι, ἰδού σοι αὐτὸς τὴν θέλησιν ἀποπλήσαιμι, καὶ τὰς εὐχάς σοι συγγράψαιμι. ἔδοξε κρεῖττον τοῦτο τῷ βασιλεῖ, καὶ τῆς ταχινῆς εἰσόδου τὰς ὑπ᾽ ἐμοῦ ποιηθησομένας προείλετο. ἐγὼ μὲν οὖν εὐθὺς ἡψάμην τοῦ ἔργου, καὶ οὔπω ἡμέρα παρῄει ὅλη καὶ νύξ, καὶ δέκα πρὸς ταῖς τρισὶ συνεγραψάμην εὐχάς, ἑκάστην οἰκεῖον ἔχουσαν τὸν σκοπόν. κατέλαβεν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ τὴν Κωνσταντίνου, τεσσαρεσκαιδεκάτην ἦγε τότε ὁ Αὔγουστος· εἰσελθεῖν γοῦν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν οὐκ ἠθέλησε τὴν αὐτὴν ἡμέραν, ἀλλὰ τὰς σκηνὰς ἐν τῇ μονῇ τοῦ Κοσμιδίου ἐπήξατο τῇ ἄγχι διακειμένῃ τῶν Βλαχερνῶν, ἐκεῖσε γοῦν διανυκτερεύσας, ἕωθεν ἀναστὰς τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν εἴσοδον ἀπειργάσατο τρόπον τοιοῦτον. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν Πατριάρχης Ἀρσένιος οὐ παρῆν, ἔδει δὲ ἄρα τῶν τινα ἀρχιερέων τὰς εὐχὰς εἰς ὑπήκοον ἐξειπεῖν, ὁ τῆς Κυζίκου μητροπολίτης Γεώργιος, ὃν καὶ Κλειδᾶν κατωνόμαζον, ἐπλήρου τὴν χρείαν, καὶ εἰς ἕνα τῶν πύργων τῶν τῆς Χρυσείας ἀναβὰς, ἔχων μεθ᾽ ἑαυτοῦ καὶ τὸ τῆς Θεοτόκου ἐκτύπωμα, τὸ οὕτωπως ἐκ τῆς μονῆς παρωνομασμένον τῶν Ὁδηγῶν εἰς ὑπήκοον ἁπάντων ἀπεσομάτισε τὰς εὐχάς. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ τὴν καλύπτραν ἀποβαλὼν, καὶ γόνυ κλίνας ἔπεσε χαμαί. καὶ πάντες δὲ οἱ σὺν αὐτῷ ὄπισθεν αὐτοῦ ἐπὶ γόνυ κατέπεσον. ἐπεὶ δὲ ἡ πρώτη τῶν εὐχῶν ἐκτετέλεσται, καὶ ὁ διάκονος ἐσήμηνε τὴν ἀνέγερσιν, πάντες ἀναστάντες, τὸ, Κύριε ἐλέησον, εἰς ἑκατὸν ἀριθμήσαντες, ἐπεβόησαν. καὶ τούτων τετελεσμένων πρὸς τοῦ ἀρχιερέως, καὶ αὖθις ἑτέρα τις ἐξεφωνήθη εὐχή, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ γοῦν, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ γεγένηται. καὶ οὕτω πως διαπέπρακ-

ται

l) Poſtea vulgatus ut dixi, ab Allatio, in cujus editione hic locus p. 101. legitur.

*ται μέχρι συμπληρώσεως τῶν ὅλων εὐχῶν. Conſtantinopolim appropinquans Imperator, animo agitare cœperat acceſſum ad Urbem, Deo magis convenientiorem, quam Regi inſtituere, & modum, quo id ita fieret, excogitavit: per ſermones nempe qui gratias Deo referrent, & voces pro imperio, ſacerdotio, urbe,* 358 *& cultoribus univerſis ſupplices. Sed precationum ſcriptorem conquirens, Philoſophum Blemmidam ad opus decrevit. Verum vir ille longe aberat, Epheſi namque ætatem agebat. Quare res nimis diferri, ac procraſtinari videbatur, cum tamen Imperator ingreſſum impenſe admodum acceleraret, propterea que animo angebatur. Sed ipſe ardua Imperatori complanavi. Nam, o Imperator, dixi, ſi a ſancto viro preces haſce conſcribi exoptas, quid dicam ipſe non habeo: ſi a quocunque, qui tamen ſcribere poſſit, voluntati tuæ ſatisfactum iri putas, ego tibi, quæ concupiſcis, efficiam, & preces componam. Id, ut melius probatur Imperatori, & ut ingreſſus celer eſſet, a me componendas aliis prætulit. Ipſe ſtatim opus aggredior. Et nondum integer dies, & nox excurrerant, & tres & decem Precationes conſcribo, quamlibet proprio argumento locupletem. Imperator decimo quarto Auguſti die Conſtantinopolim pervenit, neque illo eodem die Urbem introit, ſed apud Coſmidii monaſterium prope Blachernas tentoria locat; ibi cum pernoctaſſet, poſtero die Conſtantinopolim hoc apparatu ingreditur. Et cum Patriarcha Arſenio abſente, Precationes illæ omnibus audientibus a Præſule recitandæ eſſent, Cyzici Metropolita Georgius, quem Clidam cognominabant, quæ neceſſaria erant, ſupplevit. Nam in unam ex Aureæ Portæ turribus aſcendens, ſecumque Deiparæ Imaginem ex Monaſterio Hodegorum geſtans, omnibus audientibus Precationes recitavit. Interim Imperator capitis tegumento regio depoſito, fixiſque genibus in terram provoluitur, omneſque qui cum eo erant, poſt eum in genua procumbunt. Sed precationum prima finita, Diaconus indixit, ut aſſurgerent, omnes ſtantes,* Domine miſerere, *centies numerantes acclamarunt. His finitis, a Præſule rurſus alia Precatio enunciatur. Itaque ut in prima, ita in ſecunda, & in aliis factum eſt. Et ſic deinceps uſque ad integram Precationum omnium recitationem.*

5. Habuit quoque Orationem de recuperata Conſtantinopoli ad Michaelem Palæologum, cujus ipſe in fine Hiſtoriæ meminit, & argumentum diſtraxit; λόγον ἐπὶ τῇ ἀναῤῥήσει τῆς Κωνσταντίνου συνεγράψαμεν. καὶ ὅτι σκοπὸς τοῦ λόγου κατὰ τὰς ἀρχὰς εὐχαριστία ἦν πρὸς θεὸν τῆς πρὸς Ῥωμαίους τούτου ἀγαθουργίας, καὶ τῆς εὐσπλάγχνου κηδεμονίας, καὶ ἀντιλήψεως. συνεκεραίνετο δὲ τῷ λόγῳ καὶ εὐφημία πρὸς τὸν βασιλέα εὐχαριστήριος. ἡ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ λόγου ἀξίωσις συναναγορευθῆναι τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ τὸν βασιλέως πρωτογενῆ παῖδα τὸν Κομ-

 νηνὸν

νηὶν Ανδρόνικον. ȣ̃το ἐλάνθανε τοὺς πολλοὺς, καὶ μαλίϛα τῶν ἐν τέλει, οἷς καὶ οὐ κατὰ γνώμην ὑπῆρχε τὸ ϖράγμα. *Orationem de recuperata Conſtantinopoli compoſueram. Orationis argumentum circa principium, gratia Deo pro beneficentia erga Romanos, & miſericorde ſuo auxilio ac patrocinio reddita: inerat & Orationi præter Imperatoris præconia, ad eundem gratiarum actio: ſub calce adhortatio, ut Andronicus Comnenus primus Imperatoris filius cum Imperatore & Patre in adminiſtratione advocaretur. Hoc multos, & potiſſimum dignitatibus præditos, quibus non ex ſententia res ſucceſſiſſet, fugiebat.*

6. Multa etiam circa dogmata, & res Eccleſiaſticas eo tempore controverſas ſcripſiſſe habeo ex Pachymere lib. 7. hiſtor. καθεξῆς δ' ἐπὶ ȣ̃το, καὶ τὸ ȣ̃ παλαιοῦ μεγάλου Λογοθέτου, τȣ̃ Ακροπολίτου σύγγραμμα ὁμοίως κἀκεῖνο ἔχον καὶ ἄλλοις, οἱς γράφειν ἐπείη καὶ μόνον μεμνῆσθαι δογμάτων ἐπάγοντες μᾶλλον πυρὶ παρεδίδουν τοὺς τόμους. *Præterea poſt hoc & ſenioris Magni Logothetæ Commentarium, illi non diſſimile aliis etiam, qui ad ſcribendum animum appulerant, vel memoriam ſolam dogmatum vitio vertentes, & culpæ, igni libros tradebant.* In Synodo Conſtantinopolitana m) ſub Joſepho Galeſiota, & Andronico Imperatore.

XLIV. GEORGII ANTIOCHENI *epiſtolæ* Græce extant Venetiis ad ſanctum Antonium. Epitome Geſneriana. Neque alias puto, quam eas, quæ ſub Gregorii Rhetoris Antiocheni legebantur in Biblioth. Antonii Auguſtini, Cod 69. Et vide nominum Georgii & Gregorii confuſionem. Ne eadem ſæpius repetam. In hoc etenim nomine inclementer, atque graviter ob ſimilitudinem confuſio ſævit. Et potiſſimum ſi rerum quoque geſtarum ſimilitudo acceſſerit, & iiſdem prope
359 lineamentis ferme vultus utriusque reddatur. Quod ſapienter admodum examinat Baronius Anno Chriſti 341. Tom. 3. in Georgio, & Gregorio Alexandrinis Epiſcopis, & acutiſſime diſparitatem deſignat. Ne omnia referam, Poſſevinus in Apparatu, quem Geſneriani Epitomatores Georgium Nicetam, ipſe mutato nomine Gregorium vocat: quem antea Georgium Metropolitam Nicomediæ dixerat, paulo poſt Gregorium Nicomediæ Metropolitam Indice Conſtantinopolitano deceptus, appellat. Georgium Metochitam Diaconum, quem ſcribit extare in Vaticana, Gregorium quoque compellat; Et Gregorii Presbyteri Cæſarienſis Cappadociæ de CCCXVIII Patribus in Nicæna Synodo congregatis Oratio in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 44. ſub Georgii Presbyteri Cæſarienſis nomine refertur. Et diligentiſſimus Meur-

m) A. 1283.

Meurſius Georgium Lecapenum, alias ſub eo nomine in Lexico Græcobarbaro laudatum, in eodem ex eodem libro in *πένης* verba tranſcribens, exſcriptorum incuria Gregorium facit. Nil mirum; per ſimilitudinem ſæpe in fraudem incurrimus. Adde, non ſemper in his a vero aberratum fuiſſe. Potuit enim qui modo Georgius fuit, non multo poſt, mutato vitæ inſtituto nomine in Gregorium, & vice verſa Gregorius in Georgium abire. Cum enim nomen, quod aſſumitur, ex eadem litera, ut plurimum initium habere, quaſi ex more ſveverit, facili tramite Georgius in Gregorium, & Gregorius in Georgium degenerat. Hinc ſcriptores novi nominis impoſitione, vetus obliterare cum omnino, vel propter jam edita opera, & primi nominis titulo præſignita, vel propter memoriam hominum, vetus nomen recolentem, non poſſent, utroque gaudent, & modo hoc, modo illo ab aliis laudantur. Factum cum ipſi ignoremus, vitio ſcriptoribus vertimus, quod ſummæ laudi fuerit. Per eos enim utrumque Auctoris nomen, quod aliunde haberi non poteſt, callemus. Sed de his plura in noſtro opere * de Apocryphis.

XLV. GEORGII NICETÆ ** *epiſtolæ*, de creatione hominis in 4o. mſ. Biblioth. Imperat. Vienn. Epitome Geſneriana.

XLVI. GEORGIUS CHRYSOCOCCA peritia lingvarum, & Mathematicis artibus clarus, circa Palæologorum extrema tempora n) innotuit. *Commentationem Perſicam* in lingvam Græcam vertiſſe, eamque Vaticana Bibliotheca ſervari tradit Geſnerus. Legi in Indice Græco manuſcriptorum, *Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη ἐξήγησις εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν ἐν κεφαλαίοις μζ'. σὺν τοῖς Ἀστρονομικοῖς διαγράμμασι, καὶ Γεωγραφικοῖς πίναξιν.* o) *Georgii Chryſococcæ expoſitio in conſtructionem Perſarum*



* Hoc ſæpius promiſſum ab Allatio, nunquam vidit lucem.

** Nomen fictum ex Gregorio Nyſſeno per oſcitantiam exſcriptoris catalogi quem inſpexit Friſius auctor Epitomes Bibl. Geſnerianæ. Vide Lambecium T. I. p. 43.

n) circa A. C. 1346. Vide Joſephi Scaligeri Epiſt. LXXX. cui male pro Georgio, Joannes Medicus appellatur Epiſt. LXXVI.

o) In Codice Bibl. Cæſareæ apud Lambecium VII. p. 240 *τοῦ σοφωτάτου ἰατροῦ κυροῦ Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη ἐξήγησις εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν, ἐκτεθεῖσα πρὸς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν κυρὸν Ἰωάννην τὸν Χαρσιανίτην.* (*Ad Joannem Charſiotem* citatur ab Allatio de menſura temporum p. 14.) Ex Codice MS. Regis Galliæ, loca adducit Jac. Capellus in Θεματισμοῖς Epocharum illuſtrium p. 448. 452. 453. ſqq. T. VIII. faſciculor. Tho. Crenii. Vide & Salmaſium in funere lingvæ Helleniſt. p. 206.

*rum per capita XLVII.* p) *cum Aſtronomicis deſignationibus, & Geographicis tabulis.* P. ἐπειδήπερ τὴν σύςασιν τῶν προκειμένων προχείρων. Erat in Bibliotheca Antonii Auguſtini, ut ipſe obſervavi Cod. 223. Et nunc quoque in Biblioth. Ambroſiana eſt. Quamvis, ut mihi relatum eſt, in uno ex Codicibus, binos namque Codices Bibliotheca illa habet, Præfatiuncula quædam ante Capitulorum Elenchum præſcribitur. P. πάλαι μὲν q) ὡς καὶ αὐτὸς οἶδα, Argumentum eſt, πῶς καὶ διὰ τίνος εἰς ἡμᾶς ἦλθε τὸ μάθημα. *Quomodo & per quem ad nos mathemata pervenerunt.* r) Nec aliud opus fuiſſe exiſtimo, quam quod in Bibliotheca Regis Gallorum legitur, & in Bibliotheca Regis Catholici, Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη τοῦ ἰατροῦ Αςρονομικά. *Georgii Chryſococca Medici Aſtronomica.* v. ϑ'. 7. & IV. ϑ'. 16. & II. κ'. 19. In Bibliotheca Regis Gallorum Cod. 1219. Γεωργίου ἰατροῦ τοῦ Χρυσοκόκκη περὶ τῆς εὑρήσεως τῆς ἡμέρας τῆς ἁπλῶς συζυγίας ἡλίου, καὶ σελήνης. *De inveniendis Syzygiis Lunæ ſolaribus per ſingulos anni menſes.* P. πρῶτον μεθόδους ἐκθεῖναι δέον, ὡς οἷόν τε, δι' ὧν τὴν ἡμέραν αὐτὴν τῆς συζυγίας εὑρίσκειν ἁπλῶς. Ex his habetur, eum profeſſione Medicum fuiſſe.

In Biblioth. Madritenſi conſervatur ejusdem, πῶς δεῖ κατασκευάζειν ὡροσκόπον, ἤτοι ἀςρόλαβον. *Quomodo conſtruendum ſit Horoſcopium, aut Aſtrolabium.* II. κ. 19. Homeri Odyſſeam cum ſcholiis, aliisque
360 correctiſſime exſcripſit, quæ ex Palatina in Bibliothecam Vaticanam adve-

p) In eodem Codice Cæſareo capita ſunt XLVIII. adjunctæ etiam tabulæ Aſtronomicæ deſignantes longitudinem & latitudinem aſteriſmorum XXV. & Geographicæ, longitudinis & latitudinis præcipuarum urbium, Europæ Aſiæ & Africæ. κανόνιον τοῦ μήκους καὶ πλάτους τῶν ἐπισήμων πόλεων, prodiit ad calcem Aſtronomiæ Philolaicæ Iſm. Bullialdi, Pariſ. 1645. fol. & in Volumine tertio Geographorum Græcorum deſideratiſſimi Viri Jo. Hudſoni. Oxon. 1712. 8. Syntaxim Perſicam Aſtronomicam Chryſococcæ vulgare inſtituerat Jo. Gravius, niſi morte præventus fuiſſet.

q) lege πάλαι μὲν.

r) Imo, quomodo & per quem Syntaxis illa Aſtronomica Perſarum à quodam Chionade ex Perſia Trapezuntem perlata & ab eodem in lingvam Græcam converſa fuerit. Incipit; ὅτι χιονάδης τις ἐν Κωνςαντινουπόλει τραφείς. Hic eſt Georgius Choniata de quo ſupra p. 681. Exſtat præterea in eodem theſauro librario Cæſareo, Georgii Chryſococcæ ἔκδοσις εἰς τὸ ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον *Editio & Expoſitio ſyntagmatis Canonum Aſtronomicorum Judaicorum*, quod ἑξαπτέρυγον ſive *ſexalare* inſcribitur, quoniam illi Canones πτερὰ ſive *ala* eidem appellantur. Vide Lambecium VII. p. 243. 244.

advecta eſt; quod in calce libri ipſe adnotaverat. Γεώργιος Χρυσοκόκκης ἔγραψε τὴν Ὁμήρου Ὀδύσσειαν μετὰ σχολίων καὶ ἄλλων ἐν ἔτει ͵ϛωμδʹ. Ινδικτ. δʹ.

Πονῶν, μογῶν ἄμετρα ταύτην τὴν βίβλον
Τέλει δέδωκα τοῦ Θεοῦ νενευκότος.
Γεννῶσι δόξαν τοῖς φιλοῦσιν οἱ πόνοι.
Τοῖς δ᾽ αὖ ἀέργοις μῶμον ἡ ῥαθυμία.

Θεοῦ διδέντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος, καὶ μὴ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει κόπος. *Georgius Chryſococca ſcripſit Homeri Odyſſeam cum ſcholiis, & aliis anno 6844.* s) *Indict.* 4.

*Laborans, inſudansque præter menſuram hunc librum ad finem perduxi Deo annuente.*

*Laborantibus gloriam generant ſudores, non laborantibus opprobrium ſegnities.*

*Deo dante nihil poteſt invidia, & non dante nihil poteſt labor.* Hinc eum anno 1336. vixiſſe comperimus.

Neſcio, an hiſtoriam ſcripſerit, ſane hiſtoriæ ſpecimen præ ſe fert fragmentum ipſius, quod ex mſ. Codice excerptum adhuc ineditum tibi Lector communico, *de cæde Amurati primi Turcarum Imperatoris.* t) εἶτα γίνεταί τι καινὸν καὶ ὑπὲρ λόγων τεχνούργημα. ἀνήρ τις τῶν ἐνδόξων Σέρβος νέος, ἀνδρεῖος, καὶ τολμηρὸς, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν τότε, καθὼς ἀπεδέχθη ἀποσπασθεὶς ἐκ τῆς φάλαγγος τῶν Χριστιανῶν εἰς μέσον τῆς παρατάξεως τῶν Τουρκῶν, ὡς αὐτόμολος πίπτει. καὶ δῆτα ἁρπάσαντες οἱ Τοῦρκοι οὗτον. αὐτὸς δὲ τὸν ἡγεμόνα ὀνομαστὶ καλῶν, καὶ βούλομαι τοῦτον ἰδεῖν, καὶ λόγους τινὰς ὑποψιθυρίσαι, ὡς ἐγκρατὴς γενέσθαι τουτονὶ τοῦ πολέμου, ἕνεκα γὰρ τούτου αὐτόμολος ἐληλύθειν εἰπὼν, τὸν ἡγεμόνα δεικνύουσιν. ὁ Μουρὰτ δὲ διὰ τῆς χειρὸς δειγματίσας τοῦτον, ὡς πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. ὁ νέος ὁρμήσας, καὶ πλησίον ἐλθὼν ξιφιδίῳ κατὰ καρδίας καιρίαν δίδωσι τὴν πληγὴν, καὶ αὐτὸς παρὰ τῶν πελεκηφόρων, καὶ ὑπασπιστῶν τοῦ Μουρὰτ μεληδὸν κατατέμνεται. τότε οἱ Τοῦρκοι παρ᾽ ἐλπίδα καινὸν θεασάμενοι, καὶ οἷον κακὸν αὐθωρὸν ἐπ᾽ ὄψιν ἐπεισπεσὸν μὴ ἐνεγκάμενοι βουλὴν εὐσύνοπτον βουλεύονται μάλα καὶ σοφιστικὴν ἐν μέσῳ τῆς παρατάξεως σκηνὴν πεπηγότες εἴσω τὸν ἡμιθανῆ Μουρὰτ τεθείκασιν, αὐτοὶ δὲ ὡς οὐδένα τοὺς πολλοὺς κινδύνους ἀπώσαντες, εἴσω τῶν παρατάξεων, ὡς κύνες λυττῶντες ἐχώρησαν. *Deinceps novum quid evenit, & ſupra quam dici*

s) A. C. 1336.

t) Contigit hæc A. 1389. Itaque videtur iſtud fragmentum eſſe junioris Chryſococcæ.

*dici poteſt, conatus. Serbus enim qvidam vir nobilis, ac juvenis fortitudine, & audacia illius ætatis reliquos facile ſuperans, ut eventu poſtea comprobatum eſt, ſeſe e Chriſtianorum exercitu abripiens in mediam Turcarum aciem, quaſi transfuga, irrepſit. Eum ſtatim tenuere Turcæ, qui eorum Imperatorem nomine compellans, & hunc videre geſtio, quo cum ſermonem conferam, quanam ratione hoſtes debellet, propereaque huc acceſſi, dictitat. Imperatorem ſibi oſtenſum agnoſcit. Amuratus protenſa manu ad ſe accedere jubet. Iuvenis accedit; cum appropinquaſſet, pugione lethali vulnere cor illius tranſadigit: ipſeque a cuſtodibus, bipenniferisque Amurati in partes diſcerptus occiditur. Tunc Turcæ præter expectationem novitate rei perculſi, nec malum, quod evenerat ſuſtinentes, conſilium valde perſpicax & ingenioſum inierunt: in caſtrorum namque medio, tentorio extructo, in eo ſemivivum Amuratum collocant. Ipſi deinde tam varia diſcrimina pro nibilo habentes, tanquam rabidi canes in ipſos irruerunt.* Niſi etiam ex aliqua ipſius epiſtola deſumptum eſt. An is eſt, qui ſocietate & amicitia Theodoro Gazæ u) conjunctiſſimus fuit, unaque cum eo pleraque antiquorum monumenta de nova manu ſua deſcripta ab interitu vindicavit, ut ex Codice 1347. Vaticano Græce ſcripto conjicio, ita Theodoro referente:

Καὶ χρήματ' ἄλογος ἄνακτι τῷ Λυδίας νέμει
Φίλελφος ὁ σοφὸς οὐδὲν οἰόμενος μέγα
Πρὸς κτῆσιν αὐτὴν παντοδαπῶν γε πυκτίων
Πολλ' ἄλλα πάνυγε, καὶ τόδε ἔχων τυγχάνει
Χειρὶ γραφὲν τῆ Χρυσοκόκη τε καὶ ἐμῆ. Ipſe hæreo.

XLV. Quiſnam, aut quo floruerit tempore GEORGIUS CODINUS, ſummi etiam in omni literatura viri ignorarunt: ſequioris ſæculi fuiſſe, & jam nutante Græcia ſcripſiſſe, ex iis, quos nominat
361 Imperatores, evincitur. *Facilius dixerim*, verba ſunt Meurſii, *quo tempore hic Auctor non vixerit, quam quo vixerit, In libro enim de officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ meminit Joannis Cantacuzeni, & Theodori Metochitæ, qui ſub primis Palæologis ætatem egerunt.* Gretſerus lib. 3. Comment. in Codinum cap. 12. eum Cantacuzeno poſteriorem fuiſſe tradit, cum Cantacuzeni aliquoties mentionem faciat, non ut coætanei, ſed ut tempore prioris. Notat Pontanus notis ad cap. 41. lib. 1. Hiſtor. Cantacuzeni, Codinum vixiſſe ſub Manuele Andronici junioris nepote, qui antepenultimus Imperator ex Conſtantinopolitanis fuit. Quidquid tamen ſit concludit Gretſerus, clarum eſt Codinum, non diu ante Conſtanti-

u) hic obiit A. 1478.

ſtantinopolitanum excidium x) floruiſſe. Sic item Curopolata, quod nomini additur, officiine, & dignitatis titulus, an cognomen ſit, dubitatum quoque & jure merito eſt. Ego dixerim dignitatis illud fuiſſe, cum diverſum ab eo Georgius iſte cognomen, Codini ſcilicet, ſibi aſciſcat.

I. Scripſit libellum *de officiis Palatij, & Eccleſia Conſtantinopolitanæ*, ſtylo incompto, ac barbaro, & qui ea ætate in populi, plebisque uſu erat: Præter enim rerum ac nominum difficilem intelligentiam, ſæpe etiam ipſo modo loquendi agreſti, & duro ſententiam obturbat, & obcæcat, quem etiam exſcriptorum errata, dictionesque exteræ loco propriarum, doctorum incuria intruſæ reddunt obſcuriorem. Pleraque ex Cantacuzeno, aliisque recentioribus Hiſtoricis prope verbatim exſcripſit, ut inter alios adnotarunt Pontanus, & Gretſerus. Librum primus Latinum fecerat, quamvis malum, & ſcholiis illuſtrarat, ſed quandoque ineptiſſimis *Iunius*, y) & ſub alieno, ac fictitio nomine Nadabi Agmonii in Bibliopoleio Commelino anno 1588. z) publicavit. Integriora poſtea nactus exemplaria priorem editionem, etſi jejune ſatis adornatam, nomenque ſuum profeſſus Frehero inſcripſit. a) Sed in Iunii verſionem, & Notas præluxit *Facula* b) *Georgio Codino Curopalata accenſa, diſpellendis tam inſcitiis, quam a Junio ſuperinductis tenebris*, cum Antonii Mureti Commentariis in quinque libros Annalium Taciti, Ingolſtadii ex Typographia Adami Sartorii 1604. in 8o. Iſta tamen radios ſuos ultra Catalogum officiorum, & officialium magnæ Eccleſiæ non præfert, aut certe modice. Plura in illius interpretationem animadvertit, & corrigit Gretſerus Notis in Tomum ſecundum de Cruce, & alibi ſæpius, qui refert ante Junium *Raphaelem Seilerum* Codinum Latine vertiſſe, quamvis in vulgus exire numquam permiſerit. Poſtremus omnium rem aggreſſus idem *Gretſerus*, manuſcriptorum etiam Codicum ope fretus Augiæ ſtabulum jam deploratum expurgavit, itaque Codinum tractavit, & verſione, & Commentariis, ut libere, & ſine aliqua injuriæ nota inter ſapientes, eruditosque

Oooo

x) Imo illius excidii ut jam A. 6961. (CHriſti 1453.) facti meminit in extremo libelli de Imperatoribus CPol. p. 82. edit. Lambecii.

y) Franciſcus Junius.

z) In 8.

a) A. 1596. 8.

b) Iacobo Gretſero, S. I. auctore.

que viros qui anxie libri ſortem dolebant, verſari poſſit. Editus eſt Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy 1625. in folio. c) Junii laborem excuſare nititur Voſſius Præfat. ad Lectorem de Hiſtor. Latinis. Codinum cum ederet, unico dumtaxat Codice uſum fuiſſe, eoque mutilo, & multis locis corruptiſſimo, ideoque excuſandum, ubi rem non acu tetigit. Nactum deinde variantes Palatinorum Codicum, & Raphaelis Seileriani d) Lectiones, & accuratius aliis rerum Conſtantinopolitanarum ſcriptoribus collatis cum iis, quæ apud Codinum legiſſet, editionem novam molitum non paulo, & integriorem, & emendatiorem. Typographumque bono non tam Junii, aut publico, quam ſuo, pauculis e ſecundis Junii curis præmiſſis, ut novos ſibi conciliaret emptores, publicaſſe. Et exemplar illud, quod ſecundæ editioni Junius deſtinarat, non tam confectum, ut ipſe exiſtimat Voſſius, quam affectum apud ſe eſſe; quod ſi videre editori nupero Codini contigiſſet, genuinum, ut cenſet ipſe, in Junio haut tantopere fregiſſet. De
362 quibus illud dixero. Si vim faciet, in jus ducito hominem. Hujuſce opuſculi veri Codices manuſcripti referuntur aſſervari in Bibliothecis Vaticana, Auguſtana, Bavarica, Catholica, Sfortiana, & aliis.

2. Ejusdem *περὶ πατρίων τῆς Κωνςαντινουπόλεως παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονογράφου.* *Selecta de originibus Conſtantinopolitanis ex libro Chronographico*, ex Interpretatione *Georgii Douſa* Jani filii Græce, & Latine edita ſunt apud Hieronymum Commelinum anno 1596 in 8°. & poſtea cum notis Joannis Meurſii 1608. in 8°. ſecundum hoc opus *de Patriis* cum primo de Officiis confundit ſatis inepte Junius, ut bene adnotavit Gretſerus in Obſervat. ad Codinum. Et quamvis dicatur Codinus *συντεθηκέναι, compoſuiſſe*, lata illius ſignificatione accipi debet, cum illis ex variis Auctoribus colligendis, & verbis eorum, nec ſyllaba quidem immutata referendis, operam tantum locaverit, quod ex prima parte ipſius libri, in qua de Byzantii nomine, & antiquitatibus ſermo eſt, liquet. Eſt enim Heſychii Mileſii, quæ ſcholiis, illiſque pereruditis * adornata cum nonnullis aliis Græce & Latine proſtat. Verſionis Douſianæ errata detexit Gretſerus Obſervat. in Codinum lib. 3. cap.

c) Prodiit ultimo in Typographia Regia auctior & emendatior Codinus, cum memoratis Gretſeri Commentariis, & novis Jacobi Goar Notis. Pariſ. 1648. fol. confer quæ Volum. VI. hujus Bibl. p. 477. ſeq.

d) Apographum Seilerus habuit Codicis Auguſtani.

* Io. Meurſii.

cap. 18. Ejusque editionem e Bavarico Codice auctiorem fecit, ibidem cap. 19. Nos etiam ex alio manuſcripto Codice multo hiſce plura in noſtro Variorum Antiquorum Tom. 1. protulimus, e) adeo ut jam Lector opus abſolutum fere habeat. Nec aliud ab hoc opus eſſe mihi autumo, quod in Bibliotheca Carthuſiæ Neapolitanæ in Indice manuſcriptorum legitur, *Georgii Codini Chronologia Conſtantinopolitana.* Legitur etiam mſ. Romæ in Bibliotheca Vallicellana, D. 23. & Scoriaci in Regia. Neque alius a Codino eſt Georgius Conſtantini, qui *patria Conſtantinopolis*, & librum *de ſapientia* ſcripſiſſe traditur a Geſnero, *Conſtantinus* enim, ni fallor, locum *Codini* occupavit. Errorem ſecuti ſunt Geſneriani Epitomatores, Robertus Conſtantinus, & qui ſine ullo delectu, atque examine omnia exſcribit Paulus Bolduanus. Liber vero ipſius *de ſapientia* nullus alius eſſe videtur, quam ea pars πατρίων, quæ in extructione Templi ſanctæ Sophiæ enarranda impenditur. Gretſerus præter Codinum, & Heſychium, Diogenem quoque Cyzicenum τὰ πάτρια Κυζίκου, *res patrias Cyzici*, ex Svida refert. His ex manuſcripto Epigrammatario addi poteſt Claudianus poëta Græcus: notat enim quisquis ille fuerit, ad ejus carmina in margine: οὗτος ὁ Κλαυδιανὸς ἐςὶν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Αναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ, Νικαίας. *Hic Claudianus compoſuit Origines Tarſi, Anazarbi, Beryti, atque Nicææ*: & ex excerptis meis variis f) Callinici Sophiſtæ τὰ πάτρια Ρώμης.

3. Scoriaci in Bibliotheca Regis Catholici legitur ejusdem, περὶ τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐτῶν, καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων μέχρι ἁλώσεως Κωνςαντινουπόλεως. *De annis ab orbe condito, & de iis, qui imperio potiti ſunt ad captam Conſtantinopolim.* VII. γ'. 3. & 3. ζ'. η'. Item περὶ Πατριαρχῶν, καὶ τῆς ἁγίας Σοφίας. *De Patriarchis, & ſancta Sophiæ templo.* g) An eadem cum ſuperioribus? vel quæ apud Carthuſianos Neapoli eſt Chronologia Conſtantinopolitana, ſi tamen ea ab originibus diverſa eſt? non audeo dicere.



e) Hæc Allatii varia antiqua non viderunt lucem: at Codini liber longe locupletior cum verſione & notis Petri Lambecii inter ſcriptores Hiſt. Byzantinæ prodiit Pariſ 1655. fol.

f) In Allatii excerptis variis Græcorum Sophiſtarum ac Rhetorum, Græce & Latine excuſis Romæ 1641. 8. p. 256-258. exſtat Callinici Sophiſtæ ἐκ τῶν εἰς τὰ πάτρια Ρώμης.

g) Omnia hactenus memorata in Lambecii editione leguntur, ſi excipias partem de Patriarchis.

4. Vertit præterea in lingvam Græcam, *Miſſam ſancti Gregorii Papæ*, quem Dialogum Græci cognominant. Eam habuerat Morellus a Joanne a S. Andrea, Canonico Pariſienſe, cui poſtea inſcripſit, editque Pariſiis, (h) & nunc poſtremo vulgata legitur Græce, & Latine Tom. 2. Bibliothec. veterum Patrum. Et ut obiter hic illud quoque admoneam, ſcias Lector hanc eandem Miſſam multo auctiorem, & perfectiorem legi in Bibliotheca Barberina Cod. 75. Quæ tamen dicitur ab Emmanule Chryſolora, eſſe in lingvam Græcam converſa. Λειτουργία μεταγλωττισθεῖσα ἀπὸ Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν ἑλληνικὴν παρὰ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ. *Miſſa e lingva Latina traducta in Græcam a Domino Emanuele Chryſolora.* P. ὁ μέλλων ἱερουργήσειν ἱερεὺς ἐνδὺς τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, καὶ στὰς ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου λεγέτω. ἐξομολογεῖσθε
363 τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς. ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα.

XLVI. GEORGII LECAPENI *de Constructione Verborum* i) liber Græce editus eſt Venetiis apud Aldum in 8o. 1526. & Florentiæ apud hæredes Philippi Juntæ 1526. in 8o. k) Habetur paſſim manuſcriptus. Et præcipue Veneta ſancti Marci Scam. 17. num. 10. Opuſculum tamen hoc *de Constructione*, quod ſub Georgii Lecapeni nomine editum eſt, ut ingenue fatear, Lecapeni non eſt. Scripſit ſane ille *de artificio Grammatico*, ſed longe ab hoc opus diverſum, neque editum. Legitur manuſcriptum in Vaticana Cod. 883. & alibi, τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Γεωργίου τοῦ Λεκαπηνοῦ τεχνολογία περὶ γραμματικῆς. *Sapientiſſimi, & eruditiſſimi Georgii Lecapeni de artificio Grammatico.* P. γράφειν ἐνεργητικὸν σημαίνει πέντε. γράφειν, τὸ συγγράφειν λόγον, ἢ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν. Et veroſimile eſt, alia quoque de hoc argu-

h) 1595. 8. Confer Volum. VI. Bibl. Græcæ p. 484.

i) Περὶ συντάξεως ῥημάτων. Incipit: ἡ περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου διδασκαλία. Dicatus eſt liber *Lazaro* cuidam quem Φιλομαθέστατον appellat. Laudat & alios qui in eodem ante ipſum argumento elaborarunt. πολλὰ γὰρ περὶ αὐτῆς (τῆς συντάξεως) τοῖς ἀρχαίοις διαπεπόνηται, Ἀπολλωνίῳ τε τῷ σοφωτάτῳ τῷ ἐπίκλην δυσκόλῳ, καὶ Ἡρωδιανῷ τῷ πολυμαθεστάτῳ, καὶ Ἀπολλωνίῳ τῷ νέῳ καὶ τοῖς Ἀττικισταῖς καὶ Ἀρκαδίῳ τῷ Βυζαντίῳ, ὧν ταῖς πραγματείαις εὖ ἐντετυχηκὼς θαυμάσειας αὐτῶν τὸ πολυμαθὲς καὶ τοῦ ἑλληνισμοῦ τὴν ὑγιᾶ καὶ κατάλληλον χρῆσιν καὶ τὴν ἀκριβῆ καὶ πολύτροπον καὶ πολυσχήμονα πάσης τῆς ἑλληνικῆς διαλέκτου ποικιλίαν.

k) Ad calcem Theodori Gazæ librorum quatuor Grammaticæ & libri de menſibus.

argumento compoſuiſſe. Quod tamen ſuperius editum ferebamus Codices Vaticani, Barberinus, Vallicellanus, aliique l) non ita recenti nota deſcripti Michaeli Syncello Hieroſolymitano vindicant: Sic enim titulum concipiunt: Μιχαὴλ πρεσβυτέρου, καὶ Συγγέλλου τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου τῶν Ἱεροσολύμων μέθοδος περὶ τῆς τοῦ λόγου συντάξεως, σχεδιασθεῖσα ἐν Ἐδέσῃ τῆς Μεσοποταμίας αἰτήσει Λαζάρου Διακόνου Φιλολόγου, καὶ λογοθέτου. *Michaelis Presbyteri, & Syncelli Apoſtolici Hieroſolymitani Throni methodus de conſtructione orationis ex tempore dictata Edeſſæ Meſopotamiæ, flagitante Lazaro Diacono Philologo, ac Logotheta.* Ita Exſcriptorum incuria præverti ſingula quæque ſolent.

2. Ejuſdem Lecapeni, & Andronici Zaridæ Epiſtolæ τεχνολογούμεναι, paſſim manuſcriptæ inveniuntur. Epiſtolas laudat Zarida. οὐ θαῦμα εἴ τις Θετταλίαν οἰκῶν φαρμάκοις ἀνακίρνησι τὰς ἐπιστολὰς, πάντας ἑξῆς τοὺς δι' αὐτῶν ἐλθόντας ἑορτῆς ἀναπιμπλᾶσιν, καὶ βακχείας ὅσης οἴει, ὡς καὶ χρόνου δεῖν αὐτοῖς ὅπως τῆς κατοχῆς ἀπαλλάξειεν. οἱ καὶ ἀνασχόντες, ὥσπερ ἐφ' ἑνὶ ταττόμενοι διδασκάλῳ πρὸς τὴν ἠχώ σε γράφειν φασὶ τοῦ ῥήτορος, οὗ τὰς ἐπιστολὰς, οὐδὲν χείρους τῆς Ὀρφέως μούσης τίθενται καὶ παρὰ τοσοῦτον ἐκείνων εἰς μίμησιν ἰέναι τὰς σὰς, ὡς οἱ παῖδες τῆς τῶν τεκόντων ἰδιότητος, εἰ τύχοιεν κατ' ἐκείνους ὄντες τὴν ἕξιν. *Non mirum eſt, ſi quis Theſſaliam inhabitans venenis epiſtolas inficit, omneſque eos, qui earum cauſa congregati ſunt, gaudio, hilaritate & bacchico numine, quanto putas? inflat, ut & tempore opus illis ſit, ut ab afflatu illo liberentur, qui cum reſipiunt, tamquam ſub uno magiſtro conſpirantes ad tonum te dicunt oratoris conſcribere, cujus epiſtolas nihilo peiores Orphica Muſa exiſtimant, tantumque tuas in earum æmulationem erigi, quantum pueri ad proprietatem parentum, dummodo ab illis natura non diſcrepent.* Epiſtolæ tum Lecapeni, tum Zaridæ, quas ipſe vidi ſunt numero XXXII. Habentur etiam in Bibliotheca Bavarica Cod. 69. & in Bibliotheca Regis Gallorum.

3. Opuſculum ejuſdem Grammaticum, *De dictionum ſignificationibus*, legitur manuſcriptum in Bibliotheca Auguſtana. Quod idem cum eo forte eſt, quod ipſe legi hic Romæ, Γεωργίου Λεκαπηνοῦ περὶ σημασίας ῥημάτων καὶ ὀνομάτων. *Georgii Lecapeni de ſignificatione verborum, & nominum.* P. γράφειν ἐνεργητικὸν σημαίνει. Ad eundem etiam pertinere ἐκλογὴν λέξεων, *ſelecta dictionum*, quæ in Italia ſervari, & forte Romæ

 ſuſpica-

l) Coislinianus quoque, quem cum Palatino memoravi ſupra p. 221.

ſuſpicatur Geſnerus. Nec alius ab hoc Georgio eſt, cujus ſub *Gregorii Logaponi* m) nomine, idem Geſnerus meminit.

4. Monachus fuit, & *Hiſtoriam* ſcripſit, niſi nos ludit Catalogus a Grammatico Verderio exhibitus, *Hiſtoria Georgii Monachi Lecapeni.* Vixit n) diu in Theſſalia, & licet præmiis etiam propoſitis alio evocaretur, numquam tamen adduci potuit, ut quam ipſe dicteriis, & maledicentia quadam ob improbitatem cœli, inſectaretur, relinqueret. Παγγέλοιον ἄχει Θετταλίας, ἣν νῦν οἰκοῦμεν, ἐν ἐλπίσιν ἄγειν ἥξειν τὰ γράμματα. *Quam ridiculum eſt ad Theſſaliam, quam nunc incolimus, ſperare literas poſſe pervenire.* Et alibi. Θετταλίαν δὲ ἣν ὥσπερ τινας καὶ καταῤῥάκτας, ἢ στήλας ἠκούομεν. νῦν δὲ ὁρῶμεν, καὶ ἐπερχόμεθα. *Theſſali-*
364 *am quam veluti catarrhactas quoſdam, aut columnas audiebamus, nunc videmus, & habitamus, & calcamus.* Ejus poſtea ſitum, ac temperiem aëris proſequitur. Vivebat tempore Gregorii Palamæ, ad quem etiam inter ejus epiſtolas, elegans, ac vehemens, & contumeliæ plena legitur, quæ incipit, ἰοὺ καὶ σοφὸς ἡμῖν ἐξαίφνης, ὁ μὴ δὲ πρὸ μακροῦ πλούσιος ἀναπέφηνας. Palamas ſub Andronicis Palæologis floruit.

5. Ex innumeris *Libanii Sophiſtæ Epiſtolis* elegantiores, ſelectioresque numero CCLXIV. in unum volumen digeſſit, quarum prima illa eſt ad Clearchum: ἔμελλον γράφων δεήσεσθαι. o) namque in fine adnotabatur: αὗται αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ Λιβανίου αἱ ἐκλεγεῖσαι τῷ Λεκαπηνῷ ὁμοῦ αἱ πᾶσαι σξδ'. *Hæ ſunt epiſtolæ Libanii a Domino Georgio Lecapeno ſelectæ numero 264.* Eas puer adhuc undecennis in Græcorum Collegio, nimium tunc temporis Libanii ſcriptis addictus ex antiquo Codice mihi furtim exſcripſeram.

6. Scripſit etiam carmine, eoque Jambico, quod impenſe ab eo ſibi popoſcerat Andronicus Zarida. ὃ δέ σοι ἐν Ἰάμβοις σύνταγμα πεποίηται μήπω δεξάμενος ἀντίπαλός τις λύπη τῇ ἡδονῇ, ἣν ἔσχεν ἡμῖν ἡ περὶ αὐτῶν ἀγγελία εἰσέτι καὶ νῦν πολιορκεῖ, καὶ ἀνύσας πέμπε. *Quod tibi carmine Iambico poëma ſcriptum eſt, cum non acceperim, mæſtitia quadam*

*lætitia*

m) Meurſius *Laccapenum* vocat qui ſchedas ejus ineditas Grammaticas laudat in gloſſario Græcobarbaro, voce στρέμπα. In Catalogo MSS. Bibl. Bodlei. Codice Barocciano 103. *Lecapena Grammatica Alphabetica.* Ejusdem *de figuris Homericis & Canoniſmata in Homerum* MSta memorat Labbeus p. 104. Bibl. novæ MSS.

n) Medio ſæculo poſt CHriſtum natum decimo quarto.

o) Hæc duodecima eſt inter centum Libanii Epiſtolas quas Græce & Latine vulgavit Venerandus noſter Jo. Chriſtoph. Wolfius Lipſ. 1711. 8.

Digitized by Google

*lætitia hoſtis, quam nobis de iis nuncius attulit, in hunc diem obſidet; quare quam citiſſime tranſmittito.* Lecapenus ubi miſiſſet carmina, inter alia in epiſtola ſcribebat. ἰδοὺ ἥκει σοι μόλις καὶ τὰ στιχίδια, καὶ ταῦθ' ἡμιτελῆ, καὶ οὐ τοῦτο γε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤδη καὶ ἀκέφαλα. καὶ σὺ μὲν ἴσως που προσπαίζων, ὁμοῦ δὲ καὶ χαριζόμενος τῶν ὄφεων τοῖς τεμαχίοις αὐτὰ εἰκάσεις, οἷς παῖδες ἰατρῶν ἐκλέγοντες ἀσφαλῶς εἴονται λοιπὸν κατὰ τὰς φαρμακείας χρῆσθαι. ἐγὼ δὲ ὀκνῶ μὴ ἄρα ὑγιὲς οὐδὲν ἀναφανῆ. τοῦτο δὲ ἐκεῖνο τὸ ᾀδόμενον. ὤδινεν ὄρος. καί τοι σεμνὸν μέν τοι προσποιεῖται, καὶ πρὸς τοὺς τ' ἀρχαῖα τήνδε τὴν ὁδὸν ἐλθόντας τι, καὶ καταδείξαντας ἄντικρυς τῷ ζήλῳ βλέποι. τοῦτο δ' οὖν αὐτό μοι τὸν θόρυβον οὐχ ἥκιστα ἐγείρει. Et, τὸ μὲν δὴ προοίμιον, ἢ τὴν κορυφὴν, ἢ ὅ τί ποτε χαίρεις αὐτὸ καλῶν ἀποκεκόφθαι τῶν λοιπῶν Ιαμβείων, τοῦτο ἦν τὸ αἴτιον. τὰ γὰρ ἑχόμενά τοι ταύτην μάλιστα πρὸς ἀξίαν τι καὶ ἀνάλογον ἀπήτει. ταυτὶ δὲ παρόμοιον ὃ πολλάκις καὶ ἐπὶ τῶν γραφέων ὁρῶμεν, οἷς μετὰ τὴν ἀπεργασίαν εἰληφέναι τὸ σῶμα ὅλον, ὅτι γεγραφότες τύχοιεν, συμμετρουμένοις ἔπειτα κεφαλὴν ἤρεσεν ὑπαλλάττειν. πλὴν ὅσον ἐνταῦθα τὸ ἡμέτερον μηκέτι τελευτὴν ἀναμεῖναι ταυτὸν ὑπέμεινε. τὸ δ' ἡμᾶς αὐτῷ μηδέπω, μήτ' ἀρχὴν ἑτέραν ἀντὶ τῆς πρόσθεν ἐναρμόσαι, μήτε τοῖς ὅλοις οἷον μέρεσιν αὐτῷ τὸ πρέπον τέλος ἐπιθεῖναι, ἀλλ' ἔτ' ἐᾶν περινοσεῖν ὅμοια τέρατί τινι, τοῦτο δὲ παρὰ τὴν ἐνοῦσαν ἡμῖν νωθείαν ἐν τῇ φύσει, δι' ἣν οὐδὲν ὅτι τῶν σπουδαίων, ὡς εἰπεῖν, ἐπασκεῖν ἔρως εἴσεισι. καὶ ἅμα. δεῖ γὰρ τὴν ἀλήθειαν τιμᾶν, ἀσχολίαι μυρίαι δή τινες οὐκ ἀνῆκαν. *En ecce tandem ad te verſiculi, nec iĭ abſoluti perveniunt, & quod magis mirere ſine capite. Tu vero forte jocans, ſimulque mihi gratum faciens ſerpentum fruſtis illos comparabis, quibus Medici fulti tuto illis contra veneficia uti de cætero præſumunt Ego dubito, an quid boni in illis reperiatur, imo quod proverbio fertur, Mons parturiit. Affectant nihilominus gravitatem, & ad eos, qui priſcis temporibus eandem viam calcarunt, aliiſque aperuerunt, non ſegni æmulatione, aſpirant. Et hoc potiſſimum eſt, quod mihi turbas ciet.* Et, *Proœmium vero, vel caput, vel quidquid illud tibi complacens, compellabis a reliquis Jambeiis ſejungi in cauſa fuit. Quæ enim ſubſequebantur illam partem pro ſui dignitate parem, nulloque modo inferiorem poſcebant; idque pictoribus illis non inconcinne comparabis, qui ſæpe ſæpius poſt opus perfectum, corpus integrum quidquid illud ſit, quod pinxerint, diligenter commenſurantes, caput, quod ipſi non probant, immutant. Noſtrum nullatenus opus ſimile quid cum nondum ad finem perveniſſet, ſubiit. Verumtamen nos illi neque caput aliud pro primo illo accommodaſſe, neque partibus omnibus competentem finem impoſuiſſe, ſed illud dimiſiſſe,* ut

*ut libere quaſi monſtrum vagaretur, id ob nobis natura inſitam ſegnitiem accidit: propter quam nihil, quod laudabile ſit, ut ita dicam, exercere conamur; ſimulque, neque enim veritas occultanda eſt, infinita occupationum imped.menta non permiſerunt*, &c.

XLVII. GEORGIUS PACHYMERES Conſtantinopoli oriundus, ſed Nicææ ortus, atque educatus in Sacerdotum numerum cooptatus
365 Hieromnemonis, p) Protecdici, & Dicæophylacis honore auctus eſt, claruitque ſub Michaele, & Andronicis Palæologis. q) Ipſe de ſe in principio Hiſtoriæ, Γεώργιος Κωνσταντινουπολίτης μὲν τὸ ἀνέκαθεν, ἐν Νικαίᾳ δὲ καὶ γεννηθεὶς, καὶ τραφεὶς, ἐν Κωνσταντίνου δὲ καταστὰς αὖθις, ὅτε Θεοῦ νεύματι ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο, εἴκοσιν ἑνὸς δέοντος τηλικάδε, καὶ κλήρῳ δοθεὶς θείῳ, καὶ ἀξιώμασιν ἐν ἐκκλησιαστικοῖς διαπρέψας, καὶ ἐς Πρωτεκδίκου φθάσας τιμήν. ἔτι δὲ καὶ ἐν ἀνακτόροις εἰς Δικαιοφύλακα τιμηθεὶς, τάδε ξυνέγραψεν. *Georgius Conſtantinopoli oriundus, Nicææ tamen ortus, & enutritus, Conſtantinopolimque rurſus reſtitutus, cum Dei nutu in poteſtatem rediit Romanorum, decem & novem tunc annos natus, & Clero divino aſcriptus, & dignitatibus Eccleſiaſticis condecoratus, & ad dignitatem usque Protecdici promotus, imo & in aula Dicæophylacis officio inſignitus hæc conſcripſit.* *Protecdicus* male in epitome Geſneriana in *Protecdium*, & in ſupplemento epitomes Antonii Verderii *Protrectitum* mutatus eſt; quod nihili eſt.

1. Scripſit *in* univerſam fere *Ariſtotelis Philoſophiam epitomem*, r) quæ a *Philippo Bechio Philoſopho*, ac Medico in Latinum ſermonem converſa edita eſt Baſileæ 1569. apud Frobenium in fol. cum Syneſii orationibus. Hoc quippe compendio Pachymeres obſcuriora Ariſtotelis loca non tantum de ſuo, ſed aliorum etiam ſententiis atque expoſitionibus prolatis, nec ineleganter explanat; ita ab ipſa Porphyrii Iſagoge opus exorſus, & per omnes ſuas partes Philoſophiam percurrens, in ipſius Metaphyſicæ compendioſa epitome finem facit. Bechius ſcribit hoc opus accepiſſe ſe ex Baſilienſi admodum lacunoſo, mendoſo, & quaſi indiſtincto; altero Fuggerano multis in locis corrupto, fuiſſeque

p) ὑπομνηματογράφος dicitur Pachymeres in MS. apud Lambecium VIII. p. 385. Ejus iconem ære deſcriptam exhibet VII. p. 70. ex Nicephoro Gregora Hieron. Wolfii.

q) Andronicus Palæologus Michaëli Patri in Imperio ſucceſſit A. C. 1282.

r) Græce ſupereſt MS. in variis Bibliothecis, ut in Coisliniana, teſte Montfaucono pag. 222. Verſus quos Pachymeres ipſe Epitomæ huic ſuæ præfixit, exhibet Allatius infra pag. 372.

Digitized by Google

que adiutum in locis difficillimis a *Joanne Hoſpiniano*, & *Gulielmo Xylandro*; ut omnino in ſpem bonam venerit, Auctorem hunc non peſſime a ſe rurſum in lucem prodire. *In reliquis, ubi Pachymeres*, ait Bechius, *vel ſuas, vel aliorum meditationes affert majori etiam difficultate propter obſcuritatem ſum verſatus. Nam verbis interdum utitur non adeo tritis, ac uſitatis, interdum ſententias inchoat, & vix tandem interjectis bene longis parentheſibus, abſoluit.* Unum, & integrum opus ob ſui molem raro uno volumine clauditur, ideoque in partes ſciſſum ſub diverſis titulis, tamquam diverſi tractatus proponuntur. Ejus partes editas & manuſcriptas, ut variæ alio, atque alio diſperſæ in Bibliothecis inveniuntur, hic referam. Ex hoc itaque compendio edita ſunt, Γεωργίου Διακόνου, καὶ Δικαιοφύλακος τοῦ Παχυμέρου περὶ τῶν ἓξ τῆς φιλοσοφίας ὁρισμῶν, καὶ τῶν πέντε φωνῶν καὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν. *Georgii Diaconi, & Diceophylacis Pachymeræ de ſex Philoſophiæ definitionibus, & de quinque vocibus & de decem Prædicamentis.* A Iacobo Foſcareno tranſlatum Græce & Latine Venetiis per Stephanum, & Fratres de Sabio 1532. cum Pſelli, & Nicephori Blemmidæ compendiis in Logicam Ariſtotelis; & poſtea Pariſiis anno 1548. 8. Græce auctiora apud Vaſcoſanum, & una cum illis Compendium in reliquos Organi Ariſtotelici libros, *De Interpretatione* nempe, *Priores, & Poſteriores Analyticos, Topicos, ac Sophiſticos Elenchos*; s) quæ antea Latine ex Interpretatione Joannis Baptiſtæ Raſarii ediderat idem Vaſcoſanus ibidem anno 1547. 8. De hoc opere Michael Vaſcoſanus: *Ariſtotelis univerſa opera Georgius Pachymeres Græca facundiæ Auctor graviſſimus, ac Magiſter ob nimiam ejus prolixitatem, ac diſſerendi ſubtilitatem ab uſu remotam, in epitomem contraxit, ita tamen ſingulas ejus partes complectens, ut quæ ad optimarum rerum cognitionem, atque in iis exercitationem pertinerent, nihil eorum omiſerit, quæ res divinitus ad nos delapſa videtur hoc maxime tempore, quo omnes de prolixitate ſtudiorum in philoſophia conqueruntur.* Et Raſarius ſcribit Codicis illius copiam ſibi factam fuiſſe a Joanne Baptiſta Speciano; in quo licet omnia Ariſtotelis opera brevi quadam via contracta, & in anguſtum redacta continerentur, ipſe tamen, qui prius omnes Ariſtotelis libros, qui ad diſſerendi rationem pertinent, perlegerat, illam epitomem perlegit, & illam par- 366
tem, quæ artem eloquendi pertractabat, convertit, & edidit. Præterea



s) Compendium hoc Organi Ariſtotelici Græce & Latine recudi curavit Eduardus Bernhardus Oxoniæ 1666. 8.

terea, *De ſex Philoſophiæ definitionibus, de diviſione Philoſophiæ, de quinque vocibus, de decem prædicamentis*, Latine impreſſa ſunt Baſileæ per Joannem Oporinum, cum Porphyrii quinque vocibus, & Ariſtotelis prædicamentis, &c. a Joachimo Perionio verſis. Epitome Geſneriana. *Et de ſex definitionibus & diviſione Philoſophiæ* Græce cum Archytæ Categoriis. Lipſiæ in 8°. t) Antonius Verderius in ſupplemento, nulla tamen cum re dubitavit, an auctor hujus epitomes idem ſit cum Georgio Pachymere. *Georgius Diaconus Protecdicus ſcripſit Græce epitomem Logices Ariſtotelis, Pariſiis in 8°. apud Vaſcoſanum* 1546. *Neſcio an is Auctor ſit idem, qui & Georgius Pachymeres, cujus opera Græca in epitome Biblioth. Geſner. continentur*: idem enim & unus eſt Georgius, epitomes Logices auctor, & aliorum operum, quæ Pachymerio a Geſnerianis Epitomatoribus tribuuntur.

2. Ejusdem, *De Lineis inſecabilibus*, Paraphraſis inter Ariſtotelis opera ſub Ariſtotelis nomine edita eſt Baſileæ 1531. in fol. & alibi poſtmodum ex Interpretatione Jacobi Schenchi. u) Georgio reſtituta Græce, & Latine in editione Cauſauboniana anno 1597. in 8°. & 1646. in fol. Coloniæ Allobrogum, ubi additur ex nonnullorum opinione Paraphraſim illam Georgio tribui: cujuscumque tamen illa eſt, digna eſt & Georgio, & quæ inter Ariſtotelis opera cenſeatur, indigna tamen, quæ Ariſtoteli tribuatur. Vidit id Henricus Stephanus epiſtola ad Petrum Victorium, quam Ariſtotelis, & Theophraſti ſcriptis quibusdam præfixit, x) plus tamen nimio ſcriptioni detrahens. *Mirum eſt vero extitiſſe ullos homines tam* παχεῖς, *ut cum* Παχυμερίου *paraphraſim in librum Ariſtotelis* περὶ ἀτόμων γραμμῶν *haberent, ipſum ſe Ariſtotelis librum habere ſibi perſuaderent. Quam multa enim vel in ipſo limine reperiuntur, ex quibus id a Lectore etiam dormitante deprehendi facile poterat? quæ certe apud homines adeo* παχεῖς, *uti dixi* λεπτομερῶς *explicare me pudeat.*

*3. Para-*

t) Sine anni nota, edente Ioachimo Camerario, qui adjunxit Nicephori Blemmidæ ſcriptum breve de quinque vocibus, quod incipit: ἡ φωνὴ ἢ ἐναρθρός ἐστιν ἢ ἄναρθρος. Et Anonymi διάληψιν περὶ τῆς καλουμένης λογικῆς τί τε καὶ ποιόν τε ἐστίν. Incipit: τῆς φιλοσοφίας τῷ τῆς γνώσεως γένει. nec non Anonymi μέθοδον εἰς τοὺς τρόπους τῆς φιλοσοφίας, qua ſex definitiones Philoſophiæ à Pythagora, Platone & Ariſtotele traditæ, Philoſophiæ item diviſio in Theoreticam Practicamque & quatuor methodi dialecticæ per diviſionem, difinitionem, reſolutionem & demonſtrationem explicantur.

u) Schegkii. Confer ſi placet quæ de hac Pachymeris paraphraſi, & de libro Ariſtotelis ipſo, quem H. Stephanus primus reſtituit, dixi lib. 3. c. 6. §. 28.

x) A. 1557. 8.

3. *Paraphraſis porro in univerſam Ariſtotelis Philoſophiam* y) Græce
manuſcripta viſebatur in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 206. *Geor-
gii Pachymeræ libri XI. de Philoſophia. Primus reſpondet Organo Ariſtotelis.
Secundus libris Phyſicorum. Tertius libris de Cælo. Quartus libris de Ortu, &
Interitu. Quintus Meteoris. Sextus libro de partibus animalium. Septimus
libris de motu, & inceſſu animalium. Octavus libro de ſenſu, & ſenſili. No-
nus libris de Generatione animalium. Decimus libris Metaphyſicorum. Unde-
cimus Ethicis ad Nicomachum.* In Bibliotheca Regis Gallorum, *Georgii
Pachymeræ Synopſis Philoſophiæ Ariſtotelis. Philoſophica lib.* 12. *De ſom-
no, & vigilia, de alimento, de inſomniis, de divinatione per inſom-
nia, de motu animalium, de juventute, & ſenectute, de reſpiratione.* In
Bibliotheca Bavarica Cod. 170. & Cod. 171. *Georgii Pachymeræ Epi-
tome in Metaphyſicam Ariſtotelis. Liber Philoſophicus D. Georgii Pachymeræ,
qui eſt Epitome in Metaphyſic. Ariſtotelis cap.* 13. In Catalogo exhibito a
Grammatico apud Verderium, in ſupplemento; qui & apud Joannem
Suzium, eodem referente reperiebatur. Epitomatores Geſneriani,
*Georgii Protectii* in univerſum Ariſtotelis Organum Commentariis cum ſchematibus,
& figuris* in 4°. mſ. Biblioth. Imper. Viennæ: &, *Georgius Pachymerius,
qui Hieromnemon cognominatur, ſcripſit Philoſophiæ compendium, quod exſtat in
Biblioth. Medicum. Ejusdem epitome totius Phyſicæ tractationis, fortaſſis idem liber
ſuperiori, Romæ extat in Vaticana Bibliotheca, & expoſitio in Logica, Hiſtoria.
Commentaria in libros de Auſcultatione naturali ibidem ſervantur, & apud Die-
gum Hurtadum Venetiis; qui etiam habet Paraphraſim hujus authoris in Mecha-
nica Ariſtotelis. Ejuſdem Commentarii, aut Paraphraſis in libros Ethico-
rum extat Græce apud Hurtadum Mendozam. Fertur autem in omnia fere Ari-
ſtotelis opera Paraphraſim ſcripſiſſe. Pachymerii in Organum Ariſtotelis
copioſæ expoſitiones Græce manuſcriptæ in Bibliotheca Sambuci. Ejusdem
libri 12. Græce manuſcripti, Paraphraſis totius Philoſophiæ Ariſtotelicæ in Biblio-
theca Auguſtana. In Catalogo Bibliothecæ Thergius ** nominatur. Ejusdem* 367
*Hiſtoria, & Logica problemata Græce in Bibliotheca Regis Gallorum ſervantur.
Item de anima, de ſenſu, memoria, ſomno, vigilia, inſomniis &c. ibidem.* Et
in alio Indice manuſcripto Græco, Γεωργίου Παχυμέρου σύνοψις τῆς
πάσης Ἀριστοτέλους φυσικῆς φιλοσοφίας. *Georgii Pachymerii Synopſis univer-
ſæ Ariſtotelis Naturalis Philoſophiæ.* Et Mediolani in Ambroſiana, & in

 Indi-

y) Hæc Paraphraſis ab Epitoma Philoſophiæ Ariſtotelis, de qua ſupra p. 704. ſeq., neutiquam diverſa. * Protecdici. ** Pro Georgio.

Indice Bibliothecæ Regis Catholici, quæ Scoriaci eſt, notantur, Γεωργίου τοῦ Παχυμέρου εἰς τὴν λογικὴν, καὶ ἐπιτομὴ αὐτῆς. ἐξήγησις εἰς τὴν φυσικὴν Ἀριστοτέλους ἀκρόασιν. ὡς δέ τινες, τοῦ Βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ ν. ζ. 7. παράφρασις εἰς τὴν ἠθικὴν Ἀριστοτέλους Νικομάχειον. 11. λ΄. 2. *Georgii Pachymeræ in Logicam, & Epitome ipſius. Enarratio in Phyſicam Ariſtotelis Auſcultationum, ſed ut alii volunt, Imperatoris Joannis Cantacuzeni. Paraphraſis in Ethica Ariſtotelis ad Nicomachum,* Ex his pleroſque in Bibliotheca Regis Galliæ, Joannes Schenchius* in Bibliotheca Medica, & Iſrael Spachius in Nomenclatore Philoſophico aſſervari retulerunt. Et Index præterea Auguſtanus, *Blemmidæ, & Georgii Pachymeræ Epitome Philoſophiæ complectens Logicam, Ethicam, Phyſicam.* Compendium hoc Philoſophiæ quid contineat, adnotavit neſcio quis. Ιστέον οὖν, ὡς περιέχει ἡ παροῦσα πραγματεία βιβλία δώδεκα, φέροντα μὲν τίτλους μζ΄, κεφάλαια δὲ σλέ. τὰ τῆς Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας ἁπάσης, ὡς ἐν τύπῳ περιέχοντα θεωρήματα. *Advertendum eſt præſens opus continere libros duodecim, libros tititulis quadraginta ſeptem finiri, in capita* 435.** *diviſos; quæ Ariſtotelicæ univerſæ Philoſophiæ ſpeculationes breviſſime complectuntur.*

4. Ejuſdem in omnia Dionyſii Areoapagitæ opera, quæ extant Paraphraſis edita eſt Græce Pariſiis apud Guilielmum Morellum 1561. in 8°. cum Dionyſii operibus, z) & rurſus apud Claudium Morellum 1615. in folio. Nunc demum Græce, & Latine ex Interpretatione Baltaſſaris Corderii in officina Plantiniana Baltaſſaris Moreti 1634. in fol. Opus inſcripſit Athanaſio Alexandrino Patriarchæ a) cujus ille hortatu laborem aggreſſus fuerat, cum Conſtantinopolim adveniſſet. Nec ullam cauſam video, cur Inſcriptio præfixa Paraphraſi delenda ſit, qua dicitur, Auctorem illum manus operi admoviſſe hortatu Athanaſii Patriarchæ Alexandrini tunc viventis, ut vult Poſſevinus, & ante Poſſevinum Baronius in prætermiſſis ad Tomum ſecundum, cum ſcribit: *Quamobrem rejiciendus eſt commentitius ille titulus, qui affixus eſt ejusdem Paraphraſi in ejusdem Dionyſii Epiſtolas, quo dicitur, Auctorem opus illud aggreſſum eſſe hortatu S Athanaſii Patriarchæ Alexandrini, tum agentis Conſtantinopoli.* *Miratus ſum equidem virum eruditum Godefridum Tilmannum, qui* ean-

* Schegkius. ** 235.

z) Separato volumine prodiit Pachymeriana Dionyſii Paraphraſis A. 1561 Deinde A. 1562. 8. S. Maximi ſcholia atque Encomium Mich. Syncelli in Dionyſium, & Dionyſii Martyrium: Denique Dionyſius ipſe eodem anno typis nitidis & luculentis.

a) Hic fuit ab A. 1251. ad 1262. Vide Euſebium Renandotum in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum, Pariſ. 1713. 4. Pag. 600.

Digitized by Google

*eandem Paraphraſim Latinis edidit, & longam diſputationem pro iiſdem ſcriptis elaboravit, hæc adeo manifeſta non cognoviſſe, nec etiam correxiſſe. Quonam pacto rogo potuit ea ſcripſiſſe Georgius tempore S. Athanaſii, ſi in illis Commentariis meminit Auctor hæreſum Neſtorii, & Eutychetis, quæ poſt multos annos ab Athanſii obitu emerſere? Nec eſt quod de ſecundo Athanaſio itidem Epiſcopo Alexandrino ea potuiſſent intelligi, qui ſedere cœpit anno Domini* 489. *longe ante etiam quam viveret Pachymerius, fuitque ille non ſanctus, ſed hæreticus, & Acephalorum patronus.* Et qui Baronium exſcripſit Vincentius Riccardus Comment. ad orat. 6. Procli Archiepiſcopi Conſtinopolitani. *Et ibi Georgius Pachymerius, qui quidem minime floruit S. Athanaſii Magni Alexandrini Epiſcopi tempore, ut perperam in ejus Commentariis prænotatur. Nam in Comment. ad Epiſt. 3. & 4. ad Cajum contra Neſtorium, & Neſtorianos invehitur, & in epiſt. 6. contra Neſtorium, Apollinarium, Eutychetem, & Dioſcorum, qui ſane multo poſt S. Athanaſium fuere. Eutyches, & Dioſcorus in* IV. *univerſali Concilio Chalcedonenſi damnati fuere, at S. Athanaſius tempore* I. *Concilii Nicæni floruit.* His enim iiſdem temporibus, quibus Pachymerius floruit,
Athanaſius Patriarcha Alexandrinus vivebat, qui eum ad divini operis
interpretationem extimularat. An quia ſemel Patriarcha in eo Thro-
no ſederat Athanaſius nomine, non potuit alius, ſubſecutis tempori-
bus eodem nomine Eccleſiæ illi præeſſe? At ſciant præter hunc Pachy- 368
meræ *σύγχρονον*, alios etiam a Magno illo Athanaſio diverſos, b) ut
ex Catalogo illorum Patriarcharum colligitur, quod nec Baronius ne-
gat, rexiſſe. Et eo ipſo tempore rexiſſe conſtat aperte ex ejusdem Pa-
chymeræ hiſtoria, pluribus locis. Nec obſtat *Sancti* nomen præfixum.
In ea etenim Eccleſia etiam ſceleſtiſſimis, ſanctitatis nomen tributum
adnotabam in Euſtachio Antiocheno de Euſebio Cæſarienſi, c) & alibi; quod poſtea & apud Occidentales obſervavi. Haberi hanc Paraphraſim manuſcriptam in Bibliotheca Vaticana tradit Geſnerus: & Medicæa Poſſevinus in Indice: & Gallica, Indices manuſcripti. Vincentius Marinerius Valentinus epiſt. ad Franſciſcum Dazam anno 1636. edita, ſcribit, ſe Commentarios Pachymeræ in Dionyſium Areopagitam in lingvam Latinam vertiſſe.



b) Athanaſius Petri Moggi ſucceſſor ejusque defenſor hæreſeos cognomento Celetes ſive herniofus ab A. 490. ad 497. Vide Renaudotum p. 125. & Laur. Zaccagnii præfat. ad collectanea monumentorum veterum p. LXIV.

c) Euſtathio Antiocheno in Hexaëm. ſtatim ſub initium Euſebius τῶν ἁγίων τις. Sed ex hoc ipſo rectius colligas id ſcriptum non eſſe Euſtathii veteris illius Antiocheni, cui Euſebius non erat ſanctus ſed hæreticus.

5. Scripſit præter jam dicta Hiſtoriam ſui temporis, quam orditur a temporibus Michaelis Palæologi, d) ſub quo vixit. Illa, ſed mutila aſſervatur in Bibliotheca Auguſtana Cod. 19. Plutei 5. ex cujus Codice carie confecto, ac mutilo excerpta quædam exhibuit Wolphius poſt Nicephorum Gregoram. Partem illorum, quæ in Auguſtano Codice manuſcripto deeſſe Wolphius admonuerat in Synopſi libri quinti, cum Nicephori Patriarchæ Conſtantinopoli Breviario Hiſtorico ab obitu Mauritii usque ad Conſtantinum Copronymum, Græce nuper edidit Dionyſius Petavius, Pariſiis 1616. in 8°. Integra tamen ea ex Lolliana Bibliotheca in Vaticanam tranſvecta eſt, quæ emendatior, & charactere uti antiquiori, ita & elegantiori in Barberina conſervatur, ſuntque ἱστορίας συγγραφικῆς λόγοι ιγ'. Cod. 163. & 164. Inter Vaticanum, & Barberinum Codices, ne id quoque neſcius ſis Lector, maximum non tantum in verbis, ac modo dicendi, ſed rerum narratarum etiam quandoque ordine ineſſe diſcrimen, ipſe non ſingula percurrens, neque enim licuit, adnotabam: adeo ut mihi facile perſuaſerim, Pachymerium, quemadmodum ſupra diximus de Acropolita, & infra quoque de Phrantza dicemus, duas ſuæ Hiſtoriæ editiones tempori, ac genio inſervientem conſcripſiſſe; ideoque ex utriſque multa errata corrigi, obſcura illuſtrari, mutila ſuppleri, ac demum hiſtoriæ corpus unum perfectum, ac integrum abſolui poſſe exiſtimo. Stylus eſt accuratus, ad antiqvum ſuccum, ac ſanguinem efformatus, & præter hiſtoriæ captum tumidior, & perplexa nominum connexione ambiguus, & obſcurus; pro illo tamen ævo, quo debacchari ſapere erat, mollis, ac prudens. Auctor dum veritatis ſectator videri cupit, in Eccleſiaſticos, & præcipue Latini nominis fautores, Græcis ſuis nimis propenſior, lingvam acuit. Imperatorum etiam, ac Principum res geſtas aſſiduus in peiorem partem rapit. Fidem tamen ita ſuæ Hiſtoriæ aſtruit: τὰ δὲ συνέγραψεν οὐ λόγους λαβὼν ἄνωθεν ἀμαρτύρους, οὐδ' ἀκοῇ πιστεύων μόνον, ἣν τις λέγει ἱστορικῶς, ἣν καὶ ἀκούσας αὐτὸς, πιστοὺς δὲ ἀξιοῖ.

d) Libris XIII. diſtincta incipit à tempore nati Michaëli Palæologo A. 1258. Andronici Palæologi (ſenioris) & deſinit in A. 1308. qui fuit annus ætatis ejusdem Andronici XLIX. Imperii XXVI. Confer quæ de hoc hiſtorico Pachymeris opere dixi Volum. VI. p. 459. ſeq. Celeberrimus Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 209. memorat Codicem MS. cui addita verſio Latina libri primi, diverſa ab edita Poſſiniana & ſcholia. Idem in Palæographia Græca p 79. meminit MSti Regii Codicis Pariſ. exarati A. 1448. quem cum editione Romana Græcolat. Petri Poſſini Rom. 1666. 1669. fol. 2. Vol. conferre ſvadet eruditiſſ. Boivinus p. 760. ad Niceph. Gregoram.

ἀξιοίη τοὺς λόγους εἰ μόνον λέγει λογίζεσθαι, ὡς αὐτόπτης τὰ πλεῖστα, οὕτω ξυμβὰν γεγονώς, εἰ καὶ μαθὼν ἀκριβῶς, παρ' ὧν τὸ πρῶτον ὡράθη πραχθέντα, πλὴν δὲ οὐκ ἀμάρτυρα, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἄλλοις συνηγορούμενα, ὡς ἂν μὴ ὁ ξύμπας χρόνος, φύσιν ἔχων τὰ πολλὰ κρύπτειν συχναῖς κυκλικαῖς περιόδοις, καὶ ταῦτα ἀφανίσῃ κατὰ μικρὸν ἐξίτηλα τῇ παραδρομῇ γινόμενα. Διὰ τὸ φανέντα κρύπτεσθαι πάντα ἀνάγκην εἶναι, ὥς που τις τῶν σοφῶν ἔφη, καὶ ἀληθῶς ἐγνωμάτευσεν. *Hæc compoſuit non rumores olim ſparſos, absque teſtimonio congerens, nec tantum auditui fidens, ſi quis ſe vidiſſe, aut audiſſe dicat. Eos porro ſermones fide dignos eſſe ſentit, quorum ipſe, ut plurimum, ſi ita fieri contigit, oculatus ſpectator fuit, aut ab illis accurate didicit, qui ea, cum primum geſta ſunt, conſpexere: neque ea temere proferam, ſed multorum aliorum etiam teſtimonio comprobata; ne tempus futurum natura ſua pleraque occultans, frequenti ſuo circuitu, hæc quoque paulatim transcurſu continuo evaneſcentia deleat. Quodcumque enim ſemel apparuit, contegi atque abdi neceſſe eſt, quemadmodum neſcio quis e ſapientibus dixit, vereque enunciavit.* Hæc eadem hiſtoria Pachymeræ licet ſine mutila habetur in Bibliotheca Veneta S. Marci, Scamno 21. num. 12. & Scoriaci in Biblioth. Regis Catholici. Poſſevinus in Indice Bibliothecæ Patmi Inſu- 369
læ: *Hiſtoria conſcripta a Gregorio quodam genere Conſtantinopolitano, & Nicææ enutrito: conſripta ſunt autem acta Palæologorum Regum usque ad Joannem Palæologum.* Mendum eſt in nomine Auctoris, eſt enim Georgius Pachymeres. In Bibliotheca etiam Regis Gallorum, *Georgii Pachymeræ hiſtoria Conſtantinopolitana lib. XIII.* Eſt & apud me integra, & optimæ notæ.

6. Ejusdem *Epiſtolas Græcas* alicubi in Italiæ Bibliothecis extare, tradit Geſnerus, quas licet anxius perquiſierim ad hunc diem, nullas inveni. Eas tamen elegantiſſimas futuras, & dicendi antiquo nectare, præterquam quod eo ævo ſcriptores ſveverant, plenas ſuſpicor; cum minus aliis in eloquendo Pachymerius, quod ex Hiſtoria & aliis ejusdem tractionibus colligi poteſt, ineptiat.

7. Plura etiam in Rhetoricis ingenii experimenta non omnibus obvia edidit, digna tamen, quæ diu non lateant, ſed bono publico, & adoleſcentium potiſſimum ad eloquentiam viam ſibi parantium publicentur; eorum Indicem, ut ab humaniſſimis, & bono literarum natis Puteanis accepi ex Cod. 883. Bibliothecæ Regiæ Gallorum hic interponam.

7. Γεωργίου Δικαιοφύλακος καὶ Πρωτεκδίκου τοῦ Παχυμέρους μελέται εἰς τὰ προγυμνάσματα, καὶ εἰς τὰς στάσεις. a) Μῦθος. *Georgii Dicæophyla-*

*phylacis* , *&* *Protecdici Pachymeræ in Progymnaſmata* , *&* *ſtatus exercitamenta.* *Fabula.* P. Αἰσώπου καιρὸς ἦν, καὶ γεωργοί.

β) Διήγημα τὸ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα. *Narratio de Ulyſſe.* P. συνέβη ποτὲ καὶ ἡ ἐπὶ τὴν Ἴλιον.

γ) Διήγημα τὸ κατὰ τὴν κεκαυμένην ζώνην, *Nrrratio de zona torrida.* P. ὁ τῆς οὐρανόθι ζώνης περὶ θέλων.

δ) Χρεία λογική. *Chria quæ tantum ſententia conſtat.* P. Χαιρήμων ἔφη πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐν μόνῳ τῷ φρονεῖν ἐστιν.

ε) Γνώμη Δημοσθένους. δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. *Sententia Demoſthenis.* *Opus eſt pecuniis* , *&* *ſine his*, *nihil quod opus factu ſit* , *fieri nequit.* P. οὕτως ἄρα τῷ Δημοσθένει ὁ αἶνος ἦν ἱκανός.

ϛ) Ἀνασκευὴ τοῦ περὶ τοῦ ῥόδου διηγήματος. *Deſtructio.* *Narrationem de roſa nullo modo veroſimilem eſſe.* P. εἴπερ ἀληθείας οὐδὲν ἀσφαλέστερον.

ζ) Κατασκευὴ ἐκ τοῦ ἐναντίου τοῦ διηγήματος τοῦ κατὰ τὸ ῥόδον. *Aſſertio* ; *Narrationem illam veriſimilem eſſe.* P. ἔγωγε μὲν φιλεῖν.

η) Κοινὸς τόπος κατὰ λοιδόρου. *Locus Communis contra Maledicum.* P. ἄνδρες δικασταί. λόγων ὀλίγων πεπαιδευμένων.

θ) Ἐγκώμιον Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου. *Laudatio Ajacis Telamonii.* P. εἰ μὲν ἦν τὸν ἅπαντα βίον.

ι) Ψόγος τοῦ Πάριδος Ἀλεξάνδρου. *Vituperatio Paridis Alexandri.* P. οἶδε τις καὶ κέρδος ἀπὸ κακίας.

ια) Σύγκρισις ἐλαίας, καὶ ἀμπέλου. *Comparatio olivæ* , *&* *vitis.* P. καὶ τὰ φυτὰ παρεοικέναι ἀλλήλοις.

ιβ) Ἠθοποιΐα. τίνας λόγους εἴπε φειδωλὸς ἀναγκαζόμενος ἑστιᾶν ἑτέρους καλέσαντας πρότερον. *Ethopœja.* *Quæ dixerit Avarus* , *cum cogeretur eos in convivium vocare* , *qui eundem prius convivio exceperant.* P. φεῦ, ὡς λαμπρὸς ἑστιάτωρ ἐγώ, καὶ πρὸς τὰ δεῖπνα.

ιγ) Ἔκφρασις τοῦ Αὐγουστεῶνος. *Deſcriptio Auguſteonis.* c) P. τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος ἡ Σοφίη πολλαῖς μὲν, καὶ παντοδαπαῖς.

ιδ) Θέσις, εἰ πλευστέον. *Propoſitum.* *An navigandum.* P. καλὰ μὲν καὶ τὰ αὐθιγενῆ δῶρα τῶν πόλεων τοῖς ἐποίκοις. ιγ)

c) Hæc Auguſtalis in templo Sophiæ CPolitano deſcriptio Græce edita à Clariſſ. Boivino ad Gregoram p. 764. è Codice 3119. Regis Chriſtianiſſimi. De Auguſteone vide Goarum notis ad Codinum p. 130.

Digitized by Google

ιε) Κατηγορία νόμου τοῦ κελεύοντος, τοὺς ἀπὸ ναυαγίου καταίροντάς που σκυλεύεσθαι παρὰ τῶν ἐκεῖ. *Accuſatio legis precipientis, naufragium paſſos, & appellentes in aliquem locum, ab iis, qui inibi ſunt ſpoliandos eſſe.* P. ἐγὼ δὲ ἀλλὰ καὶ νόμον συνιστάντα πολιτείαν ἀσπάζομαι.

ις) Εἰς τὸ ἐναντίον, περὶ τοῦ τοιούτου νόμου, καὶ τῆς τοιαύτης συν- 370
θέσεως. *Oppoſitum de eadem lege, & compoſitione.*

ιζ) Σκηπτοῦ κατενεχθέντος εὕρηνται χίλιαι πανοπλίαι ἐν τῇ τοῦ Περικλέους οἰκίᾳ, καὶ κρίνεται τυραννίδος ἐπιθέσεως. μελετῶμεν τὸν φεύγοντα, ὃς καὶ ὡς στρατηγὸς λέγει, καὶ ὡς ῥήτωρ διϊσχυρίζεται. ἡ στάσις στοχασμός. *Ictu fulminis in Periclis domo mille armaturæ adinventæ ſunt, & in judicium vocatur de tentata tyrannide, Declamat Reus, qui ut exercituum Dux ſermonem concipit, & ut orator contentionem init, ſtatus eſt Conjecturalis.* P. οὐδὲν ὡς ἔοικεν ἐστὶν ἀνδρὸς συκοφάντου βαρύτερον.

ιη) Φιλόσοφος ἔπεισε τύραννον καταθέσθαι τὴν τυραννίδα, καὶ αἰτεῖ τὸ γέρας τῶν τυραννοκτόνων. ἀντιλέγεται δὲ παρά τινων. καὶ μελετῶμεν τὸν φιλόσοφον. *Philoſophus ſuaſit Tyranno tyrannidem deponere. Et præmium poſtulat Tyrannicidarum: denegatur illi ab aliquibus. Declamat Philoſophus.*

ιθ) Ζωγράφος ναυάγια γράψας, καὶ περὶ τοῖς λιμέσι στήσας, μὴ καταιρόντων ναυτῶν κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. *Pictor naufragii a ſe depictas tabulas in portibus appinxerat, cum nautæ non appellerent, publicorum criminum reus fit.* P. ἔδει ποτὲ καὶ ζωγράφον δημοσίων ἐγκεκλημένον παρελθεῖν ἐνθάδε.

κ) Στρατηγὸς πυρπολήσας τὰς ναῦς, ὡς ἔξω χρείας δοξάσας, καὶ διὰ ταῦτα νικήσας, κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. μελετῶμεν τὸν φεύγοντα. *Dux exercitus concrematis navibus tum inutilibus, & hoſtibus poſtmodum debellatis, publicorum criminum reus fit. Declamet reus.* P. ἐγὼ μὲν τὸ γέρας ὑπελάμβανον ἄνδρες ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις κομίζεσθαι.

κα) Ἐν τρισὶν ἡμέραις νόμος ἐκέλευε περὶ πολέμου βουλεύεσθαι. Ἐλάτειαν κατασχόντος Φιλίππου, συμβουλεὺς Δημοσθένης αὐθημερὸν ἐξιέναι, καὶ μάχεσθαι. σύστασις πραγματική. *Tribus diebus ex precepto legis de bello faciendo conſulendum erat, cum Philippus Elatiam occupaſſet, Demoſthenes hortatur eodem die urbe exire, & pugnam experiri. Status negotialis.* P. περὶ πολλῶν ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι νομίζω προσήκειν ὑμῖν τοῦ πρὸς Φίλιππον ἀγωνίζεσθαι.

κβ) Ἀριστεύσας τις ᾔτησεν εἰς τὸ γέρας πολίτου φόνον. δέδωκεν ἡ πόλις. εὕρηται προαπεκτονὼς αὐτὸν, καὶ κρίνεται φόνου. μελετῶμεν τὸν κα-

τήγορον. *Cum in bello quiſpiam optime ſe geſſiſſet, premium ſibi dari poſtulavit, civis caput. Urbs conceſſit, cum ante impetratum premium occidiſſet, de homicidio poſtulatur. Declamet Accuſator.* P. τῆς μὲν ἀριστείας ὦ νεανίσκε πολλοῦ δὲ καὶ τοῦ παντὸς μέμφεσθαι.

κγ) Πολέμου ὄντος, καὶ πολιορκίας ἀνελθὼν τις ξένος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἠρίστευσεν νόμου κελεύοντος μὴ ἀνιέναι ξένον ἐν τοιούτῳ καιρῷ, καὶ ὑπάγεται τῷ νόμῳ. *Premente bello atque obſidione, advena quidam aſcenſo muro prima præmia meretur. Verum tamen cum lex probiberet, ne quis advena tempore belli murum aſcenderet, de violatione legis poſtulatur.* P. ἐγὼ μὲν ὦ ἄνδρες, καὶ πρὶν εἰς ἀπολογίαν καταστῆσαι.

κδ) Νόμος τὸν ἀποκήρυκτον μὴ μετέχειν τῶν πατρῴων. καὶ πάλιν ἄλλος τὸν ἐπιμείναντα χειμαζομένῃ νηῒ δεσπότην εἶναι τῆς νεώς. ἀποκήρυκτος ἐπέμεινε πατρίδα νηῒ χειμαζομένῃ, καὶ εἴργεται αὐτῆς ὡς πατρῴας. μελετῶμεν τὸν ἀποκήρυκτον. *Lex eſt, Abdicatus in paternis partem non habeat. Et alia, qui in navi tempeſtate jactata perſtiterit, Dominus navis eſt. Abdicatus in paterna navi procellis obruta perſeveravit; ab ejus tamen poſſeſſione, quod paterna ſit, abigitur. Declamet Abdicatus.* P. εἰ καὶ ὁ ἐμὸς σοφώτερον θέλων. ἴσα πράττειν τῶν ἄλλων.

κε) Νόμος τὸν ἐκ πόρνης γεγονότα μὴ λέγειν ἐπὶ τοῦ βήματος. ἐκ πόρνου τις γεγονὼς κωλύεται λέγειν. μελετῶμεν τὸν ἐκ πόρνης* γεγονότα. *Lex ait, ex meritoria muliere ſatus, ne ex ſuggeſtu concionetur ad populum; ex meritorio viro quidam natus a concione abigitur. Declamat qui ex meritorio natus eſt.* P. εἰ καὶ λέγειν ἐπ' ἐκκλησίας κωλύομαι παρὰ τοῦ θαυμαστοῦ τούτου καὶ πιθανοῦ ῥήτορος.

κϛ) Εταίρα χρυσία εἰ φορείη, δημόσια ἔσω. πεφώραταί τις ἑταίρα
φέρουσα χρυσία, καὶ δημοσίαν τίς φησιν ἀπὸ νόμων εἶναι. ὁ δὲ παρὼν οὗτος,
ὃν μελετῶμεν, οὐκ αὐτὴν εἶναι δημοσίαν φησὶν, ἀλλὰ τὰ χρυσία προπαροξυτόνως ἀναγινώσκων. *Meretrix aurea ſi geſtaverit, publica ſit: deprehenſam meretricem aurea geſtantem ex legibus contenditur publicam eſſe. At qui decla-*
371 *mat, non eam publicam eſſe, ſed aurea, immutato accentu aſſerit.* P. μισθοῦ μὲν, οὐδὲ δώρων ἕνεκα. ταύτην τὴν γραφὴν ἐνεστησάμην ὑπὲρ τῆς τέως δοκούσης ἀτίμου.

κζ) Αἱ ἐπίλοιποι παρὰ τὴν ἀντίστασιν τῶν ἀντιθετικῶν τρεῖς, τὸ ἀντέγκλημα, καὶ μετάστασις, καὶ ἡ συγγνώμη. καὶ πρῶτον ζήτημα τὸ ἀντέγκλημα ἀριστεὺς πορνεύοντα τὸν ὑὸν ἀπέκτεινε, καὶ φόνου φεύγει. μελετῶμεν τὸν ἀριστέα. *Præ comparationis, ſive compenſationis, tres alij ſunt Aſſumptivo-*
*rum*

* leg. ἐκ πόρνου.

*rum ſtatus , Recriminationis , Translationis Criminis , & Deprecationis. Et prima quæſtio Recriminatio. Victor , & de patria bene meritus ſcortantem filium interemit , & in jus vocatur. Declamet de patria bene meritus.* P. τῆς μὲν ἐμῆς ἀριστείας πολλὰ καὶ μεγάλα τὰ δείγματα.

κη) Τριακόσιοι νύκτωρ τῶν πολεμίων ἀποδράντες , καὶ πρὸς ταῖς πύλαις τῆς πόλεως γενόμενοι ἱκέτευον τὸν στρατηγὸν ἀνοῖξαι τὰς πύλας τῆς πόλεως εἰς τὸ εἰσελθεῖν καὶ σωθῆναι, νόμου ὄντος μὴ νύκτωρ τὰς πύλας ἀνοίγεσθαι , οὐκ ἤνοιξεν ὁ στρατηγός. Φθάσαντες οἱ καταδιώκοντες ἀνεῖλον αὐτούς. καὶ κρίνεται ὁ στρατηγὸς τῶν δημοσίων ἀδικημάτων. μελετῶμεν τὸν κατήγορον. *Noctu tercentum ex hoſtibus profugi, cum ad fores urbis perveniſſent, Ducem deprecabantur ut illis foribus apertis pro incolumitate ingreſſus in urbem pateret ; cum lex prohiberet noctu fores reſerari , Dux non aperuit. Deprehenſi interim a perſequentibus internecione deleti ſunt : & dux publicorum criminum reus fit. Declamet Accuſator.* P. μηδεὶς ὦ παρόντες νομίσῃ βασκαίνοντά με τῆς δόξης τῷ στρατηγῷ.

κζ) Στρατηγὸς ἁλοὺς παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐπὶ πολὺ βασανιζόμενος εἰπεῖν τὰ τῆς πόλεως ἀπόρρητα. εἶτ' ἀναγκασθεὶς , καὶ ἐξειπὼν ἀπολύεται καὶ τῶν βασάνων , καὶ τῆς αἰχμαλωσίας , καὶ ἐπανελθὼν παρὰ τῶν ἰδίων κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. μελετῶμεν τὸν στρατηγόν. *Cum diutinis tormentis ſecreta urbis hoſtes a Duce deprehenſo depoſcerent , vi tandem exculpunt , ideoque ille & ſervitute , & tormentis liberatur. Reverſus in patriam a ſuis publicorum criminum reus fit. Declamet Dux.* P. ἔδει θανεῖν παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐπὶ τῶν βασάνων ἐκείνων , ἄνδρες , πρὶν ἢ δεινοὺς λόγους πλημμελείας πάρ ὑμῖν ἀναγκάζεσθαι.

8. Scripſit præterea Carmina de vita ſua , cujus ipſe meminit in hiſtoriis libro 10, cap. 14.

Καὶ τότε ἀστὴρ κομήτης ἀφ' ἑσπέρας ἐξέλαμπεν , περὶ οὗ καὶ ἐν τοῖς κατ' ἐμαυτὸν δι' ἐπῶν ὑπεμνησα οὕτω γράφων.

Ἤδη μὲν φθινοπωρὶς ἰσημερίη ἐπέλαυνεν,
Ἠέλιος δ' εἶχε παρθενικῆς ἐρατεινὰ πρόσωπα,
Καὶ τότε λαμπρὸς λάμπε Θρηΐκηθε κομήτης,
Ἐκτεταδὴν τε κόμην ἔχων ἀντολίην τε ῥέπουσαν,
Ἑσπέριος δ' ἤκμαζεν ἐπὶ τόσον νυκτὸς ἰούσης
Αἰὲν ἀπανύμενος τὸ πλέον νυῶ , ἢ τὸ πάροιθεν
Ὅσσον ἀνωτερίεσσι διαλλάξεσιν ἔφασκεν.
Οὐ γὰρ ἐν ἀπλανέων κατὰ μοῖραν χῶρον , ἔτετμεν
Ἀλλ' ἄγ' ἑκάστης νυκτὸς ἀνώτερα εἶχε κέλευθα

Μέσφα ὑπερπόδισ᾽ ἀνώτερος ἀμφαναβαίνων
Ενθα οἱ ἄκρας τὰ πρῶτα τρόχες ἐμπεφύασιν,
Ηκα μαραινόμενος μείουρος, καὶ τότε λῆξε.

*Et tunc ſtella Cometa ab occidente reſplenduit; de qua in iis, quæ de me carminibus compoſui, mentionem feci, ſic ſcribens. Jam vero autumnale Æquinoctium finiebat, & Sol habebat Virginis deſiderabilem faciem, & tunc ſplendidus illuxit ex Thracia Cometes provexam comam habens in Orientem vergentem, Veſpertinus ſplendebat in quantum nox procederet, ſemper vindicans magis decurſu temporis, quam antea, quantum ſuperioribus immutationibus lucebat: Neque enim in fixarum regione locum invenerat; ſed qualibet nocte ſublimiora itinera occupabat, quousque transgreſſus eſt ſemper ſublimior aſcendens. Ubi illi in ſummitate primum comæ innatæ fuerant: paulatim marceſcens mutilus, & decur-*
372 *tatus tunc deſiit.* Et cap. 15. ἃ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς καθ᾽ αὑτοὺς ἐποποιοῦντες τῇ ἐκείνων ἠκολουθήκαμεν ἐξηγήσει. Et infra, καὶ ἡμεῖς οὕτω πως ἐν τοῖς ἡμετέροις γεγράφαμεν.

Μῆνα δὲ Ληναιῶ πρώτη βάσις ἵστατο μήνης.
Η διχόμηνις ἔην, καὶ δὴ φθῖνε καλὰ πρόσωπα
Καὶ τότε νυκτὸς ἐνὶ τετάτη σχεδὸν ἐστερέηθεν
Λάμπετ᾽ ἐπιδίφρελος, αἴφνης δὲ σκοτόεσσα τέτυκτο
Αρξαμένη τὰ πρῶτ᾽ ἐκλείπειν αὐτολίηθεν
Μέσφ᾽ ὅλη ἐξαπόλωλεν, ἐφ᾽ ὥρην μηδὲν ἐοῦσα.
Ωρης δὲ τρίτον ἔσβη, ἀτὰρ ἀπήρχετο φώσκειν.
Καὶ πάλιν αὐτολίηθεν ἐς ὥρην ἔμπλεος ὦπτο.
Τόῤῥα, καὶ ἐς μετέωρα ἐειδὼς τις ἔειπε.
Καίγ᾽ εἰδὼν θηήσατο, ὅς γε προμάνθαν᾽ ἀκούσας.

*Licet nos in iis, quæ de nobiſmet ipſis carmine explicavimus, in eorum expoſitionem ivimus.* Et infra. *Et nos hoc modo in noſtris ſcripſimus.* Carmina non verti; neque enim operæ videbatur. Ut autem ſecurius de iſtiuſmodi Pachymeræ carminibus judicium feras, en alios duodecim verſus, quos ille ſuæ de Philoſophia epitomæ præfixit, adhuc ineditos.

Δέχνυσο ἡμετέροιο πόνου ἐρατεινὸν ὕφος
Εὔμορ᾽ ἐμῶν προπόλων πολέων κυδίστατε πασῶν
Πλὴν εὐήτερον οὐκ Σταγείρης νήματ᾽ ἔνεικε
Ταῤῥὰ, καὶ εὐφυέως ξυγκερκίσαι ἤθελον αὐτὸν
Ωσκεν εὐπλοκίης, μηδὲ ὅσσον τυτθὰ λίποιτο.
Καίκεν ἀεικελίης μεταμώλια νήματ᾽ ὄλωνται.
Εμπης δὲ αὖτε καθ᾽ ἡμέτερον νόον οὔτιγ᾽ ἔλειψεν.

Εργον

Ἐργον ὅπως πυκάσαιμι ὑπέρτερον ἀσχολίης τεῦ.
Ἐντὸς ἀπασσοσυνής ἱερῶν τετελεσμένον εἰδῶν
Πρώτῃ τῇδε μελαγγραφίης μάλα νηΐδι δέλτῳ.
Τῷ καὶ ὅσον τύχε συντελίης δέμα ὑψόθεν ἔσω.
Ὅσσον δ᾽ αὖτ᾽ ἀπέκυρσεν ἁμαρτάδος ἦεν ἐμοῖο.

Ferreus ipſe ſum, ſi quid eſt hiſce carminibus in tota antiquitate durius. Chalibs. ipſe, & incus, & ſi quid eſt in rerum natura aſperum, ac perverſum præ his carminibus mollius eſt, & tractabilius. Bene factum, quod ea amiſimus, nam in eorum lectione, nonniſi ferrea addiſceremus; jam fateor poſteriorum Græcorum Muſas, nullas gratias, nullas Veneres habuiſſe, & omnia præter humanum ſermonem ſæpe locutas. Hæc poſtrema Carmina ita vertit Philippus Bechius:

*Eumore, & affines inter ſacroſque miniſtros,*
*Maxima cura mihi, noſtrorum carpe laborum*
*Eximia telam non utilitate carentem,*
*Rite quidem textam, complexam haut cuncta Stagiræ*
*Fila tamen; volui ingenii, quæ texere & ipſe*
*Pro ratione mei, ne de tam ſtamine claro*
*Fors quid omittatur, pereant ſi marcida fila*
*Diſſimilis telæ. Tamen ut ſententia nobis*
*Firma ſtat, haud quicquam linquetur, ſive peribit.*
*Nempe tuis ut opus ſtudiis inſigne pararent,*
*Per pia confectum ſacri jejunia luci*
*Quod fragili inſcriptum huic tabulæ tranſcribere primum*
*Deinde errata mihi quoque jam dignare notare.*
*Perfectum quoad ut fuerit tibi cælica dentur*
*Dona, quoad judicis *, mibi crimen id omne putetur.*

9. Ejusdem, *de quatuor Mathematicis ſcientiis.* In Biblioth. Regis 373
Gallorum. An opus idem f) cum Pſelliano edito, vel diverſum?

10. Servatur præterea penes me ejusdem Opuſculum Græcum περὶ κατασκευασίας καὶ ἐξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων. *De Apparatu, & conſtructione argumentorum.* Ρ. πᾶν κατασκευάζεται δι᾽ ἕξ. Breve illud quidem, ſed ſucco plenum.

 11. Nec

* Verſus ratio aliud requirit vocabulum. Senſus eſt: *Si quid peccatum fuerit.*

f) Ut diverſum memorat Labbeus p. 117. Bibl. novæ MSS.

II. Nec non ejuſdem πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι διὰ τοῦτο λέγεται πνεῦμα υἱοῦ διὰ τὸ ὁμοούσιον, ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις. *Ad eos, qui dicunt, propterea dici Spiritum Filij, quod eiuſdem cum eo ſubſtantiæ ſit, vel quod ab eo dignis exhibeatur.* Leges illud Græce, & Latine a me converſum in meo ſyntagmate, g) de utriuſque Eccleſiæ Occidentalis, atque Orientalis perpetua conſenſione.

An recte de Fide ſenſerit? Poſſevinus erga Romanam Eccleſiam non bene affectum fuiſſe tradit, ideoque circumſpecte legendum, idque ex Capitibus Latinis, ex eius Hiſtoria adiunctis Gregoræ deprehendit. Petrus Halloix quæſt. 2. de ſcriptis Dionyſij Areopagitæ, vere Catholicum vocat; falſo vtique elogio. Non potuit enim eſſe Catholicus, qui ſchiſma propugnauit, h) & contra Romanam Eccleſiam, ſcripto etiam defenderit, & in eam ſæpius oblatrarit, ut ex ejus Hiſtoria liquido conſtat. Pachymeræ obitum Manuel Phile in Carminibus non ineleganter deploravit.

Ἄλλον μὲν ἄνδρα ζωγραφεῖν ἴσως θέλων
Καὶ τῷ θεατῇ γειτνιῶντι δεικνύειν
Ἐκεῖνον αὐτὸν ἐν σοφῷ κεκρυμμένον,
Συνηγόρους ἂν εἶχον εὐθὺς τοὺς λόγους;
Ὡς καὶ πνοὴν κιρνῶντας ἰσχὺν τοῖς τύποις.
Ἐπεὶ δὲ σοῦ θανόντος, ὦ διδάσκαλε,
Δοκοῦσι νεκραὶ τῶν λόγων αἱ χάριτες.
Δέδοικα μὴ δύσφραστον εἰσοίσω κρότον
Ἀνδρὶ σοφιστῇ, καὶ παθῶν ἐλευθέρῳ.
Πλὴν εἰ παθῶν ἐξ ἀτύφου καρδίας
Καὶ τῶν ἀμαθῶν ταῖς γραφαῖς ἐπεκρότεις,
Ὡς ἂν ἔχει πρόθυμον ἡ φύσις δρόμον.
Νῦν τάφον οἰκῶν, καὶ σιγῆς λίθον στέγων
Καὶ βιβλίων ἔρημον εὑρὼν πυθμένα

g) lib. 2. cap. 8. §. 13. p. 517-522. & in Allatii Græcia Orthodoxa T. I. p. 390-395.

h) Paſſim eo nomine in Pachymerem Allatius invehitur, ut de conſenſu lib. 2. c. 15. §. 15. p. 781. & lib. 2. cap. 2. §. 11. p. 509. *favet utique ſchiſmaticis, cauſam eorum ubique etiam recte ſentientium ſermone labefactatam, quamuis nulla occaſio ſit, nec obſcure tuetur.* Idem tamen *ſincerus accuratiſſimusque rerum ſui Byzantinarum ſcriptor* dicitur à Stephano de Altimura ſive Michaele le Qvien in panoplia contra ſchiſma Græcorum p. 369. Georgii Pachymeris *reſponſionem ad calumnias Georgii Cyprii* allegat Nic. Comnenus p. 257. prænot. myſtagog. Ejuſdem *ſuggeſtionem de officio Diaconi Patriarchalis*, p. 398.

Πῶς ἂν παρ' οὐδὲν τοὺς ἐμοὺς ἄγεις λόγους;
Καὶ ταῦτα μικροῦ συμπλευτῶντας χάριν,
Ἀλλ' ὦ πόλεις πενθεῖτε κοινῇ τοὺς νόμους.
Ὁ γὰρ παρ' ὑμῖν εὐσεβὴς Δημοσθένης
Τῆς Ῥητορικῆς οὐ σκαλεύει τὴν φλόγα,
Μὴ χέρσος ὀφθεὶς τῶν δικαστῶν ὁ θρόνος
Ἔγκεντρον ἐνδίδωσι λημμάτων βάτον.
Ὅμηρε πῶς τοσοῦτον ἠρεμεῖς χρόνον;
Ἰλιάδα γράφειν σε δευτέραν δέον,
Καὶ τὴν παλαιὰν δυσπραγοῦσαν δακρύειν.
Εἰ μὴ γὰρ ἦν ἐκεῖνος ἐν διδασκάλοις
Ὁ νῦν σιωπῶν, καὶ καθεύδων ἐν τάφῳ.
Τίς ἂν τὸ βαθὺ τῆς πλοκῆς λύσας νέφος
Ἀνῆκε λαμπρὰν τῆς γραφῆς τὴν αἰθρίαν;
Νῦν καὶ σὺ νῦν τέθνηκας, ὦ γέρων Πλάτων
Οὐ γὰρ μετεμψύχωσις, οὐδὲ Σωκράτης.
Γλώττης δὲ ταὐτότης σε, καὶ τέχνης κράτος
Ἔμπνουν καθαρῶς ὠργάνουν τῷ κειμένῳ.
Ἀριστότελες ἄρα κομπάζεις ἔτι;
Καὶ μὴν κρυβῆναι δεῖ σε, καὶ σιγὴν ἄγειν;
Κλύσαντα σαυτοῦ δυστυχῶς τὰ βιβλία.
Ὁ γὰρ κατὰ σὲ τεχνικὸς διδάσκαλος
Ἄριστον ἐκτήσατο, καὶ φίλον τέλος
Ἀναλυτικῶς ἐκδοθεὶς τοῖς πατράσιν.
Ῥώμη νέα στέναζε, καὶ θρήνους πλέκε.
Τῶν γὰρ λόγων ὁ κόσμος εἰς γῆν ἐκρύβη.
Πλὴν εἰ πάλιν αἴσθησιν εἰς λόγους ἔχοις
Παχυμέρη πρόελθε, καὶ λογογράφει,
Καὶ τοὺς τὰ μαθήματα σωθέντας νίκα
Καινὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐκδιδάσκων εὑρέσεις.
Ἵνα δὲ τὰ πρέποντα συλλήβδην φράσω
Ὁ σύλλογος πᾶς τῶν σοφῶν κόπτεσθέ μοι.
Ἡ γὰρ κιβωτὸς τῶν καθ' ἡμᾶς βιβλίων
Εἰς τὴν κιβωτὸν τῆς φθορᾶς ἀνετράπη.
Δικαιοφύλαξ, εἰ μέτεστί σοι πάλιν,
Θεσμῶν φυλακὴ, καὶ βραβεύεις ταῖς δίκαις.
Θέσπιζε, δογμάτιζε, τὰς στάσεις λύε,

Τὴν

Τὴν ἀπροσωπόληπτον ἐξάγων κρίσιν.
Ζῆλος γὰρ ὁ πρὶν οὐ συναπέθανέ σοι.
Αρ' οὐχὶ καὶ ζῶν τὴν τελευτὴν ἐσκόπεις,
Καὶ τόνδε καλῶς ἐτραγώδεις τὸν βίον.
Ω κύκνε λευκὲ τῷ πρεπώδει τοῦ χρόνου.
Εκεῖνο τοῦτο. καὶ τοσούτων φεῦ πόνων
Τὸν τοῦ τέλους τρίπηχυν ἀνθείλου τάφον.
Ω γλῶσσα δεινὴ, καὶ γραφῶν θεῖον στόμα,
Καὶ νοῦ καθαρὲ, ποῦ ποτ' ἐκρύβης; λέγε.
Ιδὼν ἔγωγε φησὶ τὸν θνητὸν βίον
Ως ἔστιν οὐδὲν, ἢ σκιᾶς ἴνδαλμά τι
Καὶ φάσμα ῥευστὸν ἐν μετάρσει Εὐρίπου,
Καὶ πομφόλυξ, καὶ τέφρα καὶ καπνοῦ χύσις
Η παικτὸς ἀστράγαλος ἐν μειρακίοις,
Η κύβος ἑστὼς εἰς ἀστατον βάσιν
Παρῆλθον εἰς τὸν δεῦρο τῆς ταφῆς τόπον,
Αναμένων σάλπιγγος ἐσχάτης κτύπον,
Τῷ ἧς ἐπαρθεὶς εἰς συνάντησιν φθάσω
Τοῦ τὴν κτίσιν κρινοῦντος ἐνδίκῳ λόγῳ.
Τὸ γοῦν ἀφιλόκομπον ἐνθάδε γράφων,
Σιγᾷ τὰ σεμνὰ τοῦ γένους ἀθύρματα.
Η γὰρ ταπεινὴ, καὶ πατουμένη κόνις,
Κἂν ἐκριπισθῇ, καὶ πρὸς αἰθέρα δράμῃ,
Αλλ' οὖν πάλιν κάτεισιν οἷάπερ κόνις,
Οταν ὁ κλωστὴρ τῆς ζωῆς περιδράμῃ.
Βίβλοι δὲ πᾶσαι, καὶ λόγοι, καὶ σχήματα,
Καὶ συλλογισμοὶ, καὶ προτάσεις, καὶ στάσεις,
Εἰς οὐδὲν ἐρρέτωσαν, ὡς ὄναρ μόνον.
Η γὰρ τελευτὴ συμπεραίνει τὸν βίον
Εἰς τὴν ἀναπόδεικτον εὐετηρίαν.
Σὺ δ' ἀλλὰ μὴ θαύμαζε τῶν ἄλλων πλέον
Αὐθαίρετον πενίαν, ἦθος μέτριον,
Βίου τε παντὸς ἐμμελῆ μουσουργίαν,
Καὶ τῆς ψυχῆς τὸν φθόγγον εἰ βούλει ξένε
Δι' οὗ τὰ δεινὰ τῶν παθῶν ἦγε θεράση
Λύρας μουσικῆς ἐκμιμούμενος τόνους.
Ως εὖγέ σοι γένοιτο, καὶ τῶν νῦν λόγων,

Τοῦ

Τῷ μυσταγωγῷ τῶν Σοφῶν παιδευμάτων.
Οὐ γὰρ σιωπᾷς, ἀλλὰ κἀνταῦθα πλέον
Τῆς ἀρετῆς τὸ χρῆμα δεικνύεις ὅσον.
Ὥστε σχεδὸν ζῇς, καὶ δοκεῖς τι συγγράφειν,
Οἰκῶν Σοφιστὰ τὴν στοὰν τὴν ἐσχάτην
Καὶ τὴν πολυσπούδαστον ἀποδημίαν
Ἢ τὴν πρὶν Ἀθήνησιν ἀκαδημίαν
Ἔγωγε δὲ μάλιστα νῦν μαθὼν ἔχω
Ὅτι δίκαιος ἂν τελευτῆσαι φθάσῃ
Ἔσται πρὸς ἀνάπαυσιν, ὃ γραφὴ λέγει
Καὶ ζῇ καθαρὸν, καὶ παθῶν ξένον βίον,
Εἰς φῶς μετελθὼν εὐτυχῶς ἐξ ἑσπέρας.

XLVIII. GEORGII PHOBENI Theſſalonicæ Dicæophylacis leguntur pauciſſima περὶ ὑποβόλου, *de Hypobolo*, ſive *Donatione propter nuptias*. P. τὸ ὑπόβολον, ὃ καὶ προγαμιαῖα καλεῖται δωρεὰ, ἰδίας συμφωνία ἐστὶν, ὥσπερ καρπὸς τῆς προικὸς συμφωνούμενος ἀπαιτεῖσθαι. διὸ καὶ ὑπόβολον. λέγεται. ἔχει δὲ οὕτω τὸ προοίμιον. In Biblioth. Regis Gallorum MS. Cod. 1860. & Vaticana Cod. 852. Nec non alius ejusdem tractatulus περὶ κάστου. *De Caſſo*. P. ἡ τοῦ κάστου σημασία Ῥωμαϊκὴ ἀποτυχίαν δηλοῖ.

XLIX. GEORGIUS PELAGONIUS Gregorii Palamæ rabiem circa eadem tempora i) ſcripto edito compreſſit, quod in Bibliotheca Ambroſiana Mediolani legitur. Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Γεωργίου τοῦ Πελαγονίου κατὰ τοῦ Παλαμᾶ. *Sapientiſſimi, & eruditiſſimi Georgii Pelagonii contra Palamam.* P. εἰ πᾶν μέτρον ἄριστον, ὡς αἱ τῶν σοφῶν φασι γνῶμαι.

L. De GEORGII TRAPEZUNTII patria, vita, & ſtudiis habe tibi hæc ex elogiis Pauli Jovii: Paternam originem a Pontica celebri Urbe traxit: licet in Creta natus k) eſſet, Trapezuntii ſibi nomen, quia ad Trapezuntem Cappadociæ Urbem genus paternum referebat, adſciuit, Gyraldus l) putat, veritus veteris Poetæ Epimenidis m) verſicu-



i) Circa A. 1354.
k) A. 1396.
l) Lilius Gyraldus de poëtis ſui temporis lib. 2. p. 63.
m) Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, quod ex Epimenide repetit Callimachus hymno in Jovem v. 8. Ob eandem cauſam Andreas Eudæmon Ioannes Cretenſis dici noluit ſed Cydonius: non quod Cydonii non ſint Cretenſes verum ne probro pateret quod ei objicit Caſaubonus Exerc. 1. ad Baron. c. IV.

Digitized by Google

ſiculum, quem & æmulatus eſt alter Poeta Callimachus. Cum feliciore ſtylo Græca in Latinum verterentur, Romæ fere primus Græcorum habitus eſt. Plura enim ex Græcis Latina fecit, nec infeliciter. Ingenio fuit acri, vivido, licet in alios iniquiore. Et præter unum Ariſtotelem, quem ipſe veluti numen venerabatur, cæteros omnes, ſed Platonem præcipue acri, ac maledico dente dilaceravit. Hinc multorum odia, ſed Beſſarionis potiſſimum n) calamum in ſe concitavit, & cum eorum impetum ipſe ſuſtinere non poſſet, præſidiis illi undique ad vitam ſuſtentandam a potentioribus hoſtibus intercluſis, miſere vitam agere coactus eſt. Et ſane tantarum ſimultatum turbine oppreſſus pene occubuiſſet, ni Rex Alfonſus, quod Andreas illius filius in Præfatione Ptolemaica ad Sixtum Pontificem refert, Neapolim advocaſſet, & in annos ſingulos deſponſa pecunia non mediocri, comiter, benigneque ſuſcepiſſiet. In exacta ſenectute repueraſcens, & memoria tantarum rerum deperdita, ut de eo quoque refert Raphael Vollateranus lib. 21. qui ante memoriam amiſſam jam ſenem puer audiverat docentem, in urbe ſolus detrito in pallio, pileatus, & nodoſo ſcipione jam jam ruituri corporis membra ſuſtinens aberrabat; juxta Minervæ habitaſſe ferunt, in qua & mortuus ſepelitur: & ne tanti viri nomen una cum ipſo tempore elaberetur, marmorea inſcriptione figitur. Sed heu rerum fata, lapis ille omnium oculis dum e Sceuo-
375 phylaceio Eccleſiam ingrediuntur, proſtat. Inſcriptio attritu pedum obambulantium hominum abraſa, tempore, & eo non ita longo aufugit, adeo ut præter unius Trapezuntii nominis veſtigia, cæca inſcriptio ſenſim evaneſcens, avolarit. Extrema ſenectute doctrinam ſuam univerſam oblivioni tradidiſſe, & anno 1486. deceſſiſſe Genebrardus in Sixto IV. & Gualterus ad ſeculum XV. narrant. o) Jacobus Gordonius in

n) Cardinalis Beſſarionis, Vallâ judice, *Latinorum Græciſſimi & Græcorum Latiniſſimi* in calumniatorem Platonis libri quatuor lucem viderunt Venetiis apud Aldum 1516. fol. una cum ejus correctione librorum Platonis de Legibus à Trapezuntio verſarum, & libro de natura & arte adverſus eundem Trapezuntium & Plethonem pro Theodoro Gaza. In hujus libri capite tertio ait Beſarion odium ab eo tempore conceptum in ſe fuiſſe à Trapezuntio, quo Theodorum Gazam in doctrina præponendum ei cenſuiſſet.

o) Præter hos de Trapezuntio conſulendus Fernandus Alſonſus Herrera in ejus vita præmiſſa quinque libris Rhetoricorum Trapezuntii, editis Compluti A. 1511. fol. Jo. Jacobus Boiſſardus in imaginibus parte 1. p. 133. Petrus Lambecius lib. VI. de Bibl. Vindob. p. 278. Antonius Varillaſius libro quarto anecdoton Florentinorum Gallice edito.

in opere Chronologico Anno 1454. fuiſſe Romæ Gymnaſio præfectum, docuiſſe Rhetoricam, & morbi gravitate oblitum proprii nominis. p) Rhodiginus Lect. Antiq. lib. 21. cap. ultimo, ob libros in Platonem compoſitos, & convitia in eum jacta, *Canotimonem*, atque *Erynnim* nuncupatum, & inſigniter a Beſſarione fuiſſe proſciſum.

1. Scripſit pleraque utraque lingva partim de ſuo, partim ex una in aliam lingvam transferens, quorum potiſſimam partem, ut etiam in aliis fecimus enumerabimus. Tranſtulit itaque e Græcis in Latinum ſermonem, *Cyrilli Commentarios in Evangelium Ioannis.* q)

2. Item, *Cyrilli Theſaurum, ſive de Trinitate libros* 14. ſæpius cum Cyrilli operibus impreſſos, & ſeparatim Pariſiis 1514. in fol. r) Cyrilli Theſaurus denuo a Bonaventura Vulcanio partim de integro verſus, partim caſtigatus, & ordini quo a Cyrillo conſcriptus fuerat reſtitutus. Nam in prioribus editionibus ordo omnis a Trapezuntio immutatus erat, multa de ſuo adjuncta, neque pauca perperam verſa erant, ut in Præfatione & Annotationibus Vulcanius probare conatur. Opus hoc *Theſaurus* nuncupatum in plerisque Codicibus manuſcriptis Athanaſio Alexandrino tribuitur, ſub cujus nomine in Latinum interpretatio Joannis Baptiſtæ Chamotii, nondum edita, quod ſciam, eſt penes me.

3. Plures *homilias Chryſoſtomi in Matthæum*, s) inter opera Chryſoſtomi.

4. *Gregorii Nyſſeni de vita Moyſis, ſive vita perfecta* Librum, t) cum operibus Nyſſeni Baſileæ 1562. & ſeparatim Viennæ 1527. & alibi ſæpius.

5. *Baſilij Magni libros* u) *contra Eunomium* editi cum operibus Baſilii Antver-



rum lib. IV. p. 175. Chriſtianus Fridericus Boernerus in diſſ. ſecunda de exulibus Græciæ iisdemque literarum in Italia inſtauratoribus. Lipſiæ 1705. Præ cæteris vero adire juvabit eruditos auctores Diarii Veneti, *Giornale de' letterati d' Italia* T. XVI. p. 414-446. qui de Trapezuntio & ejus ſcriptis accurate diſſeruit.

p) Idem accidiſſe ferunt Philippo Decio ac Theodoro Bezæ, atque veteri memoria Orbilio Grammatico, Meſſalæ Oratori, Hermogeni Sophiſtæ, ne alios jam referam a Carolo Friderico Pezoldo memoratos in diſſ. de oblivione memorabili. Lipſ. 1703.

q) Prodiit Pariſ. 1520. fol. Vide quæ notavi Volum. VIII. p. 561.

r) Vide ibid. p. 563.

s) De his dictum Volum. VII. p. 645.

t) Volum. VIII. p. 146. ſeq.

u) libros quinque, de quibus & de Trapezuntii verſione vide Volum. VIII. p. 79.

Antverpiæ in fol. apud Philippum Nutium 1570. Horum liber tertius habetur Tom. 2. Conciliorum editorum Coloniæ 1538. in fol. x)

6. *Euſebij de præparatione Evangelica libros* 14. Verſionem conſecravit Nicolao V. edita eſt ſæpius cum Euſebio. Ea tamen interpretatio non multi fit a viris doctis, imo a plerisque nec immerito vituperatur. y) Ex Euſebii namque textu multa Trapezuntius detrahit, adeo ut ſæpe integra capita omittat, & quod nec ipſe Trapezuntius excuſabit, totum ultimum librum. Quid quod etiam ſæpe numero ordinem confundit, & ut plurimum perperam vertit, adeo ut, quemadmodum ille dicebat, *Euſebius jam ſi rediret, illius traductionem ex ſcriptis ſuis factam eſſe, aut vix tandem, aut omnino non agnoſceret.* Et Lilius Gyraldus de hiſtoria Poetarum Dial. 9. *Trapezuntius non Euſebium Latine vertit, ſed particulas hinc inde decerpſit.* Et Dialogo 1. De Poetis ſui temporis, *Euſebium licet ad Græci exemplaris fidem non totum expreſſerit, ut ex Græco Codice facile videre poteſtis, carminibus recte valuit.* Et hanc inter alias cauſam fuiſſe ſcribit Petrus Halloix Not. ad cap. 8. Vitæ S. Polycarpi non minimam, ob quam Franſciſcus Vigerus aliam aggreſſus fuerit interpretationem, & magno confectam judicio in lucem nuper z) emiſerit. Sententia de ea verſione, Vigeri fuit: *Extitit ante hos centum annos Trapezuntius homo, & natione Græcus, & Latinis inſuper literis non mediocriter informatus: qui ſi horum ad librorum interpretationem quantum eruditionis, ac ſolertiæ afferebat, tantum a curis gravioribus temporis, & otii conferre potuiſſet; nobis utique legendi voluptatem, non alterius operæ neceſſitatem reliquiſſet. At dum, quod ipſemet vel excipit, vel excuſat, cum eorum a quibus urgebatur, deſiderio, a) vertendi celeritatem æquare geſtiret, Euſebium*

x) pag. DCCCX. b.

y) Præter ea quæ notare de Euſebio Trapezuntii me memini Volum. VI. p. 36. addes Huetium de claris interpretibus p. 292. & Geſneri Bibliothecam p. 232. ubi & ipſe Euſebii præparationem Græce ſe editurum promiſit; (non Latinam novam ejus verſionem ut leges in Diario Veneto T. XVI. p. 423) Trapezuntii verſio primum vidit lucem Venetiis apud Nic. Jenſon, 1470. fol. & recuſa ibid. 1472. fol. per Leonhardum Aurel. & 1497. & Pariſ. 1534. &c.

z) Pariſ. 1628. fol.

a) Trapezuntius in Epiſtola ad Nicolaum V. profitetur ſe non abſque illius juſſu quædam omiſiſſe, quæ nempe hæreſim olerent. *Quare ſentibus* inquit, *tuo juſſu amputatis, roſas ſolummodo Latinis hominibus hac traductione obtulimus.* Sed qui Græca cum ejus verſione contulerit, videbit cum Zizaniis ſæpius etiam bonum ſemen ab hoc interprete rejectum fuiſſe. Virum doctiſſ. Lud. Elliesium du Pin fefellit memoria quando libros Euſebii de Demonſtratione Evangelica à Trapezuntio Latine verſos ſcripſit.

Digitized by Google

*bium Euſebio ſuffuratus eſt; itaque ſuo ex ſenſu, vultum ei, ſpeciemque finxit,
ut ab eo Trapezuntium verius, quam Euſebium haberemus. Ita Capitum ordi-
nem, numerumque mutat, ita ſententias, periodos, paginas nonnumquam
integras modo interpolat, modo quod longe gravius eſt, expungit, ac reſecat.* 376
*Librum certe decimum quintum ne attigit quidem. Id quod viris etiam doctiſſi-
mis fraudi fuit, qui cum Euſebii Græca non legiſſent, poſtremum hunc librum pe-
riiſſe crediderunt. Oſtenderat Grynæus quidam homo, ut ajunt, hæreticus velle
ſe tam inveterato morbo medicinæ aliquid facere: ſed oſtendit re ipſa tantum,
quippe qui labes, hiatusque nonnullos partim dumtaxat ac ſæpe novis erroribus
impleverit.*

7. De verſione *Hiſtoriæ ſanctorum Barlaam, & Joſaphat*, quæ Georgio Trapezuntio tribuitur, editaque eſt poſt opera Joannis Damaſceni, Baſileæ anno 1548. fol. ex officina Henrici Petri, Hæc Billius: *De Trapezuntii verſione nihil aliud dicam, niſi eam mihi quidem antea ſemper valde rudem, & impolitam viſam fuiſſe. Poſt autem ubi per Joannem a S. Andrea virum, ut optimum, & doctiſſimum, ita etiam optimorum, & doctiſſimorum librorum copia inſtructiſſimum, exemplaris Græci copia facta eſt, innumeris etiam locis vitioſam; quod quidem lubentius certe nimiæ feſtinationi, quam Græci ſermonis ignorationi tribuendum putarem, niſi nimis multa loca eſſent, in quibus vix feſtinationis excuſatione, inſcitiæ notam interpres deprecari queat. Quæ res ſuſpicionem mihi nonnullam injiceret Trapezuntium fortaſſe verſionis hujuſce parentem non eſſe, niſi in quibusdam etiam aliis eum Græca perſæpe non ſatis aſſecutum eſſe comperiſſem. Utcumque res ſe habeat, novam traductionem habes, ſi nihil aliud, præcedenti profecto, niſi fallor, paulo clariorem, & illuſtriorem.* Sed eam Trapezuntii non eſſe apertiſſime oſtendit Heribertus Roſveidus de vitis Patrum lib. I. in Notis. *Extat & alia antiqua verſio, quam volunt eſſe procuratam a Georgio Trapezuntio, cujus nomine editur in editione Damaſceni anno* CIↃ IↃ XLVIII. *Baſileæ ex Officina Henrici Petri. Mihi videtur vetus tranſlatio, multo antiquior Trapezuntio. Nam invenitur ea in manuſcriptis membranaceis, & jam ante annos* CCC. *ea tranſlatione uſus eſt Vincentius in ſpeculo Hiſtoriali ſupra citato.* b) *Trapezuntius vero Patrum memoria vixit nondum* CL. *annis elapſis.*



b) lib. XV. cap. 64. Etiam Petrus de Natalibus lib. X. c. 114. & Jacobus de Viragine Hiſtoriæ Lombardicæ c. 175. Confer quæ notavi Volum. VIII. p. 817. & Diarium Venetum T. XVI. p. 432.

8. *Rhetoricorum Ariſtotelis libros.* c) Habentur cum cæteris Ariſtotelis operibus impreſſis Baſileæ 1538. Venetiis 1560. & alibi.

9. *Almageſti Ptolemai libros XIII.* d) Opus poſthumum Baſileæ apud Henricum Petri in folio. Et hæc quidem edita ſunt. Quæ ſubduntur ex Nota manuſcripta inedita, quod ipſe ſciam, in latebris abduntur.

10. Interpretatio *Ariſtotelis de Anima.* e) *Phyſicorum. De Generatione, & Corruptione. De Animalibus. Problematum.*

11. Gregorii Nyſſeni, *de perfecto homine*, niſi eadem ſit cum illa, f) *de vita Moyſis, ſive vita perfecta. Baſilij*, (Puto legendum Gregorii) *De laudibus Baſilii Magni.*

12. Et juſſu Nicolai V. Platonis libros *de Legibus.* Hanc Trapezuntii interpretationem g) Beſſario Cardinalis lib. 5. adverſus Calumniatorem Platonis examinavit, & errores uti potuit, detexit. *Exponam autem*, dicit, *non omnes ejus errores, longum enim admodum eſſet, cum nullus ſit locus, qui vacet errore, ſed carptim ea dumtaxat colligam, quæ vel qvilibet interpres intelligere facile potuiſſet, & ſine tanta labe conſcribere. Ex his percipi facillime poterit, quam in graviori, vel ſententiæ, vel elocutionis genere deficere hujus interpretis ingenium oportuerit: quandoquidem in locis adeo facili-*

c) Vide Volum. III. hujus Bibl. p. 120. 171.

d) Trapezuntii verſio Almageſti primum prodiit Venetiis A. 1515. fol. edente Petro Lichtenſtein Colonienſi; deinde A. 1528. fol. ex Lucæ Antonii Iuntæ officina per Lucam Gauricum Neapolitanum. Hinc Baſileæ 1541. fol. cura Hieronymi Gemuſæi una cum aliis Ptolemæi ſcriptis ex aliorum verſione, & A. 1551. fol. recenſente Tubingenſium Mathematico Osvaldo Schreckenfuſio. Perotti ſiniſtrum de Trapezuntii labore judicium Allatius dabit infra p. 378.

e) Hæ verſiones librorum *Ariſtotelis* qvas Trapezuntius compoſuit, & Allatius memorat, ad huc quod ſciam ſunt ineditæ. Politiano qui verſionem Trapezuntinam librorum de animalibus præfert interpretationi Theodori Gazæ & hunc licet diſſimulet illius paſſim legere veſtigia affirmat c. 90. Miſc. indignatur Ianus Parrhaſius quæſitis per Epiſtolas, Epiſtola LX.

f) Eadem utique videtur.

g) Hæc quoque verſio *Platonis librorum de Legibus* nec dum quod ſciam eſt edita, etſi eam jam A. 1452. legit Hermolaus Barbarus, ut conſtat ex ejus Epiſtola ad Trapezuntium qua illam interpretationem valde celebrat. Trapezuntius illam juſſu Nicolai V. ſuſceptam dedicavit ſereniſſimæ Reip. Venetæ. Vide Diarium Venetum T. XVI. p. 415. & 429. & T. XVII. p. 275. Verſionibus hiſce Trapezuntii ab Allatio memoratis adjungenda *interpretatio Centiloquii* ſive *Aphoriſmorum* Aſtrologicorum *Claudii Ptolemæi*, dicata Alphonſo Regi Neapolitano & cum commentariis Trapezuntii edita Venet. 1524. 4. Colon. 1544. 8. Baſil. 1550. &c.

Digitized by Google

*facilibus labitur, errat, jacet, & turpiter ab eo, quem interpretatur, Authore re.edit.* Et in fine libri: *Si quis ſuppetente otio conferre bujus interpretationem cum Platonis ſcriptis voluerit, tot certe errores, quot verba notabit.*

13. Scripſit vero de ſuo Latine, *de octo partibus orationis Compendium.* h) Auguſtæ in 8o. 1537.

14. *Rhetoricorum libros* V. i) Baſileæ 1522. in 4o. & Pariſiis 1538. in 8o. De illis Typographus: *In emendatione bujus operis, & Græcis præcipue reſtituendis non parum nos adiuverunt Hermogenis Rhetorica Græca: e quibus quantum ad ſtatus inventionis præcepta, & formas elocutionis attinet, bonam partem in ſuos libros Trapezuntius tranſtulit, ubi interim quædam ſunt, ſic Latine reddita, ut propter vocabulorum novitatem vix intelligas, niſi prius Græca legeris. Proinde Græca nonnumquam in marginem adſcripſimus.* Fer-
nandus Alfonſus Herrera edidit in eosdem Rhetoricorum libros Scholia 377
ex Hermogenis Tarſenſis methodo, Compluti anno 1511. cum ejusdem Trapezuntii vita in folio. Ut adnotatur in Bibliotheca Hiſpanica pag. 570.

15. *Commentaria in pleraſque Ciceronis orationes*, & præcipue *Philippicas* k) Pariſiis apud Aſcenſium, & Baſileæ cum aliis in Ciceronem Commentariis apud Robertum Winter, & apud Oporinum 1553.

16. *Dialecticam* brevem quidem, ſed abſolutam, Coloniæ apud Gymnicum 1530. quæ poſtea ab erroribus repurgata, & Scholiis Joannis Noviomagi, l) & Bartolomæi Latomi illuſtrata, edita eſt ibidem 1544. in 8o. & mox Argentorati 1519. in 4o.

17. *In Claudii Ptolemæi centum ſententias Commentarium.*

18. *De Antiſciis, in quorum rationem fata ſua reiicit.*

19. *Cur Aſtrologorum judicia plerumque falluntur.* Omnia ſimul Coloniæ 1544. cum Joannis Pontani Dialogo, *Quatenus credendum ſit Aſtrologis*, in 8o. Poſteriores duo cum Omar *de Nativitatibus*, anno 1525. in 8o.

h) Videndum diverſane ſit *Priſciani Epitome* quam a Trapezuntio ſcriptam memorat Labbeus p. 45. Bibl. novæ MSS.

i) Editionibus Rhetoricorum Trapezuntii nominatis ab Allatio adde primam Venetam 1473. fol Baſileenſes 1520. 4 & 1538. Pariſienſem apud Chriſtianum Wechelum 1532. 8. Lugdunenſem Seb. Gryphii 1547. 8. & Venetam 1560. 4.

k) Commentaria Trapezuntii in XIII. Philippicas, & in Orationem pro Q. Ligario, exſtant etiam aliorum commentariis in Ciceronis Orationes adjuncta in collectione quæ prodiit Lugd. 1554. fol. Pariſ. 1561. &c.

l) Cum Noviomagi ſcholiis prodierat Pariſ. 1537.

8°. Ex hoc labore iniquiorum invidia Trapezuntium conſecuta eſt. Virum enim literis etiam datis inſectati ſunt, ut ex ejus epiſtola, quisquis ille fuerit, nam nec de nomine quidem illum compellare voluit, adhuc inedita conſpicere poſſumus. Ἀνώνυμος Γεωργίῳ τῷ Τραπεζουντίῳ. ἀνέγνων τοὺς συντεθέντας σοι εἰς Πτολεμαῖον, καὶ τὸ ἐκείνου βιβλίον καρπὸν εὐλόγως ὀνομαζόμενον ὑπομνηματισμούς. καὶ ἐθαύμασά σου οὐχ ὅπως τὴν τόλμαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀμαθίαν· τί γάρ σοι μαθημάτων, καὶ σοφίας μέτεστιν, ἢ πότε σὺ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθῶς διήκουσας, ἢ προσεξεῦρες αὐτὸς, ὥστε σε εἰκότως θαρρεῖν, δεῖν ἅπτεσθαι τῶν τοιούτων, τέρας τῷ ὄντι ἡγοῦμαι. ὅτι σοι μηδὲ εἰ διό τι τὸ συνειδὸς ὑποβάλλει πάντα ἐπίστασθαι, πρότερον μὲν γὰρ οὐκ ᾤμην τοιαῦτα τὸν τῦφον τε, καὶ τὴν οἴησιν ἀλαζονεύεσθαι δύνασθαι. τὸ γὰρ σκευάζεσθαι ῥήμασι καθ' Ἡρακλῆν, τοὺς μηδὲ κατὰ Θερσίτην ἀγωνίζεσθαι δυναμένους, πολλοὺς ὁρῶ μὲν καθ' ἡμέραν, γράφειν δὲ τὰ περὶ ὧν ἧττον αἰσθάνεταί τις, ἢ λύρας ὄνος. οὐδένα οὖν τὸ διώκειν, τὸ δοκεῖν μὴ ὄντα κωλύει γράφειν. ἵνα μή τις ἐν οἷς ἐπιδείκνυται ἑαυτὸν ἐν τούτοις ἐκπίπτων συρίττηται. ἐξέσται γὰρ ὁσημέραι, καὶ τοῖς μετέπειτα δοκιμάζειν τὰ μηδενὸς ἄξια. ὅτι δέ σοι τὸ βιβλίον καὶ ἀμαθίας ἐστὶ μεστὸν, καὶ ἀμβλύν σε εἶναι κηρύττει, πᾶσιν ἔσται δῆλον ταχύ. Εἰ μή τις αὐτὸ κατακαύσει. διὸ ταῦτα ἐμοὶ χρησάμενος συμβούλῳ σὺ πρῶτος ἂν ὡς τῷ Ἡφαίστῳ παρακατάθου. ἐνδοξότερόν γάρ σοι τὸ σιγᾶσθαί σου τὴν σοφίαν, ἢ τὸ κηρύττεσθαι τὴν ἀμαθίαν. *Incertus Georgio Trapezuntio. Tua in Ptolemaum, & ejus librum, fructum non abſque ratione nuncupatum, Commentaria perlegi: & non audaciam tantum, ſed inſcitiam quoque admiratus ſum. Quid enim tibi, aut diſciplinarum, aut ſapientia ineſt, vel quando tu ex illis recte aliquid audiſti, vel ipſe adinueniſti, ut jure tantum audeas, manumque illis admoueas? Monſtrum ſane exiſtimo, cum tamen ipſe nihil ſcias, opinione, omnium ſcientiam tibi arrogare. Et prius quidem haud opinabar ſuperbiam, atque exiſtimationem ſimilia divendere, iactareque poſſe. Et plane multos verbis inſtrui, atque Herculem, qui nec in certamen, quemadmodum Therſites deſcendere poſſunt, quotidie conſpicimus, at ea, qua aque atque Aſini lyram perſentiſcit, ſcribere nullum. Nullus enim ea, qua non ſunt ſcribere impeditur, ne in quibus ſemetipſum oſtentat quis, ad ea non collimans exſibiletur. Licebit namque quotidie & his, qui futuri ſunt, res nullius dignationis experiri. Porro librum inſcitia plenum, te quoque obtuſum eſſe indicare non multo poſt omnibus innoteſcet, ni quis illum prius comburet. Propterea meo conſilio utens tu primus illum Vulcano committe. Glorioſius quippe tibi accidet, ſi ſapientia tua taceatur, quam ſi ignauia, inſcitiaque depradicetur.* Ad hæc Trapezuntius pulcre, acriterque reſcripſit.

reſcripſit. Γεώργιος τῷ ἀνωνύμῳ. ἀνέγνων σου τὴν φθόνου πλήθουσαν ἐπιστολὴν, καὶ ἐλέησά σε τοῦ πάθους. ἀμαθεῖς γὰρ καὶ τολμητὰς ἡμᾶς ἀποφαίνῃ, ὅτι τὰ Πτολεμαίου συμπεπλυγμένως εἰρημένα κατὰ σπουδῆς καὶ γυμνασίας, προσθήσω δὲ καὶ τῆς πολλῶν ὠφελείας χάριν ἀνεπλυξάμεθα. Εἰ δ᾽ οὐδενὸς ἐν τοῖς τοιούτοις ποτὲ διηκούσαμεν, οὔτε προσεξεύρομεν αὐτοὶ, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ νῦν πολλοὺς ἡμῶν καὶ σοφοὺς ἀκούειν, καὶ τὰ γεγραμμένα ἡμῖν διέρχεσθαι, καὶ τόσα ἡμῖν προσεξευρῆσθαι, ὅσα ἐν τῷ βιβλίῳ γε- 378
γράφαται, πρὸς ἃ σύ μοι δοκεῖς, ὡς ὄνος ἔχειν πρὸς λύραν. πῶς γάρ; ὅς γε τῷ Ηφαίστῳ συμπιστεύειν συμβουλεύεις, ἃ πολλοὶ πολλῷ σου σοφώτεροι θαυμάζουσί τε, καὶ ἐκθειάζουσιν. ἀλλὰ καὶ συρίττεσθαι ἡμᾶς τῷ ἐκπίπτειν τῆς ἀληθείας φαντάζῃ, καὶ ἀμβλεῖς ὑβρίζων ἀποκαλεῖς. ἅπερ εἰ ἀληθῆ ἐνόμιζες, οὐκ ἂν ἔγραψας. ἐθεράπευε γὰρ ἄν σου τὸν φθόνον ἡ νομιζομένη περὶ τούτων ἀλήθεια. νῦν δὲ ἀποπνιγόμενος τῷ πάθει, καὶ οὐχ οἷός τε ὢν, τῶν ὑπὲρ τῶν συγγραφέντων ἡμῖν ᾀδόμενα φέρειν, ὄνου δίκην λακτίζεις, καὶ ἀπορρήγνυσαι. ἀλλ᾽ εἰ θελήσειας συμβούλοις ἡμῖν χρήσασθαι, τῷ φθόνῳ πολλὰ χαίρειν εἰπὼν, καὶ τὸ κακῶς λέγειν ἀφεὶς, εὖ πράξεις. καὶ ἔσῃ ἐνδοξότερος διὰ τὸ σιγᾷν, ἢ σοφώτερος διὰ τὸ ληρεῖν, καὶ τὴν λύσσαν, ἢ πρὸς πάντας ὡσεὶ μαινόμενος φέρῃ. *Georgius Incerto. Literas tuas invidentia plenas percurri, & conditionem tuam miſeratus ſum: ignavos quippe nos, & audaces judicas, quod perplexa Ptolemæi dicta ſtudio, exercitatione, multorumque commodo, quid enim vetat hoc addere? expoſuimus. Quod ſi in ſimilibus vel præceptorem non habuimus, neque nos invenimus ipſi, ſatis tamen id erit, multos, eosque ſapientes audire nos, & ſcripta noſtra percurrere, eaque a nobis adinuenta fuiſſe, quæ in libro tradidimus. Ad ea tu, æque atque Aſinus ad Lyram te habes. Quidni? cum ea Vulcano committere conſulis quæ multo longe te ſapientiores admirantur, & quaſi oracula venerantur: quin & exſibilari nos, quod a veritate aberremus, imaginaris: nec ſine ludibrio ſegnes nos compellas; quæ ſi vera exiſtimaſſes numquam dediſſes literas; ſed tuam invidiam de illis exiſtimata veritas mederetur. Nunc vero affectu enectus, nec ferre valens, quæ pro ſcriptionibus noſtris decantantur, atque circumferuntur, inſtar aſini calcitras, & diſrumperis. Verumtamen ſi nobis conſiliariis uti volueris, invidiæ valedicens, & maledicentiam ablegans, bene valebis, erisque taciturnitate glorioſior, quam garrulitate, ac rabie, qua in omnes veluti inſanus inveberis, ſapientior.* De verſione Ptolemæi, & Commentariis in eundem Trapezuntii ſcriptionum non æquus æſtimator Nicolaus Perottus m) Archiepiſcopus Sipontinus hæc habet:



m) Beſſarionis, patroni ſui odio in Trapezuntium obſequens.

*In Commentariis, quos in magnam Compoſitionem Ptolemæi furto a Theone ſubtractos edidit, tum etiam in margine Problematum Ariſtotelis, quæ a Græca lingva in Latinam peruertit.* Et, *mentitur ſe Ptolemæum quem jam diu non Latinum ſed barbarum, & multis in locis mendacem ſe erat, nondum edidiſſe, ideoque tam egregium opus ad eum miſſurum, & nomini ejus ſe dedicaturum pollicetur una cum Commentariis, quibus ſeſe id opus expoſuiſſe gloriatur, in quibus nihil eſt alicujus dumtaxat momenti, quod non ſit a Theone Ptolemæi expoſitore ſubſtractum. Sed verba ineptiſſima ponemus; Ptolemæus jampridem in Latinam a nobis traductus lingvam eſt, ſed non adhuc editus. Et quoniam ad hunc usque diem non intellectum Almageſtum comperimus, Commentariis ipſum noſtris expoſuimus.*

20. *Comparationem Platonis, & Ariſtotelis*, qua Ariſtotelem n) Platone longo intervallo ſuperiorem eſſe contendit, Venetiis 1523. in 8vo. Sed cum in Platonem convitiis, ac maledicentia libri eſſent referti, ubi eos Beſſarion perlegit, hominis temeritate permotus, & hominis mentem execratus, tacito Trapezuntii nomine in Calumniatorem Platonis libris IV. reſpondit, o) quibus primum ſapientiam Platonis, atque doctrinam, mox ſcriptorum ejus cum noſtris * ſimilitudinem, tum probitatem morum, vitamque integerrimam exponit: &, ut inſcitiam hominis magis, ac magis propalaret, quintum addidit, in quo Trapezuntii in Interpretatione Legum Platonis ſemel, atque iterum ab eodem edita, errores, ac lapſus collegit, refutavit, & emendavit, adeo ut plane oſtenderit, non potuiſſe eum de tali Philoſopho judicium ferre, quem minime intellexit: & ut accuratior, atque abſolutior tractatio haberi poſſet, Diſputationem ſuam, *De natura, & arte* multis antea annis ſcriptam in eundem Trapezuntium, cum ad utrumque Philoſophum quæſtio illa pertineret, adjunxit.

21. Anno 1465. e Creta Conſtantinopolim navigans *Andreæ Chij Martyrium*, quod eodem ferme anno p) in proteſtationem fidei Chriſtianæ ille ſubierat, a Byzantinis narrantibus audit, idque poſtea Ro-

mæ

n) Dicitur Trapezuntius Ariſtotelem Platoni prætuliſſe in gratiam Pauli II. Platonicos Academiæ Romanæ ægre ferentis. Vide Diarium Venetum T. XVI. p. 442. & 420. ſeq.

o) Prodiit opus Beſſarionis Venet. 1516. fol. ut jam notavi ſupra p. 722. De ejusdem Cardinalis Epiſtola Græce ſcripta ad Theodorum Gazam de Trapezuntii libro pro Ariſtotele contra Platonem, meminit Lambecius lib. VIII. p. 163. ſeq. * Sacris.

p) 29. Maj. A. 1465.

mæ poſt duos annos promiſſionis debitum perſoluens Latine conſcripſit. Habes apud Surium Tom. 3. 29. Maji. q) De fide hujus Hiſtoriæ 379
hæc habet Petrus Caniſius de B. Virgine lib. 5. cap. 19. *Et ſi vero Auctor vetus non eſt Trapezuntius, ut qui ſub Federico III. Cæſare ſcriptor celebris vixerit, tamen de fide præſentis hiſtoriæ ab illo deſcriptæ, nullus eſt ambigendi locus, cum Græcus ipſe in Creta natus de Græco martyre non alia teſtetur, quam quæ in medio Græciæ, & in Regia urbe per magiſtratum publice geſta, nec minus Latinis, quam Mahumetanis nota, ac eo tempore plurimis viſa, audita, comperta fuerunt. Ut autem ſine fuco ſimpliciter veritas narretur, viſum eſt Trapezuntii verba, quæ mihi primum amicus in Italia legenda obtulit, & deinde Colonienſes probatis ſanctorum hiſtoriis inſeruerunt, hoc loco repetere omnibus inſignem hiſtoriam judicandam exhibere.*

22. Item expoſitionem illius loci Evangelii Joannis; *ſic eum volo manere, donec veniam* cap. 21. ad Sixtum IV. Pontificem, r) qua conatur aſſerere Joannem Evangeliſtam nondum eſſe mortuum. Legitur inter Orthodoxographa Baſileæ impreſſa, & Tom. 6. Bibliothecæ Patrum Pariſiis 1576. & alibi. In eam ſententiam peculiari opuſculo Beſſarion Cardinalis invectus eſt. *At bonus Vir*, addit Poſſevinus, *aliud diceret, ſi modo eſſet ſuperſtes.* Nos item ſyntagmate noſtro, * *De fine, & vita exitu Joannis Evangeliſtæ*, utramque ſententiam examinamus, & quænam earum verior ſit, inquirimus.

23. Quæ ſequuntur an edita ſint, quærent alii. *Oratio in funere* s) *Michaelis Veneti ad Turcarum Imperatorem.*

24. *Iſagoge, & Commentaria* t) *in magnam compoſitionem Ptolemai.*

25. *Orationes.*

26. *Epiſtolæ.*

27. *Exhortatio de recuperanda terra ſancta.*

28. *Contra Theodorum Gazam.*

29. *Ad Leonellum Eſtenſem*, u) *& reſponſio in invectivam Guarini.*

 30. *Dia-*

q) Exſtat etiam in Actis Sanctor. T. VII. Maji p. 185.

r) Prodiit & ſeparatim Baſileæ A. 1543. 8. apud Robertum Winter. Et in Orthodoxagraphorum utraque editione habetur hoc opuſculum A. 1555. & 1569.

* Hoc ſyntagma Allatii non vidit lucem.

s) *Fantini Michaëlis*, Patricii Veneti. Vide Diarium Venetum T. XVI. p. 444.

t) Hæc ſunt quæ ex Theone ſublecta Perottus ſupra p 726. arguebat.

u) Hæc ad Leonellum Epiſtola cum reſponſione ad Gvarinum MSta exſtat Venetiis apud virum eruditiſſimum Apoſtolum Zenum. vide Diarium Venetum T. XVI p. 419. ſeq. ubi etiam de Gvarini invectiva in Trapezuntium, quam ſcripſit ſub nomine Andreæ Agaſonis.

37. Ad Eſaiam Monachum, *Utrum natura conſilio agat*, εἰ φύσις βουλεύεται epiſtola. Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana. Eam 380
Latine interpretatus eſt Beſſario Cardinalis lib. 4. adverſus Calumniatorem Platonis, contra quam & ſcripſit. P. ἠτήσω ὦ φίλε Ησαΐα γράψαι σοι ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων. Sed cum nomen Auctoris in nonnullis Codicibus confundatur, multi namque libelli illius, *Naturam alicujus gratia omnia agere*, parentem Theodorum Gazam, multi Beſſarionem faciunt, unde error irrepſerit, ex eodem Beſſarione lib. 6. cap. 3. addiſcamus. Cum enim Beſſario in hoc argumentum breviter quædam ad Theodorum perſcripſiſſet, Georgius Trapezuntius illis perlectis, ut odium, quod in Beſſarionem, ab eo tempore, quo ei Theodorum in doctrina præpoſuerat, conceperat, aliquando pareret, adverſus ea ſcripſit. Sed ut honeſtius Beſſarionem impeteret, finxit ſe ignorare, quiſnam ejus libelli Author eſſet, & Theodori, non Beſſarionis diſputationem illam eſſe, ſeque Theodoro contradicere ſimulavit. *Oſtendit præterea*, ſcribit Beſſario, *Athanaſium fuiſſe, qui hæc ſcripta ei tradiderat, cum tamen Eſaias non Athanaſius fuiſſet. Solus enim Eſaiæ ſcripta a nobis habuerat. Hic tamen, quaſi noſtra intereſſet a quo ea accepiſſet, epiſtolam ad nos ſcripſit, qua oblatum ſibi ab Athanaſio fuiſſe opuſculum ſignificavit.* Plures ergo de eodem argumento Trapezuntius epiſtolas dederat, quibus Beſſarion, & Gaza reſpondit.]

38. Erat in Bibliotheca Lolliana ejuſdem ἀντιῤῥητικός. De eademne, an alia materia, mihi non liquet.

39. Vidi præterea ejuſdem tractatum περὶ Ἐλεημοσύνης, *de Eleëmoſyna*. P. τῶν εὖ ἐχόντων οἱ ἀκούοντες διδασκαλιῶν.

40. Πρὸς Ἰωάννην τὸν Κουβουκλίσιον κατὰ Γραικῶν. *Ad Joannem Cuboclìſium contra Græcos. De proceſſione Spiritus ſancti.* y) P. ὤκνουν μὲν πρότερον πρὸς σὲ γράφειν. Servatur Scoriaci in Bibliotheca Regis Catholica, & Vaticana, & Ambroſiana Mediolani, & apud Alexandrum Cherubinum elegantiſſimo charactere. Hinc noto alium eſſe hunc Joannem Cubucleſium quem Trapezuntius alloquitur a Jonne Cubucleſio pariter cognomento Caminiate, qui ſub Leone ſapiente Imperatore de obſidione, & excidio Theſſalonicenſi anno ab orbe condito 6410. a Chriſto Servatore 902. non ineleganter ſcribebat.

41. Ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱερομονάχους, καὶ ἱερέας περὶ



y) Edidit Græce & Latine Allatius T. 1. Græciæ Orthodoxæ p. 460-536.

τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. καὶ περὶ τῆς μιᾶς ἁγίας, καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας. *Epiſtola ad Monachos Cretenſes, & Sacerdotes de proceſſione Spiritus ſancti & de una ſancta, & Catholica eccleſia.* z) P. Σίμων ἱερομόναχος τῆς τῶν κηρύκων. Legitur manuſcripta in Bibliotheca Vaticana, Altempſiana & Bavarica Cod. 115.

42. Περὶ τῆς ἀληθείας τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. *De veritate fidei Chriſtianæ.* a) erat in Lolliana.

In Georgium Trapezuntium, qui Turcas omnibus Imperatoribus præſtantiores eſſe voluit, b) ſcripſit Nicolaus Junius de Athenodo Epiſcopus Celegertanus, & in caſtro ſancti Angeli de urbe Præfectus. At Nicolaus Perottus extat apud Joannem Perottum Epiſcopum Amerinum. Et primum quidem Nicolaus Perottus ejus eloquentiam taxat. *Sed quid eſt*, ait, *quo eloquentiæ tuæ tantum tribuis? Fertur quondam Jupiter ſummo ſtudio quæſiviſſe, quodnam animantium genus pulchriores filios produceret. Quocirca omne ferarum genus, & ſquamigeros etiam piſces hominibus permixtos ad eum cum liberis confluxiſſe. Inter hæc comparuiſſe etiam ſimiam, parvum inter ulnas natum gerentem, & quaſi omnium pulcherrimum Jovi oſtentantem. Qua res cum Deum ad riſum forte moviſſet, ſimiam in hoc carmen prorupiſſe:*

*Juppiter hoc norit, maneat victoria ſi quem,*
*Judicio præeſt, omnibus iſte meo.*

*Id mihi contingere in præſentia tibi videtur, cujus oratio cum barbara ſit, puerilis, inepta, & ne mediocriter quidem erudito viro conveniens, tamen eloquen-*
381 *tiam tuam extollis, & quaſi ſimia Iovi filium ſuum oſtentans, ab eo, atque omni turba irrideris, homo plane rudis, & barbarus.* Et, *Non vides Aſine, non ſentis, non intelligis ſcripta tua apud omnes contemptui, deriſui, ac ludibrio eſſe? Cujus oratio præſertim, ubi eloquentiam tuam extollis, fracta eſt, humilis, infamis, & plane puerilis. Ubi legiſti apud doctos & eloquentes viros*, hac ratione commotus *pro* permotus, & impulſus? *Ubi* eloquentiam gratia Dei præ cæteris habes,

z) Etiam hanc vulgavit Allatius Græce & Latine ibid. p. 537-582. Ex ea locum produxerat p. 774. de conſenſu lib. 2. c. 15 §. 11. & de Simeonibus p. 102.

a) Ad Amramum. Hoc ſcriptum tomo octavo *συμμίκτων* publicare voluit Allatius, ni fato impeditus fuiſſet. Orationem Trapezuntii *de pace Chriſtianorum* citat Nic. Comnenus p. 361. prænot. myſtagog. *Grammatica Græca* MS. memoratur à Labbeo p. 105. Bibl. novæ MSS.

b) Scripſerat hoc Trapezuntius Oratione in funere Michaëlis Veneti memorata ſupra pag. 727

habes, *pro* eloquentia Deo propitio ſuperior cæteris? *Ubi didiciſti eloquentiam ita augeri*, animi, atque corporis dotes, *pro* corporis, & animi dotes? *Ubi* conferrem, *pro*, utilis eſſem, *nullo caſu adjuncto? Ubi*, æternum illi nomen ad omnes, qui Latine ſciunt, afferrem, *pro* æternum illi nomen apud omnes, qui Latina lingua utuntur, *vel*, qui Latinam linguam non ignorant, compararem? *Sed nolo in re manifeſtiſſima diutius immorari.* Et poſtremum quidquid eſt in orbe maledicentiæ, id totum in unum Trapezuntium cumulavit. Neque enim veretur eum compellare, *belluam, putridæ carnis inutile fruſtum, noſtræ ætatis præclarum Neſtorem, cujus ex ore felle amarior fluit oratio, aſinum, ſceleratiſſimum virum, carnificem, pernicioſam peſtem, dedecus hominum, turpitudinem ſæculi, noſtræ Reipublicæ ſterquilinium, ſceleſtiſſimum, impurum, impium, infidelem, barbarum, ſordidum, proditorem divinæ religionis, hæreticum, tetrum, & deteſtabile monſtrum, ſcelus, flagitium, luem, tabem, prodigium, portentum, truculentiſſimam feram, humani generis infamiam, miſerrimum, omnium avariſſimum noſtræ ætatis, præclarum, immaniſſimum, tetrum, fœdiſſimum, ac deteſtabile monſtrum, Turcum, imo Turco turciorem, ſceleratiorem, imo Turcorum omnium turciſſimum, omnium quæ memoravimus turpiorem, & ſi quid dici tetrius poteſt.* Addit, *Nimium crevit audacia, & temeritas Dominij. Ter intra annos quindecim carcerem eſt expertus; primo iracundia, ſecundo libido, tertio perduellionis crimen eum in vincula compulerunt. Auxit ſemper furorem, & impunitas eum ad quævis flagitia præcipitem fecit.* Præterea. *Nam quia caſu neſcio quo, opinione olim quadam doctrinam conſecutus in Italia fuerat, primis illis temporibus, quibus revocari in lucem, quæ diu ſepulta fuerant, optimarum diſciplinarum ſtudia cepere, poſtquam adventu doctiſſimorum virorum, quos Nicolaus Quintus Pontifex undecumque in urbem accivit, ignorantia tua detecta eſt, præſertim interpretatione problematum Ariſtotelis, quæ Theodorus Theſſalonicenſis utriusque linguæ doctiſſimus edidit: Mox te rabies quædam immenſi furoris invaſit, ac veluti Draconis epoto calice inſanire, ac palam furere cœpiſti inſtar rabidi canis, huc atque illuc anxius circumferri. Iamque non modo ipſum Theodorum, ſed quoſcunque Theodoro favere intelligeres, omnes autem ei palmam jure optimo debent, in eum genuinum exercere. Hinc te ſemper furiæ agitare, hinc ſuperbia,*

Digitized by Google

*item, quæ de Menſibus Græce prodidit, ex hujus potiſſimum, de qua loquimur, interpretationis prooemio ſubleguntur. At enim fuere, ſicut apparet, acerbiſſimæ inter hos Græcos inimicitiæ, ſicut in Grammatico quoque ſuo Commentario Theodorus Georgium vocat hunc Pornoboſcon, quod alentem ſcortum ſignificat, alludens, arbitror, ad Georgium veterem Grammaticum, cui cognomentum Græci Chœroboſcon dixere. Cætera porro, quæ Theodorus hic edidit, ubi modo non repetundarum ſit accuſandus, ſicut eruditione diligentiaque non carent, ita, ut mihi quidem videtur, ad examen quoddam ſtrictius, curioſiusque revocanda. Nos hoc loco nec doctorum nitida nomina tentamus apud imperitorum decolorare judicia, nec tamen diſſimulare, quod in quoque deſideremus, aut inhonoratum tranſire volumus, cui veritas patrocinetur. Ut autem habere ſtylum, quammaxime ingenuum, paratumque volumus, ita quam minime accuſatorium, quam minime licentioſum, & noxium. Nec enim tam vafriciam profitemur, quam exhibemus induſtriam.* Voſſius tamen Inſtitut. Orator. lib. 4. cap. 3. quemadmodum & Beſſario Trapezuntium Gazæ poſtponit. *Minime*, inquit, *profecto conferri meruit cum Theodoro Gaza, cui eum æquiparavit Angelus Politianus. Itaque jure politiſſimi ingenii virum hoc nomine reprehendit Parrhaſius in epiſtolis. Neque ignoro Trapezuntium errores aliquot obſervaſſe in translationibus Gazæ, quos hic monitus correxerit, ut & memoriæ prodidit Eraſmus* Catalogo Lucubrationum ſuarum. *Verum & illud ſcio longe plura eſſe in Trapezuntio, quæ Gaza potuerit culpare. Nam & in eo deſiderare potuit fidei plus in transferendis e Græco auctoribus, & majorem linguæ Latinæ peritiam.* Et lib. 3. de Hiſtor. Lat. cap. 8. *Filium reliquit Andream Trapezuntium, qui Patris defenſionem ſcripſit adverſus Theodorum Gazam: ac præfationem ad Sixtum Pontificem præmiſit translationi paternæ Ptolemaici operis de magna constructione. Andreæ filia nupſit Fauſto Magdalenæ Romano Poetæ, qui Leoni pergratus erat, atque anno* CIↃ IↃ XXVII. *Roma ab exercitu Caroli V. capta, ac diruta, Jovio teſte periit.* Non ſum tamen a Voſſii ſententia, qui ibidem Secretarium Pontificium, maximæ exiſtimationis, ac dignitatis inter Eccleſiaſticos virum, cum ſcriba, ſeu amanuenſi, ſervili mancipio, ut ita dicam, confunditur. Quis tandem, ut id quoque obiter admoneam, ſine ſtomacho leget Thomam Rivium in Juſtiniani defenſione contra Alemannum, qui Vaticanæ Biblio-

thecæ cuſtodem, munus & dignitate ſua, & cuſtodum virtute, atque doctrina ampliſſimum, pulcherrimumque maligne admodum, *de pulveriſandis Bibliotheca Vaticana libris operam navare* ſcribit?

LI. GEORGII CAMARIOTÆ, niſi nos nomen fallit, & pro Matthæo, cujus pleraque ad hunc diem manuſcripta in Bibliothecis latent, irrepſerit, *Encomium in tres Hierarchas Baſilium, Georgium, & Chryſoſtomum*, in Bibliotheca Gallica Fontis Belli aſſervari refert Poſſevinus, & meminit Robertus Conſtantinus in Bibliotheca. Ego vidi Matthæi in eosdem laudationem, illo principio, c) *εἴπερ ἄλλό τι τοῖς τοῦ λόγου θεραπευταῖς, καὶ λόγοις ἐγκωμίων προσῆκον.* An eadem cum
383 ea, quæ Georgii aſſeritur, vel diverſa non video. Videbunt quibus Fontis Belli Libros evoluere permittitur; quod ut diligentius faciant, alterius principium hic deſcripſi. Dum hæc ſcriberem, a Puteanis Fratribus, quibus neſcio, an unum umquam hominem, aut magnitudine animi, aut humanitate, aut in aliorum ſtudiis promovendis facilitate parem ætas noſtra fœcundiſſima tulerit, grandiorem ſane neminem, admoneor, quemadmodum, & de plerisque aliis, quæ in iſtâ Diatriba de Georgiis ex inſtructiſſima Gallorum Regis Bibliotheca profero, Georgium hunc Camariotam nullum fuiſſe, qui de tribus Hierarchis ſcripſerit, ſed errore in Catalogo nomen Georgii pro Matthæi poſitum fucum aliis feciſſe: ea enim oratio Matthæum Camariotam Auctorem in Cod. mſ. 56. præ ſe fert. Eodem errore Matthæi Camariotæ epitome Rhetoricorum d) Hermogenis, & epitome Progymnaſmatum Georgio Camariotæ tribuuntur in eodem Catalogo. Gaviſus ſum propterea mihi; conjecturam meam aliquid firmitatis habuiſſe. Expungatur igitur e Georgiorum albo Georgius iſte Camariota, qui nullus fuit.

LII. De GEORGIO BALSAMONE Gyraldus de Poëtis ſui temporis Dialogo 2. *Fuit & Georgius Balſamo & ipſe Græcus, qui diutius inter familiares ampliſſimi Cardinalis Salviati* e) *usque ad interitum vixit, cujus & carmina & ſoluta oratione quædam legi poſſunt.* LIII.

c) Eodem principio fuit quod Matthæi Camariotæ Encomium in tres Hierarchas MSium habuit & editione indignum duxit Henricus Savilius.

d) Præter editam Camariotæ epitomen Rhetoricæ quæ incipit: *Ῥητορικῆς λόγου τρία καθέστηκεν εἴδη*, & de qua dixi lib. IV. c. 31. §. 19. habetur etiam inedita ſynopſis Hermogenis in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio VII. p. 406. Incipit: *Ῥητορική ἐστι τέχνη.* De Camariotæ ætate Allatius infra p. 398. 399.

e) Salviatus hic obiit Ravennæ A. 1535.

LIII. GEORGIUS MARMORIUS in Eſaiam Prophetam ex compluribus Patribus ſatis amplam Catenam concinnavit, illius fragmentum aſſervatur in Bibliotheca Ambroſiana Mediolani ab illis verbis: *γὰρ καὶ Ἠλίαν μεθ' ὅσας ἀναχωρήσεις, καὶ καμάτους.* Quis iſte fuerit, aut quo tempore ſcripſerit, quærent, quibus plus otii eſt. Ipſe cum diligenter perquirerem, & ad id dignoſcendum titulum operis, uti in Græco eſt, ab humaniſſimo Paulo Sfondrato expoſcerem; ille reſpondit in eo Codice nullum eſſe titulum operi præfixum, cum pars anterior libri deſideretur. Sed in folio albo ante opus cum ipſo opere compaginato Italice eſſe adnotatum Fragmentum Catenæ in Eſaiam Georgii Marmori. An ergo ſcriptor hic Catenæ vel poſſeſſor? pro meo tamen munere ſatis eſt illum recenſuiſſe.

LIV. GEORGIUS GELESIOTA * compoſuit orationem funebrem in Theodorum Xanthopulum. P. *ἄνδρες οἵ τι τοῖς βασιλείοις ἤθεσι, καὶ παιδεύμασιν ἐντεθραμμένοι.* Vivebat ſub Andronico Palæologo Gregorii Cyprii Patriarchæ Conſtantinopolitani apprime familiaris, auditor, ut ipſe in eadem oratione fatetur Theodori Xanthopuli, quem propterea laudandum ſusceperat. *καί τινων ᾐσθόμην ἐμοὶ χαλεπαινόντων, εἰ ἐκ πρώτης, ὃ δὴ λέγεται, τριχὸς τῷ οἰχομένῳ προσήκων, καὶ τῇ συνηθείᾳ καὶ τῶν λόγων καλλίστου χρήματος, οὗ δὴ καθηγητὴς ἡμῖν ἐκεῖνος ὤφθη καὶ διδάσκαλος, εἰ χρὴ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν. ἔπειτ' ἀμελὴς γνώριμον μικρῷ γοῦν λόγῳ τὸν ἐκείνου τάφον κοσμῆσαι.* Et, *θρηνῶ μὲν οὖν ἐγὼ τὴν σοφίαν πολλῶν ἕνεκα πάτερ, καὶ παιδευτὰ, καὶ διδάσκαλε.* *Nonnullos preterea mihi iraſcentes audivi, ſi a primo, quod ajunt, pilo defuncto conjunctus, & in re potiſſima, ac pulcherrima, eloquentia ſcilicet, cujus ille nobis & dux, & Magiſter, ſi verum dicendum eſt, fuerat, familiaris neglexero puſilla ad minus oratione illius ſepulchrum cohoneſtare.* Et, *Deploro itaque multis nominibus ſapientiam, o Pater, & informator, & magiſter.*

LV. GEORGIUS GEMISTUS cognomento; qui & PLETHO quod idem ſonat, f) ſive Platonis amore, ut Manuel Peloponneſius



* In Bibl. Cæſarea habetur MS. Nicephori Blemmydæ Oratio de regno ſeu imperio quam Paraphraſi clariore donarunt Georgius Galeſiota magnæ Eccleſiæ CPol. Diaconus, & Georgius Oenæota. Vide Lambecium VII p. 225. qui notat Galeſiotam dici a monaſterio montis Galeſii à quo dictus etiam Ioſephus Galeſiota qui ex Abbate illius monaſterii electus fuit Patriarcha CPol. A. 1257.

f) Ut *γεμιστὸς* à *γεμίζω* ſic *πλήθων* à *πλήθω* habet abundantiæ & plenitudinis

Magnæ Ecclesiæ Rhetor in tractatu contra eundem de proceſſione Spiritus ſancti, aſſerit; ἀλλὰ σύγε τούτου δήπου διδάσκαλος ὡς τῇ τοῦ Πλάτωνος λογικευθεὶς ἤδη ψυχῇ, καὶ ἀντὶ Γεμιστοῦ Πλήθωνα ἑαυτὸν κεκληκώς. *Sed tu hujus rei magiſter, quaſi jam Platonis animo inſinuatus, & pro Gemiſto Plethonem temetipſum compellans*: ſive, ut Trapezuntius in comparatione Platonis, & Ariſtotelis *agnominatum*, credit, *quemadmodum nonnullos priſcorum Patrum immutatione nominum ad res maximas vocatos fuiſſe docemur, eodem pacto Gemiſtum nomen vertiſſe, ut ſe facile de cœlo lapſum crederemus, & citius doctrinam, & legem ejus ſuſciperemus.* In Peloponneſo, ut plurimum vixit, & verſatus in Italia eo, quo Concilium ſub Eugenio Florentiæ g) celebratum eſt tempore, cum Beſſarione, Gaza, & aliis; refert ipſe in Reſponſione ad Georgii Scholarii pro Ariſtotele objectiones, σὺ μὲν ὅλως ἢ οὐδέσιν αὐτῶν ἐνέτυχες, ἢ εἰ ὅτι καὶ ἐνετύγχανες, οὐκ ἂν ἱκανὸς τῆς σοφίας αὐτῶν ἦσθα κριτής. ἡμεῖς δὲ καὶ ἐνετύχομεν, καὶ οἵα τίς ἐστιν αὐτῶν ἡ σοφία ἐγνώκαμεν. εἰσὶ γὰρ δὴ σοῦ μὲν καὶ πολλῷ κρείττονες, ἀκριβείας δὲ σοφίας οὐκ ὀλίγῳ λειπόμενοι. *At tu vero, aut cum eorum nemine congreſſus es, aut, ſi congreſſus es, eorum ſapientiæ haud probus judex fueris. Nos autem & congreſſi ſumus, & quænam eorum ſapientia eſt, novimus. Sunt enim te, & multo præſtantiores, nec usquequaque exacta illa ſapientia pollent.* Fuit patria Byzantinus temporibus Manuelis Palæologi, & jam labentis Græciæ occaſu, tum prudentia, tum moribus, ac ſcientia ſpectabilis. h) Græce plura ſcripſit, qua proprium dogma comprobans, qua aliorum ſententias refellens, quem veluti oraculum ſapientiſſimi quique, quando præſentes ipſi adeſſe non poterant, conſulebant. *Gemiſtus vir*, ſcribit Georgius Chariander, *in omni ſcientiarum genere eminentiſſimus, cognomenque Plethonis accepit, quaſi Platonis, eo quod Platoni Philoſophorum principi maxime accederet.* Et Antimachus apud Gyraldum de Poetis ſui temporis Dialogo 2. *Hujus tanti viri cum Hiſtorias in Latinum ſermonem ex Græco ipſe converterem, de eo in Præfatione ſic aixi: Illum dico Gemiſtum, quem non ſolum Græcia, ſed univerſus*

ſignificationem. Plethonis autem dicitur præ Gemiſto placuiſſe, quod ad Platonis nomen, quem unice amabat & admirabatur, quam proxime accederet.

g) Sub Eugenio IV. A. 1438.

h) Petrus Crinitus de honeſta diſciplina lib 1. cap 10. *Erant forte cum Beſſarione Nicæno viro in Philoſophia excellenti Theodorus Gaza & Plethon Byzantius, qui cognomento* Γέμιστος *appellatus, tres eo tempore, ut conſtat, viri doctrina & ingenio nobiles.*

*ſui fere terrarum orbis ob variam atque multiplicem divinarum, humanarumque rerum ſcientiam admiratus, eo quod Platoni Philoſophorum principi atque Ariſtoteli Græcorum, & Latinorum omnium conſenſu proxime accederet.* Et Beſſario Cardinalis adverſus Calumniatorem Platonis lib. 6. cap. 1. eum opinionum Platonis æmulum, atque defenſorem vocavit. Nec diſſentit Gyraldus, *Plethon habitus eſt in primis Philoſophus, & quidem excellentiſſimus, quod cum ipſius multiplicibus, & variis operibus, quæ apud Græcos leguntur, tum ex teſtimonio Beſſarionis Cardinalis ampliſſimi, & monumentis videri poteſt.*

Illius opera * apud Diegum Hurtadum Cæſaris apud Venetos oratorem fuiſſe tradit Geſnerus; eaque ſic enumerat: *Ad Regem liber. De Virtutibus liber unus. Paraphraſis in Demonſtrationes. Epicedion in Reginam Helenam. Liber de Generatione Deorum, quem vidi manuſcriptum Bononiæ apud S. Salvatorem. Adverſus librum pro dogmate Latinorum, nimirum quod ad Spiritum ſanctum. Demonſtrationes naturales de Deo. Menſium, & annorum ordo ac dierum recenſio. Oracula magica ſectatorum Zoroaſtris, quæ & Pariſiis impreſſa ſunt Græce & Latine ſeorſum* 1538. *in* 4°. *Chartis duabus abſque nomine Græci interpretis, qui Georgius Gemiſtus eſt. Hiſtorica, & Geographica quædam hujus Auctoris, ut ſunt Chorographia Peloponneſi, & Theſſaliæ: idem Diegus Hurtadus habet. Libellus de iis, in quibus Ariſtoteli cum Platone non convenit, & quod potior ſit Platonis ſententia, excuſus Venetiis apud Scotum in* 8°. *cum Bernardini Donati Veronenſis Paraphraſi. Libellum contra Georgii Scholarii argumenta,* ἀντιλήψεις *pro Ariſtotele, Bononiæ apud S. Salvatorem vidi, ſed imperfectum.* Addunt Epitomatores. *In Bibliotheca Imper. Viennæ habetur Gemiſti Plethonis epitome hiſtoriarum Sicularum Græce manuſcripta in* 4°. *Ejusdem libellus de generatione Deorum ibidem manuſcript.* confuſe admodum omnia, atque indiſtincte; nos, ſi quid potuerimus, enucleatius illa expendemus. Et primum de iis, quæ typis vulgata ſunt, ſermonem inſtituemus.

I. *De Geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam duobus libris digeſta,* i) Græce impreſſa ab Aldo Venetiis cum Xenophonte, & Herodiano 1503. fol. & Baſileæ cum præfatione Camerarii cum aliis 1541. fol. Latine



* Georgii Gemiſti opera, ſed non addunt quæ, inter Codices Græcos Patrum Auguſtinianorum in Cœnobio S. Ioannis de Carbonario reperiſſe ſe M ta teſtatur Jo. Mabillonius pag. 110. Itineris Italici, & Bernhardus de Monfaucon, Diarii Italici pag. 311.

i) Titulus eſt: ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Πλουτάρχου περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, ἐν κεφαλαίοις διάληψις. Poſt Antimachum vertit etiam lati-

tine etiam reddita a *M. Antonio Antimacho* non ſemel, nec uno in loco.
385 qui in Præfatione ad Matthæum Antimachum Patrem ita ſibi placuiſſe hunc auctorem refert, ut nihil magis; aitque eum non tantum eſſe verbis aptum, preſſumque, ſed etiam artificio tanto, tanta lenitate, ac rerum copia ferri, ut poſt Herodotum, ac Thucydidem cum antiquisſimis Græciæ ſcriptoribus non immerito comparari poſſit. Habebantur manuſcripta in Bibliotheca Ioannis Surii. Verderius.

2. *De virtutibus* Libellus ſub Plethonis nomine Græce editus eſt Antwerpiæ apud Plantinum cum aliis ejusdem Opuſculis 1552. k) in fol. & Græce, & Latine ex Interpretatione *Adolphi Occonis* Auguſtani Baſileæ apud Oporinum 1552. in 8°. & in doctrina recte vivendi ac moriendi cum pleriſque aliis, idem Græce, & Latine editus eſt cum *Hieronymi Wolphii* annotationibus, l) & Jenæ cum Interpretatione ejusdem Wolphii 1590. in 8°. Vertit etiam illum Latine *Vincentius Marinerius*, ut ipſemet ſcribit Epiſt. ad Franciſcum Dazam anno 1636. edita. Legitur manuſcriptus apud me bis, & in Bibliotheca Bavarica Cod. 224. Veneta S. Marci Scam. 32. num. 22. & Auguſtana ſæpiſſime, & legebatur in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 255.

3. Ora-

ne *Zacharias Orthus*, Profeſſor Gryphisvvaldenſis Academiæ, Roſtoch. 1575 8. *Antimachi* interpretatio prodiit Baſileæ 1540. 4. cum ejus Oratione de laudibus Græcarum literarum, & Dionyſiii Halicarnaſſei præceptis de Oratione Panegyrica, Nuptiali, Natalitia & Epitaphiis *p. 64-79.* Demetrii Phalerei de membris & inciſis, de periodis, de componendis Epiſtolis, & de characteribus dicendi. p. 80. 92. Et Polyæni præfatione de re militari. p 93-96. In præfatione narrat Antimachus ſe in Græciam iter ſuscepiſſe Græcarum litterarum diſcendarum cauſa & ſub diſciplina Moſchi Lacedæmonii moratum quinquennium. Promittit & verſionem Demetrii περὶ ἑρμηνείας. *Dabimus*, inquit, *etiam brevi fortaſſe Phalereum, auctorem plane in dicendo, Ciceronis ſententia, politiſſimum, de interpretatione ſeu elocutione integrum Latine legendum.* De Hiſpanica verſione horum Gemiſti librorum infra, p. 740

k) Puto Allatium ſcripſiſſe 1575. & numerum 1552. à typographo poſitum ex errore, quoniam idem ſtatim iterum ſequitur. Certe A. 1575. hic Plethonis libellus ex Bibl. Joannis Sambuci Græce apud Plantinum in fol prodiit una cum duabus ejus Orationibus utraque lingva excuſis ad calcem eclogarum Stobæi.

l) Baſil. 1577. 8. Scripta cætera Plethonis libello de quatuor virtutibus Cardinalibus adjuncta ſunt: *Platonis* Theætetus cum verſione Adolphi Occonis. Libellus *Ariſtotelis* de virtutibus cum interpretatione Juſti Velſii, Caput de voluptate ex *Nemeſii* libro de homine. *Platonis* Axiochus cum verſione & notis Hieron. Wolphii, & *Demetrii* Cydonii de contemtu mortis cum verſione Raph. Seileri.

d by Google

3. Orationes duæ, quarum altera eſt, *De rebus Peloponneſiacis conſtituendis* ad Manuelem * Imperatorem, altera ad Theodorum Deſpotam συμβουλευτικὴ *Suaſoria*, de eodem argumento cum interpretatione Latina *Gulielmi Canteri*, m) Antwerpiæ ex Officina Plantiniana 1575. in folio. Habentur manuſcriptæ in Bibliotheca Bavarica Cod. 200. & alibi.

4. Subjungitur, n) *Locorum Peloponneſi omnium* per longitudines, & latitudines Aſtronomicas *deſcriptio*, deſumpta ex Ptolemæo, ſed quæ variant, a Gemiſto eſſe correcta, nullus dubito, ſi manuſcriptis habenda fides. Et elenchis hiſce, & in Auctores ſummos animadverſionibus maxime delectatum fuiſſe Plethonem, ex iis, quæ infra recenſentur manifeſtum cuique fiet.

5. *De Platonica, atque Ariſtotelica Philoſophia differentia*, o) Libellus publice expoſitus eſt Baſileæ 1574. in 4°. per *Georgium Chariandrum* in lingvam Latinam translatus, & Venetiis Græce apud Scotum cum Bernardini Donati Veronenſis Paraphraſi in 8°. Græce etiam editus eſt Pariſiis 1541. in 8°. cum ejusdem Bernardini Dialogo, p) *De Platonica atque Ariſtotelica Philoſophia differentia*. Extat manuſcriptus in Bibliotheca Veneta ſcam. 17. num. 14. & Scam. 27. num. 51. Auguſtana, Index mſ. Ambroſiana Mediolani, Bavarica Cod. 261.

6. In oracula magica Zoroaſtris, Commentarii editi ſunt Græce & Latine ſtudio *Joannis Opſopœi* Pariſiis 1599. in 8°. cum Sibyllinis oraculis. Subſequiturque eorumdem Commentariorum Interpretatio *Jacobi Marthani*. q) Et antea Græce, & Latine ſeparatim Pariſiis in 4°. apud

* Palæologum, ad quem alia Gemiſti de rebus Peloponneſiacis & præcipue de Isthmo Epiſtola adhuc inedita exſtat in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio VII. p. 163. Incipit: Θειότατε Αὐτοκράτορ. Τὰ μὲν καθ' ἕκαστα περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, Ῥαξῆς.

m) Ad calcem eclogarum Phyſ. & moralium Io Stobæi.

n) Διαγραφὴ ἁπάσης Πελοποννήσου, παραλίουτε καὶ μεσογείου.

o) Περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται. Hic Georgii Plethonis liber oppugnatus eſt à Georgiis duobus, Scholario & Trapezuntio. Vide infra p. 387.

p) Eundem hunc Bernardini Donati Dialogum etiam Gemiſti libello præmiſſum video in editione Veneta apud Hieronymum Scotum 1540. 8. Paraphraſim præterea additam nullam: Sed Dialogum ipſum pro paraphraſi libri Plethoniani habuit Geſnerus & Allatius: Certe pleraque capita eadem quæ Pletho, etiam dialogus perſequitur.

q) Cum verſione Opſopœi poſita è regione, & ad calcem ſubjuncta Marthani interpretatione recuſus eſt hic Plethonis ad Oracula commentarius, quemadmodum Pſelli

apud Joannem Lodoicum Tiletanum 1538 eodem Marthano interprete. Titulus operis varie conceptus reperitur, alii enim ſcribunt: Πλήθωνος διασάφησις τῶν ἐν λογίοις Ἰούτοις ἀσαφέστερον εἰρημένων *Plethonis expoſitio eorum, quæ in his oraculis obſcurius efferuntur.* Alii: μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου ἐξηγηθέντα παρὰ Πλήθωνος. *Oracula magica eorum, qui Zoroaſtrem Magum ſecuti ſunt, enarrata a Plethone.* In eadem expoſitiones Pſelli circumferuntur. Extat in Auguſtana Index mſ. Nec alia videntur eſſe, r) quæ ſub Zoroaſtreorum, & Platonicorum Dogmatum ſumma, titulo in Bavarica Bibliotheca Cod. 183. habentur.

7. Legi etiam in Catalogo neſcio quo, Georgio Gemiſta Plethon Hiſtoria della Monarchia de los Perſas, traducida en Caſtellano per D. Pedro Davii 4°. Vall. 164. I. 19. s) Et hæc quidem edita ſunt.

8. Inedita etiam pleraque ſunt, nec minoris momenti. Nempe ex pleriſque auctoribus, *Excerpta*, ſive *loca notatu digna*, qualia fuere, *ex Appiani Hiſtoriis de Macedonicis Regibus*, t) *ex Strabone*, *ex Theophraſti hiſtoria de plantis*, *ex hiſtoria Animalium Ariſtotelis*, *ex Diodoro Siculo de Aſſyriorum, & Medorum regno: Ex primo Antiquitatum Dionyſii Halicarnaſſei, ex eodem*
386 *de Trojanis Diis; quos Æneas in Italiam tranſtulit, de Saracenorum poſt Heraclium felici progreſſu.* In Biblioth. Bavarica Cod. 185. Nec alia ſunt, quæ alibi leguntur. Πλήθωνος παρεκβολαὶ ἐκ τῆς περὶ ζώων ἱστορίας. *Plethonis ſelecta ex Animalium hiſtoria.* Et in Veneta S. Marci, *Collectiones ex diverſis Auctoribus* ſcam. 20. num. 20.

9. *Geor-*

quoque, in noviſſima Oraculorum Sibyllinorum editione Græcolatina quæ Servatio Gallæo curante lucem vidit Amſtelod. 1689. 4.

r) Imo aliud ſcriptum perbreve, Ζωροαστρείων τε καὶ Πλατωνικῶν δογμάτων συγκεφαλαίωσις, quod ſuperiore primum anno Græce lucem vidit ex Auguſtano Codice Witebergæ 1719 4. edente Valentino Hermanno Thryllitio. Incipit: ἐκεῖνα μάλιστ' ἂν δέοι κεφάλαια εἰδέναι.

s) In Bibliotheca Hiſpanica Nic. Antonii T. 2. p. 150. titulus hujus libri plenior exſtat hunc in modum: *George Gemiſta, o Plethon, la poſtrera hiſtoria de la Monarquia de los Perſas haſta Alexandro Magno, con algunas Vidas de Capitanes famoſos Griegos ſacrados del Latin de Emilio Probo.* Valladoliti 1604. 4. Eſt Hiſpanica verſio librorum Gemiſti de geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam.

t) Ex Appiani Syriacis excerptum de Macedonicis Syriæ Regibus, MS. in Bibl. Cæſarea. In eadem habentur & Plethonis excerpta ex Æliani de proprietatibus animalium, & ex Procopio &c.

Digitized by Google

9. *Georgii Gemiſti artis Rhetoricæ prolegomena, vel potius incerti de proœmiis Artis Rhetoricæ. Epitome in Hermogenis Artem Rhetoricam.* Erat in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 255. Et Scoriaci Regia περὶ ἀρετῶν, προοιμίων Ῥητορικῶν, Ἀριστοτελικῶν ζητημάτων. *De virtutibus, Proœmiis Rhetoricis, Ariſtotelicis quæſtionibus.* Κατὰ τοῦ Στράβωνος περὶ ἐνίων οὐκ ὀρθῶς κατὰ τὴν Γεωγραφίαν αὐτῷ διορισθέντων. *Adverſus Strabonem de nonnullis ab eo non recte in Geographia enumeratis.* In Palatina Heidelbergenſi Cod. 177. & Britannicis, & Gallicis manuſcriptis, & alibi. ἐκ τοῦ Στράβωνος Γεωγραφικῶν, περὶ τοῦ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχήματος διορθωθὲν παρὰ τοῦ Γεμιστοῦ Πλήθωνος. *Ex Strabonis Geographicis de figura terræ habitatæ, ſed correcta a Gemiſto Plethone.* u) In Vaticana. Scoriaci Regia VI. ϛ'. 10. & VI. ζ'. 6. Veneta S. Marci ſcam. 21. num. 17. & Ambroſiana Mediolani.

10. *Chorographia Theſſaliæ* x) in Bibliotheca Palatina Heidelbergenſi, Regia Scoriaci. 11. num. 5. *De Iſthmo* Veneta S. Marci. ſcam. 32. num. 22.

11. Προσφωνηματικός. *Alloeutio.* P. οὐκ ἦν παραπλήσια, ὦ θειότατε, τὰ τῶν πολεμίων τέλη ἀποβῆ. Mediolani in Ambroſiana.

12. *Capita quædam Muſica, Plethone Auctore.* Bavarica Cod. 183.

13. Προθεωρία εἰς τὸν λόγον τοῦ βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου ἐπιτάφιον εἰς τὸν αὐτοῦ ἀδελφόν. * *Præmeditatio in Imperatoris Manuelis funebrem orationem in fratrem.* P. περιπαθὲς μὲν τὸ προοίμιον, καὶ οἷον φύσιτ' αὖ ἀδελφῷ μάλιστα πρέπον. *Oratio funebris in Helenam Palæologinam.* in Bibliotheca Vaticana, & Altempſiana. *Alia in Hypomonem, & Cleopem Imperatrices.* In Indice manuſcript. Codicum. Μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀοιδίμῳ δεσποίνῃ Ὑπομονῇ. y) *Monodia in celebrem Dominam Hypomonem.* In quo etiam non poſt multa legebatur, Πλήθωνος μονῳδία ἐπὶ Ὑπομονῇ, καὶ Κλεόπῃ ταῖς βασιλίσιν. *Plethonis Monodia in Hypomenem & Cleo-*



u) Hoc ſcriptum habuit, atque in ſyntagmate Græcorum Geographorum edere voluit Lucas Holſtenius. Vide Lambecium lib. 1. p. 114.

x) Exſtat etiam in Bibl. Cæſarea. Lambec. VII. p. 165. Ex libro nono Strabonis excerptam diſces ex Labbei Bibl. nova MSS. p. 120.

* Edita hæc προθεωρία Græce & Latine á Combefiſio cum oratione ipſa Manuelis Palæologi in fratrem Theodorum Deſpotam T. 2. Auctarii novi Bibl. Patrum p. 1037. Pariſ. 1648 fol.

y) In eadem Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium V. p. 175. Etiam in Bodlejana & Regia Pariſ.

Digitized by Google

*pem Imperatrices.* Ex his excerpta, quæ de Immortalitate animi tractant, ſunt penes me. Erantque in Bibliotheca Saregica, ut tradit Juſtus Rycquius in Centuria nova Epiſt. 29. *Oratio funebris in obitu Reginæ Cleopæ Palæologinæ, in qua de animæ immortalitate agitur.* In Auguſtana, Index manuſcriptus, & Lolliana. *Georgii Gemiſti Plethonis funebris oratio in Imperatricem quandam*; Index Bavaricus Cod. 162. Et Scoriaci in Biblioth. Regia. Ἐπικήδειος λόγος τῇ βασιλίσσῃ, καὶ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς. *Oratio funebris in Imperatricem, & de immortalitate animæ.* II. num. 5.

14. *Epitome hiſtoriarum Sicularum*, z) ni fallit titulus, quem tamen & epitomatores Geſneriani agnoſcunt. In Bibliotheca Imperatoris Viennæ Auſtriæ. Poſſevinus in Indicibus.

15. *Hiſtoria.* In Catalogo exhibito a Grammatico, apud Verderium in ſupplemento; niſi eadem ſit cum edita, geſtorum poſt pugnam ad Mantineam.

16. *Explicatio in voces Porphyrii, & in decem Categorias Ariſtotelis.* In Bibliotheca Conſtantini Varini. ex Verderio.

17. *Explicatio in Analytica Ariſtotelis*, apud Joannem Suzium Conſtantinopoli. ex Verderio. In Bibliotheca quoque Regis Gallorum habentur, ejusdem *excerpta ex Strabone. Adverſus Scholarii defenſiones Ariſtotelicas. Epiſtola ad Beſſarionem. De iis, in quibus diſſentit Ariſtoteles a Platone. De virtutibus. Ex Diodoro Siculo, & Plutarcho de iis, quæ acciderunt poſt pugnam ad Mantineam lib. 2. In funere Cleopæ Imperatricis Palæologinæ. De Aſſyriorum, & Medorum Regno excerpta ex Diodoro Siculo.*

18. Verumtamen cum Gemiſtus in eo libro, quem *de differentia Platonica, atque Ariſtotelica Philoſophiæ* ſcripſit, non differentiam tantum inter utrosque examinaſſet, ſed acrius omnia conviciorum
387 genera exaggerans, non veritus eſſet, homini primario contumeliam facere, præſtantiſſimorum virorum odia, & calamum in ſe concita-

z) Ex Diodoro Siculo excerpta ſuſpicor intelligi, jam ſupra num. 8. memorata. Non omittendum etiam ſcriptum Gemiſti duplex in Bibl: Cæſarea obvium, præteritumque Allatio, μέθοδος εὑρέσεως ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῆς τῶν ἀστέρων ἐποχῆς ἀπὸ κανόνων ὧν αὐτὸς συνεστήσατο. *Methodus Aſtrologica inveniendi loci Solis & Lunæ & aſtrorum ortus, ſecundum canones quos ipſe compoſuit*, qui & ipſi ſubjiciuntur, una cum *introductione in Genethlialogiam.* Ejusdem *Canon Chronologicus à Nabonaſſare ad Imp. Michaelem Palæologum.* Vide Lambecium VII, p. 196.

citavit; a) neque enim paſſi ſunt adeo fœde, atque enormiter innocuum hominem proſcindi; inter eos mitiſſimus Beſſario, cujus illa vere aurea, piaque ſententia fuit ad Michaelem Apoſtolium, *οὐ λοιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ᾽ ἀποδείξεσι, καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ φίλῳ συνηγορητέον, τοῦτ᾽ ἐχθρὸν ἀμυντέον. Non conviciis in adverſarium, ſed demonſtrationibus, atque inſolubilibus rationibus amico ſuppetiæ ferendæ ſunt, vindictaque de inimico ſumenda.* Libellum pro Ariſtotele in Plethonem, licet Præceptorem compoſuit. *Πρὸς τὰ Πλήθωνος πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ οὐσίας. Ad dicta Plethonis in Ariſtotelem de ſubſtantia.* P. *ἤ τις ἁπλῶς τε καὶ ἅμα.* Et Theodorus Gaza Philoſophicarum artium cognitione inſtructiſſimus, neque Plethone ipſo inferior. Gazæ pro Plethone reſpondit Michael Apoſtolius; Apoſtolio Andronicus Calliſtus, & Beſſario ipſe Cardinalis, epiſtola de hac re data, temerarios Apoſtolii conatus repreſſit, compulitque ad Palinodiam. Georgius etiam Scholarius, de quo poſt Plethonem agemus, communi ſtudio, ac quibus præſtabat ingenii opibus ab obtrectationibus, & calumniis, Plethonem divexans, Ariſtotelem defendit: eo ſcopo, ut multo excellentiorem b) doctrinam Ariſtotelis Platonica oſtenderet. Quod anxie nimis Pletho ferens, non diſſimilibus opprobriorum plauſtris, a quibus ſemper ſibi etiam in Plethonem Beſſario temperaverat, Scholario reſpondit, cujus ignorantiam non ſine contumelia multis conatur oſtendere, & conſilii ſui tenax aſſidue Platonem extollit, Ariſtotelem cœlo ab alto dejicit opuſculo, quod inſcripſerat, *πρὸς τὰς Σχολαρίου ὑπὲρ Ἀριστοτέλους ἀντιλήψεις. Ad Scholarii pro Ariſtotele objectiones.* P. *ἐγὼ μὲν οὐκ ἔψε ὥς γε σὺ φῄς, ἀλλ᾽ ὅτε τὸ πρῶτον ἠτήθην εὐθὺς ἔπεμψα.* Legitur in Biblioth. c) Auguſtana, Altempſiana, Ambro-



a) De hac controverſia litteraria Philoſophorum decimi quinti ſæculi conſulere juvabit eruditam clariſſimi Boivinii diatribam inſertam Tomo quarto memoriarum Academiæ Regiæ Inſcriptionum & elegantiorum literarum, quæ Gallica lingva prodierunt Pariſiis in 4. & Amſtelodami 1719. 12. Inter alia p. 485. ſeq. Gallice affert Epiſtolam Nic. Secundini datam Viterbii 5. Iun. 1462. ad Andronicum Calliſtum, qua ejus ſcriptum contra Apoſtolium & Gazam magnis effert laudibus: Apoſtolii convicia ac calumnias deteſtatur. Deinde p. 488. ſq. duas Beſſarionis ad Calliſtum, unam brevem & alteram prolixiorem ad Apoſtolium, illam ipſam nempe ex qua aureum illud monitum Allatius retulit, & doctiſſimo Cardinali digniſſimam: digniſſimam item quæ ſæpius legatur ab Apoſtoliis noſtræ ætatis quos maximis viris obtrectare & lacerare eorum famam non pudet. b) Et dogmatibus Chriſtianis congruentiorem, faciliusque cum illis conciliandum.

c) In Cæſarea quoque, ut refert Lambecius VII. p. 162. & in Regia Pariſienſi, teſte Boi-

ſiana Mediolani, Veneta S. Marci ſcam. 27. nu. 51. penes me: Eratque in Saregica, referente Rycquio epiſtola ſupra laudata. Geſnerus tradit ſe vidiſſe Bononiæ apud S. Salvatorem, ſed imperfectum. Cum Heidelbergæ morarer, tractatum hunc pro ævo Auctoris antiquum eleganter, emendateque deſcriptum, quem a Nicolao Alemanno dono acceperam, Gottardo Voegelino Typographo ſatis celebri impenſe expoſtulanti tradidi, ut una cum alio, *De differentia Platonis, & Ariſtotelis*, & ſi fieri poſſet etiam Latine typis elegantiſſimis evulgaret; an evulgatum ſit, ad hunc diem c) non novi.

19. *Epiſtola ad Demetrium Porphyrogennetam*, in Biblioth. Auguſtana, Index mſ. Περὶ εἱμαρμένης, *De fato.* In Bibliotheca Auguſtana, Ambroſiana Mediolani, ſanctorum Apoſtolorum Neapoli apud Clericos Regulares, ex qua opus deſcriptum beneficio piiſſimi, mihique amiciſſimi Neophyti Rhodini penes me etiam conſervatur.

29. *Ad Beſſarionem Cardinalem bina epiſtolæ*; d) in quibus præcipue in doctrina Platonicorum Quæſtiones a Beſſarione Gemiſto propoſitæ diſſoluuntur. Primæ principium, *οὐ πάντας οἴεσθαι χρὴ τοὺς ἄνδρας τούτους.* Secundæ, *ἐπειδὴ καὶ μαρτυρίων δέῃ πρὸς τὰ προγεγραμμένα σοι.* apud me: neſcio, an ſit illa, quæ ſcam. 17. num. 14. *Epiſtola de doctrina Platonis* in Biblioth. Veneta S. Marci recenſetur.

21. Μηνῶν, καὶ ἐτῶν τάξεις, καὶ ἡμερῶν ἀπαρίθμησις. *Menſium, & annorum ordo, & dierum recenſio.* Scoriaci in Biblioth. Regia 11. num. 5.

22. Περὶ Θεοῦ φυσικαὶ ἀποδείξεις. *De Deo naturales demonſtrationes.* P. πᾶν τὸ ὂν ἐνεργείᾳ ἐξ ἀνάγκης ἔχει τινὰ κατὰ φύσιν ἐνέργειαν.

23. Περὶ νομοθεσίας, ἢ περὶ νόμων βιβλία τρία. *De Legibus libri tres.* Cujus operis duo ſuperiores, *De menſibus, & annis, & de Deo demonſtrationes* ſegmenta omnino ſunt. Quod etiam videtur judicare Gaza cap. 1. de menſibus. καὶ Πλήθων δὲ ἐφ' ἡμῶν ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν χαλεπὸν ἡγούμενος εὑρεῖν τὸ ἀνάλογον τούτοις, εἶτα ἐπιζητεῖν. κἂν τοῖς περὶ

vinio, qui teſtatur Plethonem in hoc ſcripto iratum & ſuperbum ſe Gennadio præbere adverſarium. *Plethon y parle à ſon adverſaire avec toute l'aigreur d'un homme piqué au vif, & avec toute l'hauteur d'un Maitre qui fait la leçon à un Ecolier.* Nonnulla ex illo ſcripto affert Eugubinus lib. 1. de perenni Philoſophia cap. 25.

c) Nec ad hunc diem uſquam evulgatum eſt.

d) Confer Lambecium VII. p. 163.

ρὶ νομοθεσίας δὴ λόγοις περὶ ἡμερῶν καὶ μηνῶν, καὶ ἐνιαυτοῦ ὑφηγούμενος οὐκ ὀνομάζει ὡς Ἀττικοὶ ἦγον τοὺς μῆνας. *Et vero Plethon hoc ſeculo vir clarus operoſum reputans invenire, qua ratione hi mutuo reſpondeant, inquirere deſtitit: in Commentariis de legum inſtitutione, cum de diebus, menſibus, & anno præcipiat, qua tamen ratione Athenienſes menſes ſuos agerent, ne verbum quidem facit.* Primum in tractatu noſtro, *De menſura temporum Antiquorum, & præcipue Græcorum* exſcripſimus cap. 12. cum Gazæ pro Plethone, quem ille carptim in opuſculo de menſibus reprehendit, reſponderemus. Libri plane Plethonico Genio ſuppares, totius antiquitatis, & Theologiæ antiquorum Philoſophorum promicondi; rari tamen & mihi incertum, an integri alicubi detineantur, e) indigni, qui tamdiu lateant, digni luce, & qui omnium manibus terantur. Argumentum, f) quod indiculo librorum præfigitur, ut tanti Theſauri aliquem guſtum tu quoque Lector habeas, tale fuit, ἡ βίβλος ἥδε περιέχει θεολογίαν μὲν τὴν κατὰ Ζωροάστρην τε καὶ Πλάτωνα. ὀνομαζομένων τῶν διὰ φιλοσοφίας ἀναγνωριζομένων θεῶν τοῖς πατρίοις τοῖς ἕλλησι θεῶν ὀνόμασιν, ἑλκομένοις ἑκάστοις ἐκ τῶν οὐ πάνυ τοι συνῳδοῦ φιλοσοφίᾳ. διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ποιητῶν διαστροφὰς ἐπὶ τὸ ὡς μάλιστα δεῖ φιλοσοφίᾳ συνῳδόν. ἠθικὰ κατά τε τοὺς αὐτοὺς τούτους σοφοὺς, καὶ ἔτι μὴν τοὺς Στωϊκούς. πολιτείαν δὲ Λακωνικὴν ἀφῃρημένου μὲν αὐτῆς τοῦ ἄγαν τῆς σκληραγωγίας, καὶ τοῖς γε πολλοῖς οὐκ εὐπαραδέκτου. προστιθεμένης δὲ τῆς ἐν τοῖς ἄρχουσι μάλιστα φιλοσοφίας τοῦ κρατίστου δὴ τούτου τοῦ Πλατωνικῶν πολιτευμάτων, ἀγιστείας εὐσταλεῖς, καὶ οὔτε περιέργους, οὔτ' αὖ τοῦ δέοντος ἐκλιπεῖς. Φυσικὰ δὲ δὴ κατὰ Ἀριστοτέλην τὰ πολλὰ ἅπτεται δέ πως ἡ βίβλος, καὶ λογικῶν ἀρχῶν, ἀρχαιολογίας τε ἑλληνικῆς, καί πως καὶ ὑγιεινῆς διαίτης. *Liber continet Theologiam dogmatibus Zoroaſtris, & Platonis conformem, cum*



e) Poſt auctoris mortem enim exhibitos Gennadio CPol. à Demetrio Palæologo, ac per cenſuram Gennadii combuſtos teſtatur Gennadii Epiſtola ad Joannem Exarchum & Anonymi Græci ſcriptum apud Lambecium VII. p. 175 & nota Barberini Codicis quem Allatius memorat infra p. 391. ubi ſex tantum Capita libri primi in illo ſupereſſe notat. Sed in codice Cæſareo apud Lambecium VII. p. 171. ſuperſunt capita decem, cum indice capitum libri tertii omnium, hoc eſt à capite XXIX. totius operis ad XLIII. Ejusdem operis caput ſextum eſt Gabrieli Naudæo p. 160. pentadis quæſtion. iatrophilologicar. V. de fato & fatali vitæ termino p. 160. memoratus Plethonis tractatus mira brevitate circumſcriptus περὶ εἱμαρμένης, *de fato*, quem ait Allatii beneficio in lucem proditurum, quod haud factum eſt..

f) Idem argumentum publicavit Allatius libro de menſura temporum cap. XI. p. 133. ſeq. edit. Colon. 1645. 8. & Lambecius VII. p. 173.

*in ea recenſeantur Dii , qui per Philoſophiam innoteſcunt , patriis Græcorum eorum nominibus , ſingulis ex iis , quæ non adeo ob Poetarum diſcordes ſententias , ſeu tergiverſationes conformantur , ad quam conformiſſimum philoſophiæ genus redactis. Moralia ſecundum hos eosdem ſapientes , nec non Stoicos. Rempublicam vero Laconicam , dempta tamen ex ea nimium ſevera , ac aſpera educatione , nec a multis probata , adjecta quæ apud Principes in precio eſt , philoſophia , potiſſima nempe inter alias , quæ Platonicis Reipublicæ adminiſtrationibus conſtat : bene comptas ſacrorum ceremonias non nimis curioſas , neque in neceſſariis deficientes. Naturalia pleraque ex ſententia Ariſtotelis. Delibat etiam quodammodo liber & principia , quæ a ratione non abſunt , antiquitates Græcorum , & in quibusdam diætam ſalubrem.* Horum publicatione, g) & quod plerique parum in eum eſſent alias ob cauſas propenſi, offenſionem multorum incurrit, qui in eum acriter invecti non ludibrio tantum hominem habuere & maledictis onerarunt, ſed etiam a fide Chriſtiana, non alterius, quam horum librorum doctrinæ probatione , ad Gentiliſmum prolapſum deſciviſſe affirmarunt , ac cæteros Chriſtianæ religionis aſſeclas monuerunt , ut a ſimilibus libris , & homine abſtinerent , caverentque ſibi a non minus Mahumetana doctrina pernicioſis dogmatibus ; in quo iniquiores ſe aliis , & quam par erat , præſtitere Georgius Trapezuntius in Comparat. Platonis , & Ariſtotelis cap. penultimo lib. 3. *Alter nobis jam natus , & educatus eſt Machumetus , qui niſi provideamus , tanto exitioſior primo futurus eſt , quanto Platone ipſe Machumetus pernicioſior fuit. Quidam in Peloponneſo vir , Platonis & eloquentia , & ſcientia , & pietate alumnus , Plethon agnominatus ſcripſit exquiſitiſſime , eloquentiſſimeque nova quadam inſtituta vivendi, in quibus multa etiam adverſus pietatem Catholicam evomuiſſe creditur. Nam conſtat ipſum ita Platonicum fuiſſe , ut nihil aliud , quam Plato ſenſerit , de Diis , de Anima , de ſacrificiis , aut Deorum , aut Dæmonum , cæterisque omnibus tam magnis , quam parvis , verum eſſe profiteretur , & ſcribere non obſtare auderet. Audivi ego ipſum Florentiæ , venit enim ad Concilium cum*

*Græcis*

g) Laudatus Boivinius ex Gennadii Epiſtola ad Ioannem Exarchum negat libros hos ab ipſo vulgatos Plethone adhuc ſuperſtite , ſed preſſos potius & clam habitos , donec poſt ipſius obitum à Demetrio Palæologo deſpota proderentur. Criminationem tamen de mala Plethonis adverſus Chriſtianam religionem intentione non putat fundamento aut veritate deſtitutam , ita ut Beſſario quoque licet Plethonem Magiſtrum ſuum coleret alioqui & magni faceret , tamen noluerit in opere adverſus calumniatorem Platonis vel verbulum pro defendendo Plethone facere.

*Græcis, aſſerentem unam, eandemque religionem uno animo, una mente, una prædicatione univerſum orbem paucis poſt annis eſſe ſuſcepturum; cumque rogaſſem Chriſti, ne, an Mahumeti? Neutram, inquit, ſed non a Gentilitate differentem. Quibus verbis commotus ſemper odi, & ut venenoſam viperam pertimui, nec videre, aut audire amplius potui.* 389 *Cepi etiam a nonnullis Græcis, qui ex Peloponneſo huc profugerunt, palam dixiſſe, ipſum antequam mortem obiſſet jam fere triennio, nonnullis annis poſt mortem ſuam, & Machumetum, & Chriſtum lapſum iri, & veram in omnes orbis oras veritatem præfulſuram. Liquido igitur ſignificare volebat, religionis, ac pietatis, cujus ipſe aut author eſſet, aut commenta, ſpretaque relator, fulmina, ſonumque terribilem in omnes gentes mirabiliter exiturum. Nam librum, quem de his rebus compoſuit, poſt infelicem, turpem, ac miſerabilem exitum ejus, natus enim Chriſtianus, & aqua, Spirituque ſancto renatus in Gentilitatem ex amentia recidit, ne publice legeretur, & multis officeret, a Peloponneſi Principe Demetrio, ſicut fertur, ereptus celatusque eſt. Quare niſi diligenter ab iis qui ſimilibus rebus præſunt, quæſitus igni tradatur, ſcio quid dico, & ratio enim, & præterita, quæ accidunt, non contemnendam futurorum mihi divinationem attulerunt, major clades generi humano futura eſt, quam Machumetus invexit. Non credunt Primates, Pontifices negligunt, & qui apud eos plurimum poſſunt, irrident.* Et infra, *Vidi, vidi ego, vidi, & legi preces in Solem ejus, quibus ſicut creatorem totius, hymnis extollit, atque adorat, tanta verborum elegantia, compoſitionis ſuavitate, numeri ſonoritate, ſchematum rebus accommodata dignitate diſtinctas, ut nihil addi poſſe videatur, ſententiis autem ita caute divinos ſolis honoris efferentes, ut ne doctiſſimi quidem qui attentius, ſæpiusque perlegerint, animadvertere poſſint. Quales ergo putamus libros eſſe illos, in quibus ſcribendis totam ætatem conſumpſerat, ad quos totum animum, totam curam, omnem operam, ſtudium, diligentiam, vigilantiam ſuam tranſtulerat. Obſervavit veterator peſſimus inventa ad ſenectam (centum enim pene miſera ætate annos complevit) quanti temporibus noſtris fides Chriſti apud pleroſque fuit, vidit nullam eſſe inter Chriſtianos charitatem*, &c. Manuel magnæ Eccleſiæ Rhetor adverſus Plethonem de proceſſione Spiritus ſancti, ex ſententia quoque Scholarii Patriarchæ. καθάπερ τηνικαῦτα τοιοῦτοι τινὲς ἦσαν λογικῆς μὲν παιδείας, ἢ πρὸς βραχὺ, ἢ οὐδαμῶς μετασχόντες· φήμῃ δὲ ματαιοτάτῃ ὑπὸ τοῦ πλάνου συμφορηθείσῃ διαβόλου κατακολουθοῦντες ἀνοήτως, καθάπερ ὡς τὰ πολλὰ τῷ ἀχυρώδει τῶν ἀνθρώπων συμβαίνειν εἴωθε δήμῳ. ἀλλ' ὁ πολὺς καὶ μέγας τὰ θεῖα καὶ μακαριώτατος τῷ ὄντι ἐν Πατριάρχαις Γεννάδιος ὁ καὶ Σχολάριος, ὁ τά τε θύραθεν, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας ἄκρος περιω·

Digitized by Google

περιουσίᾳ πεφθακὼς ἐν τέλει αἰσχινοίας, καὶ ποταμὸς ἑκατέραιν ἀναδειχθεὶς ταῖν σοφίαιν ἀείρρους, ὡς τοῦτο προὔπτον ἄγαν τοῖς γε, καὶ ἀμηγέπη λογικῆς μεταχοῦσι παιδείας ἐκ τῶν σφῶν συγγραμμάτων τελεῖ. οὗτος δὲ ὁ ἁγιώτατος, καὶ θειότατος ἀνὴρ ἐξηταχὼς καὶ αὐτὸς τὰ τοῦδε καλοῦ Γεμιστοῦ καὶ τὴν ἐνοῦσαν διπλῆν αὐτοῦ κατανοήσας φθορὰν, καὶ παχύτητα, οὕτω πως περὶ αὐτοῦ ἀποφαίνεται λέγων. εἰ γὰρ καὶ πρὸ μικροῦ Πλήθων γέγονε τὴν ἑλληνικὴν πολυθεΐαν αὖθις ἀνανεοῦν δι' ἀμβλύτητα διανοίας τοῦτ' ἐπεπόνθει, καὶ ἡμεῖς γε κατὰ τῆς ἀβουλίας ἐκείνου πλεῖστα συνεγεγράψαμεθα, ἵνα μηδεὶς κινδυνεύσειε τῶν ἁπλουστέρων τῇ ψευδεῖ τῆς ἐκείνου σοφίας φήμῃ πειθόμενος. μαθημάτων μὲν γὰρ τῆς ὑπλιότητος μόνης μετέσχεν, ἀλλ' οὐδὲν ἄξιον αὐτῶν ἀπώνατο. εὐφραδείας δὲ ἐπεμελήθη, ἀλλ' ἐν ἀσεβεστάτοις καὶ ἀφρονεστάτοις συγγράμμασιν; ἣν Λατίνων παροιμία προσηκόντως ὑμᾶ, purus Grammaticus, purus Aſinus. οὕτω δὲ ἁπλῶς πάνυ καὶ τῶν χυδαίων οὐδὲν σχεδὸν τι διαφέρων ἦν περὶ τὸ δύνασθαι κρίνειν ἀληθείας πέρι καὶ ψεύδους. ὥστε καὶ παῖς αὐτὸν ἐξήλεγχεν ἂν καὶ παιδὶ ἀντιλέγειν, οὐκ ἂν οἷός τε ἦν πειραστικῶς ψευδομένῳ, διὸ καὶ τὴν τοσαύτην ὑπέστη πλάνην ὁ μάταιος. *Quemadmodum tunc temporis tales quidam erant, quibus Logicæ artis, aut parum, aut nihil inerat, inaniſſimi vero rumoris a plano Diabolo ſparſi, inconſiderati quemadmodum ut plurimum leviſſime veluti palea homuncionem plebeculæ contingere ſuevit, ſectatores. Sed magnus grandisque ſanctitate & vere beatiſſimus Patriarcha Gennadius cognomento Scholarius non tantum in externa, ſed noſtra divina doctrina affluenter nimis, ad extremum usque perſpicacitatis pertingens, ut utriusque ſapientia perennis fluvius omnium teſtimonio comprobatus, ut plane quibus aliquid Logicarum diſciplinarum in pectore eſt, ex illius Commentariis manifeſtum eſt. Hic ſanctiſſimus, ac diviniſſimus vir perbelli noſtri Gemiſti rebus examinatis, duplicique illi innata pernicie, atque hebetudine perſpecta, hunc in modum de eo ſententiam tulit. Quamquam ante hos paucos dies Pletho Gentilium Deos complures rurſus reſtituere conatus ſit, id hebetis illius conſilii, ac intellectus vitium fuit, & nos in ejus amentiam plurima ſcripſimus, ne quis e ſimplicioribus inani illius ſapientia famæ credens, diſcrimen adeat. Mathematicis namque diſciplinis, ſed illis, quæ ex trivio erant inſiciebatur, a quibus nullum fructum perceperat. Eloquentia operam dedit, ſed in impiiſſimis eque ac ſtultiſſimis ſcriptionibus; idque optimo Latinorum proverbio exprimitur, purus Grammaticus, purus Aſinus, rudis adeo, nihilque a vili, vulgarique hominum genere differens in veritate ac mendacio dijudicandis. Quare quilibet eum facili negotio refellebat, & puero, dummodo puer aliquid tentandi cauſa mentiretur, reſpondere haud poterat. Quapropter tanto errore levis*

*levis ille abreptus eſt.* Theodorus item Gaza lib. de menſibus cap. 16. *Αἵτινες δ' αὖ εἴησαν ἱερομηνίαι Πλήθωνι μὲν ἥρμοττε φάναι, ὡς δή τινας ἑτέρας τῶν ἡμῖν νομιζομένων νομοθετοῦντι. ἡμῖν δ' ἥκιστα δεῖ ἄλλως τε καὶ μὴ περὶ τούτου νυνὶ ὄντος τοῦ λόγου. Cæterum qui dies forent celebres, feriatique Plethoni quidem non erat indecens recenſere, ut qui alios dies feſtos, quam qui a nobis recepti ſint, conſtituat. Nobis vero id minime opus eſt: cum de his in præſentia ſermo ſuſceptus non ſit.* & alibi ſæpius hominem latenter carpit, an merito, judicent alii. Ego dixerim Plethonem eloquentia, ingenii acumine, & diſciplinis omnibus excelluiſſe, & aſſidua ſcriptorum lectione ſupellectilem ſibi multam, ac tantam comparaſſe: hinc eruendis e latebris Philoſophorum, & Platonicorum potiſſimum ſententiis, iiſque ſcripto tradendis, plusquam par erat, materiæ addictum animum advertiſſe, & ſtudio pertinaci contra ſentientium opiniones dente etiam maledico vellicaſſe, non ut eorum prava dogmata de novo, quæ docte ipſe refellit, in hominum animos per ſe infixa prorogaret, ſed ut ex tam vaſto, ac lacrymabili naufragio tabulas diſciſſas, ac vagas in unum veluti portum ſanas, atque incolumes recolligeret; indeque majeſtas Chriſtianæ religionis, ac veritas dilucidior appareret, quod & ſanctiſſima noſtræ religionis capita ante, & poſt Plethonem, non contemnendo, neque illaudato labore diligentia, & admodum proficuo ſtudio confecerunt, neque illos quiſquam de impietate poſtulavit. Quid enim vetat antiquorum arcana, & ceremonias comprobando, ſine offenſa Chriſtianæ rei, neſcientibus pandere. At hymnum conſcripſit, eumque in ſolem elegantiſſimum. Fateor. Ideone ſolem tamquam Deum laudavit, retulit in Deos ut Deum, ad eumque tamquam ad Deum manus ſupplices tetendit? Fabulæ. Admirandam Planetæ ſplendidiſſimi vim, profuſa in genus humanum beneficia, Dei omnipotentis ad quemlibet nutum ſervum irrequietum, ac fidum miniſtrum expreſſit. Aliam ab Chriſtiana non poſt multos dies religionem futuram aſſeveravit. An hoc in Gentilismum degenerare? An hoc pietatem dejerare fuerit? Hoc quoque ævo a prudentiſſimis, & piiſſimis hominibus, dum pravi hominum mores quotidie in pejora ruentes, ita ut nullam pietatis, nullam bonitatis Chriſtianæ ſpeciem præ ſe ferant, conſpiciuntur, fidem ac religionem Chriſtianam in aliam, atque aliam, formam commutatam, ruituram tandem in externum quippiam aſſeveratur continuo, & vultu triſti illacrymatur. Quid mores ad religionem ipſam? Quid uſus ad



Digitized by Google

mata? Fidei finem ego non video. Non probo. Ad exitum uſque Mundi, vitæ hominum ſuppar producetur; ideone & probati, ac Chriſtiani mores ſemper perſtabunt, neque in vitia a pietate Chriſtiana & religione longe aliena degenerabunt? Illud verum eſt, Plethonis ingenium licet ab Adverſariis reprehenſum eſt, numquam tamen ejus vitæ inſtitutum ab illis etiam, qui ejus omnia arguerunt, fuiſſe damnatum. Ut hinc arguas tali viro ſimile facinus non potuiſſe, niſi per ſcelus omne appingi. Dum ergo Trapezuntius, Scholarius, aliique in Platonem, tamquam ſcriptorum omnium pernicioſiſſimum invehuntur, Pletho Platoni addictiſſimus, non potuit neque crimen inconſtan-
391 tiæ, neque calumniarum effugere. Hæc de religione. Quid de doctrina, & eloquentia, quæ in eo Scholarius, h) ſed fere ſolus deſiderat. Ne verbis rem agere videar, ab hoſtibus teſtimonium ſumam. Beſſario ad Apoſtolium, *σοφός τε καὶ μεγάλης τῷ ὄντι εὐφυΐας ὁ ἀνήρ. Sapiens, & magnæ, ut verum fatear, vir ille dexteritate ingenii fuit.* Trapezuntius loco dicto, *Gemiſtus non minor eloquentia Platone, non inferior ſcientia illi.* Et, *Gemiſtus, extant enim nonnulli, Romæque inveniūntur ſcripta ipſius, ſic ornate eleganterque ſcribit, ſic Platonis figmenta breviter, diſtincteque refert, ſic Gentilitatis opiniones defendit, ſic noſtras crediderim in illis ab eo libris oppugnari, ut nemo niſi doctiſſimus in eum mutire poſſit.* Et, *Hic ſermone graviſſimus, doctrina callidiſſimus, cauſa longe ſuperior, non enim nova excogitat, ſed vetera novis rationibus revocat.* Et Theodorus Gaza cap. 1. de menſibus, *καὶ Πλήθων δ' ἐφ' ἡμῶν ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν. Et Plethon hoc ſæculo vir celebris.* Et, *καίτοι τἄλλα τὰ περὶ τὴν φωνὴν ἕπεσθαι προθυμούμενος Ἀττικοῖς, καὶ σφόδρα περὶ τοῦτο σπουδάζων. Tametſi in cæteris rebus, quæ ad vocem ſpectant Atticos æmulari magnis votis expetit, in eoque ſedulo, operam navat.* Concludam teſtimonio Michaelis Apoſtolii, qui aliquando ex Plethonis amore inſaniit. *ἀνδρὸς οὐ μόνον αἰδεσίμου ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Ἀριστοτέλει, καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, εἴγε κατ' ἐκείνους ἐγένετο ὁ ἀνήρ. Viri non tantum iis, qui nunc vivunt, ſed ipſi etiam Ariſtoteli, omnibusque veteribus, ſi eorum ætate fuiſſet, venerandi.* An ergo ſapientia, vel eloquentia defuit Gemiſto, quam illi vindicant, & plenis buccis aſſerunt adverſarii? Et revera Scholarii, & Manuelis ſententia non ex judicio, ſed rabie, & calumniandi libidine effuſa eſt. Eſt enim Pletho, ſtylo quidem accurato, eleganti, preſſo, Attici ſucci pleno, ſententiis grave, argumentis vehemente, eruditione vero, & antiquarum rerum congerie quandoque obſcu-

h) Confer quæ Allatius infra p. 406.

obſcuro, atque difficili, non tamen ob Gratias, ac Veneres, quibus ubique dictionem aſpergit moleſto: adeo ut cum antiquis, nec immerito æquiparetur, ſui ævi ſcriptoribus a plerisque anteponatur. Ego ſane cum illius aliquid lego, vetuſtiſſimæ antiquitatis ſuccum, & venuſtatem plane Atticam, quidquid alii parum æqui dicant, admiror. In Bibliotheca Barberica Cod. 263. habetur, Πλήθωνος νόμων συγγραφῆς βιβλίον α΄. *Plethonis de legibus liber primus.* Sunt tantum capita ſex. In quibus adnotavit neſcio quis: *Hoc tantum ex divino illo volumine Politicorum, ſive de Legibus Gemiſti ad nos pervenit, reliquum ſacrilegus Scholarius flammis conſumpſit; veterique odio, & inimicitiis adeo indulſit, ut ne communi quidem utilitati pepercerit, ſæviens in libros, quando in Auctorem nequiverit.*

24. In rebus noſtræ fidei ſcripſit, περὶ τῆς ἐνσαρκώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. *De Incarnatione Filii Dei.* Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *De proceſſione Spiritus ſancti* contra Latinos, vel hac inſcriptione, ἀπόδειξις ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται. *Demonſtratio, Spiritum ſanctum ex Patre ſolo procedere, neque inde aliquod ſequi abſurdum.* P. τὸ ὑπὲρ Λατίνων βιβλίον, τὸ ἐς ἡμᾶς ἧκον. * Qui cum ex fundamentis Gentilium Philoſophiæ ad id probandum argumenta petiiſſet, neque Græcis ipſis ex ſchiſmate ſatis fecit, quin ex iis Manuel Peloponneſius, Magnæ Eccleſiæ Rhetor, qui ſub Patriarcha Pachomio i) vivebat, ut de eo tradit in Hiſtoria Eccleſiaſtica Manuel Malaxus, k) ita argumenta Plethonis libro de hac re edito, cujus illud principium eſt, μηδέπω κρίνας ἄνδρας ἀδαήμονας ἐάσῃς, refellit; ut non minus eum in hoc libello, quam alii in libris de Legibus, impietatis ac Gentiliſmi accuſaret. Verba Manuelis, quia non ita omnibus in promptu ſunt, ſed non omnia, hic apponam. ὁρᾷ γάρ μοι τὸν ἀθεώτατον Γεμιστὸν ἐν τῷ σφετέρῳ τῷ-



* Præter breviorem huncce, etiam alius prolixior ejusdem argumenti Plethonis liber ex Chio allatus memoratur ab Allatio lib. 3. de conſenſu c. 3. §. 6. qui incipit: βιβλίον τόγε εἰς ἡμᾶς ἧκον πρῶτον ἄρχεται τοῦ τῇ σφετέρᾳ δόξῃ ἀμύνειν. *Puto*, inquit Allatius. *id opus à Gemiſto antequam in Concilium* (Florentinum A. 1438.) *veniret, cum quilibet ſe prepararet ad pugnam, ut aliquid dixiſſe videretur, conceptum excluſumque fuiſſe.* Gemiſti ſermones in Concilio Florentino habiti referuntur à Silveſtro Sguropulo in Hiſtoria illius Concilii p. 155. 197.

i) Circa A. 1510.

k) Apud Cruſium in Turco Græcia p. 146.

δὲ συγγράμματι κριτὴν καθιστῶντα ἑαυτὸν ἐν πράγμασιν, ὧν τῆς ἀκρι-
βοῦς καταλήψεως ἐπίσης φαινόμενον ἐπιτυγχάνοντα. λεληθότως δὲ τὴν
μὲν Χριστιανικὴν σοφίαν διαχλευάζειν, τὴν δὲ ἑλλήνων μιαρὰν δογματίζειν
392 θεοπλασίαν πειρώμενον. ὧν γὰρ αἱ δυνάμεις, φησὶ, διάφοροι, καὶ αὐ-
τὰ ἂν εἴη ταῖς οὐσίαις διάφορα. Et, ὁ δὲ ματαιόφρων Πλήθων μόνον
διασύραι βουλόμενος τὰ ἡμέτερα, αὐτὴν τὴν τοῦ εὐαγγελίου ῥῆσιν γυμνὴν
λαμβάνων εἰς τοὐναντίον οἴεται ἀπάγειν τὸν λόγον λυσσῶν ἀκρατῶς κατὰ
τῆς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν θεοσοφίας. καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν ὅλον τὸ τοιοῦτον
σύγγραμμα καθ' ἡμῶν ὑπούλως συντεταχὼς φαίνεται, οὗπερ ἡ ῥαθρό-
της τε καὶ παχύτης δήλη παντὶ τῷ λογικῆς εὐμοιροῦντι παιδείας ἀμηγέ-
πη καθέστηκε, τοῖς δὲ κατ' ἐκεῖνον, καὶ μάλιστα τῆς ἐκείνου ἀλόγως τε
καὶ κτηνωδῶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνδραποδωδῶς παρεπομένοις δόξειεν ἀντιλέ-
γειν. *Conſpice namque quæſo impiiſſimum Gemiſtum in ſuo Commentario judicem ſemetipſum conſtituentem in rebus, quarum exquiſitam comprebenſionem plane nullam poſſidet. Hic latenter Chriſtianam ſapientiam, contemptimque laceſſit, Gentilium execrandam Deorum confictionem, quaſi dogma hominibus propinare contendit. Quorum facultates, ait, diverſæ ſunt, ea eſſentia quoque diverſa ſunt.* Et, *Mente captus Pletho tantum noſtra contemnere, ac ludibrio afficere volens ipſum Evangelij dictum nudum arripiens in contrarium rapere ſermonem opinatur, effuſe furens contra Chriſtianorum divinam ſapientiam: & ut verbo dicam, totum Commentarium contra nos ſubdole videtur ſcripſiſſe, cujus imbecillitas, & hebetudo, cuilibet Logica doctrina imbuto perſpecta eſt; ſequacibus vero illius, & iis, qui ſine ratione, beſtiarum in modum, imo ſervorum dicta ejus ſequuntur, contra aliquid apponere judicabitur.* Liber proſtat mſ. in Biblioth. Vaticana, Auguſtana, Ambroſiana, & alibi.

25. Ejusdem *varia* aſſervari dicuntur in Bibliotheca Auguſtana, Index manuſcriptus, Veneta S. Marci, quæ fuit Beſſarionis, ſcam. 32. num. 22. & Neapoli in Cœnobio Auguſtinianorum ſancti Joannis de Carbonaria. Ambroſiana, *Proſphonematicus* l) qui an idem, vel diverſus cum aliquo ex ſupra recenſitis ſit, ignoro.

26. Aliquando *verſibus* etiam luſiſſe, dignis illis quidem tanto philoſopho, ſed paucis admodum; tradit Lilius Gyraldus Dialogo 2. de Poetis ſui temporis. Summa ſenectute confectus, tamquam qui centum annos natus, ſi Trapezuntio m) credimus, obiit. Funus illi

l) Fuit jam ſupra, p. 386.

m) libro 3. comparat. Platonis & Ariſtot. cui adde quod Magiſtratum in Peloponneſo gerere & admodum ſenem eſſe Plethonem ſcribit A. 1441. Franciſcus Philelphus libro V. Epiſt. ad Saxolum Pratenſem.

illi ſatis amplum oratione Encomiaſtica *Hermonymus Charitonymus*, &
*Gregorius* Monachus fecere. Utraque in Auguſtana Bibliotheca extat.
Reliquit Demetrium, & Andronicum, filios, ut ex epiſtola ad eoſ-
dem n) poſt Plethonis obitum ab amico Beſſarione Cardinale inedita
adhuc manifeſtum fit. Ea eſt, Βησσαρίων Καρδηνάλις τοῖς τοῦ σοφοῦ Γε-
μιστοῦ υἱεῦσι Δημητρίῳ, καὶ Ἀνδρονίκῳ. πέπυσμαι τὸν κοινὸν πατέρα τε
καὶ καθηγεμόνα, τὸ γεῶδες πᾶν ἀποθέμενον ἐς οὐρανὸν, καὶ τὸν ἀκραι-
φνῆ μεταστῆναι χῶρον, τὸν μυστικὸν τοῖς ὀλυμπίοις θεοῖς συγχορεύσοντα ἴακ-
χον. ἐγὼ μὲν οὖν χαίρω τοιούτῳ ὡμιληκὼς ἀνδρὶ, οὗ μετὰ Πλάτωνα, ἐξῃ-
ρήσθω γὰρ λόγου Ἀριστοτέλης, σοφώτερον οὐκ ἔφυσεν ἡ ἑλλάς. ὥστ᾽ εἴ τις τὸν
περὶ τῆς ἀπείρου τῶν γε ψυχῶν ἀνόδου τε, καὶ καθόδου Πυθαγορείων,
καὶ Πλάτωνος ἀπεδέχετο λόγους οὐκ ἂν ἀποκνήσω καὶ τοῦτο προσθεῖναι,
ὡς ἄρα Πλάτωνος τὴν ψυχὴν τοῖς τῆς εἱμαρμένης ἀρρήκτοις θεσμοῖς δεή-
σαν δουλεῦσαι, καὶ τὴν ἀναγκαίαν ἀποδοῦναι περίοδον ἐπὶ γῆς κατιοῦσαν
τὸ Γεμιστοῦ σκῆνος, καὶ τὸν ἐκείνου βίον ἑλέσθαι. ὑμεῖς δὲ εἰ μὴ καὶ αὐ-
τοὶ χαίροιτέ τε καὶ κροτοίητε τοιούτου ἐκπεφυκότες, οὐκ ἂν τὰ εἰκότα ποι-
έοιτε. θρηνεῖν γὰρ τόν γε τοιοῦτον μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. μέγα κλέος ἑλλάδι
πάσῃ γέγονεν ἐκεῖνος ἀνήρ. μέγας αὐτῇ κόσμος εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον
ἐσεῖται. τούτου κῦδος οὔποτ᾽ ὀλεῖται. ἀλλὰ οἱ τὸ ὄνημα, καὶ ἡ φήμη μετ᾽
εὐκλείας ἀϊδίου εἰς τὸν ἐς ἀεὶ παραπεμφθήσεται χρόνον. εὖ πράττοιτε. καὶ
Πρίγκιπα τὸν Χειλᾶν ἐξ ἐμοῦ προσείπατε. ὃς ἴσω φιλούμενος ὑπ᾽ ἐμοῦ
διά γε τὴν ἀρετὴν, ὡς οὐδέποτε μᾶλλον. *Beſſario Cardinalis ſapientis Ge-
miſti filiis Demetrio, & Andronico. Perlatum eſt ad me, communem omnium
Patrem, & Magiſtrum, terreno depoſito in cælum, ac lucidiſſima loca avolaſſe,
arcanam una cum Diis cæleſtibus ſaltationem ſaltaturum. Ego equidem mihi
gratulor, qui tanti hominis commercio uſus ſum, quo poſt Platonem, excipio
Ariſtotelem, ſuperiorem Græcia non tulit: adeo ut ſi quis de infinito animorum
aſcenſu, deſcenſuque Pythagoreorum, & Platonis ſententiam non improbat, ego
ſane illud etiam addere non dubitaverim, Platonis animum fati vinculis infragi-
libus, quando id opus fuit, ſerviturum, & ut neceſſariam compleret periodum
in terram venientem corpus Gemiſti, illiusque vitæ rationem ſelegiſſe. Vos porro* 393
*ſi non gaudetis, & plauditis tanto prognati patre, indecora facitis. Nefas enim
eſt ſimilem hominem lacrymis proſequi, qui ingens honor Græciæ fuit, magnuſ-
que decor in poſterum erit. Hujus gloria numquam obſcurabitur, ſed nomen,
& fama, cum benedictione ſempiterna in futurum omne tempus demandabitur.
Bene valete & Principem Chilam meo nomine ſalvere jubetote, qui ſciat ſe a me*
*propter*

n) Hæc Beſſarionis Epiſtola exſtat etiam in Allatii lib. 3. de conſenſu c. 3. p. 937.

*propter virtutem quam maxime diligi.* In calce Epiſtolæ, Diſtichon, ac Tetraſtichon in eundem Gemiſtum addebatur, incultum utrumque, barbarum, nullo ſyllabarum metro, nullo numero confectum: indicium tamen amici animi, quem ne fraudemus, ut ut eſt, utrumque hic exſcribemus. Non omnia poſſumus omnes.

Γαῖαν σώματι, ψυχῇ δ᾽ ἄστρα Γεώργιος ἴσχει
Παντοίης σοφίης σεμνότατον τέμενος.

*Terram corpore, animo ſtellas Georgius poſſidet, univerſæ ſapientiæ venerabiliſſimum templum.* Et,

Πολλοὺς μὲν φῦσεν ἀνέρας θεοειδέας Ἑλλάς,
Προὔχοντας σοφίῃ, τῇ τε ἄλλῃ ἀρετῇ.
Ἀλλὰ Γεμιστὸς ὅσον Φαέθων ἀστέρων ὑπερβάλλεται
Τόσσον τῶν ἄλλων ἀμφοτέρου κρατεῖ.

*Multos quidem procreavit homines Deo ſimiles Græcia, ſapientia, atque alia virtute eximios. Sed Gemiſtus quantum Phaethon ſtellis ſuperior eſt, tantum alios in utroque vincit.*

LVI. GEORGIUS, ſive Gregorius HERMONYMUS, ſive Charitonymus. Hermonymus Spartiata, quisnam, & quodnam vitæ inſtitutum ſecutus fuerit, habeto tibi ex clariſſimo Naudæo noſtro in Additamento ad Hiſtoriam Ludovici XI. cap. 7. *Gregorius Typhernas primus Græcorum ab expugnata Conſtantinopoli Lutetiam venit; & ſiſtens ſe coram Rectore Academiæ dixit, ſibi in animo eſſe Græcas literas eadem in Academia publice docere ſtudioſos: petiitque eo nomine ſtipendium, quod a ſacris Canonibus linguarum Magiſtris decernitur. Hoc vero licet novum, atque inſolens videretur in homine præſertim externo, & paupere, nihilominus blande acceptus fuit, & præmium induſtriæ ſuæ tulit adeo eximium, ut Hieronymus Hermonymus Spartiata, Tranquillus Andronicus Dalmata, & Janus Laſcaris, illi quidem regnante Ludovico XI. hic vero dum Carolus VIII. rerum potiretur, Lutetiam accedere poſtea, idemque ſibi munus depoſcere non dubitarint.* Et Georgius in primis non minus ſuo, quam Ioannis Reuchlini o) *viri admodum celebris merito inclaruit; ſiquidem non veretur*

o) Non Reuchlini modo ſed etiam Guilelmi Budæi præceptorem fuiſſe hunc Hermonymum ait celeberr. Montſauconus p. 99. Palæographiæ Græcæ, ubi addit eum ſcripſiſſe manu ſua Codices Græcos aliquot qui nunc ſunt in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi, & Liturgiam S. Joannis Chryſoſtomi quam habuit eruditiſſ. Baluzius.

*retur hic in Præfatione rudimentorum Hebraicorum fateri ſe Hermonymo debere, quod linguæ Græcæ ignarus non eſſet, illudque rurſum inſinuat, eum in epiſtolis, quas ad ipſum e Germania ſcripſit, tum etiam in alia, quæ ad Jacobum Fabrum Stapulenſem deſtinata eſt, ex qua tamquam non paſſim obvia in Bibliothecis, verba, quæ ſequuntur exſcribere non abſurdum duxi. Quodque non ignorarent me ante omnes annis circa quadraginta rurſus Alemaniæ Scholam Græca elementa docuiſſe, quæ ipſe ergo quondam in veſtra Gallia ex diſcipulis Gregorij Typhernatis adoleſcens Pariſiis acceperam Anno Dom.* CIↃ CCCC LXIII *quo in tempore illic & Joannem Lapidanum Teologiæ Doctorem in Grammaticis ad Sorbonam, & Gulielmum Sardinum Acciſienſem in vico S. Genovefæ, & Robertum Gaguinum apud Mathurinos in Rhetoricis præceptores audivi. Demum poſt aliquot annos e Suevia rediens ad Pariſios Georgium Hermonymum Spartiatam Græce docentem aſſecutus ſum.* Fuit Sixto Quarto familiaris, cui in graviſſimis etiam negotiis inſeruiit. Habeo ex nota ejusdemmet Georgii in fine Cointi Smyrnæi ab eodem diligentiſſime exarati, aſſervatique in Bibliotheca Barberina ſub num. 170. ἐπληρώθη τὸ παρὸν βιβλίον ποίησιν περιέχον Κοΐντου Καλαβροῦ ἐπιστρέψαντός μου ἐξ Ἀλβιώνης τῆς Βρεττανικῆς νήσου ἐν πόλει τοῦ Παρισίου ἐν τῇ Γαλλίᾳ χειρὶ Γεωργίου Ἑρμωνύμου, τοῦ Σπαρτιάτου πεμφθέντος ὑπὸ τοῦ μεγίστου 394 ἀρχιερέως Σίξτου τετάρτου ἐπ' ἐλευθερίᾳ τοῦ ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἰόρκης ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως ͵αυος'. τρίτη φθίνοντος Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς κατὰ Ἀθηναίους, ὃν Ἰούνιον Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. *Abſolutus eſt hic liber continens poëma Cointi Calabri, poſtquam ex Albione Britannica Inſula Lutetias in Galliam commeaſſem, manu Georgij Hermonymi Spartiatæ, qui a maximo Pontifice Sixto Quarto miſſus fueram ad liberandum Vrovici Epiſcopum, Anno a Chriſto nato* 1476. *Hecatombæonis menſis ſecundum Athenienſes, quem Junium Romani dicunt, die vigeſima octava.*

Vertit e Græco in Latinum, libellum Gennadii Scholarii Patriarchæ, qui *Vita ſalutis hominum* appellatur editum ſub Gregorii Hermonymi nomine Baſileæ in folio 1556. in Hæreſiologia p) cum aliis Auctoribus cum Græcis, tum Latinis, qui pro Catholica Chriſti Eccleſia contra hæreſes ſcripſerunt, & tamen in Præfatione ad Joannem Epiſcopum

p) pag. 797-802. Latine, Græcis omiſſis.

copum Wiſmarienſem Ioannes Dola d) de Albo Caſtro Græcus dicit ſe prædictum Librum de Græco Latinum feciſſe.

Item vertit e Græco in Latinum Mahumetis vitam. edidit ſub Georgii nomine Robertus Winter Baſileæ in 8°. 1541. cum aliis.

Item Charitonymi Hermonymi capita X. demonſtratio, *Chriſtum eſſe Filium Dei, & Deum.* Χαριτωνύμου Χριστωνύμου ὀκτώ εἰσι ταῦτα τὰ κεφάλαια σὺν ἄλλοις τισὶν ἀποδεικνύντα, ὡς ὁ Χριστός ἐστιν υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ἀναντιῤῥήτως, καὶ ἀναμφιβόλως, καὶ ὅλως ἀδύνατον. Græco Latina cum notis ex manuſcripto Codice Bibliothecæ Auguſtanæ jamprimum edita a Joanne Vœgelino * una cum Cyrilli, Damaſceni, & Pſelli opuſculis Auguſtæ apud Georgium Viller, & Sebaſtianum Mylium 1608. in 8°. r) Editumque videtur ex Autographo Auctoris; cum enim ipſe in decimo argumento dicat, ἐπείγομαι γὰρ στενοχωροῦντος τοῦ χάρτου, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλέον μηκύναι μὴ συγχωροῦντος. *Urgeor enim charta propter anguſtiam deficiente, & propterea longius hæc producere non permittente.* Notat Vegelinus in manuſcripto paginæ omne ſpacium ſcriptura repletum eſſe. Argumenta cum in infideles, & Turcas potiſſimum, qui ſacra non admittunt, producantur, neque ex ſacrarum literarum, neque Patrum teſtimoniis, ſed ex aliis rationibus deducuntur.

Nondum vulgata eſt *Monodia in Georgij Gemiſti obitum* cum Epigraphe, *Hermonymus Charitonymus* habetur in Bibliotheca Auguſtana cum alia in ejusdem *Gemiſti obitum monodia*, *ſcriptore Gregorio Monacho.*

LVII. De GEORGIO SCHOLARIO verba facturis, illud ante omnia expediendum eſt, plures ne, an tantum unicus Georgius Scholarius eadem ætate vixerit. Unum fuiſſe s) patria Conſtantinopolita-

q) Joannes Polo, nobilis Vir de Albo Caſtro in præfat. libello præmiſſa ad Joannem Wormatienſem Epiſcopum: *Quam poſtmodum ipſemet* (Gennadius) *volente Imperatore* (Turcarum Mohamete) *ſcriptura commiſit, quod tum nuper ex Aſia ab Oratoribus Magni Turci ad Te digniſſime Princeps mittendum æſtimaveram, Græce ſcriptum delatum eſſet, Latinum feci* (i. e. curavi faciendum) *Itaque dignitati dedicare mihi perſuaſi.*

* *Wegelino*, Auguſtano.

r) Exempli mei titulo inſcriptus Annus 1611. Auguſtæ Vindel. apud Davidem Francum. pag. 163-185.

s) Licet tres Georgios Gennadios infra fingit Allatius, tamen unum fuiſſe qui tres perſonas ſolus ſuſtinuit, & uni omnia illa quæ ſub trium nominibus ille refert, eſſe tribuenda non dubitavit qui legerit ea quæ ex eruditiſſ. Viri Euſebii Renaudoti obſervationibus ad

politanum. Philoſophicis diſciplinis, & reliqua literatura doctiſſimum, qui cum Joanne Palæologo in Italia ad Concilium Florentinum venit, in quo & de auxilio patriæ ferendo, & de pace plures, atque elegantiſſimas orationes compoſuit, poſtmodum cum Imperatore Conſtantinopolim regreſſum, capta everſaque Urbe a Turcis, cum Turcarum Imperator Græcis, ut Patriarcham ſibi pro more eligerent, præcepiſſet, inuitum Patriarcham creatum, nomenque in Gennadium mutaſſe, & cum non ultra annos quinque & menſes ſediſſet, negotiorum mole, ac turbarum fluctibus perterritum Throno renunciaſſe, & ſibi vixiſſe videntur narrare in Turco-Græcia Hiſtoria Civilis Conſtantinopolitana, Georgius Franza lib. 3. cap. 19. Chalcondylas de rebus geſtis Turcarum, & alii, ſed omnium recentiſſimus Manuel Malaxus in Hiſtoria Eccleſiaſtica. t) Λοιπὸν οἱ κληρικοὶ κατὰ τὸν ὁρισμὸν τοῦ Σουλτάνου ἐσυνάξαν μερικοὺς τοὺς πλησίον ἀρχιερεῖς, καὶ συνόδου γενομένης ἐκλεξαν ὅλοι ὁμοφώνως τὸν σοφώτατον κύριν Γεώργιον τὸν Σχολάριον. ὁ ὁποῖος ἦτον κριτὴς τῆς βασιλικῆς κρίσεως εἰς τὰς ἡμέρας τῶν βασιλέων τῶν Ρωμαίων, καὶ ὅταν ὑπῆγεν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος εἰς τὴν Φραγγίαν ὁποῦ ἔκαμαν τὴν ὀγδόην σύνοδον, ἐπῆρε καὶ αὐτὸν ὡς σοφώτατον. ἦτον δὲ ἄνδρας ἁγιώτατος καὶ εὐλαβέστατος. Et, u) ὁ δὲ Πατριάρχης κύρις Γεννάδιος ἔκαμεν εἰς τὸν ὑψηλότατον Πατριαρχικὸν 395
θρόνον τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας χρόνους πέντε, καὶ μῆνας, καὶ ἀπὸ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα σκάνδαλα ὁποῦ ἦσαν ἐκάλεσε σύνοδον ἀρχιερέων, καὶ κληρικῶν, καὶ ἀρχόντων, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν, καὶ ἔκαμε παραίτησιν τοῦ Πατριαρχικοῦ θρόνου. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἐπαρεκάλεσαν αὐτὸν, καὶ οἱ κληρικοὶ, καὶ ὅλος ὁ λαὸς, διὰ νὰ διαμείνῃ. ἀμὴ δὲν ἠθέλησε πλέως νὰ τὸ ἀκούσῃ. μόνον ἔγραψε τὴν παραίτησιν αὐτοῦ εἰς τὸν κώδικα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ λαβὼν τὰ πράγματα αὐτοῦ,



Gennadii homilias Pariſ. 1709. 4. editas ſupra exhibui. De eodem Nic. Comnenus, Græcus ipſe p. 44. prænot. Myſtagog. *Vir ille in omni litteratura conſpicuus, diu Photianus, mox agnita veritate Græcus ingenuus* (ſic Comnenus appellat Romanis faventem) *interfuit aulicus Synodo Florentina, declamantem Epheſium audivit, denique poſt catoſtrophem Imperii noſtri, ſacris Græcia totius præfectus CPol. Patriarcha contra Vos*, (Photianos) *Turcis imperantibus ſcripſit, totique Græcia videnda, qua ſcripſit, expoſuit.* Unum eſſe Gennadium, quem in duos vel tres diſtraxere Allatius & Caryophylus, obſervavit etiam Rich. Simon in libro Gallice edito de transſubſtantiatione contra Thomam Smithum.

t) In Cruſii Turco Græcia p. 107.

u) Id. p. 120.

ἤτοι αὖ εἶχεν, ὑπῆγεν ἐν τῷ ἅμα εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ θείου Προδρόμου, τοῦ ἐν τῷ ὄρει Μενοικέως, πλησίον εἰς τὰς Σέρρας, καὶ ἐκεῖ ἀπέθανεν εἰρηνικῶς, καὶ ἐμετήλλαξεν ἀντὶ τοῦ κόσμου τούτου τὴν οὐράνιον βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Clerici igitur de mandato Regis congregarunt certos quosdam, qui in vicinia erant ſacrorum Antiſtites. Hoc modo Synodo coacta elegerunt una voce doctiſſimum, & prudentiſſimum virum Georgium Scholarium, qui ſtante adhuc imperio Romano, in judicio imperatorio judicem egerat. Ac, quo tempore Joannes Palæologus in Italiam profectus fuerat, ubi octava Synodus facta eſt, ſecum illum inter alios duxerat, ut eruditione præſtanti præditum. Erat porro idem pietate, ſanctitateque inſignis vir.* Et, *Cæterum Patriarcha Gennadius in ſublimi magnæ ſanctiſſimæque Chriſti Eccleſiæ throno, annos quinque, & aliquot menſes egit. Tunc multis, magnisque diſſidiis exortis concilium convocavit Pontificum, Clericorum, Optimatum, cunctorumque Chriſtianorum, in quo ſe Patriarchico munere abdicavit. Adhortabantur quidem Pontifices ipſum & Eccleſiaſtici omnes, populusque cunctus ad manendum, ſed prorſus ipſe noluit audire. Verum abdicationem ſuam in Codice magnæ Eccleſiæ inſcripſit. Dein rebus ſuis acceptis, recta ſe in Monaſterium D. Prodromi in monte Menacæi prope Serras ſitum, contulit, ibique bona pace mortuus; cum hoc caduco mundo cœleſte Dei regnum commutavit.* Et ex Latinis ii omnes, qui Commentarium, *De quinque Capitibus Concilii Florentini* Scholarii eſſe Gennadii, qui antea Georgius dicebatur affirmant.

Joannes Matthæus Caryophylus, Iconienſis Epiſcopus in Præfat. quinque Capitum Concilii Florentini, quæ ipſe vernaculo Græcorum ſermoni donavit, ad Lectorem, & in Nota ante orationes Georgii Scholarii poſt Concilium editas, cum videret ſub Georgii Scholarii nomine duos Commentarios diverſos, adverſoſque in eodem argumento, unum contra Latinos pro Græcis, alterum contra Græcos pro Latinis, neque poſſet tantam rei diſcrepantiam concordare, in eam ivit ſententiam, ut aſſereret, duos fuiſſe Georgios Scholarios, unum, qui Concilio Florentino interfuit, & pro Latinis contra Græcos ſcripſit, quique ſine ulla dignitate laicus ante captam Conſtantinopolim obiit: alterum Marci Epheſii alumnum, numquam in opinionem Latinorum abreptum, & qui poſt ereptum Græcis Byzantium, Patriarchatum occupavit, calamo ſtricto contra Latinos inſaniit. Pro-

Probari poteſt. Scholarius antiquior multa dixit, & ſcripſit in Synodo, & poſt Synodum: poſterior ait conſulto tacuiſſe ad illud tempus, cum contra Latinos ſcriberet, ſed jam tum ſuſcipere patrocinium diſſenſionis; familiaris, diſcipulus, & ſectator Epheſii. ὃ δὴ καὶ περὶ ἐμοῦ σφᾶς πεποίηκεν, ἢ ἀμφιγνοεῖν, ἢ τἀναντία δοξάζειν. ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς καιρὸν ἐχούσης σιωπῆς ἡμῶν, πλανωμένους. ποτὲ δὲ τὴν ἐν λόγοις, ἢ πράγμασιν οἰκονομίαν ἡμῶν κατὰ δοκοῦν σφίσι παρερμηνεύοντας. ἔστι δ' ἃ καὶ συκοφαντοῦντας. ἔδει μὲν τοίνυν καὶ διὰ ταῦτα λόγον συγγράψαντα, διορθώσασθαι μὲν αὐτοὺς τοὺς μὴ καθάπαξ ἀνιάτως ἔχοντας, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην, καὶ σύντροφον αὐτοῖς τε καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ δόξαν ἐπαναγαγεῖν. Et, οὔτε γὰρ ἀμφιγνοήσει τις λοιπὸν, οὔτε συκοφαντεῖν προαχθήσεται, τῆς ἐμῆς γνώμης ἐκδήλου γεγενημένης, ὅτε ἔμελλεν ἁρμοτέραν μὲν εἶναι καθ' ἑαυτὴν, ὠφελιμωτέραν δὲ ἢ πρόσθεν, τοῖς τῆς ἀληθείας φίλοις ἐκτίθεσθαι, τούτων μὲν ἕνεκα τὸν παρόντα λόγον ἐνεστησάμην. *Quod quidem in cauſa fuit, ut de nobis vel dubitarent, vel contraria ſentirent, quandoque propter noſtrum diuturnum ſilentium eluſi, quandoque etiam noſtram, aut in ſermone, aut rebus diſpoſitionem pro libidine perperam exponentes, quandoque etiam calumniantes. Oportebat itaque propter jam dicta Commentarium ſcribere, eosque qui non deſperata ſint valetudine corrigere, & ad antiquam illam, & una cum ipſis, &* 396
*Chriſti Eccleſia opinionem educatam reducere.* Et, *Neque enim quis in poſterum dubitabit, neque ad calumnias confugiet mea ſententia in publicum prolata, cum ex ſe ipſa opportunior, magisque quam antea proficua veritatis ſectatoribus eſſet futura. Horum quidem cauſa præſentem ſermonem inſtitui.* Et ad calcem libri illa ſuggerit. Ἐμαυτοῦ δὲ πρὸ πάντων κατηγορῶ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν θρηνῶ, ὅσοι τοῖς πράγμασιν ἐκείνοις ἑκόντες, ἢ ἄκοντες, καὶ ἢ καθάπαξ, ἢ ἐκ μέρους τινὸς ἐνεχέθημεν, ἢ δυνάμενοι λαλεῖν ὅμως ἐσιγῶμεν ὑποστελλόμενοι. *Me ipſum præ omnibus accuſo, & lugeo præterea nos omnes, quotquot rebus illis ſponte, aut vi in totum, vel ex parte interfuimus, qui cum loqui poſſemus, tacebamus tamen, & metu ſermonem reprimebamus.*

Subdit Caryophylus. *Ille*, nempe antiquior, *ante excidium Orientalis Imperij ceſſit e vita, hic captam vidit Conſtantinopolim. Ille numquam ſacris initiatus obiit, bic Patriarchatu accepto, & mutato nomine dictus fuit Gennadius.* Hæc omnino temere aſſerta probare debuerat Caryophylus.

lus. Quanto cautius alibi locutus in re obſcuriſſima fuit. ἦν δὲ οὗτος, ὡς ἔοικεν, συνήθης, ἢ καὶ μαθητὴς Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. *Erat autem hic, ut videtur, familiaris, ſive etiam diſcipulus Marci Epheſii.* Sic cum ait Scholarium antiquiorem Conſtantinopoli rogatu Gregorii tunc Protoſyncelli, deinde Patriarchæ, complura Marci Epheſii argumenta contra Spiritus ſancti a Filio quoque proceſſionem valide confutaſſe: ſed interea eo vita functo, Beſſarionem reliqua Marci ſophiſmata diluiſſe, nullo probatorum ſcriptorum dicto confirmata, eludit nos in alea, & ſomnos narrat, ut ex iis, quæ infra, dum de illo Georgii opuſculo contra Marcum ſermonem habebimus, manifeſtum erit. Illa mecum Caryophylo conveniunt, duos fuiſſe, & eodem tempore Georgios Scholarios utroſque cognomento, non indoctos, neque ineruditos; verum tamen non uno animo, nec eorundem defenſores, ſed ſententiis & voluntatibus diſcordes. Hic Latinos, ille Græcos ad extremum usque ſpiritum oppugnarunt. Bene. Cætera non aſſentior Caryophylo. Scholarius qui Græcorum cauſam egit inglorius, absque ulla Patriarchatus dignitate, & forte ante exciſum Byzantium, Monachi tantum habitu Georgium in Gennadium commutans fato functus eſt. Habeo ex titulo ſyntagmatis, Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου, τοῦ ὕστερον γενομένου Γενναδίου μοναχοῦ. *Georgij Scholarij, qui demum Gennadius Monachus factus eſt.* Nulla hic Patriarchæ dignitas, quam nec ipſe, nec poſt illum exſcriptores operis, ſaltem pro dignitate operis, & nomen adeo carum, quo poſtquam inditum illi fuerat, tantum delectatus eſt, ut numquam in poſterum alio quam ipſo publice & privatim compellari, & ſcribi, Georgii obliterato, voluerit, ſiluiſſent. Hinc ſcripta illius omnia poſt Patriarchatum ſub Gennadii Scholarii nomine, nulla alterius facta mentione innoteſcunt: quod aliter in ſyntagmate cernitur, cum primum, & præcipuum Georgii, Gennadii tamquam minus notum, nomen præfigatur. Scripſit ante Patriarchatum initum, ſyntagma illud. Falſum. Monachus enim non potuit, niſi poſt Patriarchatum fieri; cum ante e Laico in dignitatem evectus ſit. Quare ſi monachus, ergo jam fuerat Patriarcha; ſi ante Monachus, quam Patriarcha, ergo alius a Scholario Catholicæ doctrinæ aſſertore. Nec alium fuiſſe exiſtimo, quam quem Corteſium Scholarium in aliis operibus manuſcripti Codices indigitant, & Presbyterum, ad quem Marcus Epheſius epiſtolam contra ritus, & ſacrificia Romanæ Eccleſiæ direxit. εὐλαβέστατε πρεσβύτερε, καὶ ἡμῖν ἐν Χριστῷ ποθεινότατε ἀδελφὲ κύρι Γεώργιε, τοῦ Θεοῦ δέο-

*δέομαι ὅπως ὑγιαίνῃ ἡ ἁγιωσύνη σου, καὶ ἐπὶ πᾶσι καλῶς ἔχῃ. Honoratiſſime Presbyter, & nobis in Chriſto dilectiſſime frater, Domine Georgi. Precor Deum, ut ſoſpes ſit ſanctitas tua, & in omnibus bene ſe habeat.* P. *τὴν γραφήν σου δεξάμενος.* Ad quam epiſtolam ſatis fuſam reſponſionem Andreæ Archiepiſcopi Coloſſenſis ad cives Methonenſes per modum Dialogi, beneficio tum antiquæ, tum recentis Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ con- 397
di Ferdinandi Ughelli Abbatis Ciſtercienſis etiam per otium legi. Perpetuus Florentinæ Synodi hoſtis, quod ex Leonardi Chii epiſtola anno 1453. 16. die Auguſti, De expugnatione Conſtantinopoleos data manifeſtum fit: illius enim in Latinos, machinas ita explicat. *Verum quoniam nec ratio, nec auctoritas, nec variæ Scholarij, Iſidori, Neophytique opiniones adverſus Romanæ Eccleſiæ fidem ſtare poterant, actum eſt induſtria, & probitate præfati Domini Cardinalis, ut ſancta unio, aſſentiente Imperatore, Senatuque, ſi non ficta fuit, firmaretur, celebrareturque. 2. Idus Decembris Spiridionis Epiſcopi ſancti die.* Et, *Intendebat ex una parte Scholarius, & altera Chiſluca quandoque ad præſentiam ſemet Apoſtolicam conferre, ut hi eſſent, qui ſoli rem intellexiſſe viderentur, quique primi laudarentur tantæ unionis auctores; adverſus enim Legatum multi invidia clanculo torquebantur. Ergo, dixi, Paterisne o Imperator, ut hæc ambitio ſcindat Eccleſiam? ut hujus gratia, divina ira magis, magiſque merito accendatur? Cur non e medio pertinaces illi tolluntur. Acquieſcere Imperator viſus. Metropolitas ad concupiſcendum* (fortaſſe *compeſcendum*) *Scholarium, Iſidorum, Neophytum, complicesque judices conſtituit quidem, non facto. Nam ſi puſillanimitatem Imperator excuſſiſſet, hanc fidei illuſionem vindicaſſet.* Nec tacuit Chalcondyles lib. 6. *ὁ μέν τοι ἀρχιερεὺς καὶ σοφῶν τινας ἐπεπόμφει ἐπὶ τὸ Βυζάντιον παρὰ τοὺς ἕλληνας ἐς διάλεξιν ἀφιξομένους τοῖς τῶν ἑλλήνων σοφοῖς, οἳ οὐ προσίεντο τὴν γενομένην σφίσιν ξύνοδον κατὰ τὴν Ιταλίαν, Μάρκῳ τε τῷ Εφέσου ἀρχιερεῖ, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν Λατίνων δόγματι τὸ παράπαν, καὶ Σχολαρίῳ τῷ τότε παρ' ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν εὐδοκιμοῦντι. οὐ μέν τοι ἠνύετο αὐτοῖς οὐδὲν ἐς λόγων ἅμιλλαν ἀφικνουμένοις. ἀλλ' ἀπεχώρεον ἄπρακτοι ἐπὶ Ιταλίας. Hinc motus Pontifex Romanus viros quoſdam doctos Byzantium ad Græcos miſit, ut cum his in colloquium venirent: qui quidem Synodum, & concordiam in Italia factam non admittebant: Marco ſcilicet Epheſi Epiſcopo, ne quidem ab initio Latinorum dogmati*

*dogmati conſenſum præſtare volenti, Scholarioque Græcorum tunc temporis doctiſſimo. Ubi ad colloquium, & ad diſputationem ventum eſt, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reverſi ſunt.*

Et ut tandem evidentiſſima ratione rem firmem, Scholarius iſte Romanæ Eccleſiæ perduellis, neque in Concilio Florentino fuit, neque adeſſe potuit infirmitate oppreſſus, qui poſtea Monachum induens, & ſub eo habitu etiam poſt Concilium unionem illam Florentinam ſummopere objurgans, multa cum Latinis conflictatus eſt, quæ de Catholico Scholario, qui cum Imperatore Florentiæ fuit, & nonniſi cum ipſo Patriarchatu ſemper antea laicus, eccleſiaſticis initiatus aſſeritur. Manifeſtum itaque eſt, non Scholarium Patriarcham, ſed alterum Monachum, a Patriarcha diverſum, convitium Eccleſiæ Latinæ feciſſe. Non ex meo iſta profero. Teſtis ipſe Scholarius ſuæ conditionis ſtatum probat. Metazon Imperatoris gener, dignitate Magni Ducis, & cognomento Notaræ celebris, cum Concilium in Italia ageretur ad Theodorum Caryſtenum, qui cum Imperatore Synodo in ererat, plerasque epiſtolas dederat, aliasque multo plures familiariſſime, & eodem tempore Scholario ab Imperatore ipſo diſiunctiſſimo, cui reſpondens Scholarius ſcribit epiſt. 1. ἴσως ἐπειδὰν ὁ βασιλεὺς ἐπανήκει, καὶ δέῃ με προσαγορεύειν ἐκεῖνον. δίκαιον γὰρ ἅπαξ ἂν ὁ Θεὸς ἐθέλῃ, τούτου δεήσομαι· ὅτε καὶ πείσεις τὸν πάντ᾽ ἄριστον βασιλέα. *Fortaſſe ubi Imperator redierit, tua interceſſione eum alloquar. Neque enim injuſta, ſi Deus dederit, ab illo petam, quando omnium optimo Imperatori perſuadebis.* Qui expectat reditum Imperatoris, cum Imperatore non eſt. Præterea Catholicus unice plurimi ab Imperatore pendebatur, ut ex actis Concilii colligitur. Schiſmaticus dum hæret, & colloquia Imperatoris, aliorum opera ſibi procurat, parum virtutis, parum animi, parum etiam nervorum habuiſſe, vilemque apud Imperatorem ſe fuiſſe demonſtrat. Sed qui potuit gravi morbo, tantum ope divina
398 pollendo impeditus in Italiam adnavigare? Scholarius eſt, qui loquitur eadem epiſtola, ὑφ᾽ ἑνὸς μόνου τῆς τοῦ σώματος ἐνοχλούμεθα δυσκρασίας, ἧς οὐκ ἔστι μηχανὴ θαύματος ἄνευ ἀπαλλαγῆναι. *Ex una tandem corporis intemperie laboramus, cui ſine miraculo mederi haud facile fuerit.* Ideoque in 2. ad eundem epiſtola gratias agit, quod de medico ſibi providerat. σὺ γὰρ ἤδη καὶ τὰς ἡμῶν μαντευόμενος χρείας φθάνεις τὴν αἴτησιν, καὶ τὸν ἰατρὸν γὰρ ἡμῖν ἔπεμψας πρὶν ἢ παρ᾽ ἡμῶν εἰδέναι σαφῶς, ὃς καὶ λίαν ἡμῖν ἔδοξεν ἐξαρκεῖν. *Tu enim & noſtras pravidens neceſſitates, poſtulata antevertis; Medicum enim nobis miſiſti antequam a nobis certius*

*tior redderetis, qui nobis maxime idoneus viſus eſt.* Quid plura? adhuc Byzantium ſub Chriſtianis Imperatoribus ſtabat, & ipſe, neſcio an vitæ pertæſus, an gloriæ flagrans cupiditate, Monachorum albo aſcribitur, Georgiique nomine, omiſſo Gennadii ſibi adſciſcit. Hinc epiſt. 8. ſcribi cœptum; Γεννάδιος ἐλάχιστος ἐν μοναχοῖς. *Gennadius humilis Monachus.* & Notaras, τῷ ὁσιωτάτῳ ἐν μοναχοῖς, καὶ λογιωτάτῳ ἁγίῳ διδασκάλῳ τῷ ποτὲ Σχολαρίῳ. *Venerabiliſſimo Monacho & eruditiſſimo Magiſtro quondam Scholario.* Et quod magis animadverſione dignum eſt, Monachorum quoque curam in ſe recepit, cui poſtea renunciare coactus ad Athum montem ſe contulit, ut idemmet aſſerit epiſt. 9. ἐπεὶ καὶ τῆς μονῆς, ἧς ᾔσθα τὴν ἐπιμέλειαν ἐστέρξαμεν μὲν τὴν ἀρχὴν λογισμοῖς θειοτέροις κεκινημένος. ἀλλὰ νῦν τῶν δεδωκότων ἐκείνην, καὶ δεηθέντων πάνυ λαβεῖν, οὐ πάνυ τοῖς ἡμετέροις συμφωνούντων σκοποῖς, οὐράνιον τουτὶ δεξαμένοις σύνθημα περὶ τοῦ δεῖν μᾶλλον ἰδιοπραγμονεῖν, καὶ τὴν ψυχὴν καθαίρειν· καὶ ἀνάγειν πειρᾶσθαι τοῖς ἀπλανέσιν ἐκ Θεοῦ φωτισμοῖς, καὶ ταῖς ὁδηγίαις τῶν ἀρχαιοτέρων ἐκείνων, καὶ τὴν μικρὰν ἐκείνην παρρησίαν ἀμέμπτως ἐφύγομεν. Et infra, ἀλλ' ἐμέ γε οὐκ εἰς μακρὰν Ἄθως δέξεται. *Quandoquidem & Monaſterii, quod ipſe minime ignoras, curam in noſmet initio ſuſcepimus, divinis ſervientes afflatibus. Verum tamen nunc illis, qui monaſterium tradiderant, & precibus nos iteratis ad illud ſuſcipiendum compulerant, quum noſtris cogitationibus non concordarent, noſque eorum conatus tamquam cæleſtem teſſeram ſuſciperemus, nos ſcilicet privatam vitam vivere, animumque purgare, conarique infallibilibus Dei illuminationibus, vetuſtiorum illorum adhortamentis manuductos ad excelſiora promovere, puſillum illum faſtum inculpate neglleximus.* Et, *ſed me non multo poſt Athos excipiet.* In epiſtolis item, quas Monachus ſcripſerat, licet habitum mutarit, naturam tamen ſuam haud vincere potuit, ut in Romanam Eccleſiam, quam ſemper contumelioſe lædit, odium ſibi inſitum aliquo modo ex animo evelleret. Quomodo ergo Scholarius Catholicus, erit Patriarcha ſchiſmaticus. Monachum mihi a Patriarcha, Concilio adhærentem, ab eo, qui in Concilio non fuerat ſejunge, & evidentiſſime contra Caryophylum conclude, Scholarium ſchiſmaticum nullo modo Patriarcham fuiſſe; eum, qui in Italia fuit, non ante exciſam urbem fato occubiſſe, ſed adhuc ſuperſtitem Imperii Othomanici exordio una omnium ſententia ex laico Patriarcham electum: Scholarium alterum prius Monachum factum continuo ſchiſmati inhæſiſſe, qui nec Patriarcha fieri potuit, cum non ex laico, ſed

ex

ex Monacho, & Monachorum præpoſitio in Patriarchatum ipſum contra ſcriptorum omnium fidem gradum feciſſet.

Scholarius vero, qui ſemper virtute, ac doctrina ſua præſidium Latinis contra Græcos fuit, præceptorem habuit Matthæum Camariotam, non indoctum hominem, ut in fronte cujusdam libri Joannis Zygomalæ adnotabatur, τοῦ σοφωτάτου, καὶ λογιωτάτου Ματθαίου, τοῦ Καμαριώτου ἐξήγησις εἰς τὰς ἐπιστολὰς Συνεσίου τοῦ σοφωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου γεγραμμένη οἰκεία χειρὶ τοῦ Καμαριώτου. καὶ ἔτι βραχὺ ὑπόμνημα εἰς τὸν αὐτὸν Καμαριώτην, ὅτι ἀπὸ Θεσσαλονίκης ὁρμώμενος, καὶ φιλόσοφος ὤν, ἦλθεν ὧδε εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τοῖς ἐσχάτοις δυστυχέσι χρόνοις τῶν βασιλέων τῶν Παλαιολόγων, καὶ ὧδε μείνας μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ὑπῆρξε διδάσκαλος τοῦ Πατριάρχου κυρίου Γενναδίου, τοῦ Σχολαρίου, καὶ ἄλλων τινῶν ἀρχόντων περὶ τὰ μέσα τῆς βασιλείας τοῦ Σουλτάνου Μουράτη. *Doctiſſimi, & eruditiſſimi Matthæi Camariotæ*
399 *expoſitio in ſapientiſſimi, & reverendiſſimi Epiſcopi Syneſii epiſtolas, manu ipſius ſcripta. Præterea Commentariolum in eundem Camariotam, quo modo patria Theſſalonicenſis, profeſſione Philoſophus huc Conſtantinopolim venerit ultimis Regum Palæologorum miſeris temporibus, & hic poſt urbem amiſſam ſubſtiterit poſtquam Scholarii, qui poſtea Patriarcha fuit Gennadius, & quorundam aliorum Optimatum circa medium regni Sultani Amuratæ, præceptor fuiſſet.* Nec diſſentit Maximus Margunius Epiſt. ad Davidem Hœſchelium Synopſi Rhethoricæ Matthæi Camariotæ præfixa. οἶμαι δὲ Ματθαίου εἶναι τοῦ Καμαριώτου τὸ σύγγραμμα, ἀνδρὸς τά τε ἄλλα εὐσεβοῦς καὶ περὶ λόγους οὐκ ἀγεννοῦς. προσπεφοιτήκει δὲ τούτῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ Γεννάδιος ὁ Σχολάριος, ὁ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως τῆς αὐτῆς τοὺς οἴακας καταπιστευθεὶς, ἀκμάσαντι μὲν πρὸ τῆς ἁλώσεως, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ταύτης ἀπολιπόντι τὸν βίον. *Scriptio, ut videtur, Matthæi Camariotæ eſt Viri pii, & loquendi facundia diſerti. Eum inter alios audivit Gennadius Scholarius, qui poſt captum Byzantium, ejuſdem urbis gubernacula ſibi concredita ſuſtinuit. Matthæus ante excidium floruit, ſed paulo poſt excidium diem obiit.* De diſcipulis, & patria Matthæi Camariotæ non nimis veroſimilia tradit Theodoſius Zygomala epiſt. ad Martinum Cruſium de periculis, & cladibus Conſtantinopolitanis. * Cum Græcorum Imperatore Joanne in Italiam veniens Ferrariæ, Florentiæque Concilio interfuit, ut ſupra adnotavimus. In Synodo rogatus, ut ſententiam diceret, a qua dicenda laici in Synodis excluduntur, cum laicus ipſe eſſet, nihilominus dixit, & libris de ea editis, omnibus teſtatam eſſe voluit. ſeſſ. 25. ἐπεὶ

* In Cruſii Turco Græc. p.90.

δὲ

*δὲ μετὰ πάντων τῶν ἀριστεσάτων δεχόντων προτρέπομαι νῦν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ θείου σου κράτους ὀλίγοις ῥήμασι δηλῶσαι τὴν ἐμὴν διάνοιαν, βούλει γὰρ τῷ συμπεράσματι τῆς ἁγίας ἑνώσεως πάντας ἡμᾶς συγκινοῦντας, καὶ ὑπακούοντας ἔχειν, οὐ γνώμην διδόναι, τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἁρμόττει τοῖς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θρόνους τε, καὶ βαθμοὺς εἰληχόσι, πληρώσω τὸ προσταττόμενον.* Et, *καὶ τοῦτο ποιῶ, οὐ διότι εἰμὶ κοσμικὸς, καὶ ἀνάγκην ἔχω πείθεσθαι τῷ θείῳ κράτει σου καὶ τὰ ἑξῆς. Sed quoniam inter alios nobiliſſimos viros ſacrum tuum Imperium me quoque hortatur ad proferendum, quid ſentiam: vis enim in concludenda ſancta unione nos omnes habere conſentientes, dictoque audientes, non quidem ferendo ſententiam, hoc enim potius congruit iis, qui ſortiti ſunt ſedes, & gradus Eccleſiaſticos, faciam imperata.* Et, *Idque facio non quia ſum laicus, & neceſſe mihi eſt ſacro tuo parere imperio* &c. Poſt Synodum, & collapſas fortunas Græciæ etiamnum laicus eligitur Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Gennadius mutato nomine nuncupatur; & quemadmodum antea Patriarchæ ab Imperatoribus Chriſtianis in eorum conſecratione, ita ipſe a Turca, muneribus etiam oblatis excipitur. Georgius Franza lib. 3. cap. 19. Hiſtoria Politica lib. 1. Turco-Græciæ. Malaxus in Hiſtoria Eccleſ. & alii. Quinquennium præfuit, & aliquot menſes, & tranquillæ vitæ, ac quietis ſtudio Patriarchatu ſe abdicavit, & in monaſterio Prodromi in monte Menœcei prope Serras ſito vitam poſuit. Sequunturque Latini fere omnes, Poſſevinus, Bellarminus, Panvinius, & alii. Genebrardus Chronolog. lib. 4. in Nicolao V. neſcit, *An is ſit Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui Synodo Florentinæ interfuerat, & pro Latinis contra Græcos de Capitibus quinque ſcripſerat e Græcorum Patrum teſtimoniis*, nullo tamen evidenti argumento, ſi bene ſapio.

His iisdem temporibus vixit GENNADIUS GEORGIUS SCHOLARIUS Metropolita Phalorum, a ſupradictis longe diverſus, cum Georgius Scholarius Monachus, non aſſeratur fuiſſe Metropolita, & Patriarcha poſt Patriarchatum ſibi vixerit. ad quem legitur Elegia Græca Franciſci Philelphi in lib. 2. Pſychagogiæ Carminum Græcorum cujus illud initium eſt;

*Ὅν μοι ἐόντι νέῳ νεαρὸν πάνυ δῖα θεάων*
Ἐν Βύζαντος ἔρῳ ἧψατο Καλλιόπη. a)



a) *Quem juveni mi olim juvenem Byzantis in urbe*
*Calliopes dia conciliavit amor.*

Non ad alium quam ad Georgium Scholarium hanc Philelfi elegiam pertinere, docet Euſebius Renaudotus p. 41. ad Gennadii homiliam.

Nec dubito alios etiam hujus nominis ac cognominis perplures fuiſſe, quorum ſcripta cum nulla ad manus pervenerint, ac ſi nulli fuiſſent, de illis ſermo nullus nobis habendus eſt.

400 Hinc pro certo affirmare poſſumus, Opuſcula omnia, quæ ſub Gennadii Scholarii nomine circumferuntur, hujuſce Gennadii eſſe, & potiſſimum ſi Patriarchæ titulo muniantur. Item, omnia, quæ Latino nomini favent, etſi Gennadium non præferant: item quæ adverſus Georgium Gemiſtum, cum quo iſte noſter ſimultates exercuit, id enim ipſe de ſe ſcribit, Manuele Rhetore referente. Manuelis verba ſupra * relata ſunt.

Verſiones item ex Latinis Auctoribus huic tribuendæ ſunt; cum ipſe opuſculis contra Gemiſtum, & in Italia fuiſſe, & lingvam calluiſſe Latinam profiteatur, quamvis in eo id etiam cavillatus eſt Gemiſtus, quod de alio non dixerim. Licet enim ille de ſe dicat, οὕτω καὶ ἐμοὶ πάντων τῶν ἑκατέρωθεν συγγραψαμένων ἐπεληλυθότι καλῶς καὶ ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐγκύψαντι, πόῤῥωθεν δεξαμένῳ τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς ἐξευρεῖν τὶ πλέον, ἐπὶ συνηγορίᾳ μὲν τῆς ἀληθείας, καθαιρέσει δὲ τοῦ ψεύδους ἐκγέγονε. *Non alia ratione, & mihi omnibus ex utraque parte bene perlectis, & ſacris libris perceptis, cum jam inde multo abhinc tempore in ſimili conatu præſtiterim, præter jam dicta aliquid in re propoſita ad confirmandam veritatem, & ad oppugnandam falſitatem de novo contigit invenire.* Et cap. 18. καθάπερ ἡμεῖς νῦν σχεδὸν ταῖς ἑκατέρων συστάσεσιν, ὑπό τε φιλοτιμίας, καὶ ἀνάγκης ἐγγεγυμνάσμεθα. οὐδὲν γάρ ἐστι παρὰ Λατίνοις ῥητὸν, ἢ ἐπιχείρημα πρὸς τὴν αὐτὴν δόξαν ταύτην, ὃ μὴ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἡμετέρων μετελήλυθεν εἴδησιν. *Quemadmodum nos nunc fere utriusque inſtantiis a gloria cupiditate, ſive etiam neceſſitate exerciti ſumus. Nulla enim apud Latinos ſententia eſt, nullum argumentum eorum opinioni conferens, quod ad noſtram cognitionem tranſvectum non ſit.* Et alibi Planudem reprehendat, quod male verbum Auguſtini Græcis reddiderit: Latinæ tamen linguæ peritiam nullam ſibi vindicat. Argumenta etenim, ac diſcurſus utrinque fieri ſolitos, interpretum ſtudio, & ſcribentium faſtu, Græcis quoque ipſis Latinæ linguæ jejunis multo ante patuerant.

Illud quoque certum eſt, quæ Latinis, ac eorum ſententiæ, & præcipue de Proceſſione Spiritus ſancti cornua obvertunt, alterius Georgii Scholarii eſſe, & forte etiam quæ Corteſii Scholarii nomen præfixum habent. Reliqua niſi argumentum efficax oppoſitum ſvadeat, utrius ſint, in ambiguo eſſe. Ordiamur ergo à certiſſimis, & a Ge-

* p. 753. ſeq.

a Georgio noſtro, qui Gennadius obtento Patriarchatu vocari voluit.

1. Scripſit varias orationes. Primam ad Synodum Orientalem Florentiæ, *De pace, & ferendo patriæ auxilio.* Secundam, *de facienda unione, Dogmaticam, quæ præſenti rerum ſtatui eſſet profutura.* Tertiam, *qua impedimenta pacis tolluntur.* Quartam, *in qua exponuntur, per quæ pax hujusmodi perfici poſſit.* Editæ ſunt * primum Romæ Græce cum Concilio Florentino in folio: & Græce, & Latine, Joanne Matthæo Caryophylo Interprete cum eodem Concilio in 4°. apud Stephanum Paulinum. Et in Tomo 4. Conciliorum generalium Romæ ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ in fol. 1612. habenturque manuſcriptæ in Biblioth. Regia Scoriaci, Bavarica Cod. 55. & 58. Altempſiana Cod. 35. & Antonii Auguſtini Cod. 163. Earum aliquas in Rutenicam linguam verſas Joanni Baſilio Magno Moſcoviæ Duci, ad illum a Gregorio XIII. Pont. Max. allegatus, ut ipſe narrat in Apparatu, obtulit Poſſevinus. Argumentum orationum non ab alio melius, quam ab ipſo Scholario petamus, ex Concilii Florentini ſeſſ. 25. ἧς μὲν γνώμης γέγονα, καὶ εἰμὶ περὶ τὴν προκειμένην τῆς ἑνώσεως ὕλην ὁ πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερὰν ταύτην σύνοδον σχεδιασθεὶς μοι, καὶ πεμφθεὶς λόγος δηλοῖ. ἐν ᾧ πρός τε τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν βοήθειαν τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει πραγμάτων τοὺς ἱεροὺς τούτους προετρεπόμην πατέρας. μαρτυροῦσι δὲ καὶ τὰ δύο βιβλία, ἅπερ πρότερον συνθεὶς, νῦν ἐγχειρίζω τῇ παρούσῃ συνόδῳ. ὧν τὸ μὲν ἐστι συμβουλὴ περί τε ἑνώσεως, καὶ τρόπου αὐτῆς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς ταύτην ἁρμόττει τὴν ὕλην. τὸ δὲ περὶ τοῦ ζητήματος πραγματεύεται σκοπὸν ἔχον δεῖξαι τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησιας συμφωνοῦντας ἀλλήλοις, οὐ λόγοις ἀνθρωπίνοις, οὐδὲ ἀποδείξεσιν, ἀλλὰ ῥητοῖς τῆς ἱερᾶς γραφῆς, καὶ τῶν διδασκάλων αὐτῶν. ἅπερ δύο βιβλία φαῦλος μὲν ὢν 401
ἐγὼ, καὶ παντάπασιν εὐτελὴς καὶ σοφία, καὶ ἐπιστήμῃ, καὶ γνώσει, καὶ πᾶσιν ἐμοῦ. καὶ τὰ ἑξῆς. Et, καὶ ἔσονται ταυτὶ τὰ βιβλία τοῦτο μὲν ἐναργὴς, καὶ διηνεκὴς ἀπόδειξις τῆς ἐμῆς διανοίας. τοῦτο δὲ πληροφορία τις ἱκανὴ, καὶ βεβαίωσις περὶ τῆς τῶν διδασκάλων συμπνοίας, καὶ συμφωνίας, πάσῃ χριστιανικῇ, καὶ ἀφιλονείκῳ ψυχῇ, ἑτοίμου ὄντος μου, καὶ αὐτοῦ Θεοῦ χάριτι, λόγον ἀποδιδόναι τῷ βουλησομένῳ. λαβεῖν περὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων. *Quam ego quidem habuerim, & nunc habeam ſententiam de propoſita unionis materia, indicat ſermo a me, utcumque compoſitus, & huic noſtræ ſanctæ Synodo oblatus: quo ſacros hoſce adhortabar Patres ad unionem, & auxilium rebus Conſtantinopolitanis ferendum.* Teſtantur



* Exſtant in Tomis Concil. Tom. IV. Binii p. 616. & T. XIII. Labbei p. 542. & T. IX. Harduin. pag. 442.

*tur etiam duo libelli, quos antea compoſitos nunc præſenti Synodo trado. Quorum alter conſilium dat, ut fiat, & quomodo fieri debeat unio, & exponit quicquid aliud ad hanc materiam ſpectat: alter vero quæſtionem ipſam tractat; eſtque illi ſcopus oſtendere, Doctores Eccleſiæ inter ſe concordes eſſe, non rationibus, ac demonſtrationibus humanis, ſed ſacræ Scripturæ, & Doctorum eorundem ſententiis. Quos duos libellos exilis ego quidem, ac tenuis & eruditione, & ſcientia, & prudentia, & omnibus plane* &c. Et, *Eruntque hi libelli, & ſenſus mei evidens, ac perpetua demonſtratio, & ſatis aperta declaratio conſenſionis, concordiæque Doctorum, qua ſatisfactum erit omni Chriſtianæ minusque amanti contentionum animæ: me ipſo quoque parato, gratia divina favente, ad reddendam volenti cuilibet rationem de omnibus, quæ inibi ſcripta ſunt.* Nec alio reſpexit Marcus Epheſius libello de Synodo Florentina. *καί τις τῶν ἡμετέρων ἐπεχείρησε λέγειν, ὡς καλόν ἐστι τὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, καὶ τοὺς ἁγίους συμφώνους ἀποδεῖξαι πρὸς ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ δοκῶσιν οἱ δυτικοὶ τοῖς ἀνατολικοῖς ἀντιφθέγγεσθαι. Et quidam ex noſtris aggreſſus eſt dicere, Bonum eſt pacem amplecti, ſanctosque inter ſe conſentientes demonſtrare, ne videantur Occidentales contraria loqui Orientalibus.* Ad quem Joſephus Methonenſis Epiſcopus in Apologia, *συνηγόρησε δὲ αὐτῷ καὶ Σχολάριος ὁ σοφὸς, ὃς καὶ λόγους τρεῖς ἐξέθετο περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τοὺς ἁγίους ἀνατολικούς τε καὶ δυτικοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις μάλα γενναίως συμφωνοῦντας ἀλλήλοις ἀπέδειξεν. Cujus ſententiam Vir doctus Scholarius confirmavit, qui tres etiam orationes* De unitate Eccleſiaſtica *edidit, quibus ſanctos Orientales conſentire cum Occidentalibus præclare admodum demonſtravit.* De illis etiam Fabius Benevolentius: *Scholarius igitur, etſi dignitate multis eſſet inferior, doctrina tamen nulli erat ſecundus, ut ex hoc Commentario patet; in quo decreta Concilij tuetur. Sed & in eodem Concilio duos libros edidit ſuæ fidei confeſſionem in eis exponendo, quos Imperatori, aliisque in Synodo legendos tradidit. Eos audivi Pariſiis Latinos factos, atque editos. Præterea hic tres orationes compoſuit; ubi & Græcos ſuos ad unionem cum Latinis hortatur luculentiſſimas. Nam eloquentiæ palmam huic tribuere tum Græci videbantur. Idcirco eæ juſſu Imperatoris volumini Concilij Actorum inſertæ ſunt.*

2. Occupato per omne nefas Byzantio, Sultanus Mahometus innata diſcendi cupiditate, ſæpiſſime de rebus fidei Chriſtianis, ejusque arcanis, nec non Philoſophicis Quæſtionibus cum doctiſſimo iſto Gennadio ſermonem conferebat, & inter alios quodam die per Patriarchejum obequitans, ubi intellexiſſet, ibi adeſſe Patriarcham in Pammaca-

riſti ex equo diſcedens, ſuperque ſolium aſſidens, multa de religione
noſtra, facta primum Patriarchæ poteſtate, ut libere, & absque ullo
periculi metu reſponderet, interrogat. Ingenue Scholarius, ut vi-
rum vere doctum, pium, atque Catholicum decebat, pro ſui mune-
ris & tanti myſterii dignitate ad interrogata reſpondit. Diſputatione
illa Sultanus non indelectatus, eam & ſcripto ſibi conſignari, & in
Turco Arabicam linguam ab Achmete Berroeæ Præfecto, Mahome-
ti Zelebi Commentarienſis patre transferri juſſit, eo titulo: τοῦ σοφω-
*τάτου., καὶ λογιωτάτου κυροῦ Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου, καὶ Πατριάρχου
Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, ὁμιλία ῥηθεῖσα περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀ-
μωμήτου πίστεως τῶν Χριστιανῶν. ἐρωτηθεὶς γὰρ παρὰ τοῦ Ἀμηρᾶ Σουλτά-
νου, τοῦ Μαχμέτη. τί πιστεύετε ὑμεῖς οἱ Χριστιανοί. ἀπεκρίνατο δὲ οὕτως,
καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν. μετεγλωττώθη δὲ εἰς τὴν Τουρκοαραβόγλωσσαν ὑπὸ
τοῦ Ἀχμὰτ Καδδῆ Βεῤῥοίας, τοῦ πατρὸς Μαχούμετ Τζελεμπὶ τοῦ ἀναγραφέ- 402
ως.* *Sapientiſſimi, & erudititiſſimi Viri, Domini Gennadij Scholarij Patriarchæ
Conſtantinopoleos novæ Romæ Homilia habita de vera, & inculpata Chriſtiano-
rum fide. Interrogatus enim ab Imperatore Mahometa.* Quid creditis vos
Chriſtiani? *reſpondit ei ad hunc qui ſequitur modum. Tranſlata eſt autem
in Turco-Arabicam linguam ab Achmete, Berrææ Prætore, qui Machumetæ
Zelebi Commentarienſis pater fuit.* Hiſtoria Politica. Viginti capitibus com-
prehenſam, & inter hiſtoriam Eccleſiaſticam Manuelis Malaxi relatam,
atque Latine verſam Martinus Cruſius edidit, una cum Turcicis Achu-
matis, & Malaxi hiſtoria in Turco Græcia lib. 2. Baſileæ per Leonar-
dum Oſtenium 1584. fol. & Latine in Biblioth. Patrum. Cruſius con-
fundit, & cum Cruſio Poſſevinus Homiliam hanc cum alio ejusdem
Gennadii opuſculo * alio modo, & ſub forma Dialogi Græce, & Lati-
ne a Joanne Braſſicano edito, Viennæ 1530. 8. Cujus inſcriptio eſt, τοῦ
*αἰδεσιμωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γενναδίου Σχολαρίου βιβλί-
ον σύντομόν τε, καὶ σαφὲς περὶ τινων κεφαλαίων τῆς ἡμετέρας πίστεως,
περὶ ὧν ἡ διάλεξις γέγονε μετὰ τοῦ Ἀμηρᾶ τοῦ Μαχυμέτου. ὃ καὶ ἐπιγέγραπ-
ται, περὶ τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίας ἀνθρώπων. ἐρωτᾷ ὁ Τοῦρκος. ὁ δὲ
Πατριάρχης ἀποκρίνεται. Reverendiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani Gen-
nadij Scholarij liber brevis, & clarus de aliquibus capitibus noſtræ fidei, de qui-
bus colloquium habitum eſt cum Amera Machumeto, & inſcriptum fuit, Via
ſalutis hominum. Interrogat Turca; Patriarcha reſpondet.* Subdit Cruſius,
*Neſciebatur, cum ederetur is libellus, quis eſſet ille Gennadius, tanquam ſi
ante* 1100. *annos vixiſſet, Presbyter Maſſilienſis; cum nondum eſſet Mahometes*

 *Turca.*

* De hujus editionibus dixi Volum. VI. p. 697.

*Turca. At nunc ex præſenti hiſtoria patet eſſe Gennadium, qui poſt expugnatam a Turcis Urbem Conſtantini, primus factus ſit ibi Patriarcha.* Poſtremus hic in Hæreſiologia cum aliis Auctoribus cum Græcis tum Latinis, e Græco in Latinum a Gregorio Hermonymo Spartano translatus, Baſileæ 1556. in folio cuſus eſt, & Helmeſtad. Græco-Latine 1611. in 8°. Habebaturque manuſcriptus Scoriaci in Bibliotheca Regia, Monachii Bavarica, Londini Blonderiana, & in Romanis apud Alexandrum Cherubinum, & alios paſſim.

Poſſevinus duo objicit hiſce libellis; Alterum, ubi agitur de ſanctiſſima Trinitate, divinas perſonas vocari *ἰδιώματα*, *idiomata*, *proprietates*, *attributa*. Sed videri Auctorem excuſandum, quod ei cum Tyranno res eſſet, qui hoc myſterium aliter exſibilaſſet. Quamvis alicubi nominet etiam *πρόσωπα*, *Perſonas*. Non hic pluribus agam. Gennadius ſatis, ſi attentius rem Poſſevinus conſideraſſet, feciſſet. *καὶ ταῦτα τὰ τρία ἰδιώματα ὀνομάζομεν τρεῖς ὑποστάσεις, ἤγουν τρία πρόσωπα. καὶ διότι αὐτὰ τὰ τρία ἰδιώματα οὐ μερίζουσι τὴν μίαν, καὶ ἁπλουστάτην οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. Has tres proprietates nos nominamus tres Hypoſtaſes, ſeu Perſonas: & ipſæ proprietates non partiuntur unicam illam, & ſimpliciſſimam Dei eſſentiam.* Quid hic apertius dici potuit? An quia Perſonarum mentio inducta eſt, myſterium exſibilavit Tyrannus? Quid proprietatis, quid Perſonæ nomine Gennadius innuat, non ab alio, quam ab ipſo Gennadio affluenter ſatis habemus. Alterum eſt, in eo nullam mentionem fieri de proceſſione Spiritus Sancti a Filio: ideoque dubitandum non eſſe, quin a Græcis locus ille corruptus fuerit, qui libellum ad Martinum Cruſium Byzantio non ita pridem in Germaniam miſerunt; & Gennadium cum Latinis de proceſſione Spiritus Sancti, uti de aliis Catholicis dogmatibus planiſſime conſenſiſſe dubitandum non eſt. Adeo ſemper Patrum corruptores Græci ſimilis ſortis hominibus, cum vel eos non intelligunt, vel ad mentem eorum, ut ipſi vellent, non loqvuntur, judicantur. Qui corrumpere potuit ex opuſculo verbulum, qui tractatus integros, eoſque permagnos de eodem argumento pro Latinis communicat, nec negat Auctorem ſimilia ſcripſiſſe, & ſenſiſſe? An quæ idem Gennadius pro Concilio Florentino adverſus Græ-
403 corum pertinaciam compoſuit, Græcorum ullus ad hæc noſtra tempora præter Caryophylum, illiusque *συνθιασώτην* Arcudium, eoſque in Italia Romæ enutritos Gennadii Scholarii eſſe negarunt? Quem non tot paginæ, verbulum offendere potuit? In Homilia eaque compendio-

Digitized by Google

dioſiſſima, in qua per capita breviſſima, quid Chriſtiani crederent, exponebat, non videbatur neceſſarium per ſingula quæque rem conficere, & maxime quod in Dialogo cum eodem Tyranno habito, Proceſſionem etiam a Filio aperte ſatis enunciarat: ideoque ſatis illi fuit rem digito indicaſſe, ut ex 3. & 4. cap. colligitur. An neſcit Poſſevinus, ex ſilentio rei alicujus, & potiſſimum, ſi ſilentium damnatum non eſt, non ſtatim negationem rei inferri? In Dialogo vero ſatis manifeſte proceſſionem profeſſum fuiſſe, quis ibit inficias? Accipe verba, & Catholico noſtro Georgio Scholario etiam poſt Patriarchatum una mecum gaude. Interrogatus enim de productione Perſonarum reſpondet: *Duæ ſunt in divinis Perſonæ productæ Filius, & Spiritus Sanctus. Non generat Filius, ſed generatur, propterea dicitur productus. Similiter Spiritus Sanctus non ſpirat, ſed ſpiratur, & ideo dicitur productus. Si igitur interrogatus fueris, in divinis quæ ſint Perſonæ producentes, reſpondes duæ. Nam pater generat Filium, & Pater, & Filius ſpirant Spiritum Sanctum.*

3. *Pro Concilio Florentino* contra recentiores nonnullos Græcorum, qui illud contumelioſe lædebant, *pro quinque Capitibus* in ejus definitione decretis *Apologiam* ſolidam, & efficacem compoſuit. Edita eſt Græce Romæ cum Concilio Florentino 1577. folio, & Latine Fabio Benevolentio Senenſi Interprete ibidem 1579. in 4°. ad Gregorium XIII. cui opus nuncupavit. Et in Biblioth. Patrum, * & cum aliis opuſculis Dilingæ 1581. in 8°. & anno 1628. vernaculo Græcorum ſermone donata a Joanne Matthæo Caryophylo: vulgarunt Typographi Congregationis de Fide propaganda in 4°. cum Beſſarionis epiſtola ad Clerum & Laicos, aliosque Sedi Conſtantinopolitanæ ſubjectos. De cujus voluminis lectione Nicolaus Majoranus, eodem Benevolentio referente, Melphitenſis Epiſcopus, & veritatis amantiſſimus dicere ſolebat: *Ego quinquaginta annos in famulatu hujus S. Sedis & Pontificum vixi, eosque ob innumera in me merita colui ſemper, ut debui, at nulla alia re magis ad eorum cultum ſum accenſus, & inflammatus, quam ex hujus voluminis lectione.* Hinc Benevolentius affirmabat, Curiæ Romanæ dignitatem ab aliis viris præconiis fuiſſe celebratam. Nam Nicænus Beſſarion, & Trapezuntius Georgius de Primatu Petri lectu digniſſima condiderunt, paucis ea quidem cognita, ſed luce & ſole digniſſima, verum eos longo intervallo ab eloquentia Gennadii abeſſe. Is hunc librum in urbe Conſtantinopolitana videtur conſcripſiſſe paulo poſt direptionem ejus ſub Mahumete Turcarum Imperatore: quam rem adeo tragice in quinto deplorat, ut cuivis

* T. XXVI. edit. Lugd. 1672. p. 560.

Digitized by Google

vis lacrymas excutere poſſit. Quanti eum fecerit Beſſarion Cardinalis Nicænus, oſtendit in Epiſtola quadam ad Græcos de Primatu Petri, in qua eadem fere leguntur, quæ apud Gennadium conſcripta ſunt, interdumque iisdem verbis; nec dici poteſt, primum ſcripſiſſe Beſſarionem, cum ejus epiſtola data ſit anno 1463. & Gennadius obierit 1400. ſecundum Panvinii Chronicon, ut liquido pateat, tunc apud omnes ejus virtutem claram & celebrem extitiſſe. Tradit præterea in hac verſione Gennadii, quatuor Codicum ope ſe adjutum fuiſſe, antequam liber Græcus typis excuderetur. Primus eſt advectus e Creta, relatumque eſt, cum fuiſſe Georgii cujusdam Corinthii, viri in Græcis literis non mediocriter eruditi, quo cum ipſe ante multos annos Venetiis familiariter verſatus fuerat. Alter fuit Marcelli ſecundi Papæ, eum de ſua Bibliotheca protulit Cardinalis Sirletus, teſtatus aureis centum coemptum. Tertius ex Vaticano ab hoc fonte deductus, ac deſcriptus. Poſtremum, ſed magis vetuſtum commodavit Illuſtriſſimus Cardinalius Farneſius, ac ſine nomine Auctoris in Inſula Naxo, una ex
404 Cycladibus, ut videtur conſcriptum. Extabat etiam olim manuſcripta hæc Gennadii Apologia in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 163. De Auctore hujus operis ſatis in ſyntagmate noſtro de utriusque Eccleſiæ Occidentalis, atque Orientalis perpetua conſenſione * contra Arcudium, & Caryophylum diſputavimus. Hinc Lector petat, ſi placuerit.

4. Ejusdem *de Prædeſtinatione* Tractatum ad Joſephum Theſſalonicenſem, cujus illud principium eſt, *κλινοπετὴς ἐδεξάμην σου τὴν ἐπιστολήν*, primum edidit ** David Hœſchelius a Maximo Margunio acceptum Auguſtæ 1593. in 4°. illud poſt Patriarchatum renunciatum ſcripſerat, ut ex illis colligo: *ὁ γὰρ ἡμέτερος καιρὸς καὶ τῶν ἡμετέρων ᾤχετο λόγων, μᾶλλον δὲ παντὸς ἀγαθοῦ. καὶ δεῖ καὶ τὴν ἐσχάτην ἀμορφίαν τοῦ γένους ἐν ἅπαντι πράγματι καθημένους ἐν γωνίᾳ που θρηνεῖν σιωπῇ καὶ τὴν ἀπαγωγὴν τῆς τοιαύτης ἐξαιτεῖσθαι ζωῆς, ὁπόταν ἐπινεύει τὸ θεῖον. Noſtrum etenim tempus, & noſtrorum ſermonum, imo totius boni abiit. Oportetque extremam nationis in unaquaque re deformationem in angulo nos conſidentes deplorare tacite, & ex hac vita abitionem deprecari, cum id annuerit Numen.* Et in fine tractatus: ἔ-

χεις

* lib. 3. cap. 6.

** Græce quidem Hœſchelius. Deinde Græce & Latine *Fed. Morellus* in appendice operum S. Baſilii Pariſ. 1618. fol. Et cum nova verſione (velut qui Morellianam non vidiſſet) & commentariis *Carolus Liberrinus* S. J. Uratislaviæ 1681. 4. Vide Acta Erudit. 1682. pag. 184.

χεις καὶ ἔτον ἡμῶν ἐκ τῆς ἡσυχίας τὸν λόγον. *Habes & hunc noſtrum ex quiete, & tranquillitate ſermonem.*

5. Ejusdem εὐχὴ εἰς τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον Θεόν. *Oratio ad unum, & trium perſonarum Deum.* P. Θεὲ ἅγιε παντοδύναμε, ἀΐδιε, κραταιέ. Edita ab AldoManutio Venetiis Græce & Latine cum Damaſceni, Coſmæ, & aliorum hymnis * in 4°. & Latine inBibliotheca Patrum Tom. 4. Pariſiis 1589. & alibi.

6. Literas in ſepulchro Magni Conſtantini exciſas, ** de excidioUrbis, & Turcarum Imperio obſtruſas ad illa tempora, nullique notas ipſe primus expoſuit, & vulgavit. Edidit eas Dorotheus Monembaſiæ Metropolita in fine ſui Chronici, Venetiis apud Joannem Petrum Pinellum 1637. in 4°. & Matthæus Cigala Cyprius poſt Novam Variarum Hiſtoriarum Synopſim, Venetiis apud Antonium Julianum 1637. in 4°. De illis hæc quoque adnotarunt: καὶ ταῦτα τὰ γράμματα ἐδιαλάμβανον περὶ τῆς βασιλείας τῶν Τούρκων, καὶ περὶ τοῦ τέλους αὐτῆς, λέγονται δὲ χρησμοί. τὰ ὁποῖα τὰ ἐξήγησεν ὁ σοφώτατος πατριάρχης κύριος Γεννάδιος, ὁ ὁποῖος ἦτον εἰς τὸν καιρὸν τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ὁποῦ ἔκαμε τὴν ὀγδόην σύνοδον εἰς τὴν Φιορέντζα, καὶ ὅταν τὰ ἐξήγησεν, ἦτον κοσμικὸς, καὶ κριτὴς τῆς βασιλικῆς κρίσεως. *Litera hæ continebant quædam de Turcarum Imperio, & fine ejus: vocanturque oracula. Illa ſapientiſſimus Patriarcha Dominus Gennadius, ſub Imperio Domini Joannis Palæologi, qui octavam Synodum Florentiæ abſolvit, expoſuit: ſecularis ipſe tum temporis, & Imperatoriæ aulæ Judex.* Alii Codices Vaticinium hoc tribuunt Leoni ſapienti. Differentiam Codex ille manuſcriptus expreſſit: χρησμὸς ὅσπερ εὑρέθη εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰς μίαν κολώναν μαρμαρένιαν διὰ ψηφίων γεγραμμένος, ὃν ἐξεκαθάρισεν. ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι ταῦτα τὰ γράμματα ηὑρέθησαν σημειωμένα ἐν μαρμάρῳ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ ἐξήγησε ταῦτα ὁ ἐν ἁγίοις Πατριάρχης Σχολάριος. *Oraculum Byzantii repertum in columna marmorea muſivo deſcriptum, quod explanavit. Alii dicunt prædictas literas inciſas fuiſſe in marmore ſepulchrali magni Conſtantini, easque expoſuiſſe ſanctum Patriarcham Scholarium.* Vaticinium hoc ipſe primo Variorum antiquorum Tomo, † in Antiquitatum Conſtantinopolitanarum auctario a me procurato cum aliis ejusdem Leonis, Methodii Patarenſis, Theophili Romani, Danielis Monachi, & aliorum vaticiniis connexui. Habetur manuſcriptum in Bibliotheca Vaticana Scoriaci Regia VII. ζ'. 1. Bavarica Cod. 193. & legebatur in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 140. Et hæc quidem edita ſunt.



* A. 1501. ** De his adde Volum. VI, p. 365. ſeq. † Hic lucem non vidit.

Nondum vulgata. 7. *Monodia de direpta Conſtantinopoli per Turcas.* Fabius Benevolentius: *Audivi etiam de Angelo Juſtiniano Græco homine Gebennenſi Epiſcopo, & legiſſe Monodiam Gennadii ejuſdem argumenti, in qua copioſe explicat, & lamentatur ſuæ civitatis & gentis interitum, vel magis excidium.* Et Theodorus Zygomala epiſt. ad Cruſium anno 1581. data in Turco-Græcia p. 100. ἀλλὰ καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐν ἄλλῃ ἐπιστολῇ Γενναδίου Σχολαρίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐντυχὼν δεῖν, ἔκρινα γράψαι, ὅπου διηγούμενος
405 καὶ ἄλλα λέγει καὶ τοῦτο. μνήσθητε, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, &c. *Sed quod ad hanc partem de direpta Conſtantinopoli pertinet, cum in aliam epiſtolam Gennadii Scholarii Patriarchæ Conſtantinopolitani incidiſſem, ad te ſcribendum duxi, quæ ille inter alia narrat. Mementote Fratres, & Patres*, &c. An hæc epiſtola eadem cum Monodia, quam Angelus Juſtinianus legerat? An ex quinto capite pro decretis Florentinæ Synodi ἀποσπασμάτιον; An ſeparatim ea conſcripſit Gennadius, dein cum opus eſſet, iisdem, ne verbulo quidem immutato, more graviſſimorum hominum, tanquam ſuis, in aliis operibus uſus eſt? Sane, quæ Zygomala retulit, in jam laudato capite verbatim exſcripta ſunt.

8. Gaulminus Notis in Euſtathium de Iſmeniæ, & Iſmenes Amoribus commemorat Gennadii librum, cujus titulus eſt: ἑτέρα ἔκθεσις τοῦ Ῥαμπλίου, ἣν ἔλαβον ἀπὸ τοῦ βιβλίου Γενναδίου Πατριάρχου. *Alia expoſitio Ramplii*, b) *quam habui ex libro Gennadii Patriarchæ.* Gennadii in Ramplium expoſitione non uno in loco uſus eſt Joannes Meurſius in Gloſſario Græco-Barbaro.

Περὶ

b) Ῥάμπλιον titulus libri Aſtrologici ex Perſarum diſciplina σύνθεσις τῆς περσικῆς τέχνης τοῦ Ῥαμπλίου. Dividitur in XII. σχήματα ſive domos, quarum ἀποτελέσματα deſcribuntur. In MS. Codice Regis Chriſtianiſſimi ſubjicitur duplex explicatio, altera anonymi, hoc titulo: ἑρμηνεία τῆς περσικῆς τέχνης. Altera iſto: ἑτέρα ἔκθεσις τοῦ Ῥαμπλίου, ἣν ἔλαβον ἀπὸ τὸ βιβλίον Γενναδίου Πατριάρχου. Sed ex his verbis incertum eſt, judice Cangio, an Gennadius auctor ſit hujusce alterius expoſitionis, vel an illa deſcripta ſit ex libro aliquo qui deſumtus fuerit ex Bibliotheca Gennadii. Vide Cangii Gloſſarium Græcum p. 1281. ubi & ipſe non duos ſed unum eundemque Georgium Scholarium fuiſſe, qui jam Græcis jam Latinis favit, obſervat ex his verbis Marci Epheſii Archi-Epiſcopi, ex ejus ad Georgium Epiſtola inedita in Codice Reg. 3119. Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου εἰς κύριν Γεώργιον τὸν Σχολάριν. Ὅσης ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς, ἡνίκα τῆς ὀρθῆς δόξης ἐγένου καὶ εὐσεβοῦς, καὶ πατρίου φρονήματος, καὶ τῇ καταψηφισθείσῃ παρὰ τῶν ἀδίκων κριτῶν

συνη-

9. Περὶ ψυχῆς. *De Anima.* Scoriaci in Bibliotheca Regia VI. δ΄. 11. ϗ ὑπάρξεως αὐτῆς. *Et exiſtentia ipſius.* Ibidem VI. ί. 3.

10. Poſt Florentinum Concilium Marcus Epheſinus Antiſtes, quamnam ob cauſam, Deus ſcit, ſane illi odium in Latinos, ac in Beſſarionem, cæteroſque Græcos, qui comperta veritate reſipuerant, rabies non defuit, impos animi, ac intemperiis actus, tum ſermone, tum ſcripto variis ad diverſos contra Florentinam Synodum literis datis deliramenta mera, immani Eccleſiæ Orientalis damno locutus eſt: non tamen impune, tanquam qui pretium ob ſtultitiam, ac temeritatem a Beſſarione, Joſepho Methonenſe, Andrea Coloſſenſe, Gregorio Protoſyncello, aliiſque tulerit; ſed potiſſimum a Gennadio noſtro, qui argumenta ejus de Proceſſione Spiritus Sancti a ſolo Patre, acutiſſime, eloquentiſſimeque, prout illa ferebant tempora, & materiæ ſublimitas diſſolvit. Liber ſub hoc titulo: Ἀπόκρισις πρὸς τὰ συλλογιστικὰ κεφάλαια Μάρκου τοῦ Ἐφέσου κατὰ Λατίνων. *Reſponſio ad ſyllogiſtica capita Marci Epheſii contra Latinos.* P. οἱ Λατῖνοι τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων, in Bibliotheca Bavarica Cod. 115. & alibi invenitur. In Codice item ſatis antiquo Collegii Græcorum hoc idem opus in hunc modum habetur: Συλλογισμοὶ κυροῦ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ μητροπολίτου Ἐφέσου κατὰ Λατίνων, καὶ ἀπολογία κυροῦ Γενναδίου, τοῦ Σχολαρίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὰ αὐτά. *Syllogiſmi Domini Marci Eugenici Metropolitæ Epheſii, contra Latinos. Et Reſponſio Domini Gennadii Scholarii, Patriarchæ Conſtantinopolitani in eadem.* Reſponſio ad caput 17. perducta eſt; in quo cum vitam finiſſet ipſe, alius Epheſino reſpondit, cujus mihi nomen ignotum, ut ex nota ibidem appoſita manifeſto apparet. Scribit namque: Ἀπολογία οὐ τοῦ Σχολαρίου, ἐκεῖνος γὰρ φθάσας ὁ θάνατος τὸ κοινὸν χρέος, καὶ μὴ εἰπὼν, ἄλλος ἀντ' ἐκείνου ἀπολογεῖται. εἰσὶ δὲ τὰ παρὰ τοῦ Ἐφέσου τάδε. *Reſponſio hæc Scholarii non eſt; ille etenim antequam opus abſolviſſet, in communem locum abierat; ideoque alius pro eo reſponſionem aggreditur. Quæ autem ab Epheſino proponebantur, hæc ſunt.* Caryophylus in Præfatione quinque capitum, ex Codicis manuſcripti auctoritate, Reſponſionis hanc poſtremam partem Beſſarioni appingit. *Gregorius Protoſyncellus Patriarcha cum videret ſuperſeminatum ab Epheſio lolium creſcere, rogavit nobilem virum Georgium Scholarium, ut ſicuti legitur in antiquo*



συνηγόρησας ἀληθείᾳ, τοσαύτης ἐκ τοῦ ἐναντίου λύπης ϗ κατηφείας ἐπλήσθημεν ἀκούσαντες μεταλεθεῖσαι σε πάλιν, καὶ τἀναντία φρονεῖν τε καὶ λέγειν, καὶ τοῖς κακοῖς οἰκονόμοις συντρέχειν ἐπὶ τὰς μεσότητας ϗ οἰκονομίας.
Eadem produxit Allatius p. 88. contra Creyghtonum, & eruditiſſ. Renaudotus p. 53.

*quo Codice Bibliotheca Vaticana, qui multa continet ſpectantia ad Florentinam Synodum, ipſe quemadmodum in ſacra olim Synodo doctiſſime ſcripſerat, & appoſitiſſime ad id, quod agitabatur, ita Conſtantinopoli ſolveret Epheſii nodos, ac ſtrophas, quibus Græcorum vulgus eludebatur. Quod quidem ille magnam partem præſtitit egregie, licet morte præventus, non potuerit opus abſolvere. Interea vires acquirente majores factione Epheſii, & invaleſcente in dies contumacia hoſtium ſanctæ Synodi, cogitur Patriarcha Gregorius Conſtantinopolim deſerere, & confu-*
406 *gere Romam, ubi profugus egit cum Beſſarione Cardinali, ut reliquas Epheſii decipulas amoliretur: quod is feliciter aſſecutus eſt.* Et Nota orationibus Scholarii de Pace poſt Florentinam Synodum præfixa. *Is poſtea Conſtantinopoli rogatu Gregorii tunc Protoſyncelli, deinde vero Patriarchæ complura Marci Epheſii argumenta contra Spiritus Sancti a Filio quoque proceſſionem, valide confutavit: ſed interea eo vita functo Beſſario doctiſſimus, reliqua Marci ſophiſmata diluit. Quapropter hujusce Scholarii perhonorificam mentionem faciunt, qui ad Marci Epheſii epiſtolas edidere oppoſitas reſponſiones.* Et Benevolentius: *Nam Marcus ſcriptis adverſus Latinos editis a Catholica fide ſuos abalienavit: hujus temeritatem cum Scholarius ferre non poſſet, monitu Gregorii Protoſyncelli Patriarchæ omnibus ejus capitibus reſpondit, qui liber impreſſus non eſt, & paucis cognitus.* Poſſevinus in Indicibus ad Apparatum refert in Medicea Bibliotheca aſſervari, *Georgii Scholarii de Proceſſione Spiritus Sancti*, & Viennæ Auſtriæ Imperatoris, *Georgii Scholarii liber ſecundus de Proceſſione Sancti Spiritus.* An eadem cum ſuperiori, vel cum eo, quod ſub Gennadii Scholarii Monachi contra Latinos editum eſt? non liquet. Τοῦ αὐτοῦ ἀπόκρισις πρὸς τὸ ἐπιχείρημα τῶν Γραικῶν. Ejusdem *Reſponſio ad argumentum Græcorum.* P. ἀλλὰ πρὸς τοῦτο φασίν.

11. *Gennadii Patriarchæ Conſtantinopolitani liber magnus de Catholica Theologia. Quomodo Pater ingenitus: quomodo Filius genitus: & quomodo Spiritus Sanctus procedens, & quomodo tria ſunt, & quomodo hæc tria unus: & rurſus, Quomodo unum tria, & quare proprietas Patris alia, alia Filii, alia Spiritus Sancti: & quomodo in ordine Pater primus, Filius ſecundus, & Spiritus Sanctus tertius ſit ordine.* Verderius in Catalogo Bibliothecæ Conſtantini Barini.

12. *Ejusdem Gennadii Patriarchæ Conſtantinopolitani explicatio de ſancta Trinitate, cujus initium:* Faciamus hominem juxta imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Idem ibidem: Γενναδίου Πατριάρχου ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ ἐν κεφαλαίοις ϛ΄. *Gennadii Patriarchæ Epiſtola ad commorantes in monte Sina, capitibus ſex.*

13. Poſſevinus in apparatu, & in Indicibus ſcribit, ejusdem Gennadii

dii *Homilias in diverſa Evangelia. De mortalibus, ac venialibus peccatis, juncto libello de pedibus & metris, de Epiſtolicis typis.* Extat manuſcript. in Bibliotheca Cæſarea Viennæ Auſtriæ. Ego an Catholico Scholario, vel Schiſmatico tribuam animi pendeo. Quid de his, quæ ipſe non vidi, nec legi pronunciare poſſum?

14. Georgium Plethonem, qui nullum Ariſtoteli objurgandi locum reliquerat, quibus dictis meruit, libellum in eum edito accepit, cui ἀντιλήψεις nomen fecerat. Scholarium Pletho inclementer, atque ferociter Apologia * vulgata conclamavit. P. ἐπειδὴ τὸ βιβλίον τῶν κατ᾽ Ἀριστοτέλους βλασφημιῶν. Utrumque dono Jacobi Mercati, Monachi Silveſtrini, ingenio, religioneque ſummi apud me eſt.

15. Ejusdem, ἐξήγησις εἰς τὸ βιβλίον τοῦ Πορφυρίου, τὸ περὶ τῶν πέντε καθόλου, εἴτουν τὴν εἰσαγωγὴν τοῦ Πορφυρίου. *Expoſitio in Librum Porphyrii, qui eſt de quinque univerſalibus, vel in introductionem Porphyrii.* P. τέσσαρα τινὰ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τῆς φιλοσοφίας προσγίνεται.

16. Ejusdem ἐξήγησις εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους. *Expoſitio in decem prædicamenta Ariſtotelis.* P. ὅσα μὲν ἔδει περὶ τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἔτι περὶ τῆς Λογικῆς. Idem opus legitur in Vaticano Cod. 942. pag. 155. cum hoc titulo, Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου προλεγόμενα εἰς τὴν ῥητορικὴν, καὶ εἰς τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν ἐκ διαφόρων συλλεγέντα βιβλίων μετὰ ἰδίων ἐπιστασιῶν.

17. Ejusdem, εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας βιβλίον ἐξήγησις. *Expoſitio in librum de Interpretatione.* P. ἡ μὲν ὑλικὴ αἰτία τούτου τοῦ βιβλίου ἐστὶν αἱ προτάσεις. De hiſce expoſitionibus Scholarius in fine operis: καὶ ἡμῖν αἱ πρὸς τὴν πραγματείαν τῶν προτάσεων, τὴν περὶ ἑρμηνείας λεγομένην ἐξηγήσεις, εἰ καὶ μὴ ἱκανῶς, ἀλλὰ καὶ ἀκριβῶς ὁμοῦ καὶ ἱκανῶς τοῖς εἰσαγομένοις, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει συμμέτρως ἀπεδόθησαν. ὥσπερ καὶ 407
αἱ εἰς τὰς δέκα κατηγορίας, καὶ ἔτι πρὸ τούτων εἰς τὰς Πορφυρίου φωνὰς χάριν Θεῷ πάντων ἕνεκα τῶν ἄλλων, καὶ τούτου νῦν ἀναφέρουσιν. *Et a nobis quidem in tractationem de Propoſitionibus, de Interpretatione nuncupatam, expoſitiones, ſi non ſatis, attamen & accurate, & ſatis iis, qui introducuntur, & noſtris viribus appoſite tradita ſunt. Quemadmodum & illæ, quæ in decem Prædicamenta, & ante eas in Porphyrii voces, gratias Deo omnium aliorum, & nunc hujuſce cauſa referentibus.* Dictæ expoſitiones iis, qui Logicæ operam navant apprime neceſſariæ uno in volumine eleganter deſcriptæ, raræ pretioſæque cum non ubique, quod ipſe ſciam in promptu ſint, apud me conſervantur, quas cum *expoſitionibus in Priora, & in libros de*

* Supra, p. 747.

*Anima* manuſcriptas extitiſſe Venetiis tradit Geſnerus in Scholario. Fallitur tamen, dum putat alium eſſe hunc Scholarium ab eo, de quo ſupra dixerat, prænomine Gennadii, idem namque eſt, ut ſupra adnotabamus. Georgii vero Scholarii prolegomena *in Logicam*, *& expoſitio in Porphyrii Iſagogem*, *in Categorias Ariſtotelis*, *& librum de Interpretatione* conſervari in Bibliotheca Regis Gallorum, nnnc demum ab humaniſſimis viris Puteanis ſignificatum eſt.

18. Librum quoque Guilielmi Porretani, *de ſex Principiis* e Latino in Græcum tranſtulit; idem Scholarius in decem Prædicamenta Commentario Lect. 15. καὶ ταῦτα μὲν ἀρκεῖ ὅσον πρὸς θεωρίαν τῆς αἰτίας, δι' ἣν πλάτει διεξέρχεται περὶ τῶν λοιπῶν κατηγοριῶν. ὁ μέντοι Βοήτιος, ἢ ὡς οἱ πλείους φασὶ Πορρετάριός τις θεολόγος, τοὺς γὰρ εἰς Ἀριστοτέλην ἀναγράφοντας τὸ ἔργον δεῖ παραιτεῖσθαι, περὶ τούτων τῶν ἓξ ἀρχῶν κατὰ ζῆλον Ἀριστοτελικὸν συνεγράψατο. ὅπερ ἡρμήνευσα αὐτὸς εἰς τὴν ἡμετέραν φωνὴν ἀπὸ τῆς τῶν Λατίνων, καὶ ἔστιν οὐ τοῦ τυχόντος λόγου τὸ σύγγραμμα. *Et hæc quidem ſatis ſunt ad deprehendendam cauſam, propter quam non fuſe reliqua Prædicamenta pertractat. Verumtamen Boetius, vel, ut plurimi aſſerunt, Porretanus quidam Theologus; Nam qui opus illud ad Ariſtotelem deferunt, audiendi non ſunt, de his ſex Principiis Ariſtotelem æmulatus conſcripſit, quod ipſe e Latina in linguam noſtram traduxi. Opus ſane haud contemnendum.*

19. Scripſit etiam contra Nicolaum Cabaſilam ἀντιῤῥήσεις. Ipſemet in Reſponſione ad argumenta Marci Epheſini contra Latinos, ad quintum, χάριν δὲ καὶ ἔτι καθάπερ ἀσθένειαν μόνῳ τῷ σῷ ἐπιχειρήματι, καὶ τῷ τούτου συμπεράσματι συνειδὼς καὶ τὸ σοφὸν ἐκεῖνο τοῦ Καβάσιλα συνῆψας ἐνθύμημα καθάπερ ἐπεισόδιον τοῖς σοῖς αὐτὸ ποιησάμενος, περὶ ὅπερ ἐκεῖνος πολλ' ἐμόγησεν, τοῦτο σε μόνον ἴσως ἐξαιτιάσεται πρὸς τὸν ἄνδρα, ὅτι τοῖς ἐκείνου τὰ ἐκείνου συνάπτοις. ἐκ γὰρ τῶν ἐκείνου καὶ τὰ σὰ τυγχάνειν δοκοῦντα εἴληπται, συνθήκῃ μόνον καὶ φράσει, καὶ ἴσως οὐδὲ βελτίονι διαφέροντα. ἀλλ' ἡμεῖς ὅτι τε ἐγκαίρως συνῆπται, καὶ ὅτι πρὸς ἐκεῖνον χωρὶς ἀπολελογήμεθα, περιττὸν ἡγούμεθα νῦν τὴν προσθήκην ἐξετάζειν ἐκείνην. ὁπόσα δὲ ἄλλα περιττὰ τῷ ἐπιχειρήματι τούτῳ τοῦ Καβάσιλα τοῦ πρώτου κεφαλαίου τῆς καθ' ἡμᾶς αὐτῷ συγγεγραμμένης βίβλου τυγχάνοντι συνίσμεν ἰδίως, ὡς εἴρηται παρ' ἡμῶν ἐξητάσθη τε, καὶ ἠλέγχθη καλῶς ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἀντιῤῥήσεσιν. *Illud porro gratioſum eſt, quod cum imbecille admodum tuum argumentum, illiusque concluſionem deprehenderes, ſapiens illud Cabaſilæ enthymema, circa quod ille multum laboraverat,*

*extrin-*

*extrinſecus aſſumptum , induĉtumque tuis appoſuiſti. Et hoc te tantum apud illum hominem excuſabit , quod rebus illius non alienas adglutinas. Ex illius etenim penu , & quæ tua videntur eſſe deſumpta ſunt , compoſitione ſolum , & dictione , quæ forſan nec melior eſt , diſcrepantia. Nos vero quod opportune appoſitum ſit , & ſeparatim ad illud reſpondimus , ſupervacaneum eſſe duximus , nunc additionem illam examinare. Quæ autem , quantave in hoc Cabaſila argumento , quod ipſe in primo capite libri adverſus nos conſcripti , explicuit , deprehendimus , ſeparatim , ut jam dictum eſt a nobis examinata ſunt , probeque reprehenſa in noſtris adverſus ipſum refutationibus.*

20. In Indice Bibliothecæ Mediolanenſis legi , Georgii Scholarii περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας. *De falſa ſcriptione Gregora.* Quod omnino exiſtimo Pſeudoepigraphum , mendumque exſcriptoris , aut 408 illius potius , qui Indicem concinnavit. Fraudem inde ortam puto. Forte in eo Codice Georgii Scholarii aliquid extat , quod excipit deinde titulus anonymus περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας. Qui Indicem confecit , parum caute tractatum illum eidem Auctori , quem ſuperior tractatus præferebat , cum nullus alius ſuppeteret , quod ſæpiſſime fieri amat , aſcripſit. Et ni me fallit memoria, memini me aliquando in manuſcriptis legiſſe : Φακρασῆ περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας , *Phacraſa de falſis ſcriptionibus Gregora.* An eadem , vel diverſa a Mediolanenſibus ſub Georgii Scholarii nomine divenditis , quibus facultas conferendi Codices data eſt , ipſi dijudicent.

21. Robertus Conſtantinus Gallus in ſua Bibliotheca teſtatur Gennadium hunc ſcripſiſſe libros *de fide* , *de Dei cultu* , & *contra Judæos* , & *reſponſiones pro Chriſtianis :* & in Bibliotheca Regia manuſcriptos Pariſiis aſſervari. Et Geſnerus in Bibliotheca, apud Diegum Hurtadum , *de primo Dei cultu* , *de tempore* , & *modo eſſentiæ intelligibilium* , & *immortalium animarum. Ad illos , qui ſcandalum patiuntur.* Ex quibus quædam a nobis ſupra adnumerata eſſe non dubito. *Fragmenta* quoque ejuſdem varia in Bibliotheca Auguſtana recenſentur in Indice manuſcripto.

22. Pleraque etiam e lingua Latina in Græcam traduxit. In Bibliotheca Palatina habebatur Interpretatio ejuſdem in Græcum ſermonem, *Expoſitionum D. Thomæ in Ariſtotelis libros de Anima.*

23. Et Angelus Juſtinianus dicebat ſe habere opuſculum D. Thomæ Aquinatis , *de ente & eſſentia ab eodem Auctore Græce verſum* , & *Commentariis ab eodem illuſtratum.* Ita refert Benevolentius , & addit , *Diplobatazium Latinum Juriſconſultum , quamvis natione Græcum ſcribere , ſe vidiſſe Venetiis*

Digitized by Google

*netiis Gratiani decretum Græce deſcriptum, eoque allatum a quodam legato Regis Cyprii. Et ſatis notum eſſe juniores Græcos complures ex Latinis ſcriptoribus etiam Eccleſiaſticos in ſuos uſus vertiſſe, qui hodie leguntur in Vaticano, & alibi.*

24. Item ἐκ τῆς Διαλεκτικῆς τοῦ μαγίστρου Πέτρου, τοῦ Ισπανοῦ ἑρμηνεία κυροῦ Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου. *Ex Dialectica Magiſtri Petri Hiſpani Interpretatio Domini Georgii Scholarii.* P. Διαλεκτική ἐστι τέχνη τεχνῶν, καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν. Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana. Et hæc Scholarius noſter.

Quid Schiſmaticus ſcripſerit, expendamus. Sine nomine Impreſſoris, loci puto tamen eſſe Londini in 4°. c) Græce editus eſt tractatus hoc titulo: Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου σύνταγμα ἐπιγραφόμενον Ὀρθοδόξου καταφύγιον, τοῦ ὕστερον γενομένου Γενναδίου μοναχοῦ τμῆμα πρῶτον περὶ τῶν αἰτίων τοῦ σχίσματος κατ᾽ ἐπιδρομήν. καὶ ἔτι τὰ κατὰ τὴν τρίτην σύνοδον σαφὴς ἀπόδειξις ὅτι Γραικοὺς ὀρθῶς φρονεῖν. *Georgii Scholarii Commentarius inſcriptus Orthodoxi Perfugium, qui poſtea factus eſt Gennadius Monachus. Sectio prima de cauſis ſchiſmatis per tranſcurſum. Et plana demonſtratio, Græcos recte ſentire ex iis, quæ in tertia Synodo ſtatuta ſunt.* Scripſit poſt Florentinam Synodum, in quam ſæpius palam invehitur. Abortum, ſi dixeris parum cauto Auctori excidiſſe, non aberrabis a ſcopo: adeo petulanter, inconſiderate, & quod pejus eſt, in re tam gravi, & neceſſaria maligne omnia effudit; illi ob nimiam levitatem nec animum adverterunt ſapientiores Græci, neque calamo ſuo, ac ira dignum exiſtimarunt, & ſui vilitate perpetuo periiſſet, ni Londinenſes Typographi luce publica tenebricoſiorem reddidiſſent. Manuſcriptum eſt in Bibliotheca Regis Gallorum, Vaticana, Palatina, & alibi paſſim.

Poſſevinus in Appendice prima Apparatus. *Quin Monodia*, Georgii Scholarii *in dormitionem S. Marci.* Reſcribo verba Poſſevini, qui ex Græco Scholarii tranſtulerat, *Epheſini Epiſcopi extabat Venetiis Græce MS. in Bibliotheca ad ſanctum Antonium. Viennæ autem Auſtriæ in Bibliotheca Imper. liber de Proceſſione Spiritus ſancti ad Comnenum Magnum Trapezunti Regem*

c) A. 1624. una cum aliis ſcriptis Græcorum Nili, Gregorii Palamæ Theſſalonicenſis, Barlaami, Meletii Pigæ, Maximi Margunii, Gabrielis Severi & Georgii Coreſſii. Cæterum hoc Georgii Scholarii opus prolixum paginarum 292. totum verſatur in defendendo dogmate Græcorum de proceſſione Spiritus S. atque vindicandis circa illud veteris Eccleſiæ Doctorum ſententiis. Incipit: τὸν θεῖον λόγον καὶ τῆς ἀληθείας ἔφορον. Diſtinguitur in λόγους ſex & in capita LIIL.

Digitized by Google

*Regem Græce MS. cum altero ejuſdem argumenti.* Libri de proceſſione, ad quemnam ex his referri debeant, quis non oculatus teſtis dicere au- 409
deat? Legi hujus epiſtolas novem ad Notaram magnum Ducem, & Imperatoris generum ante, & in ipſo Monachatu ſcriptas, non nimis elegantes; in iis vero, quas Monachus dederat, Latinos fere omnes, Græcosque ipſos, qui Latinis adhæſerunt, proſcindit, Eorum principia ſunt. I. σὲ καὶ τῇ πόλει ταύτῃ πάγκοινον ἀγαθόν. II. τί τοῦτο πέπονθας. III. οἱ τῶν μυρεψῶν ἐπιστήμονες ἐκ διαφόρων ἀρωμάτων. IV. νέῳ μοι ἔτι ὄντι, καὶ ἐς διδασκάλους. V. ὁ σοφιστὴς Λουκιανὸς τοῦ λόγου θέλων δεῖξαι τὴν δύναμιν. VI. ἥκει μοι ἔναγχος ἡ ἐπιστολή. VII. ἅγιέ μου αὐθέντα παντοίως ἡμᾶς καπηλύκασας. VIII. τί πρῶτον, τί δ' ὕστατον, τί δὲ μεταξύ. IX. ἣν μὲν ἐπηγγειλάμην σοι πέμψειν ἐπιστολήν. Inter easdem habentur, & ejusdem Notaræ ad Scholarium Epiſtolæ.

In Bibliotheca Regis Gallorum conſervatur ejusdem oratio, ἐπὶ τῇ δι' ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίᾳ, καὶ ἀλόγῳ, καὶ ἀσυντάκτῳ καινοτομίᾳ τῆς πίστεως. *De inani, abſurda, & incompoſita, per permiſſionem Dei, innovatione fidei.* P. Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ καταπαύσομαι. Eſt etiam apud me beneficio doctiſſimi Auberti. Legitur etiam alicubi Ejusdem κανὼν εἰς Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης. *In Gregorium Palamam Theſſalonicenſem Archiepiſcopum Canon.* ἡ ἀκροστιχίς. ἡ σὴ πόλις σέφει σε τοῖς ὕμνοις, πάπρ. ἐν δὲ τοῖς θεοτοκίοις, Σχολάριος. P. ἡ ἐπὶ σοὶ λάμψασα χάρις τοῦ Πνεύματος.

Habebatur etiam in Medicea Bibliotheca, Γεωργίου Σχολαρίου ἐπιτάφιος εἰς τὸν δεσπότην Πορφυρογέννητον, τὸν Παλαιολόγον. *Georgij Scholarij or[illegible] funebris in deſpotam Porphyrogenneiam Palæologum.* Sed cujusnam ea fuerit ſchiſmatici, an Catholici? divinent qui legent.

Si Curteſius d) cognomento fuit, quod etiam in ambiguo eſt, ad illum referre oportet Γεωργίου Κουρτέση τοῦ Σχολαρίου περὶ στοιχείων, ἤτοι γραμμάτων, προσῳδιῶν, καὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν, ἤτοι εἰς γραμματικὴν πρώτη εἰσαγωγή. ἐξεδόθη δὲ φίλῳ τινὶ αἰτήσαντι. *Georgij Curteſii Scholarij de Elementis, ſive literis, accentibus, & octo Partibus orationis, ſive in Grammaticam prima Introductio in gratiam amici, qui eam poſtulaverat, confecta.* P. τῶν στοιχείων ἃ καὶ γράμματα λέγονται. Ro-



d) Vide ſupra p. 764. & 770. Cæterum accuratiorem ſcriptorum Gennadii pleniоremque Catalogum tradidi p. 366. ſeq. ex Euſebio Renaudoto.

mæ in ſancta Silveſtrina & Vallicellana. F. 81. Mediolani Ambroſiana, bis. Idem enim videtur opus, quod illi aſcribitur, *de octo partibus Orationis, & Grammatica.* Et Scoriaci in Regia, Γεωργίου Κυρτέση τοῦ Σχολαρίου Χρονογραφία ἐν ἐπιτόμῳ τόμοι δύο. *Georgij Curteſii Scholarij Chronographia in compendio, Tomi duo.* IIII. B. 14. 15.

Tandem valde ſuſpenſo animo expecto aliorum judicium, cuinam ex his Scholariis vindicanda ſunt, Oratio *in Annunciationem ſanctiſſimæ Deiparæ*, quam ſcribit Poſſevinus reperiri in Regia Bibliotheca Regis Catholici Scoriaci, licet ipſe credat Georgium hunc eſſe eundem, qui poſtea dictus eſt Gennadius, qui & Patriarcha Conſtantinopolitanus. Item, Oratio *in Nativitatem Domini* πολύστιχος, verboſa, & non ſine tædio legenda ab Antonio Damila exſcripta in Palatina Bibliotheca. Ea nullum præfert titulum, in fine tamen ſcriptum eſt, Ἀντώνιος ὁ Δαμιλᾶς καὶ τοῦτον ἔγραψε τὸν λόγον ποιηθέντα σοφωτάτῳ ἀνδρὶ Γεωργίῳ τῷ Κουρτέσῃ τῷ Σχολαρίῳ. *Antonius Damila, & hanc exſcripſit orationem, compoſitam a ſapientiſſimo viro Georgio Curteſio Scholario.* Cujus initium eſt, καὶ πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις τῶν ὄντων ὁ τοῦ εἶναι καὶ ζῆν ἐμπέφυκεν ἔρως.

LVIII. GEORGIUS ſacerdos e CORELIANO oppido, tractatus Guidonis de Monte Rochen in linguam Græcam tranſtulit, Γεωργίου ἀπὸ κώμης Κορελλιανῆς ἑρμηνεία ἐκ τῆς Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν τῶν Γραικῶν Γουΐδονος δὲ Μόντε Ροκέν. Guido profeſſione Theologus, *natione Gallus*, ut tradit Poſſevinus in Apparatu, *ſcripſit anno* 1333. *librum prænotatum*, Manipulus Curatorum *ad Raimundum Valentiæ Epiſcopum*, recuſus eſt ſæpius. Græca Georgii verſio aſſervatur in Vaticana. Fuit is, ut diximus, Patria Corelianenſis, Familia ab Alexandris, doctrina, & virtute conſpicuus. Floruit ſub Ferdinando Neapolitanorum Rege, ut
410 ex ejus ſcriptis colligitur. Scripſit pleraque ſermone Græco, ſed inculto, & barbaro, pietate tamen & religione Numinis plena. Inter alia præter jam dictum opus, præcipuum ſibi locum occupavit Tractatus, περὶ φόβου θείων κριμάτων, *De timore divinorum judiciorum*, viginti ſermonibus diſtinctum, nuncupatumque ſacerdoti Antonio ex Urbe Melepinniana. Ut Auctoris in libro digerendo ſcopum, & tractationis modum, dictioniſque guſtum habeas, cum liber non omnibus obviam ſit, ſed in extremis Hydruntinorum finibus, Coreliani nempe, lateat, Præfationem ipſius, quam mihi humaniſſime rerum Eccleſiaſticarum ſcientia, & Chriſtiana pietate conſpicuus Franciſcus Arcudius communicavit, hic attexam, Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἱερεῖ Ἀντωνίῳ

νίῳ ἀπὸ χώρας Μελεπιννιανῆς, ὁ ἱερεὺς Γεώργιος ὁ τῶν Ἀλεξάνδρων ἀπὸ χώρας Κορελιάνης χαίρειν. ἐν ταῖς ἄλλαις ὑπερλαμπροτάταις σου ἀρεταῖς καὶ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῆς ψυχῆς σου χαρίσμασι, πάτερ αἰδεσιμώτατε, τὸ φιλομαθὲς μεγάλως ἐξαστράπτει. ἀνθ' ὧν γίνεται, ὅτι σαυτὸν ἀεὶ πρόθυμόν τε καὶ εὔνουν παρέχεις εἰς τὸ καταλαβεῖν τὴν τῶν σοφῶν διδασκαλίαν. ἀλλ' οὐδὲ τῇ ὑψηλοτάτῃ σου εὐφυΐᾳ αὐτάρκεια τυγχάνουσι τὰ παρὰ τοσούτων, καὶ τοιούτων, ἀνδρῶν ἐνωτισθέντα. καὶ γὰρ τῶν θείων, καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνιχνεῦσαι, ἢ γνῶναι τὸν λόγον ἐφιέμενος εὐλαβείᾳ ἐνδιατρίβειν σπεύδεις τοῖς τοῦ θεοῦ ἱεροῖς ναοῖς, ὄφρα ἐκεῖθεν ἐξαντλήσεις πᾶν, ἔπειτα ὑπ' ἐκείνων, οἵ τινες παιδευτικῶς, ὡς τοῖς λαοῖς λαλεῖσθαι εἴωθεν, ἐκδιδάσκεται. ἐπαινεῖσθαι ὄντως ἀξία ἡ τάξις αὕτη οὐ μόνον τοῖς νέοις, ἀλλ' ἔτι καὶ παντὶ πολυχρονίῳ καὶ γέροντι. ἐπείπερ οὐδεὶς τοσοῦτον σοφὸς, ὅς γε τόσον πολυΐστωρ, ὅς τι ἀκούων σοφώτερος γενέσθαι οὐ δυνήσεται. ἐξ οὗ ὑφίσταται ἡ ἀπόφασις ἐκείνη, κεφαλαίῳ πρώτῳ τῶν παροιμιῶν, ἀκούσας σοφὸς σοφώτερος γίνεται. Διὸ θαυμαστοῖς ἐπαίνοις ἀξιοῦται Σόλων ὁ Φιλόσοφος, ὃς τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ζωῆς παρισταμένων τινῶν φίλων, καί τινα ἐν ἑαυτοῖς συλλαλούντων τὴν βαρεῖαν κεφαλὴν ἐκ τῆς κλίνης ἐξῆρε. ἐρωτηθεὶς δὲ τίνος χάριν τόδε ἐποίησεν, ἀπεκρίθη, ὄφρα τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ περὶ οὗ διαλέγεσθε; καταλαβὼν ἀναλύσω. τῶν τοιούτων τὰς σπουδὰς μιμεῖσθαι ὀφείλομεν, οὐ τῶν οἰομένων εἶναι σοφῶν, καὶ πᾶσαν μάθησιν ἐξουθενούντων. σὺ δὲ ὁ τῆς σοφίας λάτρης, καὶ ἐξαίρετος ἀνιχνευτὴς πᾶσαν σπουδὴν δεικνύεις, ὄφρ' ἐκ πολλῶν πλεῖστά γε γνώσῃ. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τῆς σοφίας ἀρχὴ ὁ θεῖος φόβος καθέστηκεν; ἅθ' ἡ σοφία διδάσκει, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἀρχὴ σοφίας ἀνθρώπων ὁ τοῦ θεοῦ φόβος. καὶ ὁ τῆς Κλίμακος Ἰωάννης, ὥσπερ ἀκτὶς ἡλίου δι' ὀπῆς εἰσελθοῦσα ἐν οἴκῳ πάντα φωτίζει, ὡς καὶ τὰ λεπτότατα ὁρᾶν, τόν τε κονιορτὸν πετώμενον, οὕτως καὶ φόβος Θεοῦ μετὰ διακρίσεως ἐν καρδίᾳ γενόμενος, πάντα αὐτῆς ἁμαρτήματα ἀποδείκνυσι, τοὔνεκα περὶ φόβου Θεοῦ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ οὐκ ἐκ τῶν ἐμῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις φιλοπονηθέντων κοπιάσας συντέθηκα, ὅπως ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ῥιζωθεὶς τὴν σοφίαν ἔνοικον κτησώμεθα, τοῦ εἶναι ταῦτα πολλὴν εἰς ὠφέλειαν. Διότι πᾶν νέον διεγείρειν εἴωθε τὰς ἀνθρωπίνας διανοίας. καὶ γὰρ ὡς γέγραπται πράξεων δεκάτῳ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ ὅταν ὁ θεῖος Παῦλος ἦν ἐν ταῖς Ἀθήναις, καὶ διελέγετο τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τῇ συναγωγῇ, καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν μετὰ τῶν Ἐπικουρείων, καὶ Στωϊκῶν φιλοσόφων. τινὲς μὲν ἔλεγον αὐτὸν σπερμολόγον, ἤτοι σπείροντα τοὺς λόγους.

ἕτεροι δὲ ξένων δαιμόνων καταγγελέα, ἤτοι ξένων σοφιῶν. Διὸ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον λέγοντες, δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη διδαχὴ ἡ ὑπὸ σοῦ λεγομένη; ξενίζοντα γάρ τινα εἰσάγεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. βουλόμεθα οὖν γνῶναι τί ἂν θέλῃ ταῦτα εἶναι. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν ἢ λέγειν τι, ἢ ἀκούειν καινότερον. ἔγραψα τοίνυν Θεοῦ χορηγοῦντος οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας ῥήμασι πᾶν ὅπερ τὰς τῶν ἀνθρώπων καρδίας εἰς τὸ τὸν ἔνδοξον Θεὸν φοβεῖσθαι ἀνακαλεῖται, καὶ εἰσάγει. δέχου πηγὴν οὖν ὦ τιμία κεφαλὴ, τὸ βιβλιδάριον τοῦτο, ἐν ᾧ εἴ τι καλὸν εὕροις δοκίμασον. εἴ τι δὲ ἢ περιττὸν, ἢ ἔλαττον εὐθὺ ἐν αὐτῷ καταλάβῃς, διόρθωσον. ἔρρωσο τῶν καλῶν ἠθῶν ἔσοπτρον. Opus prædictum Franciſcus Oliverius Corelianenſis Medicus non incelebris, qui ejusdem Georgii hoc temporis ædes habet, cum forte fortuna, & aliud agens offendiſſet, illius lectione delectatus, ne pium opus, & Chriſtianis proficuum male perderetur, in lingvam verſum Latinam, Annotationibus illuſtravit, eo animo, ut ſi quando facultas fieret, typis vulgaretur.

411 In eodem opere, ut Oliverius Arcudio ſcripſerat, Georgius ſuum περὶ μετανοίας, *de Pœnitentia* ſermonem quadrageſimum, & περὶ φιλίας *de Amicitia*, laudat: incertum, an quemadmodum Tractatum *de timore divinorum judiciorum*, in plures ſermones ſubdiſtinxerat, ita & hæc *de Amicitia*, & *de Pœnitentia*, an vero plures ſermones varii argumenti, inter quos & hi quoque reperiuntur, in unum volumen reduxerit, ut a multis factum conſpicimus. Ego ſane hæc auguratus numquam tentavi.

LIX. GEORGIUS MOSCHUS Joannis Moſchi Lacedæmonii filius, Corcyræ Medicinam & oratoriam artem profeſſus eſt, ut de Poëtis ſui temporis Dialogo I. tradit Gyraldus. Quid hic ſcripſerit in comperto non eſt, ſcripſiſſe tamen aliquid veroſimile eſt.

LX. Vivebat anno 1583. GEORGIUS quidam DEUTEREUON ſacerdos, ac Hieromnemon, & Magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Advocatus ex Inſulæ Cretæ Urbe Cydonia mediocris ingenii, & minoris literaturæ vir. At ſcripſit tamen ſuo, & alieno nomine complures *Epiſtolas*, quæ paſſim in Codicibus manuſcriptis leguntur.

Præterea in varia argumenta *Orationes*, tenues illas quidem, & ſtylo, & ſententiis, non multi æſtimandas numero 15. quas ipſe legi ſub hoc titulo: ποίημα τοῦ εὐτελοῦς, καὶ ἀχρείου Ἱερομνήμονος Ἱερέως Γεωργίου πνευματικοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ Δευτερεύου λόγοι διάφοροι ιέ. *Opus vilis, ac inutilis Hieromnemonis ſacerdotis Georgii Patris noſtri Spiritualis Deuterevi Orationes*

*tiones diverſæ XV.* P. ἀδελφοὶ καὶ τέκνα ἀκούσατε παρακαλῶ λόγον ὀλίγον, καὶ μὴ βαρυνθῆτε.

Item εἰς τὰ βαθμῶν τῆς συγγενείας διαγράμματα. *In graduum conſanguinitatis Diagrammata.* P. οὐ δύναταί τις λαβεῖν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ. Patriam ſuam neſcio quo in loco ita inſinuat, τῆς ἡμετέρας πόλεως Κυδωνίας τῆς περιφήμου νήσου Κρήτης. *Noſtræ Urbis Cydoniæ celebris Inſulæ Cretæ.* Opera exſtant in Bibliotheca Collegii Græcorum *.

LXI. GEORGIUS CHORTAZIUS Cretenſis ſcripſit carmine, ſed communi Græcorum idiomate *Erophilam* Tragœdiam, ſatis pro ea lingua elegantem, & unam ad hunc diem, quæ in pretio haberi meruit, & præ manibus omnium teri. Neſcio an edita ſit.

LXII. GEORGII SCORDYLII ſacerdotis Scholion in epigr. 87. Joannis Geometræ editum eſt a Federico Morello in Paradiſo ejusdem Geometræ, Lutetiæ 1595. in 4.

LXIII. GEORGII SAUROMANI expoſitio in epiſtolam Pauli ad Romanos. Habebatur in Bibliotheca Altempſiana, ut mihi relatum eſt: ipſe non vidi.

LXIV. Vivit hoc tempore ** GEORGIUS CORESIUS Chius nobilis genere, profeſſione Medicus, ingenio acri, pietate amphibius, religione ex ſchiſmate, Latinis, per quos profecerat, a) Piſis namque ſtuduit, improbus, cum dicto quotidie odium in eos acerrimum oſten-

 dat,

* Romæ. ** A. 1644.

a) A Latinis olim eruditum, educatum in Italia, imbutumque Thomiſtarum diſciplinis, deinde miro in Latinos fuiſſe odio norat Nic. Comnenus p. 231. 286. 302. 385. prænot. myſtagog. qui p. 270. 339. 414. eum vocat CPolitanum Archi-Theologum vetuſtatis Græcanicæ accuratiſſimum cenſorem, qui ſæpe jactet omnia Græcorum monumenta ſe legiſſe, ne una quidem ex curioſis paginis contemta. Idem longe plura hujus Coreſſii citat Allatio præterita, ut *deſcriptionem montis Atho* pag. 43. 386. quam accuratiſſimam appellat, p. 418. *Paralipomena ad Bibliothecam Photii*, p. 46. 143. &c. *Scholia in Synopſin Canonum Nili Rhodii* p. 12. 17. 188. 237. &c. *Antirrheticos contra Bellarminum* p. 67. 173. 360. 367. *Explicationem Symboli CPol.* p. 335. *Epiſtolas* ad Corydaleum Athenienſem p. 23. 31. 141. 231. 406. ad Caryophyllum p. 203. ad Goarum p. 141. *Theologiam* pag. 283. in cujus procemio Coreſſius ait D. Thomæ ſummam percucurriſſe ſe centies, ejusque opuſcula eviſceraſſe, p. 306. *tractatum de SS. Trinitate* p. 307. *Librum II. contra Latinos, qui eſt de Sacramentis* p. 325. *Librum V. de Sacramentis* p. 150. *Librum VIII. de Euchariſtia* p. 161. 162. 164. *de operibus humanis* p. 285. 301. *de pœnitentia* p. 51. 62. 399. *reſponſionem contra clypeum fidei* p. 156. *librum de perſecut. Eccleſiæ ad Corydaleum* p. 309. *lib. de defunctis*, p. 191. Ejus famoſum *libellum de impietate* Latinum feciſſe ſe teſtatur hortatu Soarii Vaſſionenſis Epiſcopi pag. 265.

dat, & ſcripto etiam aliquando tam inſignite injuriam faciat; Græcis, quorum patrocinium videtur ſuſcipere, cum ſchismatis venena evomat, eosque a recto veritatis tramite in profundum hæreſeos barathrum conetur abducere, parum fidus.

Scripſit Piſis *Narrationem inclyti certaminis Florentinorum, Græcis verſibus quod apud illos* Calcio, *apud Antiquos* Arpaſtum *appellatur.* Edita eſt Venetiis 1611. apud Antonium Pinellum in 4. Græce, & Latine carmine ſcripſit, ſed parum feliciter. Et Italice, *Contra le gallegianti del Galileo* in 4.

Ejusdem in propugnationem ſchismatis opus editum eſt cum aliis ejusdem farinæ ſcriptoribus, Barlaamo, Palama, b) Severo, c) Pegada, d) Margunio, e) Nilo, Scholario, neſcio an Londini Græce in 4. In quorum Ogdoadem non illepide luſit Joannes Matthæus Caryophylus Cretenſis.

412 Οὐρανὸς ἑπ]ὰ πλανή]ας ἀνισοδρόμοισι διαύλοις,
Ὀκτὼ δ' ἰσοδρόμους ἐνθάδε βίβλος ἔχει. Et;
Χείρων Βαλαὰμ Βαρλαὰμ μαντισκόπȣ.
Ἀνθρωποφώνου Βαρλαὰμ χείρων ὄνου.
Νεῖλος, Παλαμᾶς πηλαμᾶς ἰλὺς νόων.
Σχολάριος δ' αὖ εἰς χολὴν ἔρει λόγους.
Πρόσθες Σεβῆρον, τὸν Σαβουραδελφέα.
Πηγὴ κακίστων, Πηγαδᾶς ἦν ναμάτων.
Νοῦς μάργος, ἢ νοῦς ἀργὸς ἦν Μαργουνίος.
Κορέσιος ζῶν ἐν κάρῳ σπείει λόγους,
Λαλῶν ἃ μὴ γνοὺς ἰατρὸς ψυχοφθόρος.
Μία ξυνωρὶς, ὀγδοὰς λαοπλάνων,
Σκότους ὁδηγοὶ, σχισμάτων διδάσκαλοι.]

Pleraq;

b) Hic eſt *Gregorius* Theſſalonicenſis, cujus duo λόγοι ἀποδεικ]ικοὶ, ὅτι ȣ̓χὶ καὶ ἐκ τȣ̃ Υἱȣ̃ ἀλλ' ἐκ μόνȣ τȣ̃ Πα]ρὸς ἐκπορεύε]αι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, familiam ducunt in collectione illa Græcorum ſcriptorum, quæ Londini A. 1624. 4. lucem vidit atque dedicata eſt quatuor Catholicæ & Apoſtolicæ Orientalis Eccleſiæ Patriarchis, Cyrillo CPol. Geraſimo Alexandrino, Athanaſio Antiocheno & Theophani Hieroſolymitano.

c) Gabriele Severo Philadelphienſi.

d) Meletio τῷ Πηγᾷ, Epiſcopo Alex.

e) Maximo Margunio Cytherorum Epiſc.

Pleraque alia pro ſchiſmate contra Latinos ex male ſentientium monumentis ſæpius ab aliis confutatis, exſibilatisque in unum congeſta, variis diſceptationibus concluſit. Atque illæ ſunt: περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *De Proceſſione Spiritus Sancti.* Διαλέξεις.

ά. P. ἐγκαίρως ἔμοι γε δοκεῖ τῇ σῇ περιτετυχηκέναι λογιότητι καθηγητά.

β'. P. Φέρε εἰ σοὶ δοκεῖ τὰ προδιαλεχθέντα συντέμωμεν.

γ'. P. χθὲς περὶ τὸ βουλητὸν πέρας λαβούσης τῆς πρὸς ἡμᾶς.

δ'. P. Δεινὴ δεῦ τ' ἐμοὶ ἐντέτηκεν ἔφεσις τῇ σῇ λογιότητι.

ε. P. Μακρὸν ἤδη παρέδραμεν ὦ σοφώτατε χρόνων χρῆμα.

ς'. P. Χαῖρε ἄνερ σοφώτατε, ὡς ἄσμενός σε εἰσεῖδον. Et has omnes per modum Dialogi digeſſit.

Περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πάπα. *De Primatu Papa.* P. ἡγοῦμαι ὦ ἄνδρες ἀκροαταὶ μηδέπω ἡμῶν ἀφανὲς εἶναι τῶν.

περὶ τοῦ ἐν δόξῃ καθαρτηρίου πυρός. *De purgatorio igne, *quod opinione tantum concipitur.* P. ὁρῶ πάλιν ὑμᾶς ὦ φιλόθεον σύστημα προθύμως ἔμοι γε πεπλησιακότας.

Περὶ ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων. *De Fruitione Sanctorum.* P. καὶ τήμερον αὖθις περὶ τῆς τῶν ἁγίων ἀπολαύσεως λόγους καταβαλλόμενος.

Συντομία τῶν Ιταλικῶν ἁμαρτημάτων. *Errorum Latinorum Compendium.*

f) P. πολλάκις τῶν Ιταλῶν ἐθαύμασα διὰ τὸ πρὸς τὰς καινοτομίας εὐόλισον. καὶ γὰρ μηδὲν ἐκεῖνοι. Hæc omnia in uno volumine, ipſius Auctoris manu numquam non interpolata, non ſine ſtomacho legi: quemadmodum & alium ejusdem tractatum *De Proceſſione Spiritus Sancti* ad F. Leonardum Gallum, qui nunc eſt apud Franciſcum Arcudium. P. ἔναγχος τοῦ ἑταίρων τοὶ συμπεριπατοῦντι μοι περὶ τὴν ἑσπέραν.

Coreſium nobis innuit Caryophylus de Proceſſione Spiritus Sancti contra Gerganum cap. I. τρίτον ἄτοπον, ὅτι ἀπὸ τούτους οἱ τολμηρότεροι, ὄχι μόνον ἔχουσι γνώμαις ἀλλόκοταις, οὔ τε μόνον παραμιλοῦσιν ἄκαιρον, καὶ ἀνόητα, ἀλλὰ βάλλονται καὶ γράφουσιν ὡσεὶ σεσοφισμένοι, ἀγαπῶντας ταῖς πρωτοκαθεδρίαις,

* Citat Allatius de purgatorio p. 103.

f) Scripſit etiam Latine Coreſſius, ſed plane barbare libellum contra Latinos, Romæ ſub Urbano VIII. flammis datum, ut narrat Nic. Comnenus p. 14. qui librum ejus ſecundum de erroribus Latinorum citat p. 312. Cæterum in illo Græce ſcripto multo plura in Latinos congeſſit, notante Allatio de Conſenſu pag. 1113. Idem p. 998. ut infra p. 792. narrat ei a Patriarcha CPol. ſacrarum ædium aditum, myſteriorum communionem & Chriſtianorum colloquia interdicta eſſe.

Digitized by Google

θεδείαις, καὶ νὰ κράζονται ῥαββί. καὶ τὸ κακὸν τοῦτο ἐπλήθυνε τόσον εἰς τοὺς καιρόνεμας, ὅτι εἴδαμεν γραψίματα τινῶν, οἱ ὁποῖοι ἔχοντας ἐπάγγελμα ἰατροῦ, ἀπὸ ἰατροὶ ἔγιναν αὐτοχειροτόνητοι θεολόγοι, καὶ χρεωστῶντας νὰ θεραπεύουσι τὰ σωματικὰ, φονεύουσι ταῖς ψυχαῖς, καὶ τὰ γραψίματά τους εἶναι τόσον ἀσύστατα, καὶ ἀκατέχα, ὅτι μὲ ἀληθοσύνην ἠμπορεῖ τινὰς νὰ εἰπῇ, πῶς καὶ αὐτοὶ ὁποῦ τὰ ἐσύνθεσαν εἶναι ἀδύνατον νὰ τὰ γρικοῦσιν. *Tertium abſurdum eſt, ex his audaciores effectos, non modo abſurdas habere opiniones ac importunas, ſed ſtolida nugari & garrire: verum etiam jactare ſeſe, & ſcribere non ſecus, ac ſapientes forent, amantes primas cathedras & vocari Rabbi. Quod malum adeo noſtris excrevit temporibus, ut quidam cum medicina profiterentur artem, e medicis Theologi a ſe ipſis conſtituti, Theologica ſcripta ediderint in lucem, & cum corpora curare tenerentur, animas occiderint, quorum ſcripta adeo inconcinne compacta non cohærent, & intoleranda inſcitia ſunt referta, ut vere quiſpiam dicere queat impoſſibile eſſe eos ip-*
413 *ſos, qui illa compoſuerint ſcripta ea intellexiſſe, quæ ſcripſerint.*

Scripſit prærerea μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἐνδόξου μάρτυρος Θεοφίλου. *Martyrium ſancti glorioſi martyris Theophili.* Oſtendit Pantaleo Ligarides Chius, vir ingenioſus, & in illuſtrandis Patriæ antiquitatibus nunquam elinguis. P. ἄνδρες φιλομάρτυρες ὁπόσοι ὑπὸ τῆς ἡδίστης μνήμης τοῦ θεόφρονος φιλοθέου ξυνελέγητε σήμερον. Stylus ſemper ferreus, & incomptus, præterquam ubi ex antiquis auctoribus recollectis dicendi formulis inſperſus, viri in dicendo jejunitatem, atque ineptitudinem magis redarguit. Audio nunc illi a Patriarcha Conſtantinopolitano ſacrarum ædium aditum, myſteriorum communionem, & Chriſtianorum colloquia interdicta eſſe. Deus bene vertat, quod agat, detque illi, ut tandem ad frugem applicans animum, redeat in viam. *

LXV. GEORGIUS BUSTRONIUS, CYPRIUS ex alumno Collegii Græcorum, ubi a prima ætate in iis diſciplinis, atque artibus, quibus ad bene, pieque vivendum inſtruimur ſummopere profecerat, Societati JESU, cujus onera laudabiliter ſuſtinet, nomina dedit. g) Vertit Cardinalis Bellarminii tractatum, *De aſcenſione mentis in Deum* ſatis

* Ad Latinorum mentem & amicitiam demum acceſſiſſe narratur. Itaque Allatius p.1113. Conſenſus, de Coreſſio: *Sed jam eum reſipuiſſe, veritatemque profiteri mihi a fide dignis hominibus illius inſulæ* (Chii) *relatum eſt.*

g) A. 1610. ætatis 24. Vide Bibl. Jeſuiticam Philippi Alegambe & Nathanaëlis Sotvelli.

ſatis eleganter in vernaculam Græcorum lingvam, ut in illius nationis homines aliquem divini amoris ſtimulum excitaret. Editus eſt ex Typographeio S. Congregationis de Fide propaganda in 8. 1637. Utinam ſimilia nobis quotidie non invideret.

LXVI. Non deſunt incerta; pleraque enim ſub Georgii tantum nomine, nullo alio addito circumferuntur, quæ cum ad plures referri posſunt, nec certo habeam cui ad locem, in ambiguo relinquere malui. Alii me perſpicaciores, diviniores que determinent. Sunt itaque cujusdam.

GEORGII Expoſitiones in Hermogenis capita Rhetorica, *De Antinomia*, *Amphibologia*, *& Syllogiſmo*. An ad Diæretam illum, * vel alium referes?

LXVII. GEORGII quoque Expoſitiones aliquot in quædam *Pſalmorum* loca habentur cum aliis Expoſitionibns in Catena Pſalmorum, in Biblioth. Barberina Cod. 4. In aliqua loca *ex orationibus Gregorii Nanzianzeni.* in Vaticana. Et Georgius quidam laudatur inter Expoſitores *Proverbiorum Salomonis.*

LXVIII. GEORGII Carmen Jambicum. Γεωργίυ ταπεινοῦ, καὶ ἁμαρτωλῦ ἐπίγραμμα εἰς τὸν παρόντα τόμον τῶν Ἁγιοπολιτῶν Ιαμβικόν. *Georgii humilis, & peccatoris in præſentem Tomum Hagiopolitanum Jambicum.* P. ὦ δεῦτε παῖδες εὐσεβούντων. Abſolvitur duobus foliis in Biblioth. Regis Gallorum.

LXIX. GEORGII MONACHI *ad ſapientiæ ſtudioſos, ne Philoſophiæ difficultate deterreantur, Epitome Philoſophiæ.* Liber ſic inſcriptus in Bibliotheca Regis Gallorum. Suſpicor non aliud eſſe, quam quod h) Græce, & Latine cum Scholiis edidit Auguſtæ in 8. 1600. Joannes Vœgelinus Auguſtanus. At illud ut ex Codicibus, quos habuerat Vœgelinus manifeſtum eſt, Gregorii nomen præ ſe ferebat, ideoque cum cognomen illius in opere non exprimeretur, ſub Gregorii Aneponymi nomine publicavit. Colligo ex ſimilitudine tituli, quem unus ex Codicibus ſuggeſſit, Ταπεινὸς τάδε ἔγραψεν ἐν μονοτρόποις Γρηγόριος. τοῖς φιλομαθέσι τῶν εὐσεβῶν εἰς διμάθειαν εὐσύνοπτον αὐτοῖς, τὸ τῆς φιλοσοφίας ὄργανον ἅμα τῇ τῶν ἐπιστημῶν πραγματείᾳ προθέμενος, ὡς μήτε τελέαν αὐτοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐγγίνεσθαι, ὧν καταφρονεῖν ἐκελεύθησαν. *Conſcripſit hæc humilis inter monachos Gregorius piis, & doctrinæ ſtudioſis pro* Cccc c *facili,*

* De quo ſupra p. 627. ſeq.

h) Libellis ſeptem diſtinctum.

*facili, & perſpicua diſcendi ratione, quum eis Philoſophiæ organum, & quaternionem ſcientiarum* i) *propoſuit, ne difficultatibus quæ occurrunt, in his turbarentur, vel moram necterent in ejusmodi, quæ negligere juſſi fuerunt.* Vel Exſcriptoris ergo errore Georgius irrepſit; vel quemadmodum & aliis ex Georgio Gregorius, dum Monachum induit factus eſt; vel antiqui Codices hic quidem Georgio, ille Gregorio unum opus diverſis Auctoribus impartitur.

LXX. Adnumerandi quoque ſunt inter ſcriptores Georgios
414 quatuor alii GEORGII CONTOPETRIUS, DOMESTICUS, PANARETUS, & MOSCHIANUS, qui inter Muſicos ſua ætate præclare dicuntur ceciniſſe. Hi multis cantionibus tum ſacris, tum prophanis notas appoſuere, quibus vocum varietate, modoque ad harmoniam canerentur, & melos, Græcorum recentiorum more. Græci etenim inter lineas inſertis quibusdam notulis, rubris etiam quandoque intermixtis voces canentium menſurant.

Cum vero pictura non minus ſcriptione ipſa coloribus rem repræſentat, quemadmodum verborum floſculis æque atq; illa penicillo & coloribus temporum ſeriem, geſtaq; ipſa exprimit. Hinc rerũ geſtarũ imaginem duplicem, tanquam quæ & oratione & coloribus abſolvitur laudatiſſimi Patres decernunt, Damaſcenus orat. I. de Imaginibus: *διπλῆ δὲ αὕτη διά τε λόγου ταῖς βίβλοις ἐγγραφομένου, ὡς ὁ Θεὸς τὸν νόμον ταῖς πλαξὶν ἐνεκόλαψε, καὶ τοὺς ταῖς θεοφιλῶν ἀνδρῶν βίους ἀναγράπτους γενέσθαι προσέταξε. καὶ διὰ θεωρίας αἰσθητῆς, ὡς τὴν στάμνον καὶ τὴν ῥάβδον ἐν τῇ κιβωτῷ τεθῆναι προσέταξεν εἰς μνημόσυνον. οὕτω καὶ νῦν τὰς εἰκόνας τῶν γεγονότων, καὶ τὰς ἀρετὰς διαγραφόμεθα.* Et, *ὑπόμνημα γάρ ἐστιν ἡ εἰκὼν, καὶ ὅπερ τοῖς γράμμασι μεμυημένοις ἡ βίβλος, τοῦτο τοῖς ἀγραμμάτοις ἡ εἰκών. καὶ ὅπερ τῇ ἀκοῇ ὁ λόγος, τοῦτο τῇ ὁράσει ἡ εἰκών. νοητῶς δὲ αὐτῇ ἑνούμεθα. Hic autem dupliciter fit, vel literarum monumentis, ut cum Deus legem tabulis inſcripſit, virorumque quos charos habuit, vitas conſcribi mandavit: vel rebus ſenſibus expoſitis, ut cum urnam & virgam in arcam ad rei memoriam collocari juſſit. Sic etiam nunc rerum geſtarum imagines virtutesque deſcribimus.* Et; *Nam imagines ſunt monumenta quædam; etenim illiteratis hominibus ſunt, quod literatis libri. Et quod auribus oratio eſt, idem eſt oculis imago. Cui tamen imagini intelligentiam conjungimus,* Et

i) In Syntagmate, quod Wegelinus edidit, de quaternione illo ſcientiarum nihil, ſed totum in Philoſophiæ organo ſive Logica tradenda abſolvitur.

Et infra ſimilia ſæpius. Et ante Damaſcenum Baſilius Orat. in Quadraginta Martyres; ἐπεὶ καὶ πολέμων ἀνδραγαθήματα, καὶ λογογράφοι πολλάκις καὶ ζωγράφοι διασημαίνουσιν, οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράσσοντες καὶ πολλοὺς ἐπήγειραν εἰς ἀνδρείαν ἑκάτεροι, ἃ γὰρ ὁ λόγος τῆς ἱστορίας διὰ τῆς ἀκοῆς παρίστησιν, ταῦτα γραφικὴ σιωπῶσα διὰ μιμήσεως δείκνυσιν. *Quæ enim in bello fortiter geſta ſunt, ea ſæpe numero tum Oratores, tum Pictores explicant, illi quidem ea verbo exornantes, hi vero coloribus exprimentes, qua quidem ratione multos utrique ad virtutem incitant. Quæ enim hiſtoriæ ſermo auribus proponit, ea pictura tacens per imitationem oculis oſtendit.* Nec diverſus eſt ab his Alcinus * Variæ Hiſtor. lib. 2. cap. 1. Hæc cum jam ita ſe habeant, non abſonum fuerit, ſi inter tot ſcriptores PICTOREM quoque GEORGIUM recenſeam, cujus pleraſque imagines, prout illius ferebant tempora, non inelegantes in Menologio Baſiliano, de quo memini me plura in Opere de Libris Eccleſiaſticis Græcorum k) dixiſſe, inter alias aliorum non ignobilium Neſtoris, Monæ, Pantaleonis, Michaelis Blachernitæ, & Michaelis parvi conſpiciuntur ex quibus ſacræ antiquitatis, & Eccleſiaſtici Ordinis multas, varias, non nunc natas, ſed vetuſtate comprobatas, & uſu continuo corroboratas, quidquid recentiores Hæretici obganniant, conſuetudines ac ceremonias, niſi in ipſo ſole cæcutire velimus, affabre clareque expreſſas elicimus.

LXXI. Et quemadmodũ ex Gregorio Georgius, ita pleriq; alii, cum in vitam monaſticam renaſcerentur, Georgii nomine abolito ſub Gregorii tantum nomine patent, quos ſi recenſere velim, neq; ſcirem, neq; poſſem: ex eorum grege aliquos, in quibus Georgii adhuc nomen, etiam novi acceſſione non adeo extinctum eſt, uti potero in hac acie producam.

His præeat GEORGIUS, ſive ut alii volunt, GREGORIUS CERAMEUS Taurominitanus Epiſcopus, cujus ſcripta etiam ſub Theophanis, l) & ſi Diis placeat, ſub Philippi Ceramitæ nomine proſtant. Scripſit is Homilias in Evangelia Dominicalia, & feſta totius anni, nunc demum editas Græce, & Latine, & Notis illuſtratas ex multorum manuſcriptorum fide, a Franciſco Scorſo Pariſiis 1644. in fol. In ejuſdem Proœmio Iſagogico plura habes de eodem Gregorio,

 ſive

* Videtur legendum Ælianus. Sed apud eum loco citato nihil.

k) Diſſ. 1. p. 83. ſeq.

l) De hoc ſupra p. 231. ſeq.

415 ſive Theophane, illiusque cognomine patria, educatione, ætate, qua floruerit, Epiſcopatu, peregrinationibus, perſecutionibus, pro Eccleſiæ ſuæ ſollicitudine toleratis, virtutibus, doctrina, dicendi methodo, & aliis. Et nos nonnulla dicemus in opere de Libris Apocryphis. m) Cum etiam Chii, plures quam editæ ſunt me legiſſe homilias in manuſcriptis Codicibus memini, inter eas ſi bene recordor, fuere:

Περὶ τῆς μεταμορφώσεως ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες. *In Transfigurationem, ex Matthæo. Amen dico vobis: Sunt quidam.* P. εἶπεν ὅτι μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι.

Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. *De Spiritu ſancto ex Joanne.* P. πρὸ γὰρ τοῦ ἑκουσίου πάθους ἐπαγγειλάμενος ὁ Σωτήρ.

Περὶ τοῦ ἐν Κανᾷ γάμου. *De nuptiis in Cana.* P. καλοῦσιν εἰς τὸν γάμον τὸν Κύριον.

Περὶ τοῦ ἀποδημήσαντος εἰς χώραν μακράν. *De eo, qui abierat in regionem longinquam.* P. ἐνταῦθα τὸ πολυθρύλλητον ζήτημα, πῶς ὁ υἱὸς φαίνεται φθονερός.

Εἰς τὴν κυριακὴν τοῦ Τελώνου, καὶ Φαρισαίου. *In Dominicam Publicani, & Phariſæi.* P. ἡ εἰς τὸν Τελώνην, καὶ Φαρισαῖον παραβολή.

In Biblioth. Antonii Auguſtini Cod. 102. Legebantur ipſius ſub Gregorii nomine *Homiliæ de Architelone, ac Zacchæo. De Publicano, & Phariſæo. De Parabola Prodigi. In illud Matthæi*, Cum venerit Filius hominis. *In illud*, Dixit Dominus, ſi non remiſerit unusquisque fratri ſuo. *De adoratione Imaginum. De Paralytico in Capharnaum. In illud*, Qui vult venire poſt me. *In illud Matthæi*, Homo quidam acceſſit ad Jeſum pedibus provolutus. *In illud Matthæi*, Ecce aſcendimus Hieroſolymam. *In feſtum Palmarum. In illud*, Nato Jeſu in Bethleem Judæ. *Orationes duæ ad Deum.* Poſſevinus in Apparatu: *Gregorius Crameus Taurominitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus Sicilienſis Homilias Græce plures reliquit.* Epitome Geſneriana: *Gregorii Taurominitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi Sicilienſis Cramei dicti Homiliæ in Evangelia, & aliæ 57. manuſcriptæ extant in Bibliothecis Italiæ.*

Ex his plurimæ ſub Theophanis nomine circumferuntur. Θεοφάνους τοῦ Κεραμέως ὁμιλίαι εἰς τὰ εὐαγγέλια τῶν κυριακῶν, καὶ εἰς τινὰς ἑορτάς. *Manuſcriptus liber* Venetiis. Epitome Geſneriana. Ex qua ſua habuit Poſſevinus. Neque manuſcripti Codices diſcordant. Et ne

nomina

m) Hoc nunquam vidit lucem.

Digitized by Google

nomina deſint, Nicephori quoque nomine venditantur. Verderius in ſupplem. In Catalogo Jocobi Marmoratæ. *Nicephori Figuli, ſive Cerameos explicatio, & ſermones varii in ſanctum Evangelium.* Hinc colligimus unum, & eundem Auctorem ſub Georgii, Gregorii, Theophanis, Philippi, & Nicephori nominibus innotuiſſe: qui diverſus omnino eſt a Theophane Hymnorum ſcriptore, quamvis ab aliis confundatur. Gretſerus de Cruce notis in ejusdem duas orationes de Cruce, ſcribit eo tempore vixiſſe, quo adhuc Sicilia, vel certe pars Siciliæ Imperatoribus Conſtantinopolitanis parebat: idque liquere ex fine ſecundæ Orationis pag. 1207. ubi Crucem inuocans rogat, ut Imperatoribus ſit præſidio. *κράτυνον τῇ ἰσχύϊ σου τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν. Corrobora fortitudine tua fideles Imperatores noſtros.* Sub Joanne nempe, & Emanule Comnenis, cum Rogerii Regis Siciliæ, Homilia in Dominicam Palmarum, mentionem induxerit: quo præſente orationem illam habuit.

Illius Homilias duas *de Cruce*, ante Exaltationem nempe, & in Exaltationem, quas ſupra commemoravimus edidit Græce, & Latine Gretſerus Tomo tertiò de Cruce pagina 1207, Et aliam, *De ſanctis Imaginibus*, die feſto ſanctarum Imaginum, hoc eſt Dominica Orthodoxiæ, pag. 1242. Illam inter varias ſchedas literariæ ſupellectilis Franciſci Turrriani in Latinum verſam, & ab ipſo Turriano in Latinum verſam, & ab ipſo Turriano propria manu ſcriptam, repertam tum ob ipſum Turrianum virum doctiſſimum, tum ob argumentum latere nolens Gretſerus cum aliis Sanctorum orationibus de Cruce cum Homilia Germani Patriarchæ concinentem annexuit Latine tantum. 416

Homiliam, *εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους. In Indictionis, ſive Anni principium*, Græce, & Latine edidit Dionyſius Petauius cum Breviario Hiſtorico Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani, & aliis, Pariſiis in 8. 1616. Eam ſe cum plurimis aliis ejusdem ſcriptoris ſub Gregorii nomine nondum vulgatis a Jacobo Sirmundo accepiſſe fatetur idem Petavius in notis pag. 10. Et cum Sirmundus illarum editionem crebro flagitaret, ut ei aliqua ex parte ſatisfaceret, hanc veluti ſpecimen quoddam Indictionum occaſione præmiſiſſe.

Scoriaci tandem in Bibliotheca Regia leguntur: *Γρηγορίου ἐπισκόπου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας ὁμιλίαι ἀπὸ τοῦ Αρχιτελώνου. Gregorii Epiſcopi Tauromini Siciliæ Homiliæ ex Architelono.* VI. n. 7. IV. ε, 16, VI. γ'. 1. ὁ-

μιλίαι τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. *Homiliæ totius anni.* IV. έ. 16. VI. γ΄. 1. Λεξικὸν τῶν αὐτοῦ ὁμιλιῶν. *Lexicon illius Homiliarum.* VI. γ΄. 1.

LXXII. GEORGIUS, ſive GREGORIUS METROPOLITA CORINTHI cognomento PARDUS ſcripſit pleraque. Ejus *de Dialectis excerpta* n) ſæpius poſt Lexica Græco-Latina edita ſunt, & inter Grammaticas. Manuſcripta quoque illius in Bibliothecis ſervantur. περὶ διαλέκτων. *De Dialectis.* P. ἰδού σοι καὶ τὰς διαλέκτους ἐγχειρίζων. In Vaticana Cod. 2.

Περὶ τρόπων ποιητικῶν. *De figuris Poeticis.* P. τοῦ λόγου ἤδη μεριζομένου. τὸ μὲν ἐστὶ κυριολογία. τὸ δὲ τρόπος. In Vaticana.

Εἰς τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος Ἑρμογένους. *In Hermogenis librum de Methodo* δεινότητος. Scoriaci in Regia IV. A. 10.

*De Solæciſmo, & Barbariſmo, & de Syntaxi*, o) *ſeu Conſtructione Orationis libellus in 4. manuſcriptus Biblioth. Imperat. Viennæ.* Epitome Geſneriana. Eratque in Bibliotheca Antonii Auguſtini Cod. 265. Legitur etiam in Vaticana ſub hoc titulo: περὶ συντάξεως λόγων. ἢ περὶ τοῦ μὴ σολοικίζειν, περὶ βαρβαρισμοῦ, ἐν τῷ μεταξὺ τούτων, καὶ περὶ συντάξεως προθέσεων, καὶ ῥημάτων τοῦ μητροπολίτου Κορίνθου Γρηγορίου. οὗτος ἐστὶν ὁ τοὺς δεσποτικοὺς ἐξηγούμενος κανόνας, Πάρδος πρότερον ὀνομαζόμενος. *De Conſtructione Orationis, de Solæciſmo, & Barbariſmo: interea & de Conſtructione Præpoſitionum, & Verborum pertractatur Metropolita Corinthi Gregorii. Hic eſt, qui Dominicos Canones interpretatus eſt, & Pardus antea vocabatur.* P. ὀκτὼ εἰσὶ πάντα τὰ μέρη τοῦ λόγου, ὄνομα, ῥῆμα, μετοχὴ, ἄρθρον, &c. Cod. 883. & in Palatina Cod. 146. pag. 184.

Ex eodem, quemadmodum & ex aliis, *Enarrationes* quædam *in Hermogenis Rhetoricam*, ſervatur apud me. Vide ſupra in Georgio Diæreta. p)

*Scripſit in Joannis cap.* 21. *De Thoma contrectante Dominum cum reſurrexiſſet, luculentum ſermonem. Extat una cum nonnullis Homiliis ejusdem Græce ſcriptis in Bibliotheca Vaticana*, Sixtus Senenſis in Biblioth. & Poſſevinus in Apparatu. Opus profecto non contemnendum, ab omnibus fere ob ignorationem terminorum peſſime exceptum. Id, ut videas Lector, prius tibi ante omnia monſtra eaque fœdiſſima in medium proferenda

n) Vide lib. IV. hujus Bibl. c. 34. §. 19.

o) Citatur ſupra, p. 603.

p) p. 627. Georgii Corinthii ſcholia in Ariſtotelem de anima, laudat Nic. Comnenus p. 253. prænot. myſtagog.

da. Da mihi hanc veniam obſecro, & abutenti patientia tua in re graviſſima æquo animo ignoſcas: faſtidium utilitate compenſa: & monſtrorum immanitate, ac deformitate ſanior eſto. Geſnerus, *Gregorii Metropolitani Corinthi in Canones τῆς κοιμήσεως Divæ Virginis, & Evangeliſmi. Præterea in feſtum Dominicæ Antipaſcha. 1. In Contrectationem Thomæ. In Aſſumptionem magni Dei, & Servatoris Jeſu, & in Pentecoſtem. Poema in primum feſtum Venerabilis obitus Coſmæ Monachi. Volumen hujus inſcriptionis Græcum Romæ conditur in Vaticana Bibliotheca.* Addit epitome: *Interpretationem in Canones berilium terminorum, ſeu finitionum totius temporis τῶν τελωδῶν, & magnæ ſeptimanæ: complectentem explicationem præcipuorum feſtorum totius anni habetur in Biblioth.* 417 *Imperatoris Viennæ MS. Græce in 4.* An melius his diligentiſſimus Poſſevinus? *Gregorius Metropolita Corinthi extat Græce MS. in Bibliotheca Vaticana. In Aſſumptionem Magni Dei & Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti. In Pentecoſtem. In Canones τῆς κοιμήσεως, hoc eſt,* Dormitionis *B. Virginis, & Evangeliſmi: in diem Dominicam ante Paſcha. De Contrectatione D. Thomæ Apoſtoli. Poëma in primum feſtum venerabilis obitus Coſmæ Monachi. At Viennæ Auſtriæ in Bibliotheca Imperat. extat MS. Græce Interpretatio berilium terminorum, ſive finitionum totius temporis τῶν τριωδῶν, & ſanctæ Hebdomadæ.* In Indice Bibliothecæ Vaticanæ ab eodem edito, *Gregorii Metropolitæ Corinthi. In Canones Dormitionis Deiparæ & Annunciationis. Et in feſtum τῆς κυριακῆς Αντιπάσχα, & palpationem, ſive attrectationem Thomæ Apoſtoli. In aſſumtionem magni Dei, & Salvatoris Jeſu Chriſti. In Pentecoſtem. Poëma in primum feſtum venerandæ Dormitionis Coſmæ Monachi.* Et in Indice Viennenſis Bibliothecæ: *Gregorii Archiepiſcopi Metropolis Corinthi Interpretatio in Canones berilium terminorum, ſeu definitionum totius temporis τῶν τελωδῶν, & magnæ ſeptimanæ, complectens præcipuorum feſtorum totius anni explicationem.* Quid hic muſſitas Lector? quid hæres? an non nova? an non inaudita? O quantum eſt in re literaria ducem errantem ſequi perniciosum! Dum facile credimus, dum alterius dicto ſuaſi, dicto adhæremus, nihilque ultra quærimus, aut examinamus, quam facile decipimur ipſi, quam inconſiderate alios decipimus. Extricemus nodum: pro quo illud ante omnia obſervandum eſt, Græcos ſingulis diebus in divinis officiis, iis ſcilicet, quæ nocturno tempore domi, aut in Eccleſiis canere vel recitare ſolent, poſt Pſalmos Davidicos, preceſque, aliaque Troparia pro more recitata antequam finiant, vel ad poſtremam officii partem perveniant, Hymnos, quos ex perpetuo oda-

rum

rum, ac Tropariorum ordine, ac ſerie Canones vocant. Zonaras in Canones Anaſtaſimos Damaſceni: *κανὼν λέγεται ὅτι ὡρισμένον, καὶ τετυπωμένον ἔχει τὸ μέτρον ἐννέα ᾠδαῖς συντελούμενον. Canon dicitur quod determinatam, ac præſcriptam habeat menſuram novem odis comprehenſam,* domi legunt, in Eccleſiis ut plurimum canunt. Canones dividuntur in novem odas, inter quas tamen ſecunda nullibi apparet, ſed componentis in pectore remanet. Quare autem id fiat, & quanam ratione cum octo ſint odæ ſolummodo, novem eſſe dicantur, alterius erit indaginis. Poſt quartam odam Canon interrumpitur *ταῖς ἀναγνώσεσι Lectionibus*; tunc enim Lectiones, quæ vel de Vitis Sanctorum, quorum eo die commemoratio celebratur, vel de diei ipſius hiſtoria ita ab Eccleſia determinata pertractant, alta voce, & intelligibili, omnibus audiendi facultate facta, ab ipſo ſacerdote, vel alio leguntur: quibus finitis reliquæ Canonis odæ percurruntur. Neque uno Canone in uno officio contenti, ut plurimum & ſecundum, quandoque etiam & tertium, raroque quartum pro illius diei plurium feſtivitatum concurſu intermiſcent: ita tamen ut omnes primæ omnium Canonum odæ, deinceps tertiæ, & ſic deinceps usque ad nonam dicantur; qua Canon iſte, ſive Hymnus, ita enim nuncupari etiam ſolet, unde illius compoſitores Hymnographi appellantur, clauditur. Quamvis vero Canonibus odæ tribuantur novem, ut adnotavimus, non ita tamen illud perpetuum eſt, ut aliquando numerus earum non imminuatur: aliquando enim quatuor tantum odis intercluditur; unde Canoni nomen *τετραῴδιον, quatuor odarum* ſcilicet, ſæpius tribus conſtituitur, ex quo *τριῴδιον*, quaſi *trium odarum* nominatur. Canon omnibus diebus jejuniorum præter dies Dominicos, & celebriorem aliquam ſolemnitatem uſitatiſſimus. Quare liber ille, in quo jejuniorum officia a Dominica nempe Septuageſimæ ad diem Paſchatis continentur, *τριῴδιον* dicitur. Et Joſephus inſignis Hymnographus a die Paſchatis ad Pentecoſtem ipſam, Canones ſimiles, Triodia nempe compoſuit, ſed ſcripta tantum inter manuſcriptos Codices latitant, tanquam quæ nullo uſu in Eccleſias introduci po-
418 tuerint. Canones ex materia, quam tractarent, nomina ſibi ſumpſere. Hinc *Ἀναστάσιμοι*, qui de Reſurrectione; *σταυρώσιμοι*, qui de Cruce; *νεκρώσιμοι*, qui de mortuis; *σταυρονεκρώσιμοι*, qui de Cruce & mortuis; *παρακλητικοὶ*, qui de ſolamine animorum; *τριαδικοὶ*, qui de Trinitate; *δογματικοὶ*, qui de Dogmatibus, &c. Canones itaque in odas dividuntur, odæ in Troparia, ex quibus componuntur. Singulæ namque

Tro-

Troparia continent aut plura, aut pauciora, cum eorum numerus determinatus non ſit. Troparia quandoque libera, ac vaga relinquuntur, quandoque primis literis, quaſi annulis in verbis veluti catenula inſeruntur, quam Acroſtichida Auctores vocant. Non omnibus tamen illa colligandi eadem ratio, & modus ſervatur. Quidam Alphabeti ordinem ſervant; ita ut primum Canonis Troparium ab Α incipiat, in Ω ultimum deſinat. Alii in Acroſtichide *Θεοτόκια*, Troparia ſunt odarum poſtrema in honorem Virginis concinnata, includunt: alii extra eam ſuo modo agi, ferrique ſinunt. Quidam nomen ſui ſilent, ut inter alios Theophanes; quidam odæ nonæ poſt Acroſtichida claudunt, ut Joſephus; quidam Theotociis exprimunt, ut Georgius, & alii alio modo: cui neceſſario attendendum eſt, ut facile ſpuria a legitimis dignoſcas, & Hymni Auctorem, quiſnam ille ſit in tanta obſcuritate Codicum deprehendas. Sed de his, quæ poſſent dici, alibi plurima. Nunc pro intelligentia noſtri Gregorii iſta ſufficiant.

Inter hos Canones eximii illi habebantur, quos Damaſcenus, & Coſmas q) Monachi in dies feſtos Servatoris noſtri, & Beatiſſimæ Virginis concinnarant. Svidas: *οἱ γοῦν ἀσματικοὶ κανόνες Ἰωάννου τε, καὶ Κοσμᾶ σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ δέξαιντο μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται. Aſmatici Canones Joannis & Coſmæ hactenus fuerunt incomparabiles, neque etiam quoad noſtra vita propagabitur, comparationem admittent:* ideoque in eos exponendos non infimorum Virorum ingenia deſudarunt: inter eos, quos ipſe novi fuere Joannes Zonaras, Theodorus Prodromus, Marcus Eugenius, neque poſtremum locum obtinuit hic noſter Georgius Corinthi Epiſcopus; idque ipſe de ſe afferit in expoſitione Canonis ſecundi in Dormitionem Deiparæ: *πλὴν οὐκ ἄκαιρον ἡμῖν ἐφάνη, τὸ καὶ τοῦτον τὸν κανόνα δοῦναι γραφῇ, καθὼς καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας κανόνας τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ τῶν ἐπισήμων ἁγίων ἡμερῶν. Non intempeſtivum nobis nihilominus viſum eſt, & hunc Canonem ſcripto conſignare, quemadmodum, & alios omnes Canones Dominicarum ſolemnitatum, & magis præcipuarum ſanctarum dierum.* Et in Canonem Joannis Monachi de Aſcenſione Domini: *ἀλλ' ἐπειδὴ μία τίς ἐστι τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ ἡ μετὰ σαρκὸς τοῦ δεσπότου πρὸς οὐρανὸν ἀνάληψις, οὐκ ἔδει μὴ καὶ ταύτην ἡμᾶς τιμῆσαι ταῖς κατὰ δύναμιν ἐγγράφοις ἐξηγήσεσι τῶν θείων ᾀσμάτων αὐτῆς. Sed quando una etiam eſt ex ſolemnitatibus Dominicis, cum carne Domini noſtri*

Ddddd in

q) De Coſmæ hymnis ſupra p. 217. 333. De Damaſceni, Volum. VIII. p. 820.

*in cœlum aſſumptio, operæ pretium eſt, & nos quoque eam honore afficere ſacrorum illius cantuum ſcriptis expoſitionibus pro modulo noſtro.*

Et iſtud opus Gregorii tam miſere, ac variis modis ab his, quos ſupra retulimus, habitum eſt. Examinemus verba: *De Thoma contrectante ſermonem cum aliis ejusdem homiliis.* Eſt mera expoſitio Canonis, quem de Thoma contrectante compoſuit Joannes Damaſcenus, non ſermo. Neque expoſitiones aliorum ſubſequentium Canonum, Homiliæ dici debent. Sic expoſitio eſt in Canones τῆς κοιμήσεως, *Dormitionis Deiparæ*, & *Evangeliſmi Annunciationis*, nempe ejusdem. Quid *Antipaſcha* ſit, dicat Geſnerus: alii *Antepaſcha*, quaſi Dominicam Palmarum, quæ ante Paſcha eſt, innuat, ſubſtituerunt. Male; Tunc enim in illa Eccleſia nulla mentio fit de Thomæ contrectatione. Quare *Antipaſcha*, quæ ſecunda ſeptimana eſt poſt Paſcha, & legitur Evangelium de Thomæ contrectatione reponendum eſt: maleque dividunt, qui unum hoc variis expoſitum formulis duo faciunt. *In Aſſumptionem*, εἰς τὴν ἀνάληψιν. Eſt in Canonem dictæ ſolemnitatis, ſicut & in Pentecoſtes. *Poëma in primum feſtum venerabilis obitus Coſmæ Monachi.* Nugæ omnino.
419 Eſt in Canonem profeſti diei Dormitionis Deiparæ compoſitum a Coſma Monacho. Vel cum duo ſint Canones in Dormitionem Deiparæ a Gregorio expoſiti, notat eam expoſitionem eſſe in primum Canonem ποίημα *Compoſitionem* nempe Coſmæ Monachi, non *Poëma:* niſi quidquid ab aliquo fit, vel ſcribitur, large *Poëma* vocare velimus. *Herilium terminorum, ſeu finitionum totius temporis* τῶν τριῳδῶν *& magnæ ſeptimanæ* δεσποτικαὶ ἑορταὶ ſunt Heriles feſtivitates, in quarum Canones Gregorius expoſitiones confecerat, quemadmodum & in Triodia magnæ Hebdomadæ, & nonnullarum aliarum præcipuarum celebritatum totius anni. Titulus operis ab hiſce tam miſere tractatus in nonnullis Codicibus manuſcriptis ita concipitur: Γρηγορίου Μητροπολίτου Κορίνθου εἴς τε τοὺς κανόνας τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίου δεσποίνης, καὶ θεομήτορος, καὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ. σὺν τούτοις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑορτὴν τῆς κυριακῆς τοῦ ἀντιπάσχα, ἢ ὡς εἰς τὴν ψηλάφησιν τοῦ Θωμᾶ. Εἰς τὴν ἀνάληψίν τε τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν Πεντηκοστήν. *Gregorii Metropolitæ Corinthi in Canones Dormitionis ſanctiſſimæ Dominæ Deiparæ, & Annunciationis, & una cum iis in feſtivitatem Dominicæ Antipaſchæ,* (quam in Albis Latini dicunt) *hoc eſt in contrectationem Thomæ. In Aſſumptionem magni Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti: & in Pentecoſtem.* Et, ut melius percipi poſſit, operis capita veluti in tabula hic annumerabo,

Εἰς

Digitized by Google

Εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τȣ̃ μεγάλȣ Θεȣ̃, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ ποίημα Κοσμᾶ Μοναχȣ̃. *In Hypapantem magni Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti compoſitio Coſmæ Monachi.* ὁ ἥλιος ὁ αἰσθητὸς χερσὸν γενόμενον.

Εἰς τὴν κυριακὴν τῶν βαΐων Κοσμᾶ Μοναχȣ̃. *In Dominicam Palmarum Coſmæ Monachi.* Ρ. τῆς παρȣ́σης ἀκροςιχίδος ἡ ἔννοια ἐςὶν αὕτη.

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης δευτέρας Κοσμᾶ Μοναχȣ̃. *In Triodium ſanctæ, magnæque Feriæ ſecundæ, Coſmæ Monachi.* Ρ. ἄσωμεν τῷ Θεῷ. ἐνδόξως γάρ.

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τρίτης, Κοσμᾶ μοναχȣ̃. *In triodium ſanctæ & magnæ Feriæ tertiæ, Coſmæ Monachi.* Ρ. ȣ̓ χρεία σαφηνείας ἐνταῦθα. ȣ̓́τε μὴν ἑρμηνείας.

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τετράδος Κοσμᾶ μοναχȣ̃. *In triodium ſanctæ & magnæ Feriæ quartæ, Coſmæ monachi.* Ρ. δεῖ γινώσκειν ὡς ὁ θαυμαςός.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης πέμπτης Κοσμᾶ μοναχȣ̃. *In Canonem ſanctæ & magnæ Feriæ quintæ, Coſmæ Monachi.* Ρ. ἧς τοιȣ̃τος ἐςὶν ὁ νȣ̃ς τῇ μεγάλῃ.

Εἰς τὸ τριώδιον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Παρασκευῆς, Κοσμᾶ μοναχȣ̃. *In triodium ſanctæ & magnæ Paraſceves, Coſmæ Monachi,* Ρ. πρὸς σὲ ὀρθρίζω φησὶν ὁ μελῳδός.

Εἰς τὸν κανόνα τȣ̃ ἁγίȣ καὶ μεγάλȣ Σαββάτȣ, ποίημα Μάρκȣ μοναχȣ̃ ἄχρι τῆς πέμπτης ᾠδῆς καὶ αὐτῆς. τῶν δὲ ἑξῆς ᾠδῶν Κοσμᾶ μοναχȣ̃. *In Canonem magni & ſancti Sabbati Compoſitio Marci Monachi, uſque ad ſextam & ipſam Oden; reliquarum vero odarum compoſitio eſt Coſmæ Monachi.* Ρ. συνέζευκται τῷ τȣ̃ τριωδίȣ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Παρασκευῆς.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Κυριακῆς τȣ̃ Πάσχα Ἰωάννȣ μοναχȣ̃. *In Canonem ſanctæ & magnæ Dominicæ Paſchatis, Joannis Monachi.* Ρ. ὁ παρὼν ȣ̓̃τος κανὼν ἑρμηνείας ȣ̓ δεῖται.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς Κυριακῆς τȣ̃ Ἀντιπάσχα Ἰωάννȣ μοναχȣ̃. *In Canonem Dominicæ Antipaſchæ dictæ, Joannis Monachi,* Ρ. ὁ παρὼν κανὼν ὀλίγα τινὰ ἔχει.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἀναλήψεως τȣ̃ μεγάλȣ Θεȣ̃ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃, Ἰωάννȣ μοναχȣ̃. *In Canonem Aſcenſionis magni Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, Joannis Monachi.* Ρ. ὁ παρὼν ȣ̓̃τος κανὼν πάσης γέμει σαφηνείας.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης Πεντηκοςῆς. Κοσμᾶ μοναχȣ̃. *In*

*In Canonem ſancta & magna Pentecoſtes. Coſma Monachi.* P. ὁ παρὼν ἔτος κανὼν ὅσον ἀπὸ τοῦ βαρέως ἤχου.

420 Εἰς τὸν ἕτερον κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Πεντηκοστῆς διὰ στίχων ἰαμβικῶν. Ἰωάννου μοναχοῦ. *In alium Canonem ſancta & magna Pentecoſtes carmine Jambico, Joannis Monachi.* P. αὕτη μὲν ἡ ἀκροστιχὶς τοῦ παρόντος κανόνος.

Εἰς τὸν κανόνα τῆς ἁγίας μεταμορφώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In Canonem ſancta Transfigurationis Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti. Coſma Monachi.* P. ὁ νοῦς τῆς ἀκροστιχίδος τοῦ παρόντος κανόνος.

Εἰς τὸν ἕτερον κανόνα τῆς αὐτῆς μεταμορφώσεως. Ἰωάννου μοναχοῦ. *In alium Canonem ejuſdem Transfigurationis, Joannis Monachi.* P. κρυνόλομίαν ὑπέστη κατὰ τὴν ἔκτην χώραν.

Εἰς τὸν κανόνα εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In Canonem, in Dormitionem ſanctiſſima Deipara. Coſma Monachi.* P. ἧς οὐδὲ ὁ νοῦς δυσληπτός ὅλως ἐστίν.

Εἰς τὸν ἕτερον κανόνα εἰς τὴν αὐτὴν κοίμησιν τῆς Θεοτόκου. *In alium Canonem, in eandem Dormitionem Deipara.* P. ὁ παρὼν τῆς Θεοτόκου κανὼν οὐδεμίαν ὅλως.

Εἰς τὸν κανόνα εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου, καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Κοσμᾶ μοναχοῦ. *In Canonem in exaltationem veneranda & vivifica Crucis, Coſma Monachi.* P. τὸ ὅ ἐρεύχομαι ψαλμικόν ἐστιν, οὐ ἑρμηνεία. Aſſervantur in Bibliothecis Vaticana, Collegii Græcorum & Cryptæ Ferratæ, in cujus extremo adnotatur: ἐγράφη τοίνυν ἡ παροῦσα βίβλος τῶν θείων ἱερῶν κανόνων διὰ χειρὸς Λέοντος Ρηγινοῦ Καλλιγράφου Τραίνας ἐν ἔτει ςψλγ΄. Ἰνδικτιῶνος τρίτης. εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ πάντες διὰ τὸν Κύριον οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ οἱ μεταγράφοντες, ὅπως ἄφεσιν πλημμελημάτων λάβω. ἀμήν. μνήσθητι Κύριε τοῦ δούλου Λέοντος τοῦ κτήσαντος τὴν βίβλον ταύτην. ἀμήν. *Liber hic ſcriptus eſt continens divinos ac ſacros Canones manu Leonis Rhegini Calligraphi Timethi anno ſexmilleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo tertio, Anno Chriſti* 1225. *indictione tertia. Rogate pro ipſo omnes per* Dominum, *qui legitis, aut exſcribitis, ut veniam conſequār peccatorum. Amen. Recordare Domine ſervi tui Leonis, qui compaginavit vel poſſedit librum hunc. Amen.* Nec diverſum ab iſto fortaſſe eſt quod habetur in Palatina Cod. 355. *Coſma & Joannis Damaſceni Oda Jambica in pracipua anni feſta cum enarratione Grammatica & Hiſtorica initio, & fine mutilus. Prima eſt S. Crucis celebratio, poſtrema Canon in Deipara Virginis obitum.* Liber Grammaticorum regulis, & præceptis nimium addictus vileſcere quodammodo videtur, qui tamen pro intelligentia rerum non

non inutilis eſt, dictione elegans ac facilis, & brevitate dicendi valde conſpicuus.

LXXIII. GEORGIUS CYPRIUS poſtea GREGORIUS vocatus ex Diacono Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarcha, quem modo Georgium, modo Gregorium Gregoras in hiſtoria, & alii nuncupant. Pachymeres lib. 7. de Arſenoitis. ὡμολόγουν δὲ τέως τὸν Γρηγόριον Πατριάρχην. τοῦτο γὰρ ἦν ἐκείνῳ, καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. *Fatebantur eatenus Gregorium Patriarcham, id namque erat illi nomen, quod a Georgio, dum Monachum induit ſibi ſumpſerat.* Primum pro Latinis una cum Vecco, Meletiniota, & Metochita ſentit, Gregoras de Vecco lib. 5. καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς, καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος τόν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου, καὶ ἔτι Γεώργιον τὸν ἐκ Κύπρου. *Et dicendo, & ſcribendo, & dogmata ſtatuendo: ejus certaminis adjutoribus Meliteniote, & Metochite Imperatorii Cleri Archidiaconis, & inſuper Georgio Cyprio.* Res etiam Latinorum tutatum Georgium indicat Pachymeres lib. 5. τότε γοῦν καθεσθέντων, τιμηθέντων δ' ἐπὶ καθέδρᾳ καὶ ἀμφοῖν τούτοιν ὡς συναγωνιζομένοιν τῷ βασιλεῖ τοῦ τε ἀρχιδιακόνου Μελιτηνιώτου, καὶ τοῦ Πρωταποστολαρίου Κυπρίου, ὁ ῥήτωρ ὁ Ὀλόβωλος ἵστατο προσδοκῶν τὴν ἀπὸ βασιλέως ἐκχώρησιν. *Cum itaque ſediſſent, honoratique eſſent cathedra hi ambo, tamquam qui ſuffragarentur Imperatori Archidiaconus Meliteniota, & Protapoſtolarius Cyprius, Rhetor Olobolus ſtans ab Imperatore licentiam expectabat.* Qui lib. 7. cap. 34. refert eundem apud Italos natum, & adultum ſe ſe poſtmodum inter Græcos conjeciſſe. Τί παθόντες, ἔλεγεν, Veccus ſcilicet, ἐμὲ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα 421
τε καὶ τραφέντα συχναῖς περιβάλλοντες λοιδορίαις, ἔπειτα φεύγετε. αὖθις δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὕπω ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφήσαντα εὐφημοῦντες δέχεσθαι. *Quid paſſi, ajebat, me inter Romanos & ex Romanis natum, adultumque crebris conviciis laceſſitis, poſtmodum fugitis; virum vero apud Italos natum, adultumque, neque hæc ſolum, ſed qui indumentis ipſis, & lingua ad vos irrepſit collaudantes excipitis.* Poſtea Græcis adhærens poſt Joſephi Galeſiotæ obitum, licet Veccus ipſe viveret adhuc, & coram Synodo cauſam ſuam diceret, per vim, ac nequitiam, ipſiusque etiam Georgii invidentiam pulſus, in Patriarchale ſolium intruditur: r) cui juſto Dei judicio non ſolum hoſtibus, ſed amiciſſimis, quibus potiſſima



r) A. C. 1283.

quæque in Eccleſia contulerat, inviſus, cum iniuriam ferre non poſſet renunciat, s) & ſeſe in Deiparæ Odegorum dictæ, monaſterium confert, & non multo poſt prope Divi Andreæ monaſterium moritur. Vir fuit acerrimi ingenii, facundus, eloquens, & pene dixerim diſciplinis omnibus imbutus. Georgius Pachymeres lib. 7. de Andronico Seniore, ἐκλέγεται μὲν εἰς Πατριάρχην τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον, ἄνδρα λόγοις ἐντραφέντα, καὶ σφραγίδα τοῦ Πατριάρχου Ἰωσὴφ φέροντα. τὸ τοῦ Πρωτοαποστολαρίου εἰς ἀνακτόρων ἐπιφερόμενον σημείωμα. κἂν τοῦτο μὲν δόξαις Ἰωσηφήτας μὲν ἐκ τῆς σφραγίδος ὑποποιούμενος. Ἀρσενιώτας δὲ τῷ μὴ κατὰ τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰωσὴφ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ συγχωρεῖν γίνεσθαι. *Eligit porro in Patriarcham Georgium Cyprium, virum ſermonibus innutritum, & ordinatum a Patriarcha Joſepho, Protoapoſtolarii dignitate in Palatio condecoratum: in hoc etiam viſus Joſephitas ex ordinatione ſibi conciliare, Arſenoitas etiam, quod non ſecundum preſcripta a Joſepho in Eccleſia uſu exequi permitteret.* Gregoras lib. 6. καὶ ἦν τηνικαῦτα ἀνὴρ ἐν λόγοις ἐπίσημος τῷ βασιλικῷ συγκαταλεγμένος κλήρῳ Γεώργιος ὁ ἐκ Κύπρου, ὃς τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς εὐγενῆ τῆς Ἑλλάδος ῥυθμὸν, καὶ τὴν ἀττικίζουσαν γλῶσσαν ἐκείνην πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον λήθης κρυβέντα βυθοῖς, φύσεως δεξιότητι, καὶ φιλοπονίᾳ τελεωτέρᾳ πρὸς φῶς ἤγαγε, καὶ οἱονεί τινα ἐχαρίσατο ἀναβίωσιν. τοῦτον ἐμελέτησέ τε, καὶ προὐτεθύμητο ἐς τὸν Πατριαρχικὸν ἀναγαγεῖν θρόνον ὁ βασιλεὺς, ἄρτι καὶ τὸ μοναχικὸν ἀλλαξάμενον σχῆμα, πλὴν οὐχ ὑπ᾽ οὐδενὸς τῶν ἁπάντων ἐβούλετο τὴν χειροθεσίαν αὐτὸν εἰληχέναι ὁπόσοι τῇ τοῦ δόγματος καινοτομίᾳ κεκοινωνήκεσαν, ἀλλ᾽ ὡς ἀκοινώνητον ἑαυτὸν συνετήρησεν, ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν βραδύνειν τὰ τῆς σπουδῆς. προεβλήθη μὲν τοι παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὰς ψήφους, καὶ μαρτυρίας τὰς ὀφειλούσας, καὶ τὴν ποιμαντικὴν ῥάβδον ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως εἰλήφει χειρὸς, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος. καὶ ἦν διενεργῶν, καὶ διοικῶν ἔστιν ἃ τῶν πατριαρχικῶν δικαίων ὅσα οὐχ ἱερωσύνης ἐδεῖτο. *Erat autem tum inſigni vir facundia, ex Imperatorii Cleri collegio, Georgius Cyprius, qui elegantes Græca literaturæ numeros, & Atticam illam linguam longo jam tempore oblivionis gurgite demerſam ingenii dexteritate, ac ſingulari ſtudio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit. Hunc cum non ita pridem Monaſticum habitum induiſſet, in animo habebat, & ſtudebat Imperator ad Patriarchicum ſolium evehere: a nemine tamen eorum illi manus imponi volebat, qui novum illud dogma amplexi fuiſſent: ut periculum eſſet, ne res diutius differretur. Eſt tamen ab Imperatore poſt debita ſuffragia, & teſtimonia*

s A. 1289.

*ſtimonia deſignatus ; & paſtorale pedum in Imperatorio ſuggeſtu , veteri more ab Imperatore porrectum , accepit. Proinde negotiis intentus , Patriarchica jura , quæ cum ſacerdotio nihil conjunctum habebant , adminiſtrabat.* De ejus Patriarchatu Pachymerius , lib. 7. *Eligit in Patriarcham Georgium e Cypro , hominem in eloquentia enutritum , a Joſepho Patriarcha ordinatum , & dignitate Protapoſtolarii in regia inſignitum. In hoc etiam Joſephitas ex ordinatione , ut videbatur , ſibi concilians ; Arſenoitas vero quod non uti conſtituerat Joſephus , in Eccleſia fieri permitteret.* Et Ephræmius in Chronico:

Πάλιν Ἰωσὴφ ἀπολαμβάνει θρόνον.
Οὗπερ λιπόντος τὸν βίον καὶ τὸν θρόνον ;
Σοφός τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν ,
Λόγον Σοφῶν μάθημα , μουσῶν ἑστία , 422
Εἰς Πατριαρχῶν ἀνεβιβάσθη θρόνον ,
Ὅστις πατρίδος , καὶ πατρικῆς οἰκίας
Φυγὰς ὑπάρξας παῖς ἔτι που τυγχάνων
Παιδεύσεως ἔρωτι , καὶ μαθημάτων
Ἐλθὼν κατοικεῖ πρὸς πόλιν Κωνσταντίνου.
Αὐτὸν δὲ μαθήμασιν ἐνδοὺς καὶ πόνοις
Ἀφῖκτο πρὸς μέγα τι παιδείας βάθος.
Εἶτα καταστὰς γνώριμος στεφηφόρῳ ,
Καὶ συνταγεὶς κλήρῳ γε τοῦ Παλατίου
Ἀρχιθύτης πέφηνε τῆς Κωνσταντίνου ,
Τὰ τῶν μοναχῶν πρὶν τελεσθεὶς , ὡς ἔθος.

*Rurſum Joſephus Thronum recipit , & cum vitam , Thronumque depoſuiſſet , ſapiens quidam vir Gregorius ex Cypro , ſermonum ſapientum alumnus , & Muſarum ſacrarium , in Thronum Patriarchalem evehitur, qui a prima ætate patria, paternaque domo extorris , eruditionis , ac mathematum amore flagrans , ad Conſtantini urbem ſe recipit. Ubi diſciplinis , & laboribus deditus in magnum ſapientiæ culmen pervenit. Tandem Imperatori innotuit , & Clero Palatii adſcriptus , Præſul Conſtantinopolitanus efficitur , cum prius , ut moris eſt , Monaſticum habitum induiſſet.* Hinc mira Georgii Phranzæ lib. 1. cap. 7. oſcitantia animadvertenda eſt , qui in ſerie Patriarcharum nullum hunc Georgium ponit , ſed ſcribit , *Veccum Patriarcham ſua ſede depulſum Monachus quidam Athanaſius nomine excepit.* Quod homini rebus ſecularibus intento , nec Eccleſiaſticis multum dedito , quin infortuniis , ac mala valetudine fracto excidiſſe nil mirum. Ariſtotelis , Platoniſque ſcriptis addictiſſimum , neque in illis excolendis oleum , aut operam per-

Digitized by Google

perdidiſſe tradit Joannes Veccus Orat. prima ad Conſtantinum, πῶς τὸ Ἀριστοτελικὸν, σε καὶ μεγάλα Πλάτωνι ἐγκαυχώμενον. *At quanam ratione Ariſtotelicum te, & maxime ob Platonem jactabundum.* Et, εἰ μή πȣ τις Ἀριστοτελικοῖς πειθόμενος δόγμασιν ὁποῖον αὐτόν σε εἶναι λόγοι παριστῶσιν οἱ σοί. *Niſi quis Ariſtotelicis niſus placitis, qualem te commentationes tuæ demonſtrant.* Pachymeres de ejus morte, lib. 8. Hiſt. cap. 16. Τούτων οὕτως ἐχόντων ὁ μὲν πατριαρχεύσας Γρηγόριος νόσῳ πολυημέρῳ κατεργασθεὶς, ὡς δέ τινες ἔλεγον καὶ διὰ τὴν παρόρασιν ἐκ μικροψυχίας μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ τὸν βίον. καὶ τὸ μὲν ἐν ψαλμῳδίαις θάπτειν κατὰ τὸ εἰκὸς ἐδίδοσαν, τὸ δὲ ὡς ἀρχιερέα, ὥσπερ δὴ κἀκεῖνος ᾤετο τὴν ἱερωσύνην παρακατέχων συχνοὺς ὁ κρατῶν ἀποστέλλων ἀπέλεγε, καὶ τῇ αὐτανεψίᾳ ἐπέσκηπτεν ἐπιτάττων, ἥτις ἦν ἡ Ῥαούλαινα, μή τι τοιοῦτον ἐπιτελεῖν, ὃ δὴ καὶ γίνεται. *Hæc cum ita ſe haberent, Gregorius, qui ante Patriarcha fuerat, morbo diutino confectus, ut vero nonnulli dicebant, quod contemni ſe videret, ex puſillanimitate non multo poſt vitam finit, & juſta illi, uti par erat, cum canticis fieri concedebant, at non ut Pontifici, quemadmodum ille opinabatur, Pontificatum ſibi vindicans, ſæpius Imperator nuncios mittens interdicebat, ſuæque nepti, quæ erat Raulæna, ne quid contra tentaret, mandans juſſerat, quod & factum eſt.* Et dixerat de eodem ſupra cap. 9. καί γε τῷ τῆς Ἀριστηνῆς μονοδρίῳ ἐχόμενά πȣ κειμένῳ τῆς τȣ̃ ἁγίȣ Ἀνδρέȣ, τȣ̃ ἐν τῇ κρίσει μονῆς. ἐκεῖ γὰρ ἡ Πρωτοβεστιάρισσα Ῥαούλαινα συνῆγεν ἐξ ἑαυτῆς περιθάλπȣσα τὰ μεγάλα φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν. *Et in Ariſtenes monaſterium non longe a S. Andreæ, quod in Criſi eſt, monaſterio, ſitum; ibi enim Protoveſtiariſſa Raulæna de ſuo fovens opulentiſſime exceperat, ſe ſe dedens proripuit.* Scripſit pleraque in omni genere ſcientiarum.

1. Illius edita ſunt, t) ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν, εἴτ' ȣ̃ν εἰς τὴν τȣ̃ ὕδατος φύσιν. *Encominm in mare, ſive in univerſam aquarum naturam.* Græce a Bonaventura Vulcanio cum libello Ariſtotelis de Mundo, Lugduni Batavorum apud Raphelengium 1591. in 8. Meminit illius in Bibliotheca Robertus Conſtantinus.

2. Proverbia ab eo in unum collecta, & ordine Alphabetico dige-
423 ſta Græce cum Parœmiis Michaelis Apoſtolii a Petro Pantino Latine verſis Lugduni Batavorum apud Elzevirum 1619. in 4. Ea extare dicit in Bibliotheca Vaticana Geſnerus. Sed fallitur, cum hæret, an eadem ſint, quæ Aldus cum Græcis Æſopi fabulis olim impreſſit. Sunt

t) De Georgii Cyprii ſcriptis editis atque ineditis confer Volum. VI. p. 604. ſeq.

Sunt enim diverſa, pauciora, detruncatiora, & fortaſſe non multi pretii. Robertus Conſtantinus in Biblioth. Cyrum mira oſcitantia fecit, *Gregorius Cyrus Parœmias Græcas.*

*Ejus ſententiæ Græcæ ſeorſim in octavo Coloniæ excuſæ anno* 1536. Epitome Geſneriana, quæ item tradit, Gregorii opera Latine verſa fuiſſe a Bonaventura Vulcanio, ni fallit nos. Inedita ſunt,

Encomium *in Georgium Logothetam Acropolitam* habuere Douſæ, ex quo ἀποσπασμάτιον cum Acropolita Georgio ediderunt. u) Utinam totum edidiſſent.

*Fabulæ* habentur in Bibliotheca Bavarica Cod. 66.

*Epiſtolæ CCIII.* x) partim ſcriptæ, antequam onus Patriarchatus ſuſcepiſſet, partim poſtquam illius cura ipſi commiſſa fuit, in Biblio-

Eeeee theca

u) Lugd. Bat. 1613. 8.

x) In Bibl. Cæſarea exſtant Epiſtolæ CXCI. ex quibus centeſima decima quinta & quæ eam ſequuntur ἐκδοθεῖσαι ἐν τῷ Πατριαρχείῳ, hoc eſt, ſcriptæ a Cyprio cum jam eſſet Patriarcha. Priores CXIV. ante ſuſceptum Patriarchatum. Vide Lambecium VIII, p. 516. ſqq. In Bibliotheca Leidenſi habentur Epiſtolæ ejusdem prope trecentæ. Vide Diarium Belgicum *Maendelyke Uittrekſels* A. 1718. menſe Septembri. Indicem eorum ad quos ſcribit Georgius Cyprius, hoc loco ſubjungere placet, quem ex inſcriptionibus Epiſtolarum a Lambecio communicatis concinnavi:

(Conſtantino) Acropolitæ λογοθέτῃ τῶν γενικῶν. 2. 3. 8. 169

Georgio Acropolitæ Magno Logothetæ, 111. 112. 115. 117. 119. 120. 123. 124. 125. 127. 128. 129. 130. 135. 136. 139. 140. 144. 145. 149. 150. 151. 153. 154. 155. 157. 159. 170. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 180. 181. 182.

*Magnus Logotheta ad Gregorium Cyprium*, 116. 118. 156.

Agathoni Coreſæ Monacho, 74. 89.

Τινὶ τῶν ἀρχιερέων, 191.

Athanaſio τῷ χαλζύκῃ, 29.

Athanaſio Lependreno Monacho, 147. 148.

Τῷ Βασιλεῖ, Imperatori, (Andronico Palæologo). 132. 133. 134. 137. 138. 142. 143. 146.

Calliſto Diacono, 47. 48.

Τῷ ἐπὶ τῶν δεήσεων, 93. 94. 95. 98. 108.

Danieli Glyci (τῷ Γλυκεῖ), 126.

Demetrio Benſeo, Theſſalonicenſi Epiſc. 7.

Ducætæ, Δουκαίτῃ, 104.

Epheſi Epiſcopo, vide Iſaaco.

Georgio Marmaræ, 78.

γνωρίμῳ τινί, 176. Magnus Logotheta intelligitur.

Holobolo Rhetori, 92. 96. 122.

Jaſitæ Monacho, 3. 4. 71. 113.

Joanni Chilæ & Danieli, τοῖς ἐν τῷ ὄρει·

theca Antonii Auguſtini Cod. 69. Erantque in Lolliana, & Monachii Bavariæ, ſed ſine titulis. In Ambroſiana leguntur CLXVI.

Εγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον τὸν Αρεοπαγίτην. *Encomium in S. Dionyſium Areopagitam.* P. ἡ μὲν πρόθεσις τῷ λόγῳ δίκαια. ἡ δὲ ἐπιχείρησις τολμηρά. διασκοπεῖται γὰρ Διονυσίου τοῦ πάνυ τὸν ἔπαινον. In Bibliotheca Vallicellana D. 23. & Palatina Codice 374.

*Deſcriptionem, & Encomium Urbis Conſtantinopolitanæ.* Eam habuiſſe in κειμηλίοις ſuis Bonaventuram Vulcanium refert Theodorus Douſa Notis ad Chronicon Georgii Logothetæ.

Cyprii

ὀστρειδίῳ Μοναχοῖς, 121.
Joanni Myſtico, 8.
Joanni Φακρασῇ, 102.
Joanni Sebaſtocratori, 131.
Joanni Theognoſto Medico, 12. 13. 15. 79. 83. 107. 114. 167.
*Johannes Theologites cujus mentio Epiſt.* 115. ὁ Μακεδονίας καὶ Θράκης ἀπογραφεύς.
Iſaaco Epheſi Epiſcopo, 9. 178. 179.
Manueli Neocæſarienſi Protoſecretario, 1. 31. 32. 34. 6. 11. 16. 17. (Georgii Cyprii φοιτητῇ ſive diſcipulo, 33) 18. 19. 24. 25. 26. 34. 36. 39. 43. 44. 45. 46. 49. 50. 51. 57. 59. 62. 67. 68. 70. 87. 89.
Meliteniotæ, 5. 27. 66. 72. 75. 88. 90. 97. 103. 110.
Methodio Monacho, 73. 100. 101.
Monacho, 152. Μοναχῷ τινι γνωρίμῳ, 171.
Nicephoro Chumno Quæſtori, 42. 57.
Nulli inſcripta, 190.
Τινὶ τῶν ὁμιλητῶν, 40. 41. 105.
Pachymeræ, 69.
Pediaſimo, 35.
Pepagomeno Λογοθέτῃ τῶν ἀγελῶν, 52.
Joanni Phacraſæ, 102.
Prienes Epiſcopo, 37.
Protoſebaſto & Protoveſtiario, 161. 162. 163. 164. 165. 166.
Protoveſtiario, 141. 168. 183. 184. 185.
*Protoveſtiarii ad Gregorium Cyprium,* 186.
Protoveſtiariſſæ & ſorori ejus, 158.
Raulænæ (protoveſtiariſſæ), 187. 188. 189.
Saponopulo, 63. 64. 65. 80. 86.
Scutariotæ, 30. 58.
Stauracio Chartophylaci Theſſalonicenſi, 14. 20. 21. 22. 23. 28. 76. 77. 82 99. 106.
*Theodorus Muzalo ad Georgium Cyprium,* 53. *magnus Logotheta.*
Cyprii ad Theodorum, 54. 109. 55. 56. 60. 61. 91.
Theodoſio Monacho, 84. 85.
Theognoſto, vide Johanni.
Xiphilino, 10. 81. Georgii Xiphilini mentio, 172.

Cyprii Patriarchæ Conſtantinopolitani oratio *in Georgium Martyrem, in Dionyſium Areopagitam. In Marinam Martyrem. In S. Euthymium Epiſcopum Madytenum. In Andronicum Palæologum Imperatorem.* In Palatina Cod. 372. Freherus in Chronologia Anno 1283. *Sunt & Theoduli cujuſdam, & Cyprii declamationes Panegyricæ in hunc Andronicum.* Seniorem nempe Palæologum, *in Bibliotheca Palatina. In Michaelem item Imperatorem.* Robertus Conſtantinus in Bibliotheca. Gregorii Patriarchæ de vita ſua, & epiſtolæ 166. in Ambroſiana, licet paulo ſupra in eodem Indice legatur: *Gregorii Cyprii Epiſtolæ ſelectæ. Aliud item exemplar. Item de vita ſua Epiſtolæ numero 166.* An opus hoc de vita diverſum eſt ab Epiſtolis, vel Epiſtolis ipſis vitam ſuam exprimit? Mihi adhuc incertum eſt.

*Georgii Cyprii contra Beccum Joannem Tomus ſanctæ Synodi, ſive Columna Orthodoxiæ. De menſuris. De fide. De prædicamentis. Hanc inſcriptionem legi in Græco Catalogo Bibliothecæ Vaticanæ, nec ſatis ſcio, an omnia ad eundem Auctorem referenda ſint.* Geſnerus. Poſſevinus ex eodem refert ſcripſiſſe adverſus Veccum Joannem librum, qui inſcribitur ſanctæ Synodi, ſive Tomus, ſive Columna orthodoxiæ. De menſuris. De fide. De prædicamentis. *Et hic quidem Latinus verſus fuit, ſed ejus ſententiæ Græcæ excuſæ fuerunt Coloniæ anno* 1536. Ut verum fatear; male me ex Poſſevini verbis extrico. Quid nos vero de hujus Auctoris ſcripto adnotabamus? Multa in controverſiis Theologicis, non cum Vecco ſolo, ſed aliis etiam, a quibus hæreſeos inſimulatus eſt ad ſatietem conſcripſit. Gregoras, ἔδοξε γὰρ αὐτῷ μὴ ἀρκοῦσαν εἶναι τιμωρίαν
κατὰ τοῦ Βέκκου τὴν ὑπερόριον δίαιταν, καὶ ἀπαγωγὴν τῶν φίλων, καὶ
συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ λόγοις, καὶ γραφαῖς, καὶ τοῖς δόγμασι, καὶ ἀντι-
πάλοις προβλήμασί τε καὶ δόγμασιν ἀντισυλλογιζόμενος. ἐν ὅσῳ γε
μὴν ἐκείνῳ καὶ τοῦ ἐκείνου μαχόμενος οὗτος ἦν ἐλάνθανε τιτρωσκόμενος
ὑπ' ἄλλων αὐτός. κἂν τούτοις καὶ αὐτὸς ἁλισκόμενος, οἷς ἄλλων ἐπελαμβάνε-
το. καθάπερ εἴ τις τοξεύων ἐχθρὸν, καὶ πολέμιον, ἐλάνθανε καιριώτερον
αὐτὸς τοξευόμενος παρὰ πλευρὰν ἐκ τῶν ὁμοφύλων. ἐπελάβοντο γὰρ αὐτοῦ
ὡς βλασφημοῦντος τινὲς τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν τοῦ κλήρου, καὶ παρῄ-
νουν ἔς τινας μετατιθέντα τῶν λέξεων ἀκίνδυνον εἶναι καὶ λοιδορίας ἐκτός.
οὐ μὴν ἔδοξε τὰ τῆς παραινέσεως τούτῳ τυγχάνειν ὑγιᾶ καὶ ἀνύποπτα,
ἀλλ' ὑποκαθήμενον ἔχειν, καὶ ὑφέρποντα φθόνον. ταύτῃ τοι, καὶ ἐνίστα- 424
το, καὶ παρωξύνετο πρὸς ἀντιλογίας καὶ ἀποδείξεων ἀποδείξεις, καὶ λόγοις λό-

γους συνήθων ἐπὶ πολὺ διετέλει ἀποφράττοντάς τε τὰ τῶν ἐγκαλούντων, ὡς ἐδόκει στόματα, καὶ ὑπερείδοντας, ὡς ᾤετο, αὐτὸν, καὶ τὸ στερρὸν τοῖς αὐτοῦ περιποιουμένους λόγοις. *Becco enim non ſatis ſupplicii eſſe ratus, quod extorris ab amicis, & cognatis avulſus eſſet, verbis etiam, & ſcriptis eminus illum feriebat, & ejus ſcripta, & decreta refellebat, & contraria problemata & dogmata colligebat. Dum vero illum & ſectatores illius oppugnat, imprudens & ipſe ab aliis vulneratus eſt: & in iis captus, quibus alios captabat; non aliter quam ſi quis tela in hoſtes conjiciens, ipſe a ſuis ex obliquo graviorem plagam acciperet. Quidam enim e Pontificibus & Sacerdotibus eum reprehenderunt ut blaſphemantem ac monuerunt, ut vocabulis nonnullis mutatis, periculum, & convicium mutaret. Ea admonitio non ſincera illi viſa eſt, ſed ab occulta invidia proficiſci. Proinde rem urgebat, & ad contradicendum acuebatur, & probationes probationibus ac diſputationes diſputationibus cumulabat, quibus & accuſatorum ora, ut putabat, obturaret, & ſuam ſententiam pro virili tueretur.* Non tantum ergo hoſtium, ſed amicorum etiam objectionibus vexatus Gregorius Synodum Conſtantinopolim coegit, qua ſe a falſis criminationibus expurgaret, & aliorum erroribus detectis vera, quam ipſe profitebatur fidei ac dogmatum norma reliquis traderetur, quod non niſi ſcripto fieri poſſe ratus, *Tomum Synodicum* expoſuit. Quem ob res in eo fidei traditas ſynceras, nulloque contaminatas mendacio, ut ipſe exiſtimabat, ſed confidenter nimis, & proterue, multis licet erroribus implicatum, infectumque blaſphemiis *Columnam Orthodoxiæ* æque ac Leonis ſummi Pontificis Epiſtolam, Patres Chalcedonenſes, at quam diſpari conatu? & cum potiſſimum in Veccum ipſum inveheretur, *Tomum contra Veccum Synodicum* nuncupavit. Et hoc eſt opus tantopere a Geſnero, & Poſſevino conturbatum, non diverſum a Tomo plena Synodo promulgatum contra Veccum, cujus mentio fit in Epitome Geſneriana.

Et alia quoque contra Veccum ſcripſiſſe indicio ſunt ipſius ſermones contra eundem. *Gregorii Cyprii ſermones contra blaſphemias Vecci in 4º manuſcrip Biblioth. Imperatoris Viennæ.* Epitome Geſneriana. Quidquid autem adverſus Veccum Georgius ſcripto commendaverat, non minori animi æſtu, imo maſcula eloquentia redarguens ipſe Veccus y) paſ-

y) paſſim refellere conatus eſt, & potiſſimum quatuor ad Conſtantinum libris, quorum illud eſt principium, *Φθάνω μὲν τάλας, καὶ οἷον διαιρεσάμενος ἐμαυτῷ τὴν κατὰ τῶν ἀντιλεγόντων τῇ ἀληθείᾳ.* De Tomo Georgii Cyprii, & ut contra eum ſcripſerit Veccus, plura Pachymerius lib. 8. ca. 1. Et hac eadem occaſione Cyprium plura in Latinos & Catholicam veritatem evomuiſſe, teſtis eſt inter alios Georgius Scholarius, qui ex ſchiſmate fuit, in Prooemio de Proceſſione Spiritus ſancti contra Latinos. Cum enim de iis ſcriptoribus ageret, qui contra Latinos calamum acuerant, poſt judicium de antiquioribus probatum ſubdit, *τῶν δὲ ὑςέρων ἁπάντων βέλτιον μὲν καὶ ἱκανώτερον, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὕλης ταύτης συμμέτρως, μάλιςα μὲν ὅτε θεσπέσιος Νεῖλος, καὶ ὁ ἱερὸς Θεοφάνης, μετ' αὐτοὺς δὲ καὶ τῶν ἱερῶν Γρηγορίων, οἱ ὁμώνυμοί τε καὶ ἀκριβεῖς ὀπαδοὶ συνεγράψαντο. Poſteriorum vero omnium melius quidem, & magis ſufficienter, & pro materia hujuſce dignitate ſatis congruenter divinus Nilus, & ſacer Theophanes: poſt eos ſacri Gregorii cognomines, & fidiſſimi ſocii conſcripſerunt.* Alter fuit Palamas Gregorius qui plurima in Latinos oblatravit: alter Gregorius hic Cyprius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui eandem ſpartam ad extremum usque ſpiritum coluere. Joannes item Veccus Orat. 3. ad Conſtantin. *οἶδας ὥς τινες μὲν τούτων ὑπ' ἀρχηγῷ Κυπρίῳ ταττόμενοι πρὸς τοῖς ἄλλοις κατὰ τοῦ εὐσεβοῦς φασὶ δόγματος, καὶ εἰς ὁμωνυμίαν διαβάλλουσι ἐκπόρευσιν. Noſti nonnullos ex his, qui ducem Cyprium ſequuntur inter alia, quæ adverſus pium dogma oblatrant, Proceſſionem tanquam æquivocam, condemnare.*

Scoriaci in Biblioth. Regia legitur Γρηγορίου Πατριάρχου Κωνςαντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιςολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. *Gre-
gorii Patriarchæ Conſtantinopolitani Cyprii Apologia in Epiſtolam Marci Epheſii.* 425
VI. num. 14. non ſine, ut puto, Exſcriptoris mendo. Qui enim potuit reſpondere Cyprius ſub Andronico ſeniore, Marco Epheſio Antiſtiti ſub Joanne Palæologo, antiquior centum tringinta ad minus annos juniori? Quare delendum eſt illud Cyprii, τοῦ Κυπρίου, & ſubſtituendum Πρωτοσυγκέλλου Protoſyncelli; z) is enim in Marcum Ephe-



y) De Vecci contra Cyprium ſcriptis dictum ſupra, p 342. De Cyprii contra Veccum tomo, ejusque Apologia & Confeſſione, quæ tria opuſcula e Bibl. Regia Pariſ. Græce nuper edidit eruditiſſimus Bandurius in Antiquitatibus CPolitanis p. 942. 949. & 952.--961. vide Volum. VI. hujus Bibl. p. 604.

z) Gregorius Protoſyncellus, Patriarcha CPol. ab A. 1445. ad 1453. de cujus ſcriptis adeun-

Epheſium ſcripſit, & calumniis illius in Romanam Eccleſiam reſpondit, ut ex edito jam opere poſt Concilium Florentinum apparet.

Servatur penes me βίος καὶ πολιτεία, καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Λαζάρου, τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος συγγραφεὶς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυροῦ Γρηγορίου. *Vita, & res geſtæ, & peculiaris miraculorum narratio ſancti; & Deum ferentis Patris noſtri Lazari, qui in Galeſio monte vitam aſceticam excoluit, deſcripta a ſanctiſſimo Patriarcha Domino Gregorio.* Qui non alius erit, quam Cyprius. Namque poſt Romani Argyrophyli Imperium ſub quo florebat Lazarus ad direptam usque urbem, præter Gregorium Protoſyncellum, ad quem referri minime poteſt, nullus alius Gregorius Patriarchatum adminiſtravit. Baronius Annalium anno 960. non alienus ab hac ſententia auctorem vitæ Georgium vocavit. *Claruit hoc tempore in Oriente S. Lazarus monachus in Galeſio monte juxta Epheſum, cujus vitam ſcripſit Georgius Patriarcha.* Scriptio eſt ſatis elegans, & accurata, & rara.

LXXIV. GEORGII HIEROMONACHI PROTOSYNCELLI *adverſus Epiſtolam Marci Epheſini.* Liber eſt in Bibliotheca Regis Gallorum. Gregorii & hic ſuſpicor reponendum, quem ſcimus omnes in Marci Epheſii Epiſtolam ſtilum ſtrinxiſſe. Vide tamen, quæ ſupra a) pro Gregorio Aneponymo, in Georgio Monacho dicebamus, & nota faciles in ejusmodi nomine ſcriptorum lapſus.

LXXV. GEORGIUS PHRANZA Byzantinus ſub Manuele Palæologo Joannis filio natus, fonte baptiſmali a Thomaide religioſiſſima femina ſuſceptus, b) eidem Imperatori puer, tandem etiam a Secretis inſeruiit: ſucceſſoribus Manuelis Joanni, & Conſtantino æque chariſſimus, ſub quibus variis legationibus fungitur, non civili ſcientia, & militaribus artibus, ſed doctrina, & eloquentia clarus, quibuſcum & militares etiam ſpiritus demonſtravit, tanquam qui objectu corporis ſui Conſtantinum ſervarit, & pro eo vulnera exceperit; in carcerem eiam teterrimum ab hoſtibus projectus eſt. Ex Helena Alexii Palæologi

adeundus Petrus Arcudius in Concordia utriusque Eccleſiæ circa doctrinam de Sacramentis lib. 2. c. 15. p. 112. ſeq. ubi etiam docet quinque capita in defenſionem Concilii Florentini ab eo ſcripta, diverſa utique eſſe à totidem capitibus quæ Gennadio abjudicare voluit Caryophyllus.

a) p. 791.

b) A. 1401. Confer ſi placet quæ de hoc Phranza dicta ſunt Volum. VI. p. 615. ſeq.

Digitized by Google

læologi Examplaconis filia filios tres, & unam filiam ſuſtulit. Con-
ſtantinopoli a Turcis debellata in hoſtium ipſe cum conjuge, filia &
filiorum Joanne, nam ante urbis excidium alii vita functi fuerant,
poteſtatem venit. Conjugem Hadrianopoli redemit. Filia in obſe-
quio Sultaninæ moritur. Joannes adoleſcentulus, qui nondum annos
quindecim attigerat, pro conſervanda pudicitia a Sultano obtruncatur.
Protoveſtiarius fortunis, ac liberis ereptis in Peloponneſo ætatem agit;
ſed ea quoque a Turca devicta Italiam luſtrat, inde in Græciam re-
verſus cum uxore monachiſmum amplectitur, & pro more nomen
ipſe in Gregorium, conjux in Eupraxiam mutat. Vixit in ſumma
egeſtate, adeo ut nec panis, quo vitam ſuſtineret, ſuppeteret, tan-
dem effœta jam ætate, morbis etiam fractus, ac debilitatus deceſſit.
Hæc carptim ex Jacobo Pontano, & Pontanus ex eodemmet Georgio,
cujus illud eſt de eo judicium: *Vir fuit πρακτικώτατος, rerum agenda-
rum ſcientiſſimus; de tribus autem Imperatoribus Manuele, Joanne, Conſtanti-
no, quibus ſervivit, ita meruit, ut nemo magis.* Rogantibus quibusdam
nobilibus Corcyræis Chronicon ſcripſit, tradiditque in Antonii Sacer-
dotis manibus, ut idemmet in fine operis dicit, Chronicon ex Biblio-
theca Bavarica depromptum, digreſſionibus, quibus paſſim opus
abundat, multisque aliis, quæ dignitati hiſtoriæ officere poterant,
detractis, totoque corpore in compendium coacto, Jacobus Pontanus 426
in lingvam vertit Latinam, libris, atque capitibus, ut ipſi peroppor-
tunum viſum fuerat, diviſum edidit Ingolſtadii ex Typographia Ada-
mi Sartorii 1604. in 4. cum Theophylacto Simocata. Pontanus tamen
in aliis laudem nec contemnendam promeritus a nonnullis reprehen-
ditur, primum quod Græce non ediderit; ſecundum quod opus ob-
truncatum, ac in epitomem redactum, non integrum emiſerit. Scri-
ptoris enim errores, ac nugamenta omnes ab Interprete expoſcunt,
non ita tamen ut in Interpretem rejiciant. Et aliud eſt Interpretis,
aliud Correctoris munus. Interpres omnia reddere, ſi fidus eſſe vult:
Corrector non ſcriptoris veſtigia, ſed ſuum ſequitur inſtitutum. Ar-
gumentum Chronici ex eodem Georgio in Prooemio illud eſt: *Ad
hunc modum ego quoque Georgius Phrantzes, & Protoveſtiarius, & Gregorius
cognominatus ubi ad Monachos me aggregavi, iſta conſcripſi de iis, quæ memoria
mea acciderunt, & de nonnullis calamitatibus ſpeciatim quæ partim ante, par-
tim poſt ſubactam Conſtantinopolim nos exercuerunt. Ac primum quidem de crea-
tionibus, & cauſis Imperii Palæologorum ab initio narrationem contexam; di-
camque*

*eamque quot, & qui, quæve ex ea domo, quam penes huc usque ſceptra fuerunt, Deſpotæ, & Deſpænæ extiterint. Et de bello, quod in Peloponneſo inter fratres Deſpotas Demetrium, & Thomam conflatum eſt. Alia inſuper non parvi momenti, & memoratu egregia non ſilebo.* Legitur manuſcriptum Scoriaci in Biblioth. Regia. Γεωργίου τοῦ Φραντζῆ Χρονικόν. *Georgii Phrantzæ Chronicon.* IV. γ'. 9. & Mediolani in Ambroſiana, cujus illud eſt principium, τὸ τῆς ἱστορίας χρήσιμον καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ πολλοὶ συγγεγράφασιν. Ex Acropolita non tantum Procemium, ſed quæ ab urbe a Latinis direpta, ad ipſam Græcis recuperatam ille fuſe, prolixeque enarrat, Phrantza per ſummas tranſcripſit.

Servatur penes me ejuſdem Georgii Chronicon diverſum omnino ab edito; incipit ab anno 1402. finit in annum 1477. neſcio an ab ipſo Auctore, ut prolixitate operis Lectorem non fatigaret in compendium poſt primum Chronicum concinnatum, an prius etiam, quam prolixum ederet, velut memoriæ fulcrum, & materiæ argumentum præparatum fuerit. Quicquid tamen ſit, eloquio barbarum, & locutione ex trivio petita, habet in ſe multa, quæ aliunde non occurrent, & diſtincte omnia proſequitur: in eo tamen minime laudandum, quod minutiſſima quæque & nullius dignationis commemoret: ſatis in anguſtiis domeſticis enarrandis curioſus, ac loquens. Sic exorditur, ἄκληρος Γεώργιος Φραντζῆς, καὶ Γρηγόριος τάχα μοναχὸς ταῦτα ἔγραψεν ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν, καί τινων μερικῶν γεγονότων ἐν τῷ τῆς ἀθλίας ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννήσεως α υ α'. ἔτει. *Miſer Georgius Phrantza Protoveſtiarius, & Gregorius fortaſſe Monachus hæc conſcripſit de rebus, quæ ſibi ipſi contigerunt, aliiſque peculiaribus tempore afflictæ vitæ ipſius a nato Domino noſtro Jeſu Chriſto anno* MCCCCI. P. καλὸν ἦν μοι ἢ οὐκ ἐγεννήθην, ἢ παιδίον ἀποθανεῖν. Contuli cum manuſcripto Codice Neapolitano Biblioth. Sanctorum Apoſtolorum Clericorum Regularium. Et, ut conjicio, aſſervatur quoque Scoriaci in Bibliotheca Regia. Γεωργίου τοῦ Φραντζῆ περί τινων γεγονότων ἐν τῷ κατ' αὐτὸν χρόνῳ. *Georgii Phrantzæ de nonnullis rebus, quæ ſuo tempore obvenere.* Quod alii dixiſſent, *De rebus geſtis ſui temporis* II. n. 17. VI. δ. 13.

Præter Chronicon ſcripſit *Expoſitionem ſymboli.* Quid in eo exponendo egerit, ex ipſo lib. 3. cap. 24. videre poſſumus. *Edidimus autem prius fidei noſtræ in Deum confeſſionem, uti mos eſt orthodoxis monaſticum induentibus habitum: & ita cœpi primum quidem ſanctum ſymbolum exponere, oſtendereque unde a ſanctis Patribus eſſet compoſitum: & ut cognoſcermus non eos id a ſe ipſis*

*ipſis habuiſſe, ſed ex divinis oraculis tum verba, cum ſententiam mutuatos id pie conſcripſiſſe. Propemodum igitur divini ſymboli voces ſingulæ e ſacris ſcripturis ſunt deſumptæ, ut particulatim docuimus.* Hoc idem ante eum præſtiterat Simeon Theſſalonicenſis *, ut in noſtra *De Simeonibus* Diatriba diximus. Porro an Georgius Simeonis laborem in ſuum opus deduxerit, vel no-
vum ex ſe meditatus in ſcriptum retulerit, cum Georgii expoſitionem 427
non viderim, non audeo divinare. Solemne ſcriptoribus ſemper fuit, ſed labente Græcia potiſſimum, alienos labores exſcriptos, ſuppreſſo, unde exſcripſerant, nomine, tanquam ſuos ſimplicioribus promere.

LXXVI. Vivit hodie GEORGIUS MYRMEGUSIANUS, Myrmegusium in Inſula Chio oppidum eſt non ignobile; dum Monachum induit Gregorii ſibi nomen adſcivit, quod innuit ipſe in Synopſi Dogmatũ Eccleſiaſticorum; *χάριν λόγυ ἔναι ἄνθρωπον κράζουσι Γεώργιον, ἔπειτα γίνεται ἀρχιερεὺς καὶ μετονομάζουν τὸν Γρηγόριον. τὸν ὁποῖον βλέποντάς τον τινας λέγει· ὅτ@ ἔιναι ὁ Γεώργι@ λέγει τυ τὸ πρῶτον ὄνομα. Verbi gratia quendam hominem vocant Georgium, & deinceps Præſul factus Gregorii nomine inſignitur, quem dum quiſpiam aſpexerit, dicit: Hic eſt Georgius, priſtino nomine eum compellans.* Nunc, ut audio, Monaſterio Imperiali in eadem Inſula, quod *νέαν μονὴν*, *Novum Monaſterium* vocant, præeſt; ſcripſit ſub hoc titulo Græcorum recenti lingua; *σύνοψιν τῶν θείων καὶ ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων*, *Synopſin Divinorum & ſacrorum Eccleſiæ Dogmatum*, editam Venetiis anno 1635. apud Joannem Petrum Pinellum in 8. In eo Libello Auctor, cum non ſolum Græcorum ſchiſmaticorum, ſed Hæreticorum recentiorum etiam libros legiſſet, nec tantum haberet ingenii, ut vera a falſis diſcerneret, errores varios, abſurda, ſæpe quoque Hæreticas ſententias inſpergit, propinatque incautis Lectoribus, quæ multa nos alibi ** adnotavimus. Utinam & ipſe aliquando bene ſapiat, redeatque ad viam, quod futurum ſpero, cum æquitatem viri, & ſtudium veritatis, fideique zelum compertiſſimum habeam.

LXXVII. Diatribam finiam, dummodo inter tot, ac tantos Georgios uni, & ſoli GEORGIDIO MONACHO locum, quid enim vetat? concedamus. Opus illius ſic concipitur, *Γεωργιδίυ μοναχοῦ γνωμῶν ἐκλογὴ συλλεγεῖσα ἐκ τῆς θείας γραφῆς, καὶ ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ἔξω διδασκάλων. Georgidii Monachi ſententiarum Ecloga ex ſacra Scriptura, ſanctis Patribus, externiſque Magiſtris.* Georgidii cognomento fuiſſe inde colligo, quod earundem ſententiarum in aliis Codicibus, ut mihi ex Chio Inſula relatum eſt, titulus ita concipitur: *Γνῶμαι συλλεγεῖσαι ὑπὸ Ἰωάννυ μονάζοντ@, τοῦ καὶ Γεωργίδη, κατὰ σοιχεῖον. Sententiæ collectæ a Joanne Monacho, qui & Georgides, ordine litterarum.* Non eſt tamen operæ, ut in his diutius immoremur.



* Supra p. 327. ſeq. ** De conſenſu lib. 3. c. 17. & 18.

## IN DIATRIBAM DE GEORGIIS

# INDEX

## ET SUPPLEMENTA.

GEorgiorum nomen ante CHriſti tempora an incognitum, p. 553.
Georgi Aſiæ populi. Georgia, Georgiana, id.
Gorgus artifex, p. 553.
Gorgus Meſſenius, p. 554.
Gorgus Margantinus, id.
Georgii incerti ſine cognomine, p. 793.
Georgidius Monachus, p. 817.
Georgius *Acropolita*, clarus circa A. 1250. p. 681. ſeq. Undecim annos natus ad Theodorum Laſcarim Imp. tranſit, id. Ejus Parentes, Studia, Præceptores, id. Ingenium, Officia, Legatio, p. 682. Adverſa fortuna, Captivitas, p. 685. Altera legatio, p. 686. Eloquentia, p. 687. Docet Mathemata, id. Filius Conſtantinus, p. 687. Acropolitæ nomen, id. Ejus edita ſcripta, p. 687. Inedita, 689. ſeq.
Georgius *Adirgemarenſis* Presbyter, Theodori Syceotæ, A. 613. defuncti præceptoris ſui, vitam ſcripſit, p. 612. ſeq.
Georgius Presbyter *Alexandrinus*, deinde ab A. C. 332. Laodicenus Epiſcopus Arianus, p. 557. Antiocheno Concilio interfuit, id. Electionem Meletii promovit, id. Epiſcopatu dejectus, id. A Cyrillo Hieroſol. in communionem receptus, id. Aëtii adverſarius, p. 558. Scripſit vitam Euſebii Emiſeni, p. 558. Scripſit adverſus Manichæos, id.
Georgius *Alexandrinus* Epiſcopus circa A. 639. p. 618. Vitæ S. Chryſtomi auctor, p. 617. Fabuloſus an falſo reprehenſus, p. 619.
Georgius Monus, *Alexandrinus*. Infra in Diæreta.
Georgius *Amyrutza* ſive *Amyrutzius*, A. 1461. captæ patriæ Trapezunto interfuit & deſertis Chriſti ſacris ad Turcas acceſſit. Ex ejus adhuc Chriſtiani ſcripto ad Demetrium, Nauplii Ducem, *περὶ τῶν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ τῇ συνόδῳ συμβεβηκότων*, contra Synodum Florentinam affert quædam Allatius de conſenſu, p. 883. 908. 1373. 1375. 1379. Incipit: *μαθητιῶν τι σοι ὦ πολυΐμητε Δοὺξ Δημήτριε.* Labbeus

Digitized by Google

beus Bibl. nova MSS. pag. 334. memorat Georgii Ameruzæ, magni Trapezuntis Logothetæ *Dialogum de Fide in Chriſtum, habitum cum Rege Turcarum.*
Georgius *Antiochenus*, p. 692. Ejus Opera, id.
Georgii *Ariani* tres. Vide in Alexandrino, Cappadoce & Presbytero.
Georgius *Ariſtinus* ſive *Ariſtenus*, p. 627.
Georgius *Balſamo* circa A. 1535. p. 738.
Georgius *Buſtronus*, Cyprius, S. J. defunctus A. 1661. 27. Aug. æt. 76. Societ. 51. p. 792.
Georgius *Byzantinus*, p. 679. Ejus ſcripta, id.
Georgii *Calyba*, qui A. 1522. Rhodi expugnationi per Turcas factæ interfuit, & in ea librorum ſuorum jacturam fecit, variæ lucubrationes MStæ exſtant in Bibl. Cæſarea. Ut 1) *Homilia in transfigurationem CHriſti*, quæ incipit: Δεῦτε σήμερον ὦ Θεοσύλλεκτον ςῖφ☉. 2) *Quæſtiones & Reſponſiones* ἐρωτατοκρίσεις quinquaginta de variis rebus Theologicis, quarum argumenta dat Lambecius V. p. 241. ſq. 3) *Epiſtolæ XVII. ad diverſos*, cum Epiſtolis ſex ad eum ſcriptis a quodam Antonio, Joanne Abramio, Exarcho, Joanne Nathanaele, Nicolao & Mathuſala Monacho. 4) *Excerpta Miſcellanea*, in quibus Donatio Conſtantini facta Sylveſtro Epiſcopo Rom.
Georgius *Camariota* nullus, p. 738.
Georgius *Cappadox*, Arianus, S. Athanaſio pulſo in Alexandrinam Eccleſiam A. C. 356. intruſus, p. 599. Bibliothecam amplam ſibi comparat, p. 600. Bibliotheca illa mittitur Antiochiam, id. contra Canones admotus ad Epiſcopatum. Confer Turrianum Apologia pro Canonibus Apoſtolor. p. 88. ſeq.
Georgius *Cedrenus* circa A. 1060. pag. 650. Sacerdos an Monachus, id. Scaligeri de ejus ſcriptis falſum judicium, p. 651.
Georgius ſive Gregorius *Cerameus* circa A. 1130. pag. 670. Ejus patria & opera, p. 795. ſeq.
Georgius *Charitonymus*. Vide infra in *Hermonymo.*
Georgius *Chartophylax*, Chronici cujusdam auctor, p. 612. Vide & in Georgio Nicomedienſe, Piſide & Moſchampare.
Georgius Presbyter *Chioniades*, p. 664. Ejus opera, id.
Georgius *Chœroboſcus*, p. 621. Ejus ſcripta, 622. ſeq. ubi reperiantur, id. Chœroboſcus, porcorum paſtor, unde cognominatus, pag. 624.

Grammaticorum peritiſſimus, pag. 625. Duo Chœroboſci, unus Metaphraſte junior, alter Stephano Byz. vetuſtior, p. 622. 626.
Georgius *Choniata*, p. 681. Ejus ſcripta, id.
Georgius *Chortazius*, Cretenſis, p. 789. Ejus ſcripta, id.
Georgius *Chronographus*, p. 640. Vide Syncellum & Hamartolum.
Georgius *Chryſococca*, A. 1346. p. 693. Ejus eruditio, p. 694. Scripta, id.
Georgius *Chumnus*, Byzantinus, p. 670. Ejus ſcripta, id.
Georgius *Codinus* circa A. 1450. p. 696. Opera edita & inedita, p. 699. ſeq.
Georgius *Contopetrius*, Muſicus, p. 794.
Georgius Sacerdos e *Coreliano*, p. 786. Ejus genus & opera, id.
Georgius Cupharas, *Corcyrenſis* Epiſcopus circa A. 1176. p. 660. Ejus geſta, id Scripta, p. 660. ſeq.
Georgius *Coreſſius* circa A. 1630. p. 789. Ejus religio & opera, id. ſeq.
Georgius ſive Gregorius *Corinthi* Metropolita, pag. 798. Ejus Opera, id. De canonibus in Eccleſia cantari ſolitis, p. 799. ſeq.
Georgius *Cupharas*. Vide in Corcyrenſi.
Georgius *Curteſius* Scholarius, p. 764. 770. 787. ſeq.
Georgius *Cyprius* Orthodoxus, Germani & Damaſceni ſocius, circa A. 754. p. 613. a Synodo ſeptima celebratur, id. Antiochiæ an Cypri Epiſcopus, p. 615. ſeq.
Georgius ſive Gregorius *Cyprius*, Patriarcha CPol. A. C. 1283. p. 805. Ejus ſtudia, fortuna & dignitas, id. Opera, p. 808. ſeq. Vide & in Georgio Buſtrono & in Georgio Lapitha.
Georgius *Deutereuon* circa A. 1583. p. 788. Ejus ſcripta, id.
Georgius *Diaconus*, p. 626. Ejus ſcripta. Idem, ut videtur cum Chœroboſco, id.
Georgius Monus, Alexandrinus, cognomento *Diæreta*, pag. 626. Ejus ſcripta, id. Diæreta dictus ob ſcholia, quæ in Hermogenis *διαίρεσιν* ſcripſit, pag. 627. In Codice Regio, quem evolvit Cangius, *σχόλια σὺν Θεῷ εἰς τὴν διαίρεσιν* (Hermogenis) *ἀπὸ φωνῆς τοῦ αὐτοῦ Γεωργίου τοῦ Μόνου, σοφιστοῦ Ἀλεξανδρείας.* In fine hæc verba habentur: *ἐπληρώθη σὺν θεῷ καὶ ἡ διαίρεσις εὐτυχῶς Ζήνωνι σχολαστικῷ.*
Georgius *Domeſticus*, Muſicus, p. 794.
Georgius *Eleuſius*, Presbyter circa A. 613. p. 612. ſeq.
Georgius *Eparchus*. Infra in Panevphemo.

Geor-

Georgius *Galeſiota* circa A. 1450. p. 739. Ejus ſcripta id.
Georgius *Gemiſtus* qui & Pletho circa A. 1440. p. 739. Plethonem ſe ex Platonis amore dici ambit. p. 740. Ejus vita, Natales, Eruditio id. ſcripta p. 741. ſeq. Pletho in Ariſtotelem convitioſus. p. 746. A Georgio Trapezuntio dure excipitur, p. 750. A Manuele Magnæ Eccleſiæ Rhetore corripitur, p. 751. ab Allatio defenditur, p. 753. ſeq.
Georgius *Grammaticus*, p. 628. Ejus ſcripta, id. ſeq. diverſus à Chœroboſco, id. idem cum Lecapeno fortaſſe de quo p. 700.
Georgius *Hagiopolita* ſive Hieroſolymitanus, incertæ ætatis, p. 620. Ejus ſcripta, id.
Georgius *Hamartolus* circa A. 870. p. 641. Ejus ſcripta, id. ſq.
Georgius *Heracleenſis* circa A. 1076. p. 660. Ejus ſcripta, id.
Georgius *Hermonymus* ſive Charitonymus, circa A. 1460. p. 758. Ejus vitæ ſtudia & Opera, id.
Georgii *Hieromonachi* & ea exarchi Patriarchici Epiſtola ad Sophronium Protoſyncellum, de fraude Jeſuitarum Epiſtola, Trapezunte A. 1616. data, & de martyrio Cetabæ Iberorum Principiſſæ A. 1614. à Perſis, quod CHriſtum ejerare nollet, oleo elixæ, exſtat Græce & Latine inOperibusAndreæRiveti T. 3. p. 1251.--1254. Roterd. 1660. fol.
Georgius *Ithanes* (al. *Mithanes*) ad quem Theodori Studitæ Epiſtolæ.
Georgius *Lapitha* Cyprius circa A. 1337. p. 665. ſeq. Ejus opera, p. 666. ſtudia, res, fortunæ, id.
Georgius *Lecapenus*, p. 700. Ejus opera, id. Monachus fuit p. 702.
Georgius *Logotheta*, p. 681. Vide in Acropolita.
Georgius *Marmorius*, p. 739. Ejus Opera, id.
Georgius *Manganes* circa A. 1081. Alexii Comneni Imp. ſcriba pag. 663. ſeq.
Georgius *Martyr*. p. 555.
Georgius *Metochita*, Diaconus circa A. 1283. p. 670. ſeq. Catholicæ fidei in Schiſmaticos defenſor, id. Ejus opera, p. 671. ſeq.
Georgius Μώχ vel Μωχηνὸς cujus ſcholia in Homiliam Gregorii Naz. inPaſcha MSS.inBibl. Coislin. apudClariſſ.Montfaucon.p. 296. ſeq.
Georgii *Monachi*, pag. 630. ſq. pag. 739. Vide Syncellum, Hamartolum &c.

Georgius *Monachus* Protoſyncellus, p. 814.

Georgius *Monus.* vide in Diæreta.

Georgius *Moſchampar* Eccleſiæ Romanæ adverſarius Chartophylax, p. 677. Ejus opera, id.

Georgius *Moſchianus*, Muſicus. p. 794.

Georgius *Moſchus* circa A. 1500. p. 788. Ejus dignitates & opera, id.

Georgii *Muſici* p. 794.

Georgius *Myrmeguſianus* Chius A. 1635. p. 817.

Georgius *Mytilenæus* p. 628. Ejus ſcripta, id.

Georgius *Nicetas*, p. 693. Ejus ſcripta, id.

Georgius *Nicodius*, nomen commentitium pro Nicomedienſi. p. 628.

Georgius *Nicomedienſis* Epiſcopus circa A. 880. p. 609. Prius Chartophylax CPol. Eccleſiæ, id. Ejus ſcripta, p. 609. ſeq. Hymnodus ſcriptor, p. 612. diverſus à Piſide, p. 606.

Georgius Sacerdos & *Nomophylax*, p. 679. Ejus opera, id.

Georgius *Oenæota* Rhetor qui cum Georgio Galeſiota Orationem Nicephori Blemmidæ de regno illuſtravit & in clariorem ſtylum tranſtulit. Vide Lambec. VII. p. 225.

Georgius *Pachymeres* circa A. 1280. p. 704. Varia ejus opera, id. ſeq. Ejus dictio in carminibus agreſtis & ferrea p. 717. De Eccleſia Rom. & fide male ſenſit p. 718.

Georgius *Pamphilus* Conſtantini Chryſomalli errorum Patronus temporibus Joannis Comneni, de quo Allatius lib. 2. de conſenſu c. 11. §. 1. p. 645. 653.

Georgius *Panaretus* Muſicus. p. 794.

Georgius *Panevphemus* præfectus Africæ, p. 629. Ejus ſcripta, id. ἐκ προσώπȣ Γεωργίȣ τȣ͂ πανευφήμȣ ἐπάρχȣ Ἀφρικῆς. Inter opera S. Maximi T. 2. p. 339. ut notavi Volum. VIII. p. 738.

Georgius *Pediaſimus*, incertæ ætatis. p. 627. ſeq.

Georgius *Pelagonius* circa A. 1354. p. 721. Ejus ſcripta, id.

Georgius *Phobenus* p. 721. Ejus ſcripta, id.

Georgius *Phranza*, p. 814. Ejus genus, fortuna, ſtudia, opera, id.

Georgius, *Pictor* memorabilis, p. 795.

Georgius *Piſides*, Diaconus & Chartophylax circa A. C. 630. p. 602. Ejus ſcripta, id. Heraclio Imp. victoriam præfatur, p. 603. Ejus opera edita, id. MSS. ubi extent, p. 605. Alius à Georgio Nicomedienſi p. 606. Piſides an Euripides elegantior, id.


Geor-

Georgius *Piſidiæ* Epiſcopus, cujus feſtum 19. April. colitur, p. 606.
Georgius *Pletho* p. 739. ſeq. vide, Gemiſtus.
Georgius *Presbyter* CPol. Arianus circa A. C. 407. p. 601. ſeq.
Georgius *Presbyter*. Vide in Adirgemarenſi.
Georgius *Rammata*, p. 660. Ejus ſcripta, id.
Georgii *Sanginaticii* Conſulis Romanorum & Comitis Palatini Lateranenſis ὀνομασίαι τῶν μελῶν τοῦ ἀνθρώπου *de partibus Corporis humani* ad Nicolaum V. Pontificem (circa 1450) ex Codice Regio Pariſ. 1510. Verſibus politicis. Citatur à Cangio in gloſſario Græco.
Georgius *Sauromannus*, p 789.
Georgius *Scholarius* circa A. 1450. p. 760. An plures vel unus, id. ſeq. Quis fuerit expenditur, p. 761.
*Gennadius* Georgius *Scholarius*, p. 763. Ejus opera, 770. ſeq. cum Sultano colloquia, p. 773. Fides, p. 774. Quid ſchiſmaticus ſcripſerit, p. 784. Gennadius Georgius Scholarius, Metropolita Phaſorum, p. 769.
Georgius *Scordylius*, p. 789.
Georgius *Scylitza*, p. 659.
Georgius *Siculus*, p. 654. Ejus ſcripta, id.
Georgius Taraſii CPol. A. 806. defuncti *Syncellus*, p. 630. Ejus ſcripta, p. 633. Non idem cum Cyprio, p. 631. 632. Euſebii Chronicon transcripſit p. 633. A Scaligero conviciis appetitur, p. 634. Ab Hamartolo & Theophane diverſus. p. 635. ſeq.
Georgius *Trapezuntius* A. 1486. defunctus, p. 721. ſeq. Ejus patria, vita, ſtudia, id. Scripta, p. 723. ſeq. De ejus ſtylo judicium, p. 722. Invidia in eum concitata, id. Platonis ſententiis infenſus, id. Beſſarionem in ſe movet, p. 622. Opera ejus inedita, p. 726. ſeq. Nicolaus Perottus in eum aſperius invehitur, p. 734. Politiani & aliorum de eo judicium, p. 736.
Georgius *Xenodochus* ad quem Theodori Studitæ Epiſtolæ.
Georgius *Xiphilinus*, p. 664. Ex Scevophylace fit Patriarcha A. 1192. id. Ejus ſcripta & geſta, p. 665.
Georgius *Zegabenus*, p. 679. Ejus ſcripta, id. ſeq.
Cum de Georgiis qui Græce ſcripſerunt, hanc diatribam Allatius concinnaverit, aliud plane inſtitutum ſectatus eſt M. *Joachimus Mantzelius*, Roſtochienſis, Scholæ Parchimenſis Conrector, qui Guſtroviæ A. 1712. 4. edidit ſchediaſma *de Georgiis fama & eruditione claris*, in

in quo ſub centum lemmatibus varia, quæ curioſa ipſi viſa ſunt, de viris claris recentis maxime ætatis qui Latine ſcripſerunt vel Germanice, & Georgii prænomine ſunt uſi, annotavit.
Gregorii & Georgii nomen permutatum, p. 692. 795, 817. Manzelius lemmate VI.
Gregorius Aneponymus, p. 793.
Gregorius Cyprius, p. 805.
Gregorius Protoſyncellus p. 813. ſeq.
Gregorius Palama Theſſalonicenſis, p. 790.

*F I N I S.*



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google